Universidad de Deusto
Biblioteca

S. BONAVENTURAE

IN I SENTENTIARUM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. BONAVENTVRAE

S.R.E. EPISCOPI CARD.

ALBANENSIS, DOCTORISQ. SERAPHICI

ORD. MINORVM.

In Primum Librum Sententiarum elaborata Dilucidatio.

COLLECTIS VNIVERSIS PRIORIBVS EDITIONIBVS; quidquid aut elegantiæ, aut eruditionis in illis anteà sparsim legebatur; huic uni appositum est totum; & longè copiosius, ac emendacius: ita ut uix ampliùs sit, quod in tanto opere desiderari queat.

Recognoscente R. P. M. Ioanne Balainio Andrio, Franciscano Conuentuali.

CVM QVINCVPLICI INDICE.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

VENETIIS, ad Signum Seminantis.

M. D. LXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem potentiis per comparationem ipsarum ad deũ? q.2.
An hæ tres dictæ animasticæ potẽtiæ idẽ in essentia sint cum ipsa anima? q.3.

ARTICVLVS II.

An imago attẽdat in mẽte, notitia, & amore, ut ĩ potẽtijs, aut ut in habitibus: aut ut ĩ potẽtiis & habitibus simul: uel ut in subsẽtia & habitibus? q.1.
An tria prædicta ordinẽ æqualitatẽ, & cõsubsẽtialitatẽ adinuicem habeant? q.2.
An Trinitas hæc imaginis. s. mẽtis, notitiæ, & amoris necessariò ducat in cognitione summæ Trinitatis quantùm ad personas? q.4.

DISTINCT. IIII.

ARTICVLVS I.

An istiusmodi locutio admittẽda sit ĩ diuinis, deus genuit deũ? q.1
An & hæc, deus genuit alium deum? q.2.
An nomen hoc [Deus] congruè pluraliter inflecti possit? q.3.
An idẽ nomen personam, uel naturam de se supponat? q.4.

DISTINCTIO V.

ARTICVLVS I.

An substantia, siue essentia diuina generet? q.1.
An concedendum sit, filium generari de substantia patris? quæst.2.

ARTICVLVS II.

An essentia generetur? q.1.
An item per generationem cõmunicetur? q.2.

DISTINCTIO VI.

ARTICVLVS I.

An in diuinis generatio filii sit secundum conditionem necessitatis? q.1.
An pariter & secundum rationẽ uoluntatis sit? q.2.
An item & secundum rationem exemplaritatis? q.3.

DISTINCT. VII.

ARTICVLVS I.

An posse generare, in diuinis dicat quid, uel aliquid? q.1.
An potentia generandi sit & in filio? q.2.
An posse generare, & posse creare, unum posse sint? q.3.
An posse generari, & posse creari, uniuocum posse sit? q.4.

DISTINCT. VIII.

PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An ueritas sit proprietas diuini esse? q.1.
An diuinũ esse ita uerũ sit, ut nõ esse cogitari nõ possit? q.2.

ARTICVLVS II.

An deus immutabilis sit? q.1.
An & ipse solus immutabilis sit? quæst.2.

DITSINCT. VIII.

PARS SECVNDA

ARTICVLVS I.

An deus sit summè simplex? q.1
An eidem soli summè simplicẽ esse conueniat? q.2.
An anima rationalis sit tota in toto, & tota in quilibet parte totius? q.3.
An deus sit in quodam determinato genere? q.4.

DISTINCTIO IX.

ARTICVLVS I.

An in diuinis statuenda sit generatio? q.1.

An inibi inter gignentem & genitum distinguat? q.2.
An item illic æterna sit? q.3.
An etiam terminata sit? q.4.

DISTINCTIO X.

ARTICVLVS I.

An necessariò in diuinis ponenda sit persona per modum liberalitatis procedens? q.1.
An similiter necesse sit ibidem ponere personam per modũ charitatis & amoris procedentem? q.2.
An item tertiò oporteat personam inibi ponere, per modũ mutuæ charitatis procedentem? q.3.

ARTICVLVS II.

An amor, siue charitas propriũ spiritus sancti sit? q.1.
An Spiritus sanctus unitas & nexus amborum sit; patris. s. & filij? q.2.
An isdem Spiritus sanctus proprie spiritus sit? q.3.

DISTINCT. XI.

ARTICVLVS I.

An Spiritus sanctus à patre filioque procedat? q.1.
An ab eisdem tanquam ab uno principio, uel tanquam à duobus procedat? q.2.

DISTINCT. XII.

ARTICVLVS I.

An Spiritus sanctus priùs à patre quàm à filio procedat? q.1
An item plenius ab illo, quã ab illo procedat? q.2.
An etiam à patre mediante filio procedat? q.3.
An secundum rationem intelligendi generatio filii prior sit spiratione spiritus sancti? q.4

DISTINCT. XIII.

ARTICVLVS I.

An in diuinis ponere sit processionem? q.1.
An processio S. sancti idem sit, quod generatio? q.2.
An etiam re, uel tantùm ratione processio Spiritus sancti à generatione filii distet? q.3.
An Spiritus sanctus sit ingenitus? q.4.

DISTINCT. XIIII.

ARTICVLVS I.

An sit ponere temporalem processionem Spiritus sancti? q.1.
An illiæ Spiritus sanctus temporalis processio, cum æterna eiusdẽ processione in numerum ponat? q.2.

ARTICVLVS II.

An Spiritus sanctus in propria persona, uel in effectu det? q.1
An Spiritus sanctus à sanctis uiris etiam detur? q.2.

DISTINCT. XV.

PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An in diuinis sit missio? q.1.
An missio in diuinis ex tempore tantum, uel etiam ab æterno sit? q.2.
An patris sit mitti? q.3
Cuius est mittere? q.4

DISTINCT. XV.

PARS SECVNDA

ARTICVLVS I.

An missio spiritus sancti secundum dona gratiæ gratisdatę, uel gratię gratum faciẽtis sit? quæst.1.
An Filius, & Spiritus sanctus secundum eadem dona gratiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitti dicantur?q.2.
An item ambo ad eadem dona gratiæ augmentanda mittantur?q.3.

DITSINCT. XVI.
ARTICVLVS I.
Quid sit missio uisibilis?q.1.
Ad qd prosit missio uisibilis spiritus sancti?q.2.
Ad conuenienter filius missus est in creatura rationali: Spiritus uerò sanctus in irrationali & insensibili, scilicet columba, igne,& flatu?q.3.

DISTINCT. XVII.
PARS PRIMA.
ARTICVLVS I.
An ultra donũ charitatis increatæ ponendum sit & donũ creatę charitatis?q.1.
An charitas ex charitate amabilis sit?q.2.
An quis certitudinaliter scire possit, quod in charitate sit? quæst.3.
An charitas à charitatem non habente cognoscibilis sit?q 4.

DISTINCT. XVII.
PARS SECVNDA
ARTICVLVS I.
An charitas secundum substantiam augeri possit?q 1.
An item seipsa, uel aliunde augeatur?q.2.
An ex conuerso minui possit? q.3.
An etiam in augẽdo terminum habeat?q.4.

DISTINCT. XVIII.
ARTICVLVS I.
An spiritus sanctus donum sit, in quo alia dona donantur? quæst.1.
An spiritus sãctus ab æterno,uel ex tempore donum sit?q.2.
Donum, an datum cõueniẽtiùs de Spiritu sancto dicaí? q 3.
An donũ proprie de spiritu sancto in diuinis dicatur?q.4.
An donum, siue donabilitas sit eiusdem proprietas distinctiua?q.5.
An spiritus sanctus ratione donabilitatis dicatur spiritus noster?quæst.6.

DISTINCT. XIX.
PARS PRIMA.
ARTICVLVS I.
An in diuinis sit ponere æqualitatem?q.2.
An ibidẽ sit sũma equalitas?q.2.
An conuersim ibidem illa dicatur?q.3.
An etiam sit inibi æqualitas cum circumincessione?q.4.

DISTINCT. XIX.
PARS SECVNDA.
ARTICVLVS I.
An in diuinis sit ponere totum integrale?q 1.
An & ibidem sit ponere totum uniuersale?q 2.
An in diuinis personis sit ponere principium materiale? q.3.
An & inibi ponere sit differentiam secundũ numerum?q.4.

DISTINCT. XX.
ARTICVLVS I.
An in diuinis sit ponere adæquationem potentiæ quò ad extẽsionem possibilium?q.1.
An item inibi sit equalitas quò ad potentiæ intẽtionem? q.2.
ARTICVLVS II.
An inter diuinas personas ordo sit?q 1.

An ordo hic,naturæ ordo sit?q.2

DISTINCT. XXI.
ARTICVLVS I.
An dictio exclusiua, scilicet Solus,uerè addatur termino substãtiali respectu prædicati propriij ita ut rectè dicatur, solus deus est pater?q.1.
An item eadem dictio exclusiua uerè addi possit termino substantiali a parte prædicati?q.2
ARTICVLVS II.
An præfata exclusiua dictio uerè addatur termino personali respectu prædicati ,ppriì? q.1.
An & eidem termino personali addi possit respectu prędicati communis?q.2.

DISTINCT. XXII.
ARTICVLVS I.
An deus nominabilis sit?q.1.
An unũ, uel plura nomina deus habeat?q. 2.
An omnia diuina nomina trãslatiua sint?q.3.
An quæ de deo dicuntur nomina,secundum substantiam dicantur?q.4.

DISTINCT. XXIII.
ARTICVLVS I.
An nomen personæ ad diuina transferri debuit?q.1.
An in diuinis utendum sit nomine substantiæ,& subsistentiæ? quæst.2.
An ibidem & nomine Essentię utendum sit? q.3.
ARTICVLVS II.
An in diuinis nomen hoc substantia,numeretur?q.1.
An itẽ & nomẽ hoc essentia?q.2
An catholicè,& orthodoxè dicere possumus, plures deos?q.3

DISTINCT. XXIIII.
ARTICVLVS I.
An nomen hoc,Vnus,positiuè, uel priuatiuè dicatur in diuinis?q.1.
An item secundum substãtiam, uel secundum relationem dicatur.q.2.
ARTICVLVS II.
An nomina purè numeralia positiuè,uel priuatiuè dicantur in diuinis?q.1.
An similiter secundum substantiam, uel secundum relationẽ dicanturq.2.
ARTICVLVS III.
An nomina numeralia unitatẽ importent?q.1.
An unitas, per nomen hoc, Trinus,uel Trinitas, ĩportata,essentię,uel ſuppoſiti unitas sit? quæst.2.

DISTINCT. XXV.
ARTICVLVS I.
An nomen hoc, Persona,secũdũ substantiam,uel secundum relationem dicatur in diuinis? quæst.1.
Quid est persona,secundum definitionem?q.2.
ARTICVLVS II.
An nomen hoc, Persona,uerè dĩ uinis personis commune sit? quæst.1.
An pariter uniuocè dicatur de creatis, & increatis personis? quæſt.2.

DISTINTC. XXVI.
ARTICVLVS I.
An in diuinis ponere sit proprietates personales?q.1.
Quid sint huiusmodi proprietates?q.2.

An proprietatum personalium actus sit, hypostases distingue re, uel iam distinctas ostendere? q.3.
Quot sint numero proprietates hę personales in diuinis? q.4.

DISTINCT. XXVII.
PARS PRIMA
ARTICVLVS I.
An patrem esse, & generare, una & eadem notio sit? q.1.
An generatio sit causa paternitatis; uel econtra paternitas causa generationis? q.2.
An diuinarum proprietatum sit aliqua abstractio? siue an diuinas proprietates cõtingat aliquo modo abstrahi? q.3.
An liceat contrarie opinari de notionibus diuinis? q.4.

DISTINCT. XXVII.
PARS SECVNDA.
ARTICVLVS I.
An Verbum in diuinis essentialiter, uel notionaliter dicatur? quæst.1.
An nomine Verbi importetur respectus ad creaturas? q.2.
Quod prius secundum rationẽ intelligẽdi, Verbum, an Sapiẽtia, siue notitia? q.3.
An nomen hoc, Verbum rectè ad diuina translatum sit? q.4.

DISTINCT. XXVIII.
ARTICVLVS I.
An ingenitus, siue innascibilis secundum substantiam, uel secundũ relationẽ dicatur? q.1.
An innascibilitas eãdem relationem importet, quàm paternitas? q.2.
An innascibilitas, uel paternitas sit proprietas, siue relatio patris? quæst.3.
An improcessibilitas sit notio patris, quemadmodum innascibilitas? q.4.

DISTINCT. XXIX.
ARTICVLVS I.
An nomen hoc, Principium, personaliter, siue notionaliter accipi possit in diuinis? quæst.1.
An item cum notionaliter, uel essentialiter sumitur; uniuocè, an æquiuocè dicatur? q.2.
ARTICVLVS II.
An pater et filius dici possint unũ principiũ spũs sancti? q.1
An propositiones hæ admittẽdę sint. Pater & filius sunt unus spirator. Pater & filius sũt idẽ principium spiritus. s. Pater & filius sunt unum principium spiritus sancti? q.2.

DISTINCT. XXX.
ARTICVLVS I.
An nomen aliquid ex tẽpore de deo dicatur? q.1.
An nomina, quæ de deo ex tẽpore dicuntur; per se, uel per accidens dicantur? q.2.
An item realem relationem in deo dicant? q.3.

DISTINCT. XXXI.
PARS PRIMA
ARTICVLVS I.
An æqualitas, & similitudo positiuè, uel priuatiuè de deo dicantur? q.1.
An etiam secundum substantiã, uel secundum relationem ibi dem dicantur? q.2.
An pariter mutuam relationem dicant in patre & filio? quæst 3.

DISTINCT. XXXI.
PARS SECVNDA.
ARTICVLVS I.
An imago in diuinis secundum substantiam, uel secundũ relationem dicatur? q.1.
An item propriè de filio dicatur? q.2.
An ęternitas patri, species imagini, & usus muneri rectè approprientur? q.3.
ARTICVLVS II.
An deus unum cum creatura esse, dici possit? q.1.
An creatura cum creatura unũ esse, dici possit? q.2.
An unitas patri, æqualitas filio, concordia spiritui sancto ritè approprientur? q.3.

DISTINCT. XXXII.
ARTICVLVS I.
An uerũ sit dictu, Pater & filius diligunt se spiritu sancto? q.1.
Ablatiuus ille, Spiritu sancto, in qua habitudine constituitur, cum. s. dicit, Pater & filius diligunt se spiritu sancto? q.2.
ARTICVLVS II.
An rectè dici possit, Pater est sapiens sapientia genita? q.1.
An item rectè dictũ sit, Pater est potens potentia, siue uirtute, quam genuit? q.2.

DISTINCT. XXXIII.
ARTICVLVS I.
An proprietas sit persona? q.1.
An proprietas sit essentia? quæst.2.
An notio de notione prædicetur? q.3.
An notiones, siue proprietates seipsas denominent? q.4.

DISTINCT. XXXIIII.
ARTICVLVS I.
An in diuinis res naturæ supra naturam addat? q.1.
An ibidem persona prędicetur de natura, & natura de persona? q.2.
An item inibi ponere sit appropriationem? q.3.
An etiam ponere sit & translationem. q.4.

DISTINCT. XXXV.
ARTICVLVS I.
An ponere sit ideas in deo? q.1.
An unam, uel plures ponere sit in illo? q.2.
An item plures secundum rationem sint huiusmodi ideæ? quæst.3.
An pariter plurificẽtur in deo secundũ plurificationem ideatorum in specie tantum; uel etiã in indiuiduis? q.4.
An similiter finitæ, uel infinitæ numero sint eędem? q.5.
An tandem & ordinem habeant? quæst.6.

DISTINCT. XXXVI.
ARTICVLVS I.
An res ab eterno fuerint in deo? quæst.1.
An res ratione essentiæ, uel personæ in deo sint? q.2.
ARTICVLVS II.
An omnia sint uita in deo? q.1.
An res uerius esse in deo habeat, quàm in proprio genere? quæst.2.
ARTICVLVS III.
An mala in deo sint? q.1.
An & imperfecta in eodem sint? quæst.2.

DISTINCT. XXXVII.

PARS PRIMA.

ARTICVLVS I.

An deus in omnibus rebus sit? quæst.1.

An item ubique sit?q.2.

ARTICVLVS II.

An ubique esse, soli deo conueniat?q.1.

An semper & ab æterno eidē soli sic esse conueniat?q.2.

ARTICVLVS III.

An deus uniformiter,& æqualiter in omnibus rebus sit? quęst.1.

Quot, & quibus modis deus in rebus sit?q.2.

DISTINCT. XXXVII.

PARS SECVNDA.

ARTICVLVS I.

An deus localis sit?q.1.

An deus secundum locum mutabilis sit?q.2.

An & extra omnem locum existat,ab omnique loco separabilis sit?q 3.

ARTICVLVS II.

An angelus localiter sine corpore moueri possit?q.1.

An angelus,dū mouetur per medium mouetur?q.2.

An dum mediū id pertrāsit, motu subito uel successiuo pertranseat?q.3.

DISTINCT. XXXVIII.

ARTICVLVS I.

An præscientia dei rerum causa sit?q.1.

An uicenersa à rebus causata sit?quæst.2.

ARTICVLVS II.

An præscientia isthæc dei rebus præscitis necessitatem imponat?quæst.1.

An deus quę præscit, necessariò præsciat?q.2.

DISTINCT. XXXIX.

ARTICVLVS I.

An deus alia à se cognoscat? quæst.1.

An si alia à se cognoscit; uniuersa illa cognoscat?q.2.

An item plura scire possit,quàm sciat?q.3.

ARTICVLVS II.

An deus se,& alia à se una & eadem cognitione cognoscat? quæst.1.

An item mutabilia immutabiliter cognoscat?q.2.

An pariter & præsenter uniuersa cognoscat?q.3.

DISTINCT. XL.

ARTICVLVS I.

An prędestinatio quid ęternum, uel temporale sit?q.1.

An item scientiā, uel uoluntatem dei principaliùs & completiùs importet?q.2.

ARTICVLVS II.

An prædestinatio inferat salutis necessitatem libero arbitrio? quæst.1.

An æquè certitudinem in euentu ponat: ut.s. aliter euenire non possit, nisi sicut deus prædefiniuit?q.2.

ARTICVLVS III.

An electio ab æterno,uel ex tempore in deo sit?q.1.

An item idē sit,quod prædestinatio?q.2.

ARTICVLVS IIII.

An obduratio pœna, uel culpa sit?q.1.

An pariter a deo sit?q.2.

DISTINCT. XLI.

ARTICVLVS I.

An prædestinatio, & reprobatio causam meritoriam in nobis habeant?q.1.

An in deo dare sit prædestinationis & reprobationis causam, uel rationem?q.2.

ARTICVLVS II.

An deus per modum complexionis res cognoscat?q.1.

An enunciabilia,quę semel deus cognoscit, semper cognoscat? quæst.2.

DISTINCT. XLII.

ARTICVLVS I.

An deus possit in omne, aliud à se?q.1.

An pariter possit in omnia, in q̄ agens creatum potest?q.2.

An item possit, quæ agenti creato impossibilia sunt?q.3.

An possibile simpliciter dicatur aliquid secūdum causas superiores, uel inferiores; hoc est ſm potentiam diuinam, uel creatam?q.4.

DISTINCT. XLIII.

ARTICVLVS I.

An potentia dei secundum q̄ huiusmodi,infinita sit?q.1.

An pariter quantum ad esse infinita sit?q.2.

An similiter possit in effectum actu infinitum?q.3.

An & ad infinita se extēdat?q.4.

DISTINCT. XLIIII.

ARTICVLVS I.

An deus potuerit facere mundū meliorem quò ad substantias partium integrantium? quęst.1.

An item quantum ad eorundem partium proprietates?q.2.

An pariter quātum ad ordinem partium?q.3.

An æquè potuerit deus facere mūdum ipsum antiquiorem? quæst.4.

ARTICVLVS II.

An deus,quod semel potest;semper possit?q.1.

DISTINCT. XLV.

ARTICVLVS I.

An in deo ponere sit uoluntatē? quæst.1.

An deus dici possit omniuolens; sicut & omnipotens, & omniscius dicitur?q.2.

ARTICVLVS II.

An uoluntas dei rerum causa sit? quæst.1.

An item earundem prima,& immediata causa sit?q.2.

ARTICVLVS III.

An uoluntas diuina conuenienter diuidatur in uoluntatem signi,& beneplaciti?q.1.

Quæ,& quot sint diuinæ uoluntatis signa?q.2.

DISTINCT. XLVI.

ARTICVLVS I.

An deus uelit omnes homines saluos fieri uoluntate beneplaciti?q.1.

An deus uelit mala fieri?q.2.

An mala fieri, bonum sit? quæst.3.

An item mala fieri, uerum sit? quæst.4.

An malum a dei uoluntate ordinabile sit?q.5.

An pariter de complemento uniuersi sit?q.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS.

DISTINCT. XLVII.

ARTICVLVS I.

An uoluntas beneplaciti dei impediri possit? q. 1.
An quis contra dei uoluntatem signi facere possit? q. 2
An deus mala permittere debeat? q. 3.
An item mala præcipere possit? quæst. 4.

DISTINCT. XLVIII.

ARTICVLVS I.

An possibile sit uoluntatem nostram uoluntati diuinæ conformari? q. 1.
An uoluntas nostra ex conformitate ad diuinam uoluntatem iusta efficiatur? q. 2.

ARTICVLVS II.

An teneamur uoluntatem nostram uoluntati diuinæ conformare in ratione uolendi? quæst. 1.
An & quò ad uolitum eandem eidē conformare teneamur? quæst. 2.

FINIS.

ARTICVLI, IN QVIBVS MAGISTER SENTENTIARVM COMMVNITER AB omnibus non tenetur.

EX PRIMO LIBRO.

PRIMÒ quòd charitas, qua diligimus deum & proximum: est spiritus sanctus. Dist. 27 cap. 2. Vel quòd charitas, quę est amor dei & proximi, non est aliquid creatum.

Secūdò, quòd nomina numeralia dicta de deo, dicuntur solùm relatiuè, Dist. 24. cap. *Et si diligenter.* Vel q̄ nomina numeralia, trinus, & trinitas, non dicunt positionem, sed priuationem tantùm.

Tertiò, quòd, simile, & æquale similiter dicuntur de deo priuatiuè. Dist. 21. cap. *Et hoc idem.*

Quartò, quòd deus semper potest quicquid aliquando potuit: & uult quicquid uoluit: & scit quicquid scuit. Dist. 44. capit. *Præterea quæri solet.*

EX SECVNDO LIBRO.

Primò, q̄ angeli meruerunt beatitudinem per gratiam sibi datam, ita quòd præmium p̄cesserit meritum: sed postea meruerunt per obsequia fidelibus exhibita. Dist. 5. cap. *Hic quæri solet.* Vel quòd in angelis præmium præcedit, & meritum respectu præmii substantialis habet subsequi.

Secundò, q̄ angeli in merito respectu essentialis præmii, & in ipso præmio proficiunt usque ad iudicium. Distin. 11. cap. *Præterea illud &c.*

Tertiò, q̄ charitas est spiritus sanctus, scilicet illa, quæ animæ qualitates informat, & sanctificat Dist. 27. cap. *Cum ergo.*

Quartò, q̄ in ueritate humanæ naturæ nihil transit extrinsecum: sed quod ab Adam descendit per propagationem auctū, & multiplicatū resurget in iudicio. Dist. 30. c. penul. *Quibus responderi pōt.* Vel q̄ nihil decibis trāsit in ueritatem humanæ naturæ, nec per generationem, nec per nutritionem.

EX TERTIO LIBRO.

Primò, quòd anima a corpore exuta, sit p̄sona, Dist. 5. cap. *Hic opponitur a quibusdam.*

Secundo q̄ Christus conueniente mortuus & non mortuus dicitur, passus & non passus. Distin. 21. c. ult. *Recedēte uerò &c.*

Tertio, q̄ Christus in triduo mortuus, fuit homo. Dist. 22. c. 1. *Hic quæritur &c.*

EX QVARTO LIBRO.

Primò, q̄ sacramenta legalia non iustificabant, etiam si cum fide & deuotione fierent Dist. 1. cap. *Non igitur.*

Secundò, q̄ homo sine medio uidebat deum ante peccatum, eadem distin. cap. *Triplici &c.*

Tertiò, q̄ circuncisio non cōferebat gratiam ad bene operandum, nec uirtutes ad augmentum: sed solum ad peccata dimittenda ualebat. Eadem distin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stin. cap. *Duo igitur.*

Quartò, ꝙ paruuli ante octauum diem morientes incircuncisi, peribant: & ꝙ causa necessitatis poterant ante circuncidi. Eadem dist. cap. *Si uerò*

Quintò, ꝙ quædam sacramenta nouæ legis institura sunt in remedium tantum, ut matrimonium. distin. 2. cap. 1. *Iam ad sacramenta.*

Sexto, ꝙ baptizati baptismo Ioannis, non ponentes spem in illo, non erant baptizandi baptismo Christi. dist. 2. cap. ult. *Hic considerandum.* Vel aliter Baptismus Ioannis cum impositione manuum æquipollebat baptismo Christi: ita ꝙ baptizatus baptismo Ioannis non erat rebaptizandus.

Septimò, ꝙ deus potuit dare potentiam creaturæ creandi, & interius abluendi, id est peccata dimittendi dist. 5. cap. ult. *Hic quæritur, quæ sit.* Vel sic, quod deus poterat dare potestatem aliis baptizandi interius: & qđ creatura potuerit suscipere: & similiter quod deus potest potestatem creandi creaturæ cõmunicare, & creare per creaturam tanquam per ministrum. Distinct. 5.

Octauò, ꝙ schismatici, degradati, præciti ab ecclesia, hæretici, excommunicati, non habent potestatem conficerandi corpus Christi. dist. 13. cap. *Illis uero.*

Nonò, ꝙ brutum non sumit uerũ corpus Christi, & si uideatur. dist. 13. Cap. *Illud etiam sane.*

Decimò, ꝙ scientia discernendi, ut notat habitum scientiæ, sit clauis Dist. 19. cap. 1.

Vndecimò, ꝙ episcopi simoniaci degradati nõ possunt conferre ordines. Distin. 25. Cap. *De simoniacis.*

Duodecimò, ꝙ secundus maritus alicuius mulieris incognitæ carnaliter a primo, sit bigamus p cognitionẽ illius: & prohibetur ab ordinibus Dist. 27. cap. ult.

Decimotertiò, ꝙ cognoscens sororem uxoris suæ, nõ tenetur uxori petenti debitum reddere, dist. 24. cap. *De his.*

Decimoquartò, quòd ille, qui uxore uiuente, duxit aliam in aliena patria, qui rediens ad conscientiam uult eam dimittere, & non potest: si cogitur ab ecclesia remanere, & debitũ reddere: quia sibi non creditur; dicit Magister ꝙ incipit excusari per obedientiam & timorem: & tenetur reddere debitum si petatur. Dist. 38. cap. ult.

Decimoquintò, ꝙ peccata delcta non patescant aliis in iudicio, Dist. 43. cap. *Hic quæritur, utrum electis.*

FINIS.

D. BONAVENTVRAE
IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARVM
PROLOGVS.

PROFVNDA fluuiorum scrutatus ẽ, & abscondita produxit in lucẽ. Verbum istud sumptum ex Iob 28. diligentius consideratum aperit nobis uiã ad præcognoscendum quadruplex genus causæ in Libro Sniarum. s. materialis, formalis, efficientis, & finalis. Causa namq; materialis innuitur in noĩe fluuiorũ. Causa formalis in profundatione profundorũ. Causa finalis in reuelatione abscõditorũ. Causa uero efficiẽs intelligitur in suppositio duorũ uerborũ. s. scrutatus est, & ꝙduxit in lucẽ. Innuitur. n. causa materialis nomine fluuiorũ, pluraliter, non singulariter: ut non solũ tangatur liber totius materiæ, uel subiectum in generali; sed ẽt particularium librorum in speciali. Propter qđ notãdum, ꝙ iuxta quadruplicẽ proprietatẽ fluuii materialis, quadruplex est fluuius spiritualis: de quo ſm quadruplicem differentiã sunt quatuor Lib. Sent. Considero nãq; fluuii materialitatẽ quo ad durationẽ, & inuenio pẽnitatẽ, nã sicut dicit Isidorus. Lib. Ethimologiarũ. Fluuius est pennis fluxus. Cõsidero quãtũ ad extẽsio nẽ, & inuenio spaciositatẽ in hoc .n. distinguit fluuius a riuulo. Cõsidero quãtũ ad motũ, & inuenio circulationẽ, sicut. n. dr Eccl. 1. Ad locũ unde exeũt fluuia, reuertuntẽ &c. Cõsidero effectũ, & inuenio emũdationẽ. nã fluuius ꝙꝙ aquarũ abundantiã mũdat terras, ꝙ quas currit ita ꝙ nõ inquinant. Et qm oẽs trãsferẽtes ſm aliq; similitudinẽ trãsferũt, ex hac quadruplici cõditione metaphora quadruplex in spũalibus fluuiis inueniũ, sicut colligere possumus ex scripturis. PRIMO ꝙꝙ perẽnitatẽ dr fluuius ꝙfonarũ emanatio, qm illa emanatio sola ẽ sine principio, sine fine. De hoc fluuio Dan. 7. Antiquus dierũ sedit, & fluuius igneus rapidusq; egrediebat a facie eius. Antiquus iste dierũ, est pr ẽternus, cuius antiquitas ẽ eternitas. Iste antiquus sedit, qã nõ solũ ẽ in eo eternitas, sed ẽt ĩmutabilitas. A facie illius antiq egrediebat fluuius igneus, rapiduſq;, i. de sublimitate diuinitatis eius, ꝓcedebat plenitudo amoris, & plenitudo uirtutis. Plenitudo uirtutis in filiũ, ideo fluuius erat rapidus. Plenitudo amoris in S. S. ideo fluuius erat igneus. SECVNDO ꝙꝙ spaciositatẽ dr fluuius rerũ mũdanarũ productio; ob quã cãm non tm fluuius, sed mare a Propheta dr

2. Phy. 18. *Astra hẽtium non est mendacium.*

in ps. iste mūdus. Hoc mare magnū, & spaciosū &c. De hoc fluuio Ezē. 19. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magne qui cubas in medio fluminum; qui dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum; ponā frænum in maxillis tuis &c. Draco iste magnus, quem dñs alloquitur, & cui comminatur in figura, & persona Pharaonis; diabolus est: qui est Rex Aegypti, q̄ interpretatur tenebræ, qm̄ regnat in eis, quos excęcauit tenebris erroris, ut puta sunt hæretici. Ad quē et dicit, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum, quasi ipse fecerit mundum istū; & ipse non habeat aliud principium. Hunc errorem ipse dixit, & suggessit impiis Manichæis, q̄ totā machinam uisibilium à Deo malo esse conditā asserūt, & contendunt. Huius draconis maxillas dñs infrēnabit, qñ ablata sibi potestate suggerēdi falsa, ostendet se esse huius fluuii cōditorem; unde in eadē auctoritate sequitur. Scięt oēs habitatores Aegypti, qm̄ ego dñs.

Horū plurimi meminit Aug. tom. in primis lib. de hęresibus ad Quoduult deum Tomo 6.

TERTIO propter circulationē dr̄ fluuius filii Dei incarnatio. Qm̄ sicut in circulo ultimū coniūgit principio: ita incarnatio ne supremum coniungitur imo & primū postremo; uidelicet filius Dei æternus homini condito die sexta. De hoc fluuio Eccl. 24. Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso. Dorix interpretatur generationis medicamentū, & est ibi figuratiuus sermo, ut cōuersim intelligatur i. generatio medicamenti. Incarnatio. n. filii Dei nihil aliud fuit ꝙ generatio medicamenti. verè enim languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Recte igit̄ filii incarnatio fluuius Dorix dr̄: & ipse uere de se dicit. Ego quasi fluuius Dorix. i. medicinalis fluuius, & sicut aquæ ductus exiui de paradiso. Natura aquæ huius, est, q̄ tantū ascēdit, quantum descēdit: talis fuit exitus incarnationis, ſm quod dicitur in Psal. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius. Et Io. 16. Exiui à patre, & ueni in mūdum: iterum relinquo mundū, & uado ad patrem: & ita fecit circulum. De hoc etiam fluuio quantū ad egressum eius ex matre. potest exponi illud quod dr̄ Hester. 10. in somnio Mardochæi. Paruus riuulus creuit in fluuium, & in lucem solemque cōuersus est. Quis (obsecro) est paruulus riuulus iste, nisi humillima Virgo? hæc creuit in fluuium, cū generauit Christū, qui non solum fluuius per abūdantiam gratiæ, sed etiam lux sapientiæ, & Sol iustitiæ dr̄, ſm q̄ Ioan. 1. de ipso dicitur. Erat lux uera &c. QVARTO propter emundationem dr̄ fluuius sacramentorum dispensatio, quæ sine sui pollutione mundat nos à coinquinationibus peccatorū.

Isa. 53

De hoc fluuio Apoc. 22. Ostendit mihi fluuiū aquæ uitæ splēdidū tanq̄ cristallū, procedentē de sede Dei, & agni. Sacramētorum dispensatio dr̄ fluuius splendidus tanq̄ cristallus, ꝓpter claritatē, & nitorem, quę relinquit in animabus, q̄ in hoc flumine deputantur. Dr̄ et fluuius aquæ uiuæ ꝓp efficaciam gratiæ, q̄ uificat animam. Hic et procedit de sede Dei, & agni, nam sacramenta is gratia procedit à Deo tanquam ab actore, & efficiēte, a Xpo tanq̄ a mediatore, & à promerente: ꝓp qd dñr ea sacramēta efficacia hre à passione Xpi, ut testatur. Aug. De latere Christi dormientis fluxerunt sacramenta, dum inde fluxit sanguis, & aqua. De oībus istis fluuius simul, & p ordine habetur Gen. 2. ubi dicit q̄ fluuius egrediebatur de loco uoluptatis: qui inde diuiditur in quatuor capita: nomen primi Phison: nomē secundi Gihon: nomen tertii Tigris & nomē quarti Euphrates. Fluuius iste egredicns de paradiso est totius Libri huius materia. Quatuor fluuii ex isto procedentes sunt speciales materiæ quatuor librorū, sicut facile pōt aptare, qui predictorū nominū interpretationes nuit diligēter exponere. Phison n. interpretatur oris mutatio, & in hoc significatur personarū emanatio. Sicut. n. ex ore materiali procedit uerbū, & spiritus, ita ex ore patris filius, & spiritus sanctus Eccle. 24. Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante oēm creaturam. Hoc dicit ipse filius, qui est uerbū, & sapientia patris. Et in Psa. 32. Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius &c.

Ps. 35

Gihon interpretatur arena, & in hoc significatur rerū mundanarum productio. Sicut. n. uniuersitas creaturarū cōparatur mari ꝓp spaciositatē, ita arenæ ꝓp innumerositatē Eccl. 1. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Tigris interpretatur sagitta, &

in hoc significatur filii Dei incarnatio. Sicut. n. in saggitta ferrum cōiunctum est ligno: sic in Christo fortitudo diuinitatis coniuncta est mollicie humanitatis. Et sicut sagitta ex arcu, & ligno uolat ad percutiendū aduersarios; sic Christus de cruce saliens contrigit aduersarium. Hæc est illa sagitta, de qua dicitur 4. Regu. 13 Sagitta salutis dñi, & saggitta salutis contra Syriā. Euphrates interpretatur frugifer: in quo significatur sacramentorum dispensatio, quę nō tm̄ aīam purgant à culpa, sed ēt fęcundant in gratia. Quod signatum est Apoc. ult. ubi dr̄ q̄ iuxta fluuiū cristallinū erat lignū afferens fructū, cuius folia erāt in medicinā. Cū igitur quatuor sint fluuii, quatuor sunt fluuiorum profunda prædictis fluuiis correspondentia. Profundum æternæ emanationis est sublimitas esse diuini: de quo potest intelligi illud Eccles. 7. Quis inueniet eam? Vere profunditas alta, & altitudo ꝓfunda, ita ut ex clamet Apos. Rom. 11. & dicat. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, q̄ incomprensibilia sunt iudicia eius. Vere iudicia incōprehensibilia, quia profunda. iudicia. n. Dei abyssus multa. & Eccle. 1. Profundū abyssi q̄s dimēsus est? Hæc profunditas innuitur Iob 11. Forsitā uestigia Dei comprehendes, & usque ad ꝓfectu oipotentē reperies. Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? quasi dicat ex te nō potes: ideo consuluit Apostolus Ephe. 3. In charitate radicati, & fundati

dati, vt possitis cōprehēdere &c. hoc profundū pscrutaī Magr in Primo Libro. Sublimitas. n. diuini esse cōsistit in duob. s. ī nobillissimis emanationib. q̄ sunt gnatio, & processio. In nobilissimis cōditionibus, que sunt summa sapientia, oīpotentia, & perfecta uoluntas. de quibus est primus liber. Nam in prima parte agit de sacratissima unitate, & trinitate. In secundū uero quæ incipit dist. 35. *Cumq; supra dissertum &c.* ī speciali tractatu agit de supradicta eius triplici cōdōne: siue ꝓprietate. Profundū creationis est uanitas ee creati: creatura. n. quātomagis euanescit tā tomagis in ꝓfundū tēdit: sine euanescat p culpā, siue p pœnā.

Psa. 68 Propter hoc dr per Prophetā in Psa. in psona hoīs, q euanuit p culpā. Infixus sum ī limo ꝓfundi, & nō est substātia. Et rursus orās propheta ne euanescat per

Psa. 68 pœnā dicit. Nō me demergat tē pestas aquæ, neq; absorbeat me ꝓfundū &c. Hoc ꝓfundū scrutaī Magister ī Scdo Libro. Nā uanitas esse creati in duobus cō sistit, uidelicet in mutatione de non esse in esse, & rursum in reuersione in non esse. Et quamuis nulla creatura omnino cedat in nō ens per naturā, uerum tñ (sicut dicit Aug.) peccator tē dit ad non esse per culpā: & de his duobus est totus secundus. Nam in prima parte agit de rerum egressu. In secunda uero parte, quæ incipit Disti. 21. *Videns igitur diabolus &c.* agit de lapsu, ut de tentatione diaboli, de peccato originali, & actuali, usq; ad finē. Profundum incarnationis est meritum humilitatis Xpi, qđ tm fuit, ut uere possit dici profundum quasi nō habēs terminum, nec fundum. De quo pōt intelligi illud Ionæ 2. Proiecisti me in profundum in corde maris, & flumē circunde dit me. Hoc potest dici de Christo, qui tm humiliatus est, ut uere possit dici proiectus: & abiectus Esa. 53. Et uidimus eum, & non erat ei aspectus: & desideravimus eum despectum, & nouissimum uirorum &c. uere igitur dicit se proiectum: Sed ubi? in profundum maris & fluminis. Nā passio Christi cōparaī mari pp pēnalitatis amaritudinē, flumini, pp charitatis dulcedinē. Dulcissimum. n. cor Iesu Christi, tanta circa nos afficiebatur teneritudine amoris, ut non uideretur ei graue pro nobis sustinere extremum, & acerbissimū genus mortis. Et hoc profundū perscrutaī Magister in Tertio. Nam meritum Christi in duob. consistit. s. in passione, per quā nos redemit: & in actione, per quā nos informauit: q̄ consistit in operibus uirtutum, donorū, & ꝑceptorum: de quibus duob. est Tertius Liber. Nā in prima parte agitur de incarnatione, & passione, in qua cōsistit nostra redemptio. In secunda, q̄ incipit Dist. 23. *Cum uero supra habitum sit &c.* agit de uirtutib. donis, & præceptis in quibus cōsistit nostra informatio. Profundum sacramentalis dispēsationis est efficacia perfecti medicamenti. Tanta. n. est efficacia medicinæ sacramentalis, ꝙ humanā mentē excedit, ut uere profundum possit dici. De hoc Esa. li. Posuisti profundum maris uiā tuā, ut transirent liberati. Profundum illud, in quo Aegyptii demerguntur, & filii liberati trāseunt & saluantur, est efficacia sacramentorum, in quibus destruuntur opera tenebrarum, & conferuntur arma lucis, & dona gratiarum: per quæ homo trāsferē de ptāte tenebrarum ī regnum filii charitatis dei. Hęc efficacia sacramētorum est profundum maris, in q̄tum primo liberat à culpa; & introducit in amaritudinē pœnitētię fluminis: in quā tū liberat a miseria, & introducit in dulcedinē gratiæ. Quod optimē p̄figuratum fuit in filiis Israel, quib. exeuntibus ex Aegypto diuisa est aqua, & trā sierunt per medium sicci maris. Sicut dicitur Exo. 14. Et introeuntibus in terrā promissionis per arētē alueum trāsiuit Israel Iordanē istum, siccāte dño deo nostro aquas eius &c. Simile dicitur Iosue 4. Hoc profundum perscrutatur Magister in Quarto libro: Nam efficacia perfecti medicamenti in duobus cōsistit. s. in sanatione a uarietate infirmitatum deprimētium, & in liberatione ab uniuersitate miseriarum aggrauantium, & de his duobus est totus Quartus Liber. Nā in prima parte agit de multiplici sanatione, quam efficiunt 7. sacramenta. In secunda quæ incipit Dist. 43. *Postremo de conditione resurrectionis &c.* agit de perfecta sanitate ad quā perducunt: sicut de gloria resurgentium, qui uere ac ter, & fideliter ecclesiæ perceperunt: & per oppositum de pœna malorum qui sacramēta ecclesię cōtēpserunt. Ex perscrutatione aūt quatuor

ꝓfundorū in quatuor libris elicitur finis. s. reuelatio quatuor abscōditorum. Primum est magnitudo diuinæ substantiæ. De qua Esa. 45. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator: uerè magnitudo diuinæ substātiæ abscondita, sm illud Iob. 26. Cum uix paruā stillā sermonis eius audierimus, magnitudinē tonitrui eius quis poterit intueri? certè nullus pōt intueri, nisi ille, cum quo sapientia Dei inhabitat. Pro hoc petebat ille sapiētiæ amator. Sap. 9. Mitte illā de cœlis sanctis tuis, et à sede magnitudinis tuæ. Hoc absconditum Magister repletus sapiētia de supernis per Primi Libri perscrutationem produxit in lucē. Nā uisis, et intellectis nobilissimis emanationibus, et nobilissimis ꝓprietatib: innotescit nobis uiatorib. (sm ꝙ possibile est) diuinæ substātiæ magnitudo. Secūdū abscōditū est ordo diuinę sapiæ. De quo Iob. 28. Vbi inuenit sapiētia? et qs ē locus intelligētię? abscōdita est ab oculis omniū uiuentiū, uolucres quoq. cœli latet. Vere abscōdita. Quia (sicut dr ibidē). Sapia trahit de occultis: ita ꝙ si cognosci optaī, indiget perscrutatione ꝓfunditatis nō in se, sed in opib. in quib. ipsa reluceat. Vnde dr Eccl. 1. ꝙ unus est altissimus creator, q̄ creauit illā super oīa opa sua. Hoc ergo abscōditū manifestat Magister in perscrutatione Scdi. Nā uiso ordine bonorū, & malorū, patet nobis qūo ab ęterno sapia dei ornata ē, et ex antiqs anteq̄ terra fieret. Tertiū abscōditū ē fortitudo diuię potētię. De qua Aba. 3. Cornua ī manib. eius ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

abscondita est fortitudo eius: sic igitur de Xpo pendente in cruce ubi latuit fortitudo uirtutis sub palio infirmitatis. Et hoc est sacramentū absconditū a seculis. De quo Ephe 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gra hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Xpi, & illuminare oēs: quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo. Hoc est sacramētū absconditum, sacrū secretum: quo Deus fortis ut hostē uinceret, indutus est armis nostræ infirmitatis, quod est inauditū a seculis. In perscrutatione tñ Tertii Libri ubi ostendit q̄ Xps in sua infirmitate uicit contrariā potestatē, manifestat fortitudo diuinæ potentiæ. Si.n. uicit per infirmitatem, quid fecisset si pugnasset p̄ uirtute? Et si infirmū dei fortius est hominibus; brachium dei q̄s poterit infirmare? Vere igitur patet inenarrabilis eius fortitudo, cuius est tam fortis infirmitas. Quartū absconditum est dulcedo diuinę misericordiæ. De quo Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā abscondisti timētibus te. Verē absconditā, & reseruata timētibus dulcedo mię. Quia sicut dicitur in Psal. Misericordia dñi ab ęterno, & usq; in eternum super timentes eū, & in eis qui sperant super misericordia eius. Hęc dulcedo manifestatur in perscrutatione Quarti Libri. Nā uiso qualiter deus dimittit peccata in presenti, & qualia nostris uulneribus adhibet medicamina, & qualia in futurō dāt p̄mia, nobis dulcedo diuinæ misericordiæ aperitur. Horum igitur absconditorū propalatio est finis Libri generalis: ad quē perduci, & perducere uolens Magister sententiarum, perscrutatus est profunda fluuiorum præuia gratia spiritussancti. Ille n. est præcipuus perscrutator secretorum, & profundorum, secundū q̄ dicitur. 1. Cori. 2. Spiritus oīa perscrutatur, etiam profunda Dei. Huius spiritus agitatus charitate, & luce claritatis illustratus, cōposuit Magister hoc opus: & scrutatus profunda fluuiorū: hoc etiam spiritu adiuuā te factus est reuelator absconditorum Ipse.n.est, de quo scribitur Danielis 2. Ipse reuelat profunda, & absconditā: & nouit in tenebris constituta. Et hæc fuit intentio, & finis Magistri, secūdū q̄ ipse dicit in Prologo, [Lucernam ueritatis in candelabro exaltare uolentes, in sudore, ac labore multo hoc uolumē Deo præstante compegimus ex testimoniis ueritatis in æternū fundatis] Et paulò ante dixerat q̄ propositum suum est theologicarum inquisitionum abdita pādere. Patet ergo in uerbo proposito p̄sentis libri cā materialis, formalis, efficiēs, & finalis.

Ps. 30.

Psal. 146.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

Quæ materia, quodue subiectum Theologiæ, uel huius Libri.

AD intelligentiam eorum quæ primò tacta sunt quatuorpost sunt q̄ri iuxta quatuor puncta. Primò q̄ sit huius libri materia: uel subiectum.

QVod deus sit subiectum uf. Illud. n. subiectum est in scientia, de quo, & de cuius proprietatibus est scientia tota. Sed de Deo, & de eius operibus, ut puta creatione, & reparatione, est totus iste liber, ergo &c. Itē uidetur subiectum istius libri sint res, & signa. Illud.n.est subiectum in scientia, fm cuius diuisionem diuiditur il a scientia ab aliis: quia scientiæ secantur ut res, hoc est quia diuiduntur scđm diuisionē subiectorū: sed hęc est res, & signum, sicut manifestum est. ergo &c. Item. vī quod credibile sit subiectum huius libri. Illud.n. est subiectum in libro, circa quod uersatur auctoris intentio, & tractatus. Sed credibile est huiusmodi. Vnde Magister dicit in Prologo, qđ propositum suum est fidem nostram clypeis dauidicæ turris munire: hoc est ad probandū fidē rōnes adducere mō (in quā) fidem secundum habitum, sed secundum creditum, ergo &c.

de A m. 38

SED CONTRA. Subiectum in scia debet complecti omne, qđ determinatur in illa: sed hoc in libro non tñ determinatur de Deo, sed etiam de creaturis: ergo Deus non est subiectum huius totius libri generaliter, sed solum primi libri. Item. aliter ostenditur illud idem sic. Licet tres causæ coincidant in unam, tamen materia non coincidit simul cum fine. Quia materia dicit quid in complētū; finis aūt dicit totius operis cōplementū. Sed deus est finis totius istius operis, quia finis totius Theologię: ergo nō est subiectū, uel materia. Item. q̄ res, & signa non sint subiectū, uidetur: Oīs.n.scientia est de rebus, & signis: ergo si res, & signa sunt subiectū huius libri, liber iste est generalis ad oēs. Qđ si specialis scientia, & doctrina traditur in libro hoc, patet q̄ res, & signa non hūt assignari in eo, p̄ subiecto. Item. constat q̄ alia scientia est de rebus, & alia de signis, ut patet: differt.n. sermocinalis scientia a naturali. ergo aut scia tradita in hoc lib. non est unius generis, aut nō est simul de rebus, & de signis, sed est unius generis, ergo &c. Item. q̄ credibile nō sit subiectū uf. Quia scia, & uerit as sunt diuersi habitus, ergo habet diuersa obiecta, ergo cū credibile in quantum hmōi sit subiectum ueritatis, non erit obiectū sciæ in quantum hmōi ergo &c. Item. sicut consideratio huius libri uersatur circa fidē, ita circa spē, & charitatē; ergo si sperādum, uel diligendū, siue sperabile, uel diligibile nō est subiectū huius libri, pari rōe nec credibile est subiectum in eo.

Phy. 2.

RESOLVTIO.

Subiectū radicale Theologiæ Deus est. Integrale, Christus. Vniuersale, Res uel signa; sine (ut uno nomine dicas) Credibile.

RESP. Dicēdum q̄ subiectū in aliqua scia, uel doctrina triplīciter pōt accipi. Vno modo dī subiectum in scia, ad quod oīa reducūtur sicut ad principium radicale. Scdo modo ad qđ oīa reducuntur sicut ad totū integrale. Tertio modo ad qđ oīa reducūtur sicut ad totū uniuersale. Exemplū huius manifestę patet: Grammatica. Nā subiectū primū, ad quod omnia reducuntur sicut ad primū elementale, uel

Reclamat Scot. in Prolo. q. 3.

uel radicale, est litera: quã ideo uocat Priscianus elementũ, qa est minimũ, in quo stat resolutio grãmatici. Subiectũ, ad qđ oĩa reducuntur: sicut ad totũ integrale, est oratio cõgrua, & pfecta. Subiectũ uerò ad qđ oĩa reducũtur sicut ad totũ uniuersale, est uox literata articulata, ordinabilis ad significandũ aliquid in se, uel in alio. Per hunc modum est distinguere in quadriuialibus. Nam subiectum in Geometria, ad quod oĩa resoluuntur ut ad principiũ, est punctus. Subiectum ad qđ oĩa reducuntur ut ad totũ integrũ, est corpus, qđ continet in se omne genus diuisionis. Subiectum ad qđ omnia reducuntur ut ad totũ uniuersale, est quantitas continua immobilis. Per hunc modum & in hoc libro est assignare subiectum fm triplicem differentiam. Nam subiectũ ad qđ oĩa reducũtur uti ad principiũ, est ipse Deus. Subiectũ uero ad qđ omnia reducuntur, q determinantur in hoc libro ut ad totũ integrum, est Christus, ꝓut comprehẽdit diuinam naturã, & humanam, siue creatã, & increatã: De quibus sunt duo primi Libri: & caput, & membra: de quibus sunt duo sequentes. Et accipio hic largè totum integrũ, quod multa cõplectitur nõ solũ per cõpositionẽ, sed ẽt per unionẽ, & per ordinem. Subiectũ quoq; ad quod omnia reducũtur sicut ad totũ uniuersale, possumus notare dupla nominatione, siue subdistinctione: & sic ẽ Res, uel Signũ. Et hocaf hic signũ sacrametũ. Possumus & unico uocabulo notare, & sic est credibile, prout trãsit in rõnem intelligibilis, & hoc ꝑ adductionẽ rõnis: & hoc modo (proprie loquendo) credibile est subiectũ in hoc Libro. Concedendæ ergo sunt rõnes probantes & Deũ esse subiectũ, & res, & signa, & credibile: diuersimodè tn, sicut dictum est.

QVOD ERGO obiicitur in cõtrariũ, ꝙ de Deo nõ agitur per totum in hoc libro. Dicendum, ꝙ quamuis non agatur de Deo quantum ad substantiam tm, agitur tn quantum ad substantiã, uel quantum ad opera eius, & ideo non est subiectum ut totum, sed ut primum. QVOD OBIICITVR, ꝙ materia nõ coincidit in unum cum fine. Dicendum, qđ materia tripliciter dicitur. s. materia ex qua, materia in qua, & materia circa quã: & hæc ultima materia magis dicitur obiectum, quam materia. Qñ ergo dicitur qđ materia nõ coincidit cum fine, uerum est de materia ex qua, q proprie est materia: sed nõ de materia circa quã, quæ proprie est obiectum. Nã idem potest esse obiectum habitus, & finis: & tali modo accipit materia in scientia pro obiecto uirtutis cognoscentis. QVOD obiicitur de rebus, & signis, qđ sint subiecta oium scientiarum, Dicendũ ꝙ res, & signum pñt accipi in sua generalitate, & sic nõ pertinent ad scientiam specialẽ, nec ad librum, nec ad eãdẽ scientiam. Pñt iterum accipi fm ꝙ in duunt rõnẽ credibilis: & sic quẽ admodum una ẽ uirtus, & unus est habitus de oĩbus credibilib. siue sint res, siue sint signa, ut fides: sic una est scientia specialis de omnibus inquantum induunt hanc rationem scilicet credibilis, siue sint res, siue signa. Aliter potest dici: ꝙ dupliciter est loqui de rebus, & signis: aut absolutè, aut ĩ relatione ad fruitionem, siue ad illud quo fruendũ est. Primo quidem modo spectant ad speciales scientias, & diuersas. Secundo modo ad unã scientiam, siue doctrinam. Vnde quemadmodum de omnibus entibus, inquãtum reducuntur ad unum primum ens, est una scientia, aut unus liber, sic de omnibus rebus, & signis inquantũ ordinantur ad unum, quod est alpha, & o. est vna scientia. QVOD obiicitur, ꝙ credibile est obiectum ueritatis. Dicendum, ꝙ alio mõ est credibile obiectum ueritatis, alio modo scientię. Credibile enim fm ꝙ habet in se rationem primę ueritatis, cui fides assentit propter se, & super omnia, pertinet ad habitum fidei. Secundum uero, ꝙ super rationem ueritatis addit rationẽ auctoritatis, pertinet ad doctrinam sacrę scripturę. De qua dicit Aug. super Gen. ad literam, ꝙ maior est eius auctoritas, quã humani ingenii perspicacitas. Sed fm ꝙ supra rõnẽ ueritatis, & auctoritatis addit rõnẽ ꝓbabilitatis: pertinet ad considerationẽ ꝓsentis Libri, in quo ponunt rõnes probantes fidẽ nostrã. Et sic patet qũo differenter est fides de credibili, & Libri de Canone sacrę scripturę, & præsens scriptura: Et iõ nõ ualet illa obiectio de sperabili, uel diligibili: qñ iste liber nõ est sic ad defensionem spei, & charitatis, sicut fidei. unde non est simile.

QVAESTIO II.

Quæ causa formalis, quiuè procedendi modus in his Libris Sententiarum?

DE causa formali, siue modo agẽdi huius Libri. Et dictũ est, quod est perscrutatorius, & inquisitiuus secretorum. Sed cõtra Isa. 40. Deus dat secretorum scrutatores, quasi nõ sint. ITEM Prouer. 25. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. ITEM. Eccl. 3. Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Ergo si ea, quę Magister ꝓscrutatur, sunt secreta: sunt magna; sunt alta: & fortia: male Magister ꝓcedit. ITEM. ratione ostẽditur sic. Modus procedendi in parte scientię debet esse unifor mis modo totalis scientiæ, sed modus procedendi in sacra scriptura est typicus, & ꝓ modum narrationis, non inquisitionis; cum ergo iste liber pertineat ad sacram scripturam, non debet procedere inquirendo ITEM. modus agendi debet esse conueniens materię, de qua est. Vñ de in primo Ethicorum dicitur. Sermones inquirẽdi sunt secundum materiam. Sed materia huius doctrinæ est credibile, & credibile est supra rationem: ergo modus procedendi per rationes non conuenit huic doctrinæ. *Cap. 3.*

ITEM. Modus agendi debet esse conueniens fini, ad quem ordinatur scientia. Sed hæc scientia (ut dicit Magister in litera) ordinatur ad fidei promotionẽ: sed rationes fidem non promouent, sed euacuãt. (Vñ Greg. Fides nõ hẽt meritũ, cui humana rõ ꝓbet exprimẽtum) ergo talis modus cõtrarius fini: ergo nõ ẽ cõs- *Homil. 26. in euang. circa initium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Paulinum de diui. hist. c. 7

conueniens. Vnde & Hier. Tolle (inquit) argumenta, cū de fide agitur. Pastoribus, & piscatoribus creditur, non dialecticis. Vanus ergo, & inutilis uidetur hic modus.

SED CONTRA. 1. Petri 3. Parati omni poscēti reddere rōnē de ea, quæ in uobis est fide, & spe. Cum ergo multi sint, qui fidem nostram impugnāt, quiq; rōnem de ea poscunt, utile, & congruum uidetur per rōnes eā astruere, & modo inquisitorio, & ratiocinando procedere: ergo &c. ITEM. Richardus de S. Victo. in lib. de Trini. Credo sine dubio ad quorumlibet explanationem necesse esse non modo probabilia, sed etiam necessaria argumenta non deesse, licet contingat nostrā industriā latere. Ergo cū fides nostra credat necessaria, & illa habeant rationes latentes, & talia indigeāt perscrutatione, ut enodetur: patet q̄ modus ꝑscrutatorius maxime conuenit huic scientiæ. ITEM. Non est peioris conditionis ueritas fidei nostræ q̄ alię ueritates, sed in aliis ueritatibus ita est, q̄ omnia quæ potest per rationem impugnari, pōt & debet pari rōnem defendi, ergo pari rōne & ueritas fidei nostræ. ITEM. Non est modo fides nostra peioris conditionis, quām in principio, sed in principio q̄n impugnabatur per falsa miracula magorū, defendebatur per uera sanctorum: ergo cum modo impugnetur per falsa argumenta hæreticorum, debet defendi per uera argumenta doctorum.

Lib. 1. c. 4. circa init.

Quia uersatur circa credibile probabile per sacram scripturam.

RESOLVTIO.

Modus procedendi in hoc libro perscrutatorius, & inquisitiuus est. Quippe qui instantes ad fidem promouet, infirmos fouet, perfectosq; consolidat.

RESP. Dicendū q̄ modus ꝑscrutatorius conuenit huic doctrinæ, siue libro. Cum. n. finis importet necessitatē his: quæ sunt ad finem (Quia sicut dicit Philosophus. Serra est dentata, qa est ad serrandum) sic iste liber, qa est ad promotionē fidei, habet modum inquisitiuum. Modus. n. rōcinatiuus, siue inquisitiuus ualet ad fidei promotionē & hoc tripliciter ſm tria genera hominum. Quidam enim sunt fidei aduersarii. Quidam sunt in fide infirmi. Quidam uero perfecti. Modus inquisitiuus ualet primo ad cōfundendum aduersarios Vnde Aug. 1. de Trini. Aduersus garrulos ratiocinatores elatiores magis q̄ capaciores rationibus catholicis, & similitudinibus congruis ad defensionem, & assertionem fidei, est utendū. Secō ualet ad fouendum infirmos. Sicut. n. Deus charitatē infirmorū fouet per beneficia tpalia. sic fidē infirmorū fouet per argumenta probabilia. Si. n. infirmi uiderent rōnes ad fidei probabilitatē deficere, & ad oppositū abūdare, nullus periisteret. Tertio ualet ad delectandū perfectos. Miro. n. modo alia delectatur in intelligēdo q̄d perfecta fide credit. Vnde Ber. Nihil libentius itelligimus, q̄ ꝙ iā fide credimus.

QVOD ERGO obiicitur in cōtrariū. Dicendū ꝙ oēs illæ auctoritates intelligūtur de ꝑscrutatione curiosa, non de ꝑscrutatione studiosa. Nam ipse dns dixit Iudeis. Io 5. Scrutamini scripturas &c QVOD OBICITVR, ꝙ ille modus non competit Sacrę scripturæ. Dicendū ad hoc, q̄ liber iste ad sacram scripturā reducitur per modū cuiusdam subalternationis, nō partis principalis. Similiter & libri Doctorum, qui sunt ad fidei defensionem: quod patet sic. Quia nō q̄libet determinatio trahens in partem, facit subalternationem scientiæ: sed determinatio quodāmō distrahens. Nam scientia de linea recta non dicitur subalternari Geometriæ, sed scientia de linea uisuali, q̄n hæc determinatio quodammodo trahit ad alia principia. Q̄n ergo sacra scriptura est de credibili, ut de credibile, hęc est de credibili ut facto, intelligibili, & hæc determinatio distrahit: Nā q̄d credimus debetur auctoritati, & q̄d intelligimus rōni. Hinc est, ꝙ sicut alius modus certitudinis est in scīa superiori, & inferiori: ita alius modus certitudinis est in sacra scriptura, & alius in hoc libro, & ideo alius modus procedendi. Et sicut scientia subalternata ubi deficit, redit ad certitudinem scientię subalternantis, quę maior est, sic etiā cū Magistro deficit certitudo rōnis, recurrit ad auctoritates sacrę scripturæ, q̄ excedit oēm certitudinem rōnis. QVOD TV obiicis ꝙ modus debet conuenire materię. Dicendū ꝙ conuenit. Et q̄d obiicitur, ꝙ credibile est super rōnē, uerū est super rōnē quātū ad scientiā acquisitā: sed nō supra rōnē eleuatā per fidē, & per donū scię, & intellectus. Fides. n eleuat ad assentiēdū: scīa, & intellectus eleuant ad ea q̄ credita sunt, intelligendum. QVOD OBICITVR ꝙ non cōuenit fini, quia euacuatur meritum, dicēdū ꝙ q̄n assentit ꝓp se rōni, tūc aufertur locus fidei, quia in anima hominis dñatur uiolētia rōnis. Sed q̄n fides non assentit ꝓp rōnē, sed ꝓp amorē eius, cui assentit: desiderat habere rōnes: tūc nō euacuat rō humana meritum, sed auget solatium: & primo mō intelligit Grego. similiter, & Hier. ꝙ non sunt inducēda argumenta dialectica, quibus homo principaliter innitatur, quia innitendum est auctoritati principalius, quām rōni.

Doctrina scholas. qua sit subalternatur sacræ Scripturæ cane à Dionys. primo sen. q. 1

1. de parte anim.

Cane hic à Scot. q. 4. & 5 collat. 20. & 3. sent. dist. 24

Vide 3 Sente. Distin. 35. q. 1 & 3. Sent. Distin. 24. q. 4

QVAESTIO III.

An Theologia sit gratia ꝓpter latitiam uel ut boni fiamus?

DE causa finali. Et cū dictū sit, ꝙ liber iste est ad reuelā dū abscondita, quæritur utrum ōpus hoc sit contēplationis gratia, uel ut boni fiamus. Et ꝙ sic, ut boni fiamus, videt sic. Oīs doctrina quę est de his, sine quorū cognitione non contingit recte uiuere, est ut boni fiamus. sed iste liber est ad cognitionē nostrę fidei, sine qua impossibile est placere deo, nec recte uiuere, ut dicitur Heb. 11. ergo iste liber est, ut boni fiamus. ITEM. oīs doctrina quę cōuenit cū uirtute in obiecto, est ut boni fiamus, hęc ꝙ se manifesta est, sed hęc doctrina cōuenit cum fide in obiecto, quia est de credibili, de quo etiam est fides siue in quo, ergo &c. ITEM. doctrina particularis conuenit cum totali in fine, sed finis totalis scripturę

Universidad de Deusto
Biblioteca

pturę ſacrę nō eſt tm̄ ut fiamus boni, ſed ēt ut fiamus beati, & beatitudo eſt optimū, igitur finis iſtius ſciæ eſt, ut boni fiamus. CONTRA Magiſter dicit in litera, ꝙ finis ſiue intētio ſua ē theologicarū inq̄ſitionū abdita pandere, ſed hoc pertinet ad eum, cuius finis eſt ſpeculatio, ergo &c.

ITEM. Scīa, q̄ eſt, ut boni fiamus, ptinet ad mores: ſed cum theologia ſit de fide non de moribus, liber aūt iſte de his q̄ ſpectāt ad fidē, nō de his q̄ ſpectāt ad mores, ergo opus hoc nō eſt ut boni fiamus. ITEM. Oīs ſcīa, q̄ eſt, ut boni fiamus, eſt practica: ſed oīs talis eſt de his, q̄ ſunt ab opere noſtro: ſed hęc nō eſt de his, q̄ ſunt ab opere noſtro, ſed à deo, ergo eſt contēplationis gratia, non ut boni fiamus.

2. Metaph. 3. finis ſpeculatiue ueritas, practica opus. Inſtat Sco. q. 4. Prologi ſed contra.

RESOLVTIO.

Liber hic gratia cōtemplationis eſt; ut quę boni fiamus: at magis ſecundum, quam primum.

RESP. ad intelligentiam prædictorū notādū eſt, ꝙ pfectibilis eſt intellectus noſter a ſcīa. Hūc aūt cōtingit cōſiderare triplicīter. ſ. in ſe, uel prout extēdit ad effectū. uel ꝓut extēdit ad ops. Extēdit aūt intellectus p modū diſtantis, & regulantis ſm hunc triplicē ſtatū, & ꝙ errare pōt; hēt triplicē habitū directiuum. Nā ſi cōſideremus intellectū in ſe, ſic eſt proprie ſpeculatiuus: & pficit ab habitu, ꝙ eſt cōtēplationis gratia: quæ dr̄ ſpeculatiua ſcīa. Si aūt cōſideremus ipm, ut natū extēdi ad opus: ſic perficit ab habitu, ut boni fiamus: & hęc ē ſcīa practica ſiue moralis. Si aūt medio mō conſideret, ut natus extendi ad effectum; ſic pficitur ab habitu medio inter purē ſpeculatiuū, & practicū, ꝙ cōplectit utrunq;, & hic habitus dr̄ Sapia, quia ſimul dicit cognitionē, & affectū. Sapia. n. doctrinæ eſt ſcīm nomē eius. Eccle. 6. Vnde hic eſt contēplationis gr̄a, & ut boni fiamus: principaliter tm̄, ut boni fiamus: talis eſt cognitio tradita in hoc Libro. Nā cognitio hęc iuuat fidē: & fides ſic eſt in intellectu, ut q̄tum eſt de ſui rōne, nata ſit mouere affectum: & hoc patet. Nam hæc cognitio, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt: & conſimiles, niſi ſit homo peccator, & dutus, mouet ad amorem, & de uotionem: non ſic iſta, circulus uincit diametrum &c. Concedendum eſt ergo, quòd ſciētia preſentis Libri eſt, ut boni fiamus.

Vide ſenten. ſti. 3. q. 1.

QVOD OBIICITVR, ꝙ eſt ad pandendū abſcondita: dicendū ꝙ ibi nō eſt ſtatus, quia illa reuelatio ordinat ad effectum. QVOD OBIICITVR ꝙ non eſt de moribus, nec de his, q̄ ſunt ab opere noſtro: iam patet reſponſio ad illud: q̄ ipſe loquit de illa ſcientia, quę propriè eſt, ut boni fiamus, ut de practica.

QVAESTIO IIII.

Quæ cauſa agens, ſiue efficiens huiuſce Libri.

DE cauſa efficiente. Et dicit Magiſter Petrus Lombardus Pariſ. Eps. Sed ꝙ nō debeat dici auctor huius Libri, uidet: ille ſolus dicendus eſt auctor libri, q̄ eſt doctor, ſiue actor doctrinæ: ſed ſicut dicit Augu. in lib. de Magi. ſolus Chriſtus eſt doct. Matt. 23. ergo ſolus debet dici

Ca.

dici huius libri auctor. ITEM. Sicut dicit Philoſophus 1 Ethicis. Non quicunque facit grāmaticalia, uel muſicalia, dēt dici grāmaticus, uel muſicus, ut pote ſi faciat caſu, uel fortuna, uel alio ſupponēte, ſiue dicente. Sed Magiſter hoc opus cōpoſuit ex aliena doctrina, ſicut ipſe dicit in litera, ꝙ in hoc opere maiorum exempla doctrinamq̄; reperies, ergo non debet dici auctor. SIC VT dicis ꝙ non tm̄ hic eſt doctrina ſanctorum, ſed etiā ſua, cuius rōne debet dici auctor. Cōtra, à maiori, & digniori debet fieri denominatio: Sed Magiſter dicit ꝙ ſi pauliſper uox ſua inſonuerit, & tunc a paternis limitib. nō diſceſſit: ergo nō debet iſte liber dici eſſe Magri.

CONTRA, conſtat ꝙ Deus hoc opus nō ſcripſit digito ſuo, ergo habuit alium doctorē. Sed non eſt dare alium, niſi Magiſtrum, ergo &c. ITEM auctoritas magiſtri in hac parte recipitur, ideo cum ipſe dicat in litera, In multo labore, & ſudore hoc uolumen (Deo pręſtāte) cōpegimus, ergo uidetur ꝙ ipſe fuit auctor præſentis libri.

RESOLVTIO.

Auctor huiuſce Libri eſt Petrus Lōbardus Epiſcopus Pariſienſis.

RESP. Ad intelligentiam dictorum notandum, ꝙ quadruplex eſt modus faciendi librum. Aliquis. n. ſcribit alienam materiā nihil addendo uel mutando, & iſte merè dicitur Scriptor. Aliquis ſcribit aliena, addendo, ſed non de ſuo, & iſte Compilator dicitur. Aliquis ſcribit & aliena & ſua, ſed aliena tanquam principalia, & ſua tanquam annexa ad euidētiam, & iſte dicitur. Cōmētator. Aliquis ſcribit & ſua, & aliena, ſed ſua tanquam principalia aliena tanquam annexa ad confirmationē, & talis dēt dici Auctor. Talis fuit Magiſter, quoniam ſententias ſuas ponit, & patrū ſuis cōfirmat. Vnde uere debet dici auctor huius libri.

QVOD ERGO OBIICITVR ꝙ ſolus Chriſtus eſt doctor, & auctor, dicendum ꝙ (ſicut dicit Augu. in lib. de Doctrina Chriſtiana) docere eſt dupliciter, ſicut dicitur dupliciter aliquis facere, & uidere. Aliter. n. facit uidere, qui uiſū reſtituit: aliter ꝙ uiſibile digno oſtēdit. Primum facit Deus, ſecundum homo. Si militer aliter docet, qui ſcientiam, quam habet, in alium uerbo, uel ſcripto offert, uel oſtendit: aliter qui habitum ſcientiæ imprimit, uterque tamen dicitur doctor, & auctor, ſed Deus principaliùs, ſicut in propoſito. QVOD obicitur ꝙ fecit librum alio ſupponente: Dicendum ꝙ non ideo dicitur facere aliquis ſupponente alio, quia ab alio dicit (tunc enim pauci eſſent doctores, uel grammatici) ſed ſi omnino ſcietia eius dependeat ab alio, ita ꝙ non habeat habitum intra, ſicut illi qui faciunt bonum latinum, quia alii ei dixerunt, ſed ipſi ignorant artem, hoc modo non fecit Magiſter librū iſtū: Nā a ſcīa, quā acquiſierat longo tpe, uel labore; hoc opus compoſuit, & per doctrinas patrum ſuas ſententias cōfirmauit, & ꝙ ſunt ibi multa dicta aliorū, hoc nō tollit Magiſtro aūctē, ſed potius eius aūctē & humilitatē commendat &c.

TEXTVS

TEXTVS MAGISTRI.

PROLOGVS.

Luc. 21 Marc. 12. Lu. 10

SVPIENTES aliquid de penuria, ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylacium domini mittere, arduа scandere, opus ultra uires nostras agere presumpsimus, confirmationis fiduciam, laborisque mercedem in Samaritano statuentes, qui prolatus in curationem semiuiui duobus denarijs, supereroganti cuncta reddere professus est. Delectat nos ueritas pollicentis, sed terret immensitas laboris. Desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam

Ex August. 3. lib. de Tri. in proœmio. Can. 4.

umcit zelus domus Dei. Quo inardescentes, fidem nostram aduersus errores carnaliũ atque animalium hominum, Dauidicæ turris clypeis munire, uel potius munitã ostendere, ac theologicarum inquisitionum abdita aperire, nec non & sacramentorum Ecclesiasticorum pro modulo intelligẽtiæ nostræ notitiam tradere studuimus. Nõ ualentes studiosorum fratrũ uotis iure resistere eorũ in Christo laudabilibus studijs, lingua, ac stylo nos seruire flagitantium, quas bi-

Ex eodẽ August. loco citato.

gas in nobis agitat Christi charitas. Quamuis non ambigamus omne humani eloquij sermonem calumniæ, atque contradictioni æmulorum semper fuisse obnoxium, quia dissentientibus uolũtatum motibus, dissentiens quoque fit animorum sensus. ut cũ omne dictũ ueri ratione perfectum sit, tamen dum alind alius aut uidetur, complaceat, ueritati uel

Ex Hilario in principio 10. de Tri. 3. Co. 4 Ez. 4

non intellectæ, uel offendenti, et impietatis error obnititur, ac uoluntatis inuidia resultat, quũ Deus seculi huius operatur in illis diffidentiæ filijs, qui non rationi uoluntatem subijciunt, nec doctrinæ studium impendunt, sed his quę somniantur, sapientiæ uerba coaptare nituntur, non ueri, sed placiti rationem sectantes, quos iniqua uoluntas nõ ad intelligentiam ueritatis, sed ad defensionem placentium irat, non desiderantes doceri ueritatem, sed ab ea ad fabu-

2. ad Ti. 4. 1. ad Ti. 4.

las conuertentes auditum. Quorum professio est magis placita, quam docenda conquirere, nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare, quæ habent rationem sapientiæ

pientiæ in † superstitione. Quia fidei defectionem sequitur, hypocrisis mendax, ut sit in uerbis pietas, quam amiserit conscientia, ipsamque simulatam pietatem omni uerborũ mendacio impiam reddunt, falsæ doctrinæ institutis fidei sanctitatẽ corrumpere molientes, auriumque pruriginem sub nouello sui desiderij dogmate alijs ingerentes, qui contentioni studentes contra ueritatem sine fœdere bellant. Inter ueri namque assertionem, & placiti defensionem pertinax pugna est, dum se & ueritas tenet, & se uoluntas erroris tuetur. Horum igitur & Deo odibilem ecclesiã euertere, atque ora oppilare, ne uirus nequitiæ in alios effundere queant, & lucernam ueritatis, in candelabro exaltare nolentes, in labore multo, ac sudore hoc uolumen (Deo præstante) compegimus ex testimonijs ueritatis in æternum fundatis, in quatuor libris distinctum. In quo maiorũ exẽpla doctrinamque reperies, in quo per dominicæ fidei syncera professionem uipereæ doctrinæ fraudulentiã prodidimus, aditum demonstrandæ ueritatis complexi, nec periculo impiæ professionis incerti, temperato inter utrunque moderamine utentes. Sicubi uero parum uox nostra insonuit, non à paternis discessit limitibus. Non igitur debet hic labor cuiquam pigro, uel multũ docto uideri superfluus, cum

† superficie.

2. Tim. 4.

Mat. 5

Ex August. in proœm. 3. de trinit.

multis impigris, multisque indoctis, inter quos etiam & mihi sit necessarius locus, breui uolumine complicans patrum sententias, appositis eorum testimonijs, ut nõ sit necesse quærenti librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quæritur offet sine labore. In hoc autem tractatu non solũ pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero: maximè ubi profunda uersatur ueritatis quæstio, quæ utinam tot haberet inuentores, quod habet contradictores. Vt autem quod quæritur, facilius occurrat, titulos, quibus singulorum Librorum capitula distinguuntur, præmisimus.

Ex loco supra cõtato.

IOTALI Libro præmittit Magister prologum in quo tangit causas suscepti operis. Diuiditur autem in duas partes. In prima parte ponit rationes, quæ mouerũt ipsum ad aggrediendum præsens negocium siue opus. In secunda, rationes; quæ debent mouere discipulos ad benigne audiendum, circa finem. *In quo maiorum &c.*) ubi incipit

cipit alloqui auditores. Prima pars diuiditur in duas: quia duplex ratio pōt mouere aliquem ad opus faciendū, scilicet amor boni, & odium mali. Primo ergo ponit rationes sumptas ex parte amoris boni, s. catholicæ ueritatis. Secundo ex parte odii mali, scilicet hæreticæ prauitatis, ibi. *Quamuis nō ambigamus &c.*) Prima pars habet quatuor particulas. In prima tangit causam excitantem, & hæc est desiderium mercedis, & spes auxilii sub exemplo uiduæ, & parabola Samaritani. In secunda ponit causam retrahentem, quæ duplex est, scilicet laboris immēsitas, & propria infirmitas. ibi. *Delectat nos &c.*) In tertia ponit causam propellentem. Et hæc est zelus ipsum accēdēs, ibi. *Quamuis zelus &c.*) In quarta ponit causam compellentem, & prævalentem, ibi. *Non valentes &c.*) Et hæc est petitio fratrū studiosorū, quibus nō pōt quis iure resistere, sed quodāmodo necessariò oportet colum subiicere.

Dubia literalia.

Dub. 1. *Opus ultra uires nostras &c.*] Hic obiicitur, præsumptio est peccatum: ergo peccauit. Respon. Est præsumptio confidentię de diuino adiutorio, & præsumptio superbiæ, quæ est de p̄prio ingenio: prima non est peccatum: sed est uirtutis iudicium: secunda uerō est peccatum: sed de prima loquit Magister. Vel aliter. Est præsumptio secundū ueritatē, & est præsumptio ex̄ propriam æstimationem. Prima est reprehensibilis, quia superbiæ: secunda laudabilis, quia humilitatis. Nec est culpabilis, qui in omnibus operibus suis se reputat indignum, & quasi præsumptuosum.

Prolatis duobus denarijs &c.] Dub. Hic quæritur, quę sit ista supererogatio? Si tu dicas q̄ sit magistrorum, & sanctorū superadditio ad sacrā scripturā. Cōtra Dam. quę tradita sunt nobis per legē & prophetas ueneremur, nihil ultra inquirētes. Itē. Apoc. ult. Si quis apposuerit ad hæc, apponat ei dñs plagas. Resp. dicendū q̄ est additio distrahens, & est additio cōplens. Addens primo mō, nō sup erogat, sed magis diminuit: & subuertit, & tales sūt heretici, q̄b. dat maledictio. Ad dēs scīdo mō superogat: q̄a saluo sēsu scripturæ ipsā diuicidat. Per duos igit denarios, duo intelligo testamēta p̄ Samarita. X̄pm p̄ semiuiū hominē gratuitis expoliatū, & uulneratū i nālibus: & superogationē intelligo doctore exponentē. Vel aliter dicē dū: q̄ est additio in qua additū est contrariū: & est in qua additū est diuersum: & est in qua additū est consonū. Prima additio est erroris. Secunda p̄sumptionis, q̄a p̄sumptio est dicere in sacra scriptura aliquod oīno diuersum ab his, q̄ in ea expressa sunt. Tertia fidelis īstructionis: q̄a q̄d implicitum est, explicat.

Quā uincit zelus domus dei etc.] Dub. Hic q̄rit, q̄s sit iste zelus: & quare magis hoc zelo accēdit cōtra animales, & carnales, q̄ cōtra superbos, & alios peccatores, & cum zelus sit amor priuatus, non uidetur q̄ deberet zelo accendi. Præterea cum maius sit peccatum superbia: uidet q̄ magis deberet accendi contra superbos.

Respon.

Resp. ad primum dicendum, q̄ zelus est amor nolens habere cōsortium in amato: zelus malus uitat omne consortium: sed zelus bonus uitat tantum malos: unde ueri zelatores domus dei nō possunt uidere in Ecclesia uitia, quæ insurgunt cōtra ipsam. Vnde Ioan. 2. dicit glosa. Zelus bonus est, quo animus abiecto humano timore, accenditur, & eò tēdit, ut quelibet praua quę uiderit, corrigere satagat: & si, nequiuerit tollere gemat. Ad secundum dicēdum, q̄ Magister specialiter in Ecclesia zelabat fidem: & ideo Magister accendebatur contra fidei corruptores. Dupliciter autem corrumpit qs fidem, aut motus peruersitate uoluntaris, & affectionis: & hic dicitur carnalis. Nam caro dicitur hic carnalis affectio, secundum illud Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis &c. Alio modo corrumpit quis motus peruersitate iudicii: & hic dicitur animalis, quasi phantasticus: quia phantasiæ peruertunt iudicium rationis.

Quæ higas agitat in nobis, &c.) Cōra Eccles. 9. Nemo scit an odio, an amore dignus sit. Resp. dicendum quōd charitas uno modo dicit uirtutem gratuitam. Alio modo dicit large amorem, multum appreciantem amatum. Vnde charitas dicitur quasi amor carus. Primo modo sumpta charitate, uerum est certitudinaliter quōd nescit aliquis: potest tamen aliquo experimēto dulcedinis diuinæ misericordiæ hoc coniicere probabiliter. Secūdo modo pōt scire: & si primo mō dicit Magister, non dicit asserendo sed coniicie- 4. do. Si secundo modo, tunc assertiue potest intelligi: & sic patet illud.

Quamuis non ambigamus, &c.) Supra posuit Magister rationes mouentes ex approbatione boni: hic ponit rationes mouentes ex odio, & detestatione mali; & hoc est malum hæreticæ peruersitatis. Habet autē hæc pars quatuor particulas. In prima parte tangit eorum peruersitatem, quæ consistit in calumniando bonum, & uerum ex erroris cęcitate, & inuidiæ parimalignitate. In secunda tangit huius peruersitatis radicē, quæ est suggestio diabolica, & propria superbia, ibi. *Quam dens huius seculi, &c.*) In tertia tangit huius erroris defensionem, quæ est per falsam superstitionem, & mendacem, & contentiosam locutionē ibi. *Habēt rationem sapientiæ in superstitione, &c.*) In quarta infert rationem quæ ipsum mouit ad p̄sentis operis compilationē, ibi. *Honūgeuur Deo odibilem.* Et ratio hæc, est subuersio erroris.

Veritati, uel non intelligi &c., &c.) Videt quōd dicat male; q̄a ueritas est lux, itelligibilis, sicut lux corporalis sensibilis. Sed oculus habens uisum, non potest ignorare lucem sensibilem; ergo pari ratione nec intellectus ignorabit lucē intelligibilē. Si tu dicas q̄ non est simile, qu̇ritur quare non est simile; & quare magis deficit natura intellectui quam sensui. Resp. dicendum quōd simile est, si qs attēdat. Triplex. n. est cā quare aliqs nō uideat uisibile. Aut. n. nō uidet, q̄a nō uult respicere: aut si uult impeditur

Dub. 5

propter defectum organi, aut p pter absentiam lucis, hoc manifestum est. Similiter in spiritualibus, intellectus frequenter aliqua non intelligit, quia nó uult considerare. Aliquando uero nõ intelligit propter immoderatum ex parte corporis: ut patet in phreneticis, & stultis. Aliquãdo propter absentiam lucis. Licet enim lux increata se non subtrahat quantum ad essentiam, uel quantum ad qualemcunque influentiam: subtrahit tamẽ se homini, cum peccauit, quantum ad influentiam perfectam, unde dicitur inlixisse ei ignorantiam. Vnde sicut oculus in tenebris errat, sic hodie miser humanus intellectus: cum autem plene restituetur in lucem, sicut oculus uidere poterit omne uisibile, sic intelliget omne intelligibile.

Veritatis offendentes, imputatis error, &c.) Contra homines natura scire desiderant, sicut etiã esse beati. Sed beatitudo neminem offendit, quia omnes eam desiderant: ergo nec ueritas offendit aliquem. Resp. Dicendum q̃ est loqui de ueritate quantũ ad primum effectum, qui est illuminare: & quantũ ad istum nemo ipsam odit: omnes enim naturaliter desiderant illuminari. Est iterum loqui quantum ad effectũ consequentem: qui est arguere, & hunc habet in malis. Manifestatio enim mali redarguit faciẽtem: & inde est q̃ mali odiũt ueritatem: quia sicut dicitur Ioan. 3. Qui male agit, odit lucẽ. Dub. 6.

Qui contentiosi studentes &c.) Contra 2. Esdre. 4. cap. Magna est ueritas & fortior omnibus. Omnis terra ueritatem inuocat, & omnes tremunt eam. Respõ. Dicendum, est loqui de ueritate simpliciter, uel de ueritate quãtum ad hoc, siue in speciali. Primo modo ueritas est inexpugnabilis, & ideò prævalet: & sic intelligitur illud Esdre, Est iterum loqui de ueritate secundo modo: sic contingit eam per rõnes phãtasticas obũbrari, & per contẽt onẽ impugnari. Vnde Amb. super illud uerbum, Contentione. Rom. 1. dicit. Contentio est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Dub. 7.

Ex testimonijs ueritatis inæternum fundatis &c.) Contra 1. Corinth. 13. Scientia destruetur: ergo & testimonia. Rñ. q̃ testimonia ueritatis sunt in æternũ fundata. Sicut dr in Psal. 118. Initio cognoui de testimoniis tuis &c. Quod obiicitur, q̃ scientia destruetur. Dicendũ q̃ uerum est quantũ ad modũ docẽdi, & considerandi: sed non quantum ad cognitum, & rationem cognoscẽdi. Psal. 118. In æternum domine permanet uerbũ tuũ &c.

In quo maiorum exempla &c.) Hæc est pars ultima, in qua ponit Magr rõnes mouentes discipulos ad audiendũ. Et diuiditur hæc pars in quatuor partes, fm quatuor, quæ mouent discipulos ad audiendũ. Duo, q̃ sunt ex parte operis, uidelicet, auctoritas, & utilitas: duo uero ex parte docẽtis. s. humilitas, & facilitas. In prima præparat docilitatẽ. s. in auctoritate. In secunda in utilitate suscitat attentionem. In duobus aũt sequentibus. s. humilitate, & facilitate captat beneuolentiam. In prima igitur parte ostendit opus suum esse autẽticum. In 2. cõpendiosum. ibi. *Non igitur debet hic labor, &c.*) In tertia ostendit modum docendi esse humilem, in hoc q̃ unlt corrigi, ibi *In hoc autem tractatu, &c.*) In quarta ostẽdit esse facile ad inueniendum, & memorãdũ, ibi. *Vt autem quod quæritur, facilius occurrat, &c.*)

Liberum correctorem, &c.) Quæritur quid uult dicere per hoc nomen, liberum. Resp. dicẽdum q̃ liber corrector dicit sicut homo liber, qui sui tantum causa est, ut dicit Philosophus, sic corrector liber dicitur, qui tantum gratia correctionis, sñ inuidiæ, uel subsannationis corrigit: hãc desiderat, exemplo Augustini 2. de Trini. cap. 1. Vbi dicit. Magis amabo inspici a rectis; quam timebo morderi a peruersis: gratanter enim suscipit oscula columbinum pulcherrima, & castissima charitas, dentem uero caninũ euitat cautissima humilitas, uel retundit solidissima ueritas: magisque optabo a quolibet reprehendi, quam siue ab errante, siue ab adulante laudari. Dub. 9.

TRACTATVS

DISTINCTIO PRIMA.

De materia huius libri, & de librorum diuisione.

Veteris, ac nouæ legis continentiam diligenti indagine etiam atq; etiam considerantibus, nobis præuia dei gratia innotuit sacræ paginæ tractatum circa res, uel signa præcipuè uersari. Vt.n. egregius doctor Aug. ait ī Libro de Doctrina Christiana. Omnis doctrina uel rerum est, uel signorum: sed res etiã per signa discuntur. Propriè autẽ hic res appellantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: signa uerò, quorũ usus est in significãdo. Eorum aũt aliqua sunt, quorũ oĩs usus est in significãdo, non in usificãdo: quibus nõ utimur, nisi aliquid significandi gratia, ut aliqua sacramẽta legalia. Alia, quæ nõ solum significant, sed cõferunt quod intus adiuuet, sicut euangelica sacramẽta. Ex quo apertè intelligitur, quæ hic appellentur signa; res illæ, uidelicet quæ ad significandũ aliquid adhibẽtur. Oẽ igitur signum etiã res aliqua est. Quod enim nulla res est (ut in eodẽ Aug. ait) omnino nihil est. Nõ aũt e diuerso oĩs res signum est, quia non adhibetur ad significandũ aliquid. Cumq; his intenderit theologorũ speculatio studiosa atq; modesta, diuinã scripturã formam prescriptã in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditũ ad res Li 1. c. 2 Res. Signa. 6. polit. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinas aliquatenus itelligẽdas, deo duce, aperire uolẽtibus differendũ eſt: et primũ de rebus, poſtea de ſignis diſſeremus.

De rebus communiter.

Lib. 1. cap. 3. *Id ergo in rebus conſiderandum eſt, ut in eodẽ Aug. ait, quòd res aliæ ſunt, quibus fruendum eſt, aliæ, quibus vtendum eſt, aliæ, quæ fruuntur, & vtũtur. Illæ, quibus fruendũ eſt, nos beatos faciunt. Iſtis, quibus vtendũ eſt, tendentes ad beatitudinẽ adiuuamur, & quaſi adminiculamur, ut ad illas res, quæ nos beatos faciunt, peruenire, eisq; inhærere poſſimus. Res verò, quæ fruuntur & utuntur, nos ſumus quaſi inter vtraſq; cõſtituti, et angeli, & ſancti. Frui aũt eſt amore alicui rei inhærere propter ſeipſam. Vti verò, id quod in vſum venerit referre ad obtinendũ illud, quo fruendũ eſt: aliàs abuti eſt, nõ vti, nã vſus illicitus abuſus, velabuſio nominari debet. Res igitur quibus fruendũ eſt, ſunt Pater, & Filius, & S.S. Eadẽ tamen Trinitas quædã ſumma res eſt,*

Lib. 1. cap. 5. *cõisq; omnibus fruentibus ea: ſi tamen res dici debet, & nõ rerum omnium cauſa, ſi tamen & cauſa. Non.n. facilè põt inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniat, niſi quòd melius dicitur. Trinitas hæc, vnus Deus. Res autem, quibus vtendum eſt, mundus eſt, & in eo creata. Vnde Aug.*

Lib. 1. cap. 4. Ro. 1. c. *ſtin. in eodem. Vtendum eſt hoc mundo, non fruendum, vt inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciantur, i. vt de temporalibus æterna capiantur. Item in eodẽ:*

Ca. 12 *In omnibus rebus illæ tantùm ſunt, quibus fruendum eſt, quæ æternæ & incommutabiles ſunt, cæteris autem utendum eſt, vt ad illarum fruitionem perueniatur. Idem Aug.*

Ca. 10 *in 10. Lib. de Trinitate. Fruimur cognitis, in quibus ipſis propter ſe voluntas delectata cõquieſcit: vtimur verò eis, quæ ad aliud referimus, quo fruendum eſt.*

Quid ſit Frui, & Vti; aliter quàm ſupra.

Ca. 11 *Notandum verò quòd idem Aug. in Lib. 10. de Trinitate aliter quàm ſupra accipiens, Vti & Frui, ſic dicit, Vti, eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis: Frui autem, eſt uti cum gaudio non adhuc ſpei, ſed iam rei: Ideoque omnis qui fruitur, vtitur: aſſumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis. Non autem omnis qui*

vtitur, & fruitur, ſi id quod in facultatem voluntatis aſſumit, non propter ipſum, ſed propter aliud appetit. Et atten de quia videtur Auguſt. dicere illos frui tantùm, qui in re gaudent; non iam in ſpe: & ita in hac vita nõ videmur frui, ſed tantùm vti. vbi gaudemus in ſpe, cum ſupra dictum ſit, Cap. immorari ſp cedenti *Frui eſſe amore inhærere alicui rei propter ſe: qualiter etiã hic multi adbærent Deo.*

Determinatio eorum quæ uidentur contraria.

Hæc ergo, quæ ſibi contradicere videntur, ſic determinamus, dicentes nos & hic, & in futuro frui, ſed ibi propriè, 1. Cor. 13. *& perfectè, & plenè, vbi per ſpeciem videbimus quo fruemur: hic autem, dum in ſpe ambulamus, fruimur quidem, ſed non adeò plenè. vnde in Lib. 10. de Trinitate. Fruimur cognitis, in quibus voluntas eſt. Idem in Lib. de* Ca. 10 *Doctrina Chriſt. ait, Angeli illo fruentes iam beati ſunt,* Lib. 1. cap. 34 *quo & nos frui deſideramus, & quantum in hac uita iam fruimur, vel per ſpeculum, vel in ænigmate, tanto noſtram peregrinationem & tolerabiliùs ſuſtinemus, & ardentiùs finire cupimus.*

Alia determinatio.

Poteſt etiam dici, quòd qui fruitur etiam in hac vita nõ tantùm habet gaudium ſpei, ſed etiam rei, quia iam delectatur in eo quod diligit, & ita iam rem aliquatenus tenet. Conſtat igitur quod debemus Deo frui, & non vti. Illo enim, vt ait Auguſtin. frueris, quo efficieris beatus, & in quo ſpem ponis, vt ad id peruenias. De hoc idem ait in Lib. Lib. 1. de Doctrina Chriſt. cap. 31 Aug. Lib eod. ca. 33. *de Doctrina Chriſt. Dicimus nos ea re frui, quàm diligimus propter ſe, & ea re fruendum nobis eſſe tantum, qua efficimur beati. cæteris verò vtendum. Frequenter tamen dicitur frui, cum delectatione vti. Cum enim adeſt quod diligitur, etiam delectationem ſecum gerit, ſi tamen per eam tranſieris, & ad illud, vbi permanendum eſt, eam retuleris, vteris ea, & abuſiue non proprie diceris frui. Si verò inhæſeris, atque permanſeris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc verè & propriè frui dicendus es. quòd non eſt faciendum, niſi in illa Trinitate, id eſt, ſummo & incommutabili bono.*

Vtrum hominibus sit utendum, an fruendum.

Ca. 22 *Cum autem homines, qui fruuntur & vtuntur alijs rebus, res aliquæ sint; quæritur utrum se frui debeant, an uti, an utrunque. Ad quod sic respondet Aug. in Lib. de Doctrina Christ. Si propter se homo diligendus est, fruimur eo: si propter aliud, utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata uita, cuius etiam spes hoc tempore nos consolatur. In homine autem spes ponenda non est,*

Hie. 17 *quia maledictus est, qui hoc facit. Ergo si liquidò aduertas, nec seipso quisquam frui debet; quia diligere se propter se non debet; sed propter illud, quo fruendum est. Huic autem contrarium uideri non debet, quod Apost. ad Philemonem loquens, ait. Ita frater ego te fruar in domino. Quod ita determinat Augustinus. Si dixisset tantum te fruar, & non addidisset, in domino, uideretur finem dilectionis, ac spem constituisse in eo; sed quia illud addidit, in domino se finem posuisse, eodemque frui significauit. Cum enim (vt*

Ibidem *idem Augustinus ait) homine in Deo frueris, Deo potiùs, quàm homine frueris.*

An Deus fruatur, uel utatur nobis.

Sed cum Deus diligat nos, ut frequenter scriptura dicit,

Ad Eph. 2. Aug. in li. 1. de Doct. Chri. c. 31. et 32. Psal. 15 *quæ eius dilectionem erga nos multum commendat, quærit Augustinus quo diligat, an ut utens, an vt fruens, & procedit ita. Si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit, ait enim propheta, Bonorum meorum non eges. Omne enim bonum nostrum vel ipse est, uel ab ipso est, non ergo fruitur nobis; sed utitur. Si enim nec fruitur, nec utitur non inuenio quomodo diligat nos. Neque tamen sic utitur nobis, vt*

Aug. li. 1. de Doctrina Christ. ca. 30. *nos alijs rebus. Nos enim rebus quibus utimur, ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur: Deus uero ad suam bonitatem vsum nostrum refert. ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem, nos autem nobis inuicem, propter illius bonitatẽ. ille nostri miseretur, ut se perfruamur: nos uerò inuicem nostri miseremur, ut illo fruamur. Cum enim nos alicuius miseremur, & alicui consulimus, ad eius quidem facimus vtilitatem, eamq; intuemur; sed & nostra fit*

consequens, cum misericordiam, quàm alijs impendimus, nõ relinquit Deus sine mercede. Hæc autem merces summa Ex eodẽ li. c. 33. Mat. 5. *est, ut ipso fruamur. Item quia bonus est, sumus, & inquantum sumus, boni sumus. Porrò etiam quia iustus est, non impunè mali sumus, & inquantum mali sumus, intantum etiam minus sumus. Ille ego usus, quo nobis utitur Deus, non ad eius, sed nostram utilitatem refertur, ad eius uerò tantummodo bonitatem.*

Vtrum utendum, uel fruendum sit uirtutibus.

Hic considerandum est, utrum uirtutibus sit utendum, an fruendum. Quibusdam uidetur quod eis sit utendum, &

Li. 1. de Doctri. Christ. cap. 33 *non fruendum: & hoc confirmant authoritate Augustini. qui, ut prætaxatum est, dicit non esse fruendum nisi Trinitate, idest, summo & incommutabili bono. Item dicunt ideo non esse fruendũ eis: quia propter se amãdæ nõ sunt; sed propter æternã beatitudinẽ. Illud aũt quo fruendũ est: pp se amandũ est. Sed quòd uirtutes pp se amandæ non sint, imò pp beatitu-* Ca. 8. *dinem solam, probant authoritate Aug. qui in Libr. 13. de Trin. contra quosdam ait, Forte uirtutes, quas propter solam beatitudinem amamus, sic nobis persuadere audent, ut ipsam beatitudinem non amemus: quod si faciunt, etiam ipsas utique amare desistimus, quãdo illam, propter quã solã istas amauimus, non amamus. Ecce his uerbis uidetur Augustinus ostendere quòd uirtutes non propter se; sed propter solam beatitudinem amandæ sint. Quod si ita est ergo eis frũdum non est. Alijs uerò contra uidetur, scilicet quòd fruendum eis sit, quia propter se petendæ, & amandæ sunt. Et hoc confirmat authoritate Ambro. qui ait super illum locum Epistolæ ad Gal. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia &c. At hic non nominat opera; sed fructus, quia propter se petenda sunt: si uerò propter se petenda sunt; ergo & propter se amanda. Nos autem harum quæ uidetur, authoritatum repugnantiã de medio eximere cupientes, dicimus, quòd uirtutes propter se petendæ, & amandæ sunt, & tamen propter solam beatitudinem. Propter se quidem amandæ sunt, quia delectant sui possessores syncera, & sancta delectatione: & in eis pariunt gau-*

Nõ reprehendit Ambr. cõmentarijs; sed in glossa interlineari, sup hoc uerbo Gal. Ca. 5.

dium spirituale. Veruntamen non est hic consistendum, sed vltra gradiendum. Non hic hæreat dilectionis gressus, neque hic sit dilectionis terminus, sed referatur hoc ad illud summum bonum, cui soli omnino inhærendum est: quia illud propter se tantum amandum est, & vltra illud nihil quærendum est, illud est enim supremus finis. Ideo Augustin. dicit quòd eas diligimus propter solam beatitudinem, non quòd eas propter se diligamus, sed quia id ipsum quòd eas diligimus, referimus ad illud summum bonum, cui soli inhærendum est, in eo permanendum, finisque lætitiæ ponendus: quare virtutibus non est fruendum. Sed dicet aliquis, Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam, vt prædictum est: si ergo propter se virtutes amãdæ sunt, & eis fruendum est. Ad quod dicimus, In illa descriptione, vbi dicitur, propter seipsam, intelligendum est tantummodo, vt scilicet ametur propter seipsam tantum, vt non referatur ad aliud, sed ibi ponatur finis, vt suprà ostendit Augustin. dicens, Si inhæseris, atque permanseris, finem ponens lætitiæ, tunc verè, & propriè frui dicendus es, quod non est faciendum, nisi in illa Trinitate, idest summo & incommutabili bono. Vtendum est ergo virtutibus, & per eas fruendum summo bono: ita & de voluntate bona dicimus, vnde Augustin. in Lib. 10. de Trinita. ait: Voluntas est per quam fruimur, ita & per virtutes fruimur, non eis nisi fortè aliqua virtus sit Deus, vt charitas, de qua post tractabitur.

Lib. de Doctri. Christ. 1. c. 33.

Ca. 11

Infra dist. 17

Epilogus.

Omnium igitur quæ dicta sunt, ex quo de rebus specialiter tractauimus, hæc summa est, Quòd aliæ sunt, quibus fruendum est: aliæ quibus vtendum est, aliæ quæ fruuntur, & vtuntur: & inter eas, quibus vtendum est, etiam quædam sunt per quas fruimur, vt virtutes, & potentiæ animi, quæ sunt naturalia bona. De quibus omnibus, antequam de signis tractemus, agendum est: ac primum de rebus quibus fruendum est, scilicet de sancta, atque indiuidua Trinitate.

IN parte ista incipit Tract. Libri, qui diuiditur in quatuor libris partiales. Prima pars habet duas partes. In prima parte uenat Magister materiam huius libri, & per consequens aliorum. In secunda exequitur diuisionem suam, & hoc Distinctio. 2. quæ incipit ibi. *Hoc itaque vera, ac pia fide, &c.*) Item prima pars, in qua uenat materiam, habet tres partes. In prima parte uenatur materiam per diuisiones: & ideo primò ponit diuisionem, per quam distinguuntur tres Libri a Quarto, scilicet per res & signa. In secunda ponit diuisionem, per quam distinguitur Primus Liber a tribus aliis, quæ est per frui, & uti. ibi. *Id ergo in rebus est consideranda, &c.*) In tertia determinat dubitationes quasdam ex præmissis ortas. ibi *Cum autem homines, qui fruuntur, &c.*) Item prima pars habet tres particulas. In prima ponit diuisionem, & auctoritate Augu. confirmat eam, quæ est: q tota doctrina theologica est de rebus, uel de signis, idest subiectum commune theologię in hæc duo diuiditur. In secunda, membra diuisionis explanat. ibi. *Propriè autem hæc res appellantur, &c.*) Ostendens qd sit res, & q d signum ẽm mẽbra p dictæ diuisionis. In tertia uero particula diuisionem ad propositum applicat. ibi. *Cumque hæc intenderit: theologorum speculatio, &c.*) dicens, quòd de rebus, & signis fuerit dicturus, primò tamẽ de rebus &c. Itẽ pars illa, in qua ponit diuisionem per frui, & uti, per quã primus liber distinguitur ab aliis tribus, habet duas partes. In prima ponit diuisionem. In secunda, quæ dicta sunt epilogat. *Omnium ergo, quæ dicta sunt, &c.*) Prima pars habet tres partes. In prima ponit diuisionẽ in res, quibus fruendum, & res quibus utendum. In secunda ad euidentiam maiorem, assignat quasdã diffinitiones. ibi, *Frui est, &c.*) In tertia uero ꝓponit, & determinat quasdã dubitationes ibi. *Cum autem omnes, &c.*)

Frui autem est amore inhærere, &c.) Hæc est secũda particula illius partis, In qua ponit diuisionẽ, per quam distinguit Primus Liber ab aliis tribus: quę est de quibusdam notificationibus, & quatuor hẽt particulas. Primo enim ponit notificationes frui, & uti. Secũdo applicat eas ad ꝓpositum. s. ad res quibus fruendũ, & utendũ. ibi. *Res igitur, quibus fruendum, &c.*) Tertio cõparat ad alias assignationes. ibi. *Notandum uerò quòd idem Augu. &c.*) Quarto, qa uideret sibi cõtradicere, mouet, & determinat quandã, dubitationẽ. ibi. *Et attendæ, quia uidetur Augustin. &c.*)

Cum autem homines, qui fruuntur, &c.) Hæc tertia pars, in qua mouet & tractat dubitationes quasdam: habet tres partes, ẽm tres dubitationes. Prima est, utrũ homo homine debeat frui. Secunda, utrum Deus homine fruatur, & utatur, & hãc mouet, ibi. *Sed cum Deus diligat, &c.*) Tertia est, utrum uirtutibus sit fruẽdum. uel utẽdum. ibi. *Hic considerandum est, utrum uirtutibus, &c.*) Et in qualibet istarũ triũ partiũ primò mouet ꝗstionem: secũdo motã determinat. tertio determinatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationem per auctoritatem confirmat. Et particulæ in suis locis sunt manifestæ.

Dub.1. *Eorum autem aliqua sunt, quorũ causas omnis, &c.*) Contra oĩa sacramenta sunt medicinæ: quia scđm Hugonẽ de sancto Victore, Sacramẽta oĩ tpe fuerũt medicinæ: sed oĩs medicina habet effectũ in curando, ergo & sacramenta similiter: sed ista curatio est iustificatio: ergo omñi tẽpore sacramenta habuerunt iustificare. Resp. dicendum q̃ dupliciter est considerare sacramenta ueteris legis, scilicet in se siue rõne operis operati, & sic erant tantũ ad significandum: uel ratione fidei annexæ, siue charitatis, siue ratione operis operantis, & sic erant ad iustificandum sacramẽta legalia, præter circuncisionẽ.

Lib. 1. de Sacramẽ. par. 8. ca. 12. & par. 9. ca. 3.

Dub.2. *Omne igitur signum etiam res aliqua est &c.*) Opponitur de ista diuisione. Videtur. n. Magister male diuidere, quia superius nõ diuiditur contra suũ inferius, sed res est superius ad signum, ergo &c. Resp. Dicendũ, q̃ uerum est q̃ superius in sua generalitate acceptum, non diuiditur contra suũ inferius: sed contractum, bene p̃t diuidi. Hic aũt rescõtrahit ad standũ pro rẽ nõ significante.

Dub.3. *Non autem econuerso omnis res signum &c.*) Videtur male dicere, quia signum est, quod ducit in aliud cognoscendum, sed omnis res ducit in aliud, quia omnis res ẽ causa, uel effectus: causa autem ducit in cognitionem effectus, & econuerso. Si dicas q̃ non omne, quod ducit est signũ, sed quod ducit in prius: tũc omnis creatura est signum, cum ducit in Deum. Respõ. Dicendum q̃ duplex est signum. s. naturale, & institutum. De primo nõ intẽditur hic, sed de secundo: unde non ualet obiectio ad propositũ, quoniã hoc intenditur de signo ex institutione, sicut sunt signa uocalia, & sacramentalia: tale ergo signum non est omnis res, licet oĩs res sit signũ primo mõ.

Primum de rebus, postea de signis &c.) Contra. Vł dicere debuisse potius econuerso, quia signũ ducit in cognitionẽ rei: ergo prius esset agendum, uel dicẽdum de signis q̃ de rebus. Resp. dicendũ q̃ prior est cognitio signi quam rei, respectu cuius est signum, sed non oportet q̃ omnis rei. Vnde ipse primo agit de rebus, quatũ sacramenta non sunt signa.

Res alia sunt, quibus fruendum &c.) Videtur q̃ ista diuisio rerũ sit male assignata respectu diuisi: quia diuisum simplicius est diuidentibus: & diuidentibus, & diuisis debet aliquid esse cõe: sed deo nihil est simplicius, nec est aliquid cõe deo, & creaturæ, ergo &c. Resp. Dicendum q̃ est diuisio unius cõis ſm nomen tantum, & sic est diuisio æquiuoci & est alia diuisio cõis ſm nomẽ, & rem, & hæc diuisio uniuoci est: est tertia medio modo, & ista est analogi, sicut ista est: ubi non est communitas creaturæ, & creatori ſm naturę participationem, sed ſm similitudinẽ proportionis, & hæc cõitas est ratio nis Itẽ uł mala diuisio quantũ ad membra, uidetur enim q̃ tertium membrum sit superfluum: omni enim re aut est utendum, aut fruendum, ergo tertium superfluit. Item, sicut est res quæ fruitur, & utitur: ita est res qua fruendum est, & utendum, ut est Christus: ergo qua rõne ponit tertiũ membrũ, deberet poni quartũ. Resp. Oĩs res, quæ est natura aliqua, aut est finis, & sic est res qua fruendũ: aut deducens ad finem, & sic est res qua utẽdum: aut ad finem perueniens, & sic est res quæ fruitur, & utitur, ut homo: & sic accipiuntur mẽbra. Et est ista diuisio satis cõueniens huic scientiæ: qa cũ theologia sit de creatore, & de creaturis, utile est ut Theologus doceat, qũo homo per alias res tendat in deum.

Res igitur, quibus fruendo, &c.) Contra. Quia tres sunt res p̃se, & non per accidens, & a diuersitate rerũ est diuersitas, siue multiplicitas fruitionis: ergo sicut sunt tres res, sic erunt tres fruitiones. Item tres articuli sunt de tribus personis, ergo a simili & tres fruitiones. Resp. q̃ [res] accipit hic cõiter ad essentiam, & personam p̃p̃ sui generalitatẽ: & quia assumptũ est hoc uocabulũ, res, ab actu alię, iõ tres dicuntur res, quia tres personæ: sed tñ æque bene una res: quia una bonitas est in eis, quia ergo una bonitas, ideo & una fruitio; quamuis tres res. Et qñ articulus dicit quid a parte animę distinguentis. s. intellectus, & fruitio respicit diuinam essentiam, & bonitatem, & unionẽ effectus cõmuniter, ideõ fruitio est una.

Dub.6.

Ideoque omnis qui fruitur, utitur &c.) Hoc uł falsum, qñ mali hoĩes similiter, & bestiæ fruuntur: quia propter se delectantur in delectabili, sed non utuntur. Si dicas q̃ dł translatiue, Tune quæritur, quare nõ similiter transfertur uerbũ utendi. R. ñ. uti importat libertatẽ in sua generali acceptione, in speciali importat libertatẽ cũ relatione ad aliud. frui importat libertatem cum delectatione: & licet nec libertas, nec relatio conueniat brutis, conuen t eis tamen delectatio. Et ideo uti nullo mõ conuenit brutis: frui autem conuenit eis aliquo mõ, licet improprie.

Dub.7.

In homine spes ponenda non est &c.) Cõtra, quia & de beata Virgine cantatur, Vita, dulcedo, & spes, ab ecclesia quę non errat. Itẽ Ione. 1. Accessit ad eũ gubernator. Glo. Naturale est hoĩ magis de aliis, q̃ de se in periculis cõsidere. Rñ. dicendũ q̃ sperare de aliquo, est dupliciter, aut sicut de adiutore, aut sicut de saluatore. Prima spes põt esse in hoĩe, secũda nõ. Vel est sperare finale præmiũ, & hoc debet esse tñ in deo. Vel tẽporale beneficiũ, & hoc põt esse in hoĩe. Primũ si ponitur in hoĩe, mereẽ maledictionem: secundũ uero non.

Dub.8.

Ita frater &c.) Quærit quare dicit de homine: Ita frater ego fruar te in dño, magis quã de alio, uel de alia creatura: cũ in omnibus creaturis reluceat uestigium diuinæ bonitatis. Reipõ. q̃ dł aliquis aliquo f ui in deo, non facit repræsentatio, sed magis inhabitatio. Vnde conuersa per consequens est propria, ui delicet hæc, Ego fruar dño in te, sdũ per opera sciã deum habitare in te, & est figuratiua locutio. Item quæritur de hac solutione Aug. quã soluit auctoritatẽ prædictã per illã determinationẽ, in dño. Sed Eccl. 8. Simpliciter dł, fruere in agnitis. Item, Deut. 28. Filios generabis, & filias,

Dub.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lias,& non fueris in eis: ex hoc implicat,q̃ si nõ peccarent,fruerentur eis. Rñ. Dicendum quod prædicta solutio nõ est generalis,sed solũ ad propositã auctoritatẽ. Et ideo recurrendum est ad solutionẽ prædictã extra litterã in qõnibus,q̃ cum frui accipiatur cõiter, & proprie, in prædictis auctoritatibus accipitur cõmuniter tantum.

Dub. 11 *Si enim nec fruitur, nec utitur, &c.*) Hoc non uidetur ualere: quia deus diligit se,non tñ utit: quia non diligit se pp aliud,nec fruitur:quia ubi fruitio, ibi inhærentia, & indigentia, ut dicit Augustinus.deus autem utroque caret,&c. Respon.dicendum quòd fruitio de sui generali rõne dicit amoris unionem.s.fruibili, cum fruente.Qñ ergo contingit aliquid uniri sibi, & alii, conuenit non tñ frui alio,sed etiã seipso: sed ubi est unio ad alterum, ibi est dependentia, inhærentia, & indigentia:ubi uero ad seipsum, si ipsum est summum bonũ,non est inhærentia nec dependentia, uel indigentia,sed oimoda sufficientia. Si uero ipsum bonũ deficiens est, indiget: & inde est q̃ solus deus seipso perfecte fruitur,nihil autẽ aliud ab ipso potest perfecte seipso frui. Solus.n. deus est summum bonum, & diligit se,fruendo se,diligit et alia fruendo se:& ita nec fruitio dei, usus est cum indigentia,sicut nostra fruitio, & usus.

Item quia bonus est, sumus &c.)

Dub. 12 Obiicitur,uidetur enim falsum, si quia bonus, sumus: ergo quia ab æterno bonus est, ab æterno sumus. Rñ. dicendum breuiter q̃ hoc,quia bonus est,dicit causam. Sed est aliqua cã naturalis et necessaria: et est aliqua cã uoluntaria. Bonitas autẽ diuina est causa nostri esse,& boni esse per modũ uoluntatis, non nature,& necessitatis, hæc aũt causa non ponit effectum,statim cum est.

Porro etsam, &c) Obiicit quare similiter nõ sequitur, quia iustus est,iusti sumus; sicut q̃ bonus est, boni sumus. Si dicas q̃ iustitia non est eius dispositio,in quantum causa est, Contra. Sapientia est dispositio Dei inquãtum causa,ergo pari ratione,q̃ sapiens est, sapientes sumus. Si tu dicas q̃ non est dispositio immediata sicut bonitas:obiicitur de uoluntate q̃ æ est immediatissima, & tamen non sequitur, quia uoiens est,uolentes sumus. Resp dicendum, q̃ ratio huius consequẽti ę triplex est. Vna est quia bonitas est dispositio causæ inquantum causa. Secunda, est quia est proxima ad actum, quia cum bonum sit sui communicatiuum de sui rõne importat cõicabilitatẽ,importat et uoluntatẽ,quæ duo ponunt effectũ in actu Tertia;q̃ dispositio generalis,in qua consistit uestigii ratio,dicit respectum ad finem. Vnde sicut Deus unus imprimit unitatẽ,ita bonus bonitatẽ.

Vt scilicet ametur propter seipsam tantum, &c.) Contra.Quia sicut per se ad per accidens, ita propter se ad propter aliud Sed nihil quod conuenit alicui per accidens, conuenit per se, ergo nihil quod conuenit alicui propter aliud,conuenit propter se. Si ergo uirtutes sunt appetẽd ę pp aliud,non ergo pp se. Resp. sicut dicit Philos. Idem est finis, & propter quod. Finis autẽ dupliciter est. Vnomodo finis ultimus, qui propriissime est finis, in quo est status. Alio modo finis sub,fine & dicit ꝓprie termi nus.Sic & pp quod diuersificat. Vnde uno modo excludit finẽ, alio modo nõ ut dicit Magister. Quod ergo obiicitur de per se: dico q̃ sicut p se uno modo opponitur ei,quod est per aliud:& sic idem est per se,quod ipsum, siue primum uniuersale. Alio modo opponitur ei, q̃ est per accidens.Sic & propter se dupliciter accipitur. Vno modo opponitur ei quod est propter aliud: alio modo ei,quod est per accidens: quia ad illud accidentaliter ordinatur, secundum hoc distinguit Magistes propter se,& consequentur honestum siue fruibile,& ipsa deniq; fruitionẽ.

Arist. 1 Physi. 29. & 1. Eth. cap. 2.

Ex 1. Poster. cap. de Per se et iude.

Etiã quædã sunt res, per quas etc.)

Dub. 14. Contra uidetur q̃ solis potentiis possit frui anima sine omni uirtute. Sine omni enim uirtute potest frui bono creato,ergo cum magis sit fruibile bonum increatum, & anima magis ad hoc nata est, poterit eo frui solis potentiis.Respond.dicendũ, quòd summum bonum est qđ super nos est:ad hoc ergo quòd illi uniamur, necessario interuenit duplex medium. Medium unum per quod anima nata est uniri alii à se diuerso, & hoc est potentia. Aliud speciale, uel spirituale supra hoc, quod ipsam subleuet, & hoc est uirtus. Quod obiicitur non est simile, quia potentia per se potest deficere,& inclinari, sed non per se eleuari.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An frui sit actus uoluntatis, uel rationis?

AD intelligentiam diffinitionum, & aliorum, quæ Magister ponit de his uerbis Frui,& Vti sex quæruntur in parte ista:quorum tria pertinẽt ad uti,tria ad frui. De uti tria quæruntur. Primò quæritur quid sit uti per essentiam,Secundò utrũ omni creato contingat uti. Tertiò utrum solo bono creato sit utendum. De frui similiter quæruntur tria. Primò quid sit frui per essentiam. Secundò utrum bono increato sit fruendum. Tertio utrum fruendum sit ipso solo bono increato.

DE uti quid sit per essentiam, Vtrum sit actus uoluntatis aut rationis:sic proceditur. Qđ sit actus uoluntatis, ostenditur sic. Ab actu utendi denominatur unusquisque bonus,sed nullus dicitur bonus nisi ab actu uoluntatis,ergo actus utendi pertinet ad uoluntatem. ITEM. Augustinus 10. de Trinitate. Vti est assumere aliquid in facultatem uoluntatis, ergo uti est actus uoluntatis. ITEM. hoc uidetur per diuisionem ipsius uti cõtra alia, quia 11.de Trin.diuidit Augustinus hæc tria ingenium,doctrinam, & usum,& dicit quòd ingenium respicit quid homo possit: doctrina ãt quid homo sciat: usus quid uelit, ergo usus est actus uolũtatis. ITEM. opposita nata sunt fieri circa idẽ, sed uti,& ab uti sunt opposita: ergo cum

1. Eth. c. 3.

cap. 11 Tom. 3.

4. Phi. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum abuti sit solius uoluntatis; quia eius solius est peccare, ergo & uti similiter erit actus solius uoluntatis.

CONTRA. Vsus, siue assuefactio est, uia in habitum acquirendum. Sed omnis potentia nata est acquirere habitum, ergo uti uidetur esse omnis potentiæ.

ITEM. omnis potentia mediante operatione sua ordinatur in finem, sed eò dicitur aliquid utibile, siue uti, quò in finem est ordinabile. Sed ordinari in finē mediāte operatione propria est omnis potentię, ergo & uti similiter. ITEM sicut Augu. dicit, & habetur infra, vti est id, quod in usum uenerit, referre &c. Sed eius est referre, cuius est conferre, sed conferre est solius rationis, ergo referre, & per consequens uti a diffinitione. ITEM. ars utitur suis instrumentis, sed ars est in potentia rationali siue cognitiua; cum sit scientia: ergo cum habitus, & actus sint eiusdē potentiæ, sic ars est in potentia rationali, & usus siue uti similiter erit in eadem.

Libr. 1. de doc. Chri. c. 4. tom. 2.

RESOLVTIO.

Frui communiter sumptum, potest se habere cum quacunque potentia: at propriè dictum: nonnisi uoluntatis.

RESP. Dicendum, q̄ uti quinque modis accipitur, & secundū hoc diuersificatur secundum rē & secundum diffinitionem. Accipitur enim usus siue uti communissimè, secundum q̄ diuidi tur contra otium uel ociositatem, pro naturali operatione debita cuilibet rei, siue ad quā una quæque res ordinatur, & secundum hoc dicit Philoso. Cuius usus bonus &c. Secundo modo dicitur communiter, & sic usus diuiditur contra dissuetudinē, & hoc modo diffinitur à Victorino. Vsus est actus frequenter elicitus à potentia: & hoc modo potest dici q̄ est actus oīs potētiæ, nec addit super actum, nisi frequentiam. Tertio modo accipitur uti propriè, & sic diuidit contra habitus memorię, & intelligentiæ, scilicet contra ingenium, & doctrinam, & sic diffinitur ab Aug. to. de Trinit. Vti est assumere aliquid in facultatem uoluntatis: & sic dicit actū uoluntatis propriè. Quarto modo accipitur magis propriè, & sic diuiditur contra actum quietiuum, scilicet contra frui. Et sic diffinitur ab Aug. Vti est assumere aliquid in facultatem uoluntatis propter aliud, & sic est actus uoluntatis, ut ad aliud relatiuè. Quintò accipitur propriissimè, & sic diuiditur contra actum inordinatum, scilicet contra abuti, & sic diffinitur ab Augustī. de Doctr. Christiana. Vti est id, quod dūsumuenerit, referre ad id quod fruendum est, & sic uti dicit actum uoluntatis relatum, & ordinatum in finē. Ratio ergo diuersarum notificationū est multiplex acceptio eius, quod est uti: & ratio multiplicis acceptionis, est operatio eius ad diuersa. Si ergo quæratur, cuius potentiæ est actus, dicendū q̄ duobus primis modis est actus omnis potentiæ: tribus uero ultimis est actus ipsius uoluntatis communissimè: & communiter loquendo est actus omnis potentiæ, & sic non loquitur Augu. Propriè uerò actus est ipsius uoluntatis. Et sic patet primo obiectum in contrarium, scilicet q̄ sit oīs potentiæ. QVOD obiicitur secundo, quòd omnis potentia refertur in finem per actum suum. Dicendum quòd illa potentia dicitur uti suo actu, quæ est domina sui actus, & talis potentię est referre actū suū, non tātum referri. Et quoniam sola uoluntas est domina sui actus, & sola est seipsam mouēs, ideo ipsa sola est, cuius est actiuē uti. A iis autem potentiis cōtigit uti materialiter, & passiuè: quia habent referri, & non referre. Et hinc est quod Augu. dicit Vti est assumere aliquid i facultatem uoluntatis: facultas enim dicitur eius dominium, quo faciliter potest in actum suum, tā quā illius princeps. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ rationis est referre. Dicēdum, q̄ dupliciter est referre, scilicet p collationem, & illationem, sicut præmissę referuntur ad conclusionē: & hoc est rationis: & hoc non est uti. Et est referre per inclinationē, & ordinationē ad aliud, & hoc est proprie uoluntatis, quia pōt aliqd assumere quiescendo ibi, uel aliud intendendo: & hoc est referre quo, uel per quod diffinitur uti, &c. AD ILLVD, qđ obiicitur de arte, dicendum, q̄ ars dicit quod est operationis, & quod est speculationis. Secundum quòd dicit quod est speculationis, non habet uti, quia sic est rationis: secundum uero qđ dicit quod est operationis, sic extenditur ad uoluntatem, & eam regulat in utendo.

QVAESTIO II.

An omnia creato utendum sit?

VIsoquid sit uti per essentiā, Quæritur de utibili, utrum scilicet omni creato sit utendū. Et quod sic; uidetur, hoc modo Prouer 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus, ergo omnia sunt ordinabilia in Deum? Sed omne ordinabile in Deum conuenit ordinare, sed ordinando ad Deum, ordinabile rectè utimur, ergo si omnia conuenit ordinare, omnibus est utendum. ITEM. ens, & bonum conuertuntur, sicut uult Dyon. sed omnia sunt entia, ergo omnia sunt bona. Sed omne bonū diligendum, ergo omne creatū diligendum, sed non est diligēdum propter se, ergo propter aliud, sed hoc est uti, ergo uti conuenit omni creato. ITEM. omni uirtute conuenit rectè uti, ergo opus omnis uirtutis est rectus usus: sed usus alicuius uirtutis est respectu mali pœnę, alicuius respectu mali culpę, ut patientię, & pœnitentię: ergo malis omnibus scilicet culpę, & pœnę contingit rectè uti: ergo multo fortius bonis, ergo &c. ITEM opposita nata sunt fieri circa idem, sed omnibus malis contingit abuti, ergo omnibus bonis contingit rectè uti, ergo utēdum est omni creato.

Lib. de diuinis nominib.

4. Phy. 84. et ī post prædicam. Cap. de oppositis.

CONTRA Charitas est, per q̄ rectè utimur, quia omnia ordinātur in finem per charitatem: quæcunque recte ordinantur, sed dicit Augu. de Doctr. Christiana: tantum quatuor diligenda sunt ex charitate, & tria tantum creata, ut nos, proximus, & corpus proprium: ergo tantum tria

Universidad de Deusto
Biblioteca

tria referuntur, siue ordinantur in finem per charitatem, cum non sit uti recte nisi per charitatem, ergo tantum tribus est utēdum, ergo non omni creato.

ITEM. omnia, qbus utimur, subiacent nostræ uoluntati, sed quędam sunt, quæ non subiacet nostræ uoluntati, ut necessaria, & perpetua, ergo illis non est utēdum. ITEM. oē illud, quo recte utimur, bono fine facimus: sed quædam sunt, quæ nullo bono fine possunt fieri, ut mētiri, & talia, quæ mox nominata cōiuncta sunt malo, ergo talibus non est utendum. ITEM. uirtute non contingit male uti sicut patet ex eius diffinitione, ergo ab oppositis, malo culpæ, siue uitiis non contingit recte uti, ergo non omnibus aliis a Deo est utendum.

3. Eth. c. 2. & 5.

2. Eth. c. 6. & 20.

RESOLVTIO.

Vtique ut obiecto, ad quod inclinamur: sed minimè, ut instrumento uel actu, quo mouemur.

RESP. Dicendum, q uti aliquo quatuor dicitur modis,. Aut sicut instrumēto quo operamur: sicut utimur instrumento, uel organo: & sic non omnibus cōtingit uti, ut puta potentiis, quæ sunt purè naturales, accipiendo uti propriè sicut accipit Augu. Aut sicut habitu quo regulamur, utputa uirtute, & sic non omnibus contingit recte uti: ut habitu uicii quo potius contingit obliquari. Aut sicut actu quo mouemur, & sic non omni actu conuenit uti, sicut illis, quę mox nominata coniuncta sunt malo. Aut sicut obiecto, ad qđ inclinamur, & sic omnibus contingit uti, & abuti. Omnia enim possunt sumi in facultatem uoluntatis ad approbandum, uel respuendum, & hoc patet q August. in Libr. 83. quæstionum. Vtimur respuendis ad ualitudinem, tolerandis ad iustitiam.

Q.

ITEM. Augu. 10. de Trin. c. 10. Voluntas totam intelligentiam capit, dum utor omni eo, quod intelligo: sed mala intelliguntur, ergo cōtingit uti malis. Aliter tamen utimur bonis, aliter malis. Ratio enim ordinationis in bonis non tantum est ex parte ordinantis, sed etiam ex parte ordinati: quia per se bona sunt utibilia, & ordinabilia: & de sui natura: sed in malis ratio ordinationis nō est ex parte ordinatorum, sed potius ex parte ordinantis, & ideo mala non dicūtur utibilia. Vnde nota quòd cum uti sit assumere aliquid in facultatem uoluntatis; hoc potest esse dupliciter, uel in facultatem uolūtatis imperantis, sicut est de his, quę proprie pertinent ad usum humanum. Vel in facultatem uolūtatis accipientis, sicut est dilectio proximi, & huiusmodi. Vel in facultatem uoluntatis tolerātis, sicut sunt mala pœnę. Vel in facultatem uoluntatis respuentis, & sic assumuntur mala culpę: & ordinātur. Primis duobus modis intelligit illud, cuius usus bonis &c.

I
per se
47

AD ILLVD ergo, q dr de charitate q tantum tria sunt diligenda, Dicendum, q diligere aliquid ex charitate est ordinari in summum bonum, q per se charitas diligit: hoc autem contingit dupliciter. Aut enim contingit ordinare quod natum est deuenire in finem, & sic tantū tria

tria creata diligenda sunt ex charitate. Aut illud per quod deuenire est in summum bonum: & quia hoc potest esse suo modo p omnem creaturam, omnis creatura potest diligi ex charitate, & omni creatura contingit uti.

AD ILLVD, quod obiicitur q non omnia subiacent uoluntati, dicendum, q aliquis dicit subesse dominio uoluntatis dupliciter. Aut quantum ad esse ipsius rei, & sic non omnia subiacent. Aut quantum ad actum uoluntatis, qui est in respuendo ipsam rem, uel approbando, & hoc propter se, uel propter aliud, & tali modo omnia subiacent uoluntati nostræ. s. quantum ad actū appetitionis, uel respuitionis, licet non primo modo. AD ILLVD, quod obiicitur q quædam nullo bono possunt fieri: similiter q semper uitiis abutimur: dicendum q obiicitur ām uiā; quæ cōtingit uti aliquo ut actu medio: & hoc modo non contingit uti peccato, uel sicut habitu regulante similiter: conuenit tñ eo uti sicut recto per modum contritionis, & detestationis.

QVAESTIO III.

An solo bono creato utendum sit?

OSTENSO, utrum omni creato sit utendum; & omni alio a deo; est quęstio. Vtrum solo bono creato sit utendum. Et q sic, uidet. Omne bonum, aut est finis aut ad finē: sed solo bono qđ est ad finem, est utendum, quia rō utilis est ducere in finem, ergo cum solum bonum creatum sit ad finē, solo bono creato est utendum. ITEM. Omne bonum aut est creatum, aut increatum. Sed si cōtingit uti bono increato, cō tingit illud referre ad aliud, aut ergo ad creatum, aut increatum sed nō ad increatum, quia nō est nisi unum: ergo ad creatum. Sed sic refertur terminus ad uiā, & causa ad effectum; sed hoc ē abusio nō usus: ergo solo bono creato, siue creatura est utendum.

1. Eth. c. 4.

ITEM. Aug. in Lib. 83. q. diuidit honestum contra utile; ergo nullum utile honestum, & econuerso. Sed deus est quid honestum p essentiam; ergo deo nō est utēdum. ITEM. Videtur qđ non solum non sit utēdum deo, siue bono increato; sed uti eo, semper sit peccatum mortale; quia Aug. dicit in Lib. 83. qstionum. Summa puersitas est frui utendis, & uti fruēdis, sed q utiē bono increato, utitur bono fruendo: ergo &c.

Q3. 30.

Q3. 30.

CONTRA. Contingit deo recte seruire intuitu mercedis; qa multi sunt boni mercennarii, ut dicit Ambro. sed non contingit deo seruire nisi amando; ergo cō tingit deum rectè amare intuitu mercedis; sed sic amās utiē deo, qa refert ad aliud, ergo. ITEM. Sicut summa bonitas habet se ad amorem, sic summa ueritas ad cognitionem: sed contingit ueritatē creatam cognoscere clarius sine p̄iudicio summæ ueritatis, & sine errore: ergo similiter contingit aliquam aliam bonitatem quam summam, ardētius diligere sine p̄iudicio summæ bonitatis, & de ordinatione: ergo cōtingit amore ordinato aliud plus diligi quā deum: ergo contingit deum diligi propter aliud ordinate, & ita uti eo. ITEM. Videt q nullum pctm̄ sit, cum qs utiē deo p̄p suā salutē: qa cuius finis bonus est, ipm quoq; bonū; sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius finis usus bonus est, scilicet nostra salus, ergo usus eius bonus, ergo non erit peccatum. ITEM. Visus dei aut est bonus, & sic utendū deo: aut est malus, & sic deus malus, quia cuius usus malus, ipsum malū; quia si deus bonus, & eius usus bonus; ergo deo est utendum.

RESOLVTIO.

Si uti bono increato, mortale peccatum est: solo igitur bono creato utendum est.

RESPON. Dicendum, quòd solo bono creato est utendum, qa si bono increato utimur, semper est abusus; & abusus talis ē mortale peccatum, propter auersionem a fine, cum delectatione, & propter uoluntatis inordinationem, qu ꝙ minus diligit ipsum quo utimur, quàm propter quod utimur.

AD ILLVD ergo, quod obiicit, quod contingit recte seruire deo intuitu mercedis, Dicendū, ꝙ illa merces, aut est ipse, sicut dominus dixit ad Abraham. Gene. 15. Ego merces tua, & sic intuēs mercedē nō utitur deo; qa non refert ad aliud. Aut merces illi est aliud: & tunc potest eam quis [illegible] tueri, aut ut causam motiuam, & sic est malus mercēnarius, & sic utitur, aut ut ratio [illegible] gentem, & sic bonus, [illegible] modo non utitur. AD IL[illegible] quod obiicitur, quòd claritio creaturæ non præ creatori, ergo &c. dicen[illegible] on est simile: quia ciari [illegible] gnitionis non est in nostra [illegible], sed ardor affectionis [illegible] nostra potestate: ideo req[illegible] a nobis ꝙ iustum amorē or[illegible] tus, nō illa cognitionē. Ali

quis tñ actus cognitionis est in nostra potestate, utpote actus fidei, quo si aliquis assentiat ueritati primæ ꝓp aliud, bene iudicat ueritati, sicut amare ꝓp aliud bonitati. AD ILLVD, quòd obiicitur, ꝙ finis usus dei est bonus, Dicēdū ꝙ finis dicit bonus dupliciter, aut quantum ad substantiā, aut quātum ad intentionē finiēdi, & propositio illa intelligitur quantū au intentionē finiendi; & hæc cōsistit in recta ordinatione, & illo mō non contingit uti deo: quia non cōuenit ordinari. AD VLTIMVM. s. usus dei aut est bonus, aut malus &c. dicendū ꝙ illa ꝓpositio intelligitur de hītibus ordinationē ad finē, sed nō de ipso fine. Vel intelligit de actu naturali ipsarum rerum, & porprio, qui frequentius ab ipsa re elicitur, non deordinatione ad fide: & sic non ualet ꝓpositio ad propositum.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An frui sit actus uoluntatis, uel aliarum potentiarum?

HABITO de uti, & utibili: cōsequēter q̄rit de frui, & fruibili.

QVID sit frui ꝓ essentiā, utrū. s. sit actus uolūtatis, an aliarū uiriū. Qd̄ sit actus uoluntatis, uī ꝓ primā diffinitionē, q̄ est, Frui ē amore inhærere &c. sed amor est uoluntatis; ergo & frui similiter. SI DICAS ꝙ amor sumit ibi cōiter fm ꝙ est in qualibet ui respectu sui actus. Contra. In oībus aliis diffinitionibus idē dicit. Vnde dicit in sequēti, fruimur cognitis, in qbus uolūtas delectata cō

quiescit: quietatio aūt est uoluntatis. Et in alia diffinitione ꝓbatur idipsum similiter, frui est uti cū gaudio gaudiūa ad uoluntatē ꝓprie ptinet. ITEM. Oñdit rōne, qa fruitione delectamur, fm ꝙ delectabile est differentia boni, cū sit bonum honestum cōferens, & delectabile: bonum autem, obiectum est uoluntatis, ergo frui ē solius bonitatis. ITEM. Eo fruimur quo quietamur; sed quietatio respicit rationē finis, & finis rōnem boni, & bonū est obiectum uolūtatis; ergo fruitio quæ ordinat ad illud, similiter.

3. Eth. c. 4.

5. Eth. c. 11.

SED CONTRA. Oīs uirtus appetit uniri suo obiecto, quo habito delectat, si cognoscit, & qescit; ergo motus cū quietatione, & delectatione est oīm uirium: ergo cum talis sit fruitio, fruitio erit in oībus, non tantum in uoluntate. ITEM. Absentia rei amata potius cōtristat amātem q̄ delectet, qd. n. delectat ipsum, hoc est ꝙ uidet ipsum, & hēt. Si ergo motus fruitionis est cum delectatione, etiā est ipsa delectatio: ergo hoc delectare est: quia uidet illud in quo est ipsa delectatio; sed uisio respicit cognitiuā, ergo &c. ITEM. Augus. in Lib. De doctrina Christiana, hæc est sūma tota merces, ut ipso ꝓfruamur: Sed sup illud Ps. 90. Ostendā illi salutare &c. Dicit. Glo. qd uisio est tota merces: ergo si fruitio est merces. fruitio est uisio p essentiā: Sed uisio est in cognitiua, siue in rōne: ergo &c. ITEM. Fide, & spe tēdimus in deum. Aut ergo fruēdo aut utēdo; sed nō utendo cum deo nō sit utendum: ergo fruendo: ergo fide, & spe fruimur: sed fides est habitus rōnis cognitiuæ, sed cuius est habitus, eius ē actus: ergo actus fruitionis est actus rōnis, similiter uidetur de irascibili: ergo &c.

RESOLVTIO.

Frui essentialiter actus uoluntatis est: nec aliarum uirium actus dicendum est, nisi dispositiue.

RESP. Scīm aliquos: frui ptinet ad oēs uires, & hoc dicunt: quia oēs uires remunerabuntur: qui dicunt ét ꝙ in gloria erit magis ꝓprie rōnis: quia immediate se habet ad delectationem. Sed aliter uidetur dicendum ēm. Aug. scilicet ꝙ sit actus ipsius uoluntatis. Cum. n. tres dent diffinitiones de fruī, oēs dantur penes actum uoluntatis, quē tripliciter est considerare. Primo modo cō muniter, ꝓut dicit motum cum delectatione, & sic diffinit Aug. Frui est uti cum gaudio. Secundo prout dicit motum cum qetatione, & hoc mō diffinit ab Augu. de doctrina Christiana. Frui est amore inhærere alicui ꝓp seipsum, & hoc mō accipit ꝓprie. Tertio mō accipit prout cōplectitur utrumque. s. quietationē, & delectationē. & hoc mō diffinitur ab Augustin. 10. de Trini ta. Frui est quiescere in cognitis uoluntate ꝓp se delectata, & sic accipitur proprii sime. Quia ergo frui secundum omnem acceptionem dicit delectationem, uel quietem, uel utrumque: & omne tale habet rationem boni, & hoc est obiectum uoluntatis: iō loquēdo essentialiter, frui est actus uoluntatis. Sed qa uoluntas nec delectatur, nec qetat nisi in eo, qd cognoscit uel p fidē, uel p spē; & in eo qd̄ hēt per spem, uel in re: iō actus aliarum

Ca. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiriū ad hūc disponūt, nō tā sūt ipsum frui, essētialiter loquēdo.

Ex hoc patet solutio ad illud, quod communiter cōsueuit quæri, quare frui non diffinitur per actū cognitionis, sicut delectationis: quòd hęc quęstio fundata est super falsū m: Aug. n. ponit in notificatione una q̄ est cognitionis cum dicit, Frui est qđ icere in cognitis. cadit tamē ibi sicut dispositio. Ex hoc etiā patet, quare non diffinitur per fidem, & spem, sicut per charitatem, quia charitas informat concupiscibilem, cuius est frui. Tamen ista quæstio similiter fundata est super falsum; q̄a amor, quo diffinitur frui, est communis ad amorem castū, & libidinosum, uel quo auarus fruitur auro, nō proprius ipsius charitatis. Ad illvd ergo, quod obiicitur, q̄ omnis uirtus habet delectari, & qđ tari cum unitur suo obiecto: dicendum q̄ ipsa uolūtas, ut dicit Augu. amat sibi, & aliis. Et sicut etiam dicit Ansel. Voluntas inclinat alias uires, & aliis meref: ideo eius quietatio, & delectatio redundat in alias uires; Vnde sicut uoluntas non sibi cognoscit: sed ratio sibi cognoscit, & uolūtatiita uoluntas sibi, & rationi delectatur, & ipsam quiescere facit. Ad illvd, quod obiicit q̄ amans non fruitur nisi uideat, uel habeat: dicendum, q̄ uidere, & habere requiruntf ad frui, similiter & amare. Nā si qs uidet aliqđ, & habet, nunq̄ delectat nisi amet: aliter tū requiritur uisio q̄ amor. Nam uisio disponit, similiter & tētio: sed amor delitias suggerit. Vñ est quasi acumen penetrās, & ió ei maxime cōueuit uire, & p cōsequens delectare, & qđtare, ideo essentialiter non dispositiue est fruitio. Propter qđ est intelligendum, q̄ actus uoluntatis pōt dupliciter considerari. s. per modum appetentis, & complacentiæ. Primo modo antecedere pōt ipsam uisionem. Secundo uero consequitur, & in hoc est perfecta ratio ipsius fruitionis. s. in complacentia rei uisæ, & habitæ. Ad illvd, uisio est tota merces, dicendum q̄ illud non dicit pprie: sed per cōcomitationē: quia uisio, & cōplacētia in qua est perfecta ratio fruitionis, inseparabiliter se habēt. Ad illvd, quod obiicitur, q̄ fide, & spe fruimur; dicendum q̄ illud non est uerum per se; quia quælibet harum accipit rationem tēdentiæ a charitate, unde fruitio non est ex istis, nisi per charitatem. Sola enim charitas confidet finem in ratione finis, & obiecti, unde non dicitur aliquis sperare deum, sicut amare.

ARTICVLVS III.

Qvaestio 1.

An Deo fruendum sit?

Stenso quid sit frui per essentiam, quæstio est de fruibili. Et primo utrū deo contingat frui. Secundo utrum fruēdum sit ipso solo.

Qvod Deo sit fruendū ostenditur sic. Eo fruendum est, qđ beatos nos facit: quia in beatitudine est recta fruitio; sed deo beati efficimur, q̄a ipse est nostra beatitudo, ergo deo est fruendū. Item. Bonū e amabile, ergo magis bonū magis amabile, & summe bonū summe amabile; sed eo fruimur q̄ summe amamus; ergo &c. Item. Pulchrū delectat, magis pulchrū magis delectat; ergo summe pulchrum summe delectat; sed eo fruimur, in quo summe delectamur: ergo &c.

Sed contra. Vbi est fruitio ibi est delectatio, sed delectatio est cōiunctio conuenientis cum conuenienti, dei aūt ad factūrā nulla est cōuenientia, imo sūma distātia: ergo nec delectatio; ergo nec fruitio. Item. Excellens sensibile corrumpit sensum, uel saltē contristat; q̄a uera delectatio nō est nisi in mediis: ergo pari ratione excellens intelligibile corrumpit, uel contristat intellectum: sed deus est excellentissima lux, ergo contristat, non delectat: ergo &c. Si dicas quòd sensibilis potentia est corruptibilis, nō intellectus, hoc non solum uit: quia intellectus dum est in carne fatigatur, & impeditur in actu, corpore corrupto. Item. Vbi fruitio ibi quietatio; sed i infinito nō est quietatio, q̄a semp est aliquid extra accipere: ergo cū deus sit infinitus in deo, non est quietatio: ergo non fruitio.

Resolvtio.

Quinimmo, cum solus ipse perfectè finiat; & summe delectet.

Resp. Dicendum q̄ deo fruendum est, eo q̄ ipse solus perfecte finit, & delectat ipsam animam propter se, & super omnia.

Ad illvd ergo, quòd obiicitur, quod delectatio est cōiunctio conuenientis &c. dicēdum q̄ est conuenientia per unius naturæ participationē, & per comparationem. Prima conueniētia facit cōmunitatem uniuocationis. Secunda cōmunitatem analogiæ siue proportionis, & hoc est secundum triplicem differentiam, aut secundum similem cōparationem duorum ad duo: ut sicut se habet homo ad animal, ita albedo se habet ad colorem. Aut fm dissimilem comparationem duorum ad unum, ut animalis, & cibi ad sanitatem. Vel secundum comparationem duorum ad inuicem, utputa cum unum est imitatio, uel similitudo alterius. Similitudo. n. non conuenit cum cōsimili in tertio sed seipsa anima. Sic est in proposito, quia anima est expressa similitudo dei; hæc conuenientia in uno extremo ponit inclinationem, & indigētiam, in alio quietationem, & sufficientiā, quia unum factum est pp alterum, unde ordinatur ad alterum. Et quoniam ad inclinationis quietationem, & indigentiæ suppletionē, ubi est sensus, est delectatio sive sequit, ideo anima cum tali modo quietatur a deo, fruitur eo. Ad illvd, quod obf, q̄ excellēt ia sensibilis corrūpit sensum: ergo &c. dicendum q̄ non est simile de intelligere, & sentire. Et ad hoc est triplex ratio. Vna est ex parte uirtutis apprehēsiue. Alia ex parte apprehēsi, siue obiecti. Tertia ē ex parte modi apprehēdēdi. Ex parte uirtutis apprehē siue, quia sensus pōt corrumpi, intellectus autem non. Cuius rō est, quia sensus dependet ab organo, in quo est quædam medietas, & armonia; quę non tantum corrumpitur per cōtrarium, sed p excellēs: sed intellectus nō dependet ab organo: quia uis est immaterialis, ideo non tristat in excellenti. Ex parte obiecti nō est

Et sic habēt d. us et alia p pertinēt similitudinis. hic et Sco. q. 1 di. 1. uideat ne gare dicē, ibi ē relatiōē p portiōnē 3. q 1. ad primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simile, quia obiectum intelligentiæ excellens iuuat, & confortat: quia influentia talis cognoscibilis procedit ab intimis, & fortrat ipsam potentiam, & ideo ipsam corroborat, & confortat. Sicut si magnus mons daret uirtutem portandi se, facilius ferretur q̃ paruus. Sic est in intelligibili, qđ Deus est. Sensibile autem obiectum tantum extra excitat, & ió hoc corrumpit, illud autem nō. Ex parte modi apprehendendi similiter est dissimilitudo, quia sensus in apprehẽtione sui obiecti tendit ad exterius, unde per illud dispergitur exterius, nec fortificatur interius, ideo debilitatur. Sed obiectum intellectus cum sit intimum ipsi intellectui, in eius perceptione uirtus non dispergitur, sed colligitur: & quãto uirtus est magis unita, tanto fortior. AD ILLVD, quod obiicitur de infinito: Dicendum q̃ infinitum dicitur dupliciter. s. per priuationem perfectionis, & sic materia dicitur infinita: & talis infiniti non est finire, sed potius finiri indiget, secundũ quod est possibile. Alio modo infinitũ dicitur per priuationem limitationis, & quod sic infinitum est, proprie habet finire, quoniã ultra ipsum cum non sit maius cogitare, non conuenit aliquid appetere, unde talis infinitas conuenit ultimo fini, quæ maxime habet finiendi rationem.

QVAESTIO II.

An solo Deo uel bono increato fruendum sit?

VTRVM solo deo, siue bono increato sit fruẽdum. Et q̃ sic uidetur. Illo solo est fruendũ quod est propter se diligendum: sed illud est propter se diligẽdũ, quod est propter se bonũ: illud aũt est propter se bonum, qđ bonitatem quã habet, nec habet ab alio, nec bonitas illa est ad aliud hoc autẽ est solus deus: ergo &c. ITEM. Illo solo est fruendũ, qđ quietat animę appetitum. Sed animæ appetitus non quietatur sufficienter nisi in eo quod est illa perfectius, & maius bonum, hoc autem est solus deus, ergo &c. ITEM. Appetitus animæ nõ sufficienter quietatur, nisi p aliquid, quod aĩam implet, quia ex ea parte aĩa deficitin quiete, qua deficit in plenitudine: sed est capax dei secundum appetitum: ergo si omne creatum est in infinitum minus illo, nullum creatum suppler animæ appetitum. Et hoc est, q̃ dicit Aug. Animã totius Trinitatis capacem, nihil minus q̃ trinitas põt implere. ITEM. Bonum quod potest cogitari, põt appeti: ergo si aliquo maius bonum põt cogitari, maius illo potest appeti, sed omni finito maius põt cogitari: ergo maius põt appeti: ergo nullum finitum terminat animæ appetitum sufficienter: ergo solo bono infinito, quod est deus est fruendũ, quo habito non potest amplius cogitari, nec desiderari.

CONTRA. Videtur q̃ bono creato contingat frui, quia quãuis appetitus materiæ sit infinitus, tñ per formam creatam in corporalem, & incorruptibilem sufficienter finitur: ergo similiter uidetur q̃ sit aliquod bonũ creatum, quod sufficienter finiat animæ appetitum, sed omni tali est fruendum: ergo aliquo bono creato est fruendum. ITEM. Appetitus humanus est finite capacitatis: ergo nõ capit nisi finitũ, uel si capiat infinitũ, capit finite: ergo si finiat̃ p illud qđ capit, finitur per bonum finitum: ergo uñ q̃ aliquo bono finito sit fruẽdum. ITEM. Specialiter uidetur q̃ hoie sit fruendum: quia omni eo est fruendum, quo deus fruit: sed deus homine fruitur: qa homĩnẽ amat, sed amore illo, quo amat se, amat hominẽ, quia nõ est in eo duplex amor, sed primus est fruitionis: ergo & secundus. ITEM. Videt̃ specialiter de uirtute. Quia omni illo est fruendum qđ est pp se appetendum. hæc est manifesta per se, sed omne bonum honestum est pp se appetendum. Quia honestũ est quod sua ui nos trahit, & dignitate sua nos allicit, sicut dicit Tullius, & Augn. diuidit honestum contra utile, sed uirtus cadit in genere honesti: ergo uirtute est fruendum. ITEM. Videtur specialiter de beatitudine: omni eo est fruendum, quo habito animus quiescit, & delectatur, & nihil ultraque potest quærere: sed beatitudo creata est huiusmodi: ergo &c.

RESOLVTIO.

Proprie solo Deo, bonoque increato fruendum est: Communiter autẽ etiam ijs frui possumus, quæ spiritualem nobis afferunt delectationem, finique uniunt.

RESPON. Dicendũ, q̃ solo deo est fruendum, proprie accepto frui, prout dicit motum cum delectatione, & quietatione. Sed cõiter accepto frui, prout dicit motum cũ delectatione tñ, oibus, q̃ spiritualiter delectant, & coniuncta iunt fini, cuiusmodi sunt fructus, dona, & beatitudines, põt frui hõ nõ indebite: sed primo modo, solo deo. Et rõ huius est quia nihil põt aĩam sufficienter finire, nisi bonum ad qđ est creata. Hoc autẽ est bonum summum, quod superius est aĩa, & bonum infinitum qđ excedit aĩæ uires. Cognitio.n. animæ rationalis est cognitio non arctata, unde nata est quodammodo oĩa cognoscere, unde & non impletur cognitio eius aliquo cognoscibili, nisi quod habet in se oĩa cognoscibilia, & quo cognito omnia cognoscuntur. Similiter affectio eius nata est diligere omne bonum: ergo nullo bono sufficienter finitur affectus, nisi quod est bonum oĩs boni, & qđ est ad omnia in oibus. De quo bono. Exo. 23. Ostẽdam tibi oẽ bonum: hoc autẽ est summũ bonum: ergo &c. Similiter nihil sufficienter finit aĩam, nisi bonũ infinitum: quia ad hoc ut finiat̃ necesse est ipsam finiri secundũ existimationem, alioquin non esset beata, nisi se existimaret beatam. Existimatio autem supergreditur omne finitum: quia omni finito potest maius cogitari aliquid: ergo cum affectio posset se extendere eò ubi est existimatio, necessario affectio animæ supergreditur omne finitum: & si hæc nullo bono finito sufficiẽter finitur, fruendum est ergo solo deo: quia summum bonum, & infinitum, & non solum deo fruendum propter perfectam finitionem, sed etiam propter perfectam delectationem. Ad delectationem.n. concernitur delectabile, & coniunctio eius cum eo qđ delectat. Omne autem qđ

Hi fru su ia. ibi

Tullius in Rhetorica lib. 83. q. 30 tom. 4.

1. Eth. cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delectat animam, delectat in ratione boni, & pulchri: & quoniã solus deus est bonitas, & pulchritudo, ideo in deo solo est perfecta delectatio. ITEM. Quia ibi est coniunctio, solus autẽ deus est qui perfectissime coniungitur. Nam coniungitur ſm ueritatem & intimitatem. Solus enim deus propter summam simplicitatem, & spiritualitatem illabitur animæ, ita ꝙ secundum ueritatem est in anima, & intimior animæ q̃ ipsa sibi. Omnes enim hæ quatuor rõnes, ad unam reducuntur. ſ. ad hanc: quia nata est anima ad percipiendum bonum infinitum, quod deus est, ideo in eo solo debet quiescere, & eo frui.

AD ILLVD, quod obiicitur de appetitu materiæ: dicendum, quod appetitus materiæ ordinatur ad formam tanq̃ ad perfectionem substantialem, ex qua & materia fit unum: & ideo necesse est, formam esse eiusdẽ generis cum materia, nec est omnino supra materiam, ideo finita est omnis talis forma: talis autẽ si sit incorruptibilis, propter necessariam sui unionem arctat appetitum materiæ, & arctatum finit. Vnde non finitur in sua amplitudine. Appetitus autem animæ non sic arctatur, propter unionem cum appetibili, imo dilatatur, & ideo oportet ꝙ perficiat aliqno omnino summo. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ non capit nisi finite: dicendum ꝙ infinitum bonum finite capit, qm̃ ipsa est finita: sed qm̃ bonum illud est infinitum, ideo ab ipso totaliter absorbetur, & iam eius capacitas undique terminatur, unde non tantum gaudebit, sed sicut dicit Anſel. in gaudium domini introibit. Quod si totum caperet, & non uinceretur, nec absorberetur, adhuc posset insurgere appetitus ad amplius aliquid capiendum. Patet ergo ꝙ ad hoc ꝙ anima compleatur, quãuis capacitatem habeat finitam, tamen necesse est adesse bonum infinitum. AD ILLVD uero, qđ obiicitur de homine: dicendũ ꝙ deus diligit hominem, & amor dei est amor fruitionis, tñ homine non fruitur: quia diligendo se ãiligit hominem, id est fruendo se, utitur hoĩe. Quod patet sic: qa dilectio dei ad creaturam non est affectio, sed affectus communicatio. Communicatio autem secundum rationẽ habitualem, attenditur secundũ bonitatem: quia bonum est, qđ natum est se cõicare. Secundum rationem uero actualem attenditur, siue respicit uoluntatẽ. Quia enim uult, ideo facit. Ratiõ ergo communicandi uenit ex uoluntate, & bonitate, sicut ratio cognoscendi ab exemplari, & intelligentia. Quia ergo ex conuersione uoluntatis supra suam bonitatẽ nos diligit, ideo se fruẽdo nos diligit. AD ILLVD, qđ obiicitur de uirtute, quòd uirtus est bonum honestum: dicendum ꝙ bonum honestum dicitur dupliciter. Aut quod est pure bonũ, aut in quo relucet eius simili tudo. Primo modo honesto est fruendum proprie accepto frui: quia hoc solum terminat, & quietat. Secundo modo nõ, nisi cõmuniter accipiat prout dicit delectationẽ. Huiusmodi enim propter assimilationem

ad Deum, habent pulchritudinem, qua nos delectant, & alliciunt, tamen in ipsis non est quiescendum, quia tunc amittunt pulchritudinem: quia uirtutes cum ad se referuntur superbæ sunt, & inflatæ. AD ILLVD, quod obiicitur de beatitudine, dicendum quòd beatitudo creata non finit appetitum per se, sed per coniunctionem cum increata, unde anima ipsa diligit propter deum, non propter se.

DISTINCTIO SECVNDA.

De Trinitate & unitate secundùm quòd creditur.

HOC *quoque uera ac pia fide tenendum est, quòd Trinitas unus sit solus uerus Deus, ut ait Aug. in 1. Lib. de Trin. ſ. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & hæc Trinitas unius eiusdemque substantiæ, uel essentiæ dicitur, creditur, intelligitur: quæ est summum bonum; quòd purgatissimis mentibus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emũdetur. Item in Lib. 1. Retract. c. 3. Non approbo quòd in oratione dixi. Deus qui non nisi mundos uerum scire uoluisti, responderi. n. potest, multos etiam non mundos multa scire uera. De hac re ergo summa & excellentissima cum modestia & timore agendũ est, & attentissimis auribus, atque deuotis audiendum; ubi quæritur unitas Trinitatis, Patris, scilicet & Filij, & Spiritus sancti, quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius æliquid inuenitur. Proinde omnis, qui audit, & legit ea quæ de ineffabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari, atque seruare quod uenerabilis doct. Aug. in 1. Lib. de Trin. de se ipso ait. Non pigebit me, inquit, si ubi hæsito quærere: nec pudebit si ubi erro, discere. Quisquis ergo audit hoc, uel legit, ubi pariter certus est, pergat mecũ: qui pariter hæsitat, quærat mecũ, ubi errorem suũ cognoscit, redeat ad me, ubi meũ, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis uiã tendẽtes ad eũ, de quo dictũ est, Quærite faciem eius semper.*

Cap. 2. Aug. tom. 1. in li. 1. Soliloqu. c. 1. Sumptũ ex Aug. li. 1. de Tri. Cap. 3. 1. Ti. 6. Cap. 2. Lib. 1. de Tri. cap. 3. Pſ. 104. Aug. in li. Retr. ad 1. c. 4. ubi dixi, de patre et filio, q̃ gignit, & quẽ gignit, nam ſt dicẽdũ sunt, unum sunt.

Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate.

Omnes autem catholici tractatores, ut in eodem 1. Lib. de Trinit. cap. 4. Augustin. ait, qui de Trinitate, quæ Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, scripserunt, hoc intenderunt, secundum scripturas docere, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unius sint substantiæ, & inseparabili æqualitate vnus sint Deus, vt sit vnitas in essentia, & pluralitas in personis; ideoque nō sunt tres dij, sed vnus Deus, licet pater filium genuerit, & ideò filius non sit qui pater est, filiusque à patre sit genitus, ideò pater non sit qui filius est, & Spiritus sanctus, nec pater sit, nec filius, sed tantum patris, & filij spiritus, utrique coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem. Teneamus ergo patrem & filium & Spiritum sanctum vnum esse naturaliter Deum, vt ait August. in Lib. de fide ad Petrum, neque tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium ipsum esse, qui pater est, nec spiritum sanctum ipsum esse, qui pater est aut filius. Vna est enim patris, & filij & Spiritus sancti essentia, quam Greci homousion vocant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus sanctus: quamuis sit personaliter alius pater, alius filius, alius Spiritus sanctus.

De consec. dist. 3 c. oēs. 1. †usian.

Quis ordo seruandus, cùm de Trinitate agitur.

Cap. 2.

Cæterum vt in primo Lib. de Trinita. Augustin. docet, primo secundum authoritates sanctarum scripturarum, vtrum fides ita se habeat, demonstrandum est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores magis quàm capaciores, rationibus catholicis, & similitudinibus congruis ad defensionem & assertionem fidei vtendum est, vt eorum inquisitionibus satisfacientes, mansuetos plenius instruamus, & illi, si nequierunt inuenire quod quærunt, de suis mentibus potius quàm de ipsa veritate, vel de nostra assertione conquærantur.

Testimonia sanctorum de Trinitate.

Proponamus ergo in medium veteris, ac noui testamenti authoritates, quibus diuinæ unitatis atque Trinitatis veritas demonstretur, ac primum ipsa legis exordia occurrant, vbi Moses ait, Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Item Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, non erunt tibi alij dij præter me, Ecce hic significauit vnitatem diuinæ naturæ. Deus enim vt ait Ambro. in 1. Lib. de Trinita, nomen est naturæ

Deut. 6 Exod. 20. †de fide ad Gratianum 6. l. c. 2

turæ, dominus verò nomen est potestatis. Item alibi Deus loquens ad Moysen, ait, Ego sum qui sum, & si quæsierint nomen meum, vade & dic eis, Qui est, misit me ad vos. Dicens enim Ego sum, non, Nos sumus, & Qui est, non, Qui sumus, apertissimè declarauit vnum solum Deum esse. In cantico etiam Exodi legitur, Dominus omnipotens nomen eius, non ait, domini: vnitatem volens significare. Personarum quoque pluralitatem, & naturæ unitatem simul ostendit dominus in Gen. dicens Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Dicens enim faciamus ad nostram, pluralitatem personarum ostendit, dicens verò imaginem, vnitatem essentiæ. Vt enim dicit Augustin. in Lib. de fide ad Petrum. Si in illa natura patris & filij et Spiritus sancti vna esset tantùm persona, non diceretur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cùm enim dicit ad imaginem, ostendit vnam naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret; cum verò dicit nostram ostendit eundem Deum non vnam, sed plures esse personas.

Exod. 3 Exo. 15 Gen. 1. ad finē cap. 1.

Quòd nec solitudo, nec diuersitas, nec singularitas ibi est, sed similitudo.

Hilarius quoque in Lib. tertio de Trinit. dicit his uerbis significari quòd in Trinitate, nec diuersitas est, nec singularitas, vel solitudo: sed similitudo, & pluralitas, siue distinctio, ait enim sic, Qui dixit; Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: inuicem esse sui similes, in eo quòd dicit, imaginem & similitudinem nostrā, ostēdit. Imago enim sola non est, & similitudo sibi non est, neque diuersitateu duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit. Item, idem in quarto Lib. absolutius uoluit intelligi significationem hanc non ad se esse referendam tantum, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, professio enim consortij sustulit intelligentiam singularitatis: quia consortium aliquod, nec potest esse sibi ipsi solitario, neque rursum solitudo solitarij recipit, faciamus neque quisquam alieno à se, loquitur, nostram. Vterq; ergo sermo, scilicet, faciamus, & nostram, vt

Circa fin̄em. Circa medium.

solitarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

solitarium, eundemque non patitur; ita neque diuersum à se alienumque significat. Solitario cõuenit, faciam, & meã; non solitario verò conuenit dicere, faciamus, & nostram: vterque sermo vt non solitarium tantum, ita neque differentem esse, vel diuersum esse significat. Nobis quoque, nec solitarius, nec diuersus est confitendus. Ita ergo Deus ad cõmunem sibi cum Deo imaginem eandemque similitudinem hominem reperitur operari: ut nec significatio efficientis admittat intelligentiam solitudinis, nec operatio constituta ad eandem imaginem, uel similitudinem patiatur diuersitatem diuinitatis. In his uerbis Hila. pluralitatem personarum uoluit intelligi nomine consortij: atque significauit nomine consortij, uel pluralitatis non poni aliquid, sed remoueri. Pluralitas enim, uel consortium personarum cum dicitur, solitudo, uel singularitas negatur: cum dicimus plures esse personas, significamus quòd non est una sola. Ideò Hilarius uolens ista subtiliter, & sane intelligi, ait: Professio cõsortij sustulit intelligentiam singularitatis; non dicit, posuit aliquid: ita etiam cum dicimus tres personas, singularitatem, & solitudinem tollimus, & quòd pater non est solus, nec filius est solus, nec Spiritus sanctus est solus, significamus; & quòd nec pater tantum est & filius, nec pater tantum, & Spiritus sanctus, nec filius tantum, & Spiritus sanctus. De hoc autem in sequenti plenius agetur, ubi etiã secũdum quid similes dicantur tres personæ, & utrum aliquo modo sit ibi diuersitas, uel differentia ostendetur.

Quid ex uerbis Hilarij intelligi debeat.

Dist. 6. uidelicet 19. huius primi, & 24. 31. ac. 34.

Redit ad quod cœperat, ut alias authoritates apponat.

Nunc verò ad propositum redeamus, & ad ostendendum personarum pluralitatem, atque essentiæ diuinæ unitatem, alias sanctorum authoritates inducamus. Moyses dicit: In principio creauit Deus cælum & terram: per Deum significans patrem: per principium, filium. Et pro eo quod apud nos Deus dicitur, Hebraica ueritas habet heloym: quod est plurale huius singularis, quod est hel. Quod ergo non est, dictum hel, quod est Deus: sed heloym, quod interpretari põt dij, siue iudices: ad pluralitatẽ personarũ refertur. Ad quã ẽt illud attinere uidetur, quod diabolus per serpentẽ dixit:

Gen. 1.

Gen. 3.

Eritis

Eritis sicut diuinæ personæ, Ille ẽt maximus prophetarũ, & regũ Dauid, qui suã cæteris præfert intelligentiam, dicens: Super senes intellexi: unitatẽ diuinæ naturæ ostendens ait: Dominus nomen est illi: non dicit. Domini. Alibi ẽt eiusdem unitatẽ, & æternitatẽ simul ostendens, ait ex persona Dei Israel, Si me audieris, nõ erit in te Deus recens, neque adorabis Deũ alienũ. Aliud horũ, ut dicit Amb. in Lib. 1. de Trin. significat æternitatẽ: aliud unitatẽ substantiæ indifferentis: vt neq; posteriorem patre, neq; alterius diuinitatis filiũ, uel spiritũ sanctum esse credamus: nã si patre posterior est filius, uel spiritus sanctus, recens est: & si vnius non est diuinitatis, alienus est: sed nec posterior est, quia recens nõ est: nec alienus: quia ex patre natus est filius, ex patre procedit spiritus sanctus. Alibi quoque distinctionẽ personarum insinuans ait, Verbo Domini cæli firmitati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Alibi etiam ait, Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Trina enim confessio Dei trinitatem exprimit personarum: unitatem uerò essentiæ aperit, cum singulariter subiungit, eum. Esaias quoque dicit se audisse Seraphin clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus. Per hoc quod dicit ter Sanctus, Trinitatem significat: per hoc quod subdit, dominus Deus, unitatem essentiæ. Dauid quoque æternam filij generationem apertè insinuat ex persona filij, dicens. Dominus dixit ad me, Filius meus, es tu, ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili Esaias ait: Generationem eius quis enarrabitẽ In Lib. quoque Sap. æternitas filij cum Patre mostratur, ubi Sapientia ita loquitur. Dominus possedit me ab initio uiarum suarum, antequam quicquam faceret à principio: ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret, necdũ erant, abyssi, & ego iam concepta eram, nec dum fontes, nec dum montes, aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram nõ fecerat, & cardines orbis terræ, quãdo præparabat cælos, aderã, quãdo appendebat fundamẽta terræ, cũ eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce aptum de æterna genitura testimonium, quo

Gen. 3.

Pf. 118

Pf. 67.

Pf. 80. uel de si de ad Gratiã nũ. c. 5

Pf. 32.

Pf. 66.

Esa. 6

Pfal. 2. Esa. 52

Prou. 8

ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa Sapientia prohibet se ante mundum conceptam esse,& parturiri,idest genitam,& apud Patrem æternaliter existere.Ipsa etiam alibi ait.Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam.Michęas quoque propheta æternã verbi generationem, & temporalem ex Maria simul insinuauit,dicẽs,Ecce tu Bethleem Ephrata,paruulus es in millibus Iuda:ex te egredietur, qui sit dominator in Israel,& egressus eius ab initio à diebus æternitatis.

Specialia testimonia de spiritu sancto.

De Spiritu sancto etiam expressa documenta in veteri
Gen.1. *Testamento habemus.In Gen.enim legitur,spiritus domini*
Ps.138 *ferebatur super aquas. Et Dauid dicit, Quò ibo à spiritu*
Sap.1. *tuo? In Lib.Sap.dicitur,spiritus sanctus disciplinę effugiet*
Isa.61. *fictum:benignus est enim spiritus sapientię.Esaias quoque ait,Spiritus domini super me.*

De testimoniis noui testamenti.

Abac.3 Isa.6. Mat.al *Nunc verò post testimonia veteris testamenti de fide sanctæ trinitatis,& vnitatis,ad noui testamenti auctoritates accedamus,ut in medio duorum animalium,ideſt testamentorum cognoscatur veritas,& forcipe de altari summatur calculus,quo tangantur ora fidelium. Dominus itaque Christus vnitatem diuinę essentiæ,ac personarum Trinitatem apertè insinuat, dicens Apostolis, Ite, baptizate*
Io.10. *omnes gentes in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti.*
Cap.eo dem. *In nomine vtique (ait, Ambro. in Libro Primo de Trin.) non in nominibus,vt vnitas essentiæ ostendatur.Per nomina tria,quæ supposuit,tres esse personas declarauit. Ipse etiam ait, Ego & pater unum sumus: vnum dixit,vt ait Ambro.in eodem,ne fiat discretio potestatis naturæ,& addidit,sumus,& patrem,filiumq; cognoscas,scilicet vt perfectus pater,filium perfectum genuisse credatur, & quòd*
1.Ioã. 10. *pater & filius vnum sint,non confusione personæ,sed vnitate naturæ.Ioannes quoque in Epistola canonica ait:Trẽ sunt qui testimonium prohibent in cælo,pater,verbum,& spiritus sanctus,& hi tres vnum sunt. Ipse etiam in initio euangelij sui ait. In principio erat verbum, & verbum*

erat apud Deum.& Deus erat verbum. vbi apertè ostendit filium semper,& eternaliter fuisse apud patrẽ, vt alii apud alium. Apostolus quoque apertè Trinitatem distinguit dicens.Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra.& alibi,Si spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat in nobis,&c.Item alibi Trinitatem atque vnitatem euidentissimè commendat,dicens. Quoniam ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt omnia, ipsi gloria.Ex ipso ait,(Vt.Aug. ī Lib. de Trin.ait,)propter patrem: per ipsum dicit,propter filium: in ipso,propter spiritum sanctum.Per hoc uerò quod non ait, ipsis gloria, sed ipsi, insinuauit hanc Trinitatem vnum Deum esse. Sed quia singulæ penè syllabæ noui testamenti hanc ineffabilis vnitatis,atque Trinitatis ueritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum super hac re persuadeamus,et rõnibus,congruisq; similitudinibus ita esse,prout infirmitas nostra valet,ostendamus.

Ioan.1 Gal.4. Rom.8. Ro. 11. Lib.1.c. 6.

SECVNDA pars Primi Libri, in qua materia indagata, incipit eam Magister prosequi. Diuiditur autem hæc pars in duas partes: quoniam dupliciter est considerare res, quibus fruendum est:scilicet in se,& in comparatione ad creaturas. In se ratione trinitatis,& unitatis. In comparatione ad creaturas ratione scientiæ,& potentiæ,& uoluntatis. Primò: ergo agit de sancta trinitate,& unitate. Secundo de scientia, & potentia, & uoluntate,infra Distinct. 35. *Cumq; supra diximus &c.*] De ipsa autem sacratissima trinitate tripliciter contingit tractare. Quoniam primo contingit ipsam credere, Secundo creditam intelligere. Tertiò intellectã docere,siue enũtiare. Credere aũt est per auctoritatem,intelligere per rationem,dicere catholicam & rationabilem locutionem. Ideo primo de ipsa trinitate,& unitate agit,secundum q; creditur. Secundo de ipsa secundum quod credita per rationem intelligitur,infra Dist.3. *Apostolus namque ait &c.*] Tertiò secundum quod credita,& intellecta rationabiliter & catholicè exprimitur, infra Dist.22. *Post prædicta nobis differendum uidetur de noim diuersitate &c.*] Et patet ordo. Prius enim & uerius est eam credere, quàm intelligere: multi enim credunt qui non intelligunt: & prius similiter est intelligere, quàm sermone exprimere.Prima pars, scilicet secundum quod creditur, continet præsentem distinctionem: & quoniam materia est difficilli ma. Primò ponit modum procedẽdi.Secundo uerò exequit ibi. *Proponamus ergo in medium &c.*] Item prima pars habet tres partes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces. In prima præmissio proœmio de misterio trinitatis, & unitatis, tangit modum agendi, quoniam debet esse cum modestia, timore, & diligentia, præmittens materiam circa quã agere intendit. In secunda subiungit intentionem scribentium de trinitate, ibi. *Omnes autem catholici tractatores &c.*] Tertio tangit ordinem, ibi. *Cæterum, vt in Primo libro &c.*] Modus scribendi de trinitate debet esse fundatus supra intellectum fidei, & cum modestia, & timore propter pericula. Intentio scribentium de trinitate est, ꝙ pater, & filius, & spiritus S. sunt tres personæ, & unus Deus. Ordo scribendi est, primo per auctoritates ostendere ueritatem, deinde per rationes, & congruas similitudines. Similiter secunda pars, in qua Magister auctoritatibus sacræ scripturæ intendit ostendere trinitatem, & unitatẽ, habet duas partes secundum, quod sacra scriptura habet duas partes, scilicet nouum, & uetus testamentum. Ideo primo ostendit hoc ꝙ auctoritates ue. test. deinde per auctoritates noui, ibi. *Nunc vero post testimonia &c.*] Et quoniam uetus testamentum duas habet partes; scilicet legem & prophetas, in quibus fides explicatur, ideo ostendit primo ꝙ testimonia legis. Secundo per testimonia prophetarum, ibi. *Ille etiam maximus prophetarum &c.*] Prima iterum pars in qua probat per testimonia legis, duas habet partes. Primo enim ꝓbat essentiæ unitatem. Secundo unitatẽ simul, & trinitatem, ibi. *Persona cum quoque pluralitatem &c.*] Similiter illa pars de testimoniis ꝓphetarum habet duas partes. In prima probat essentiæ unitatem, & personarũ pluralitatẽ in communi. Secundo uero specialiter ostendit filii generationem, & spiritus sancti processionem, ibi. *Dauid quoque æternam filij generationem &c.*] Similiter illa pars, in qua ꝓbat per auctoritatem no. test. habet duas partes. Primo enim probat per auctoritatem, siue per testimonia, Iesu Christi. Secundo per auctoritates Apostolorũ, ibi. *Ioannes quoque in epistola &c.*] Auctoritates, & earum explanationes, & numerus, & diuersitates satis patent in litera.

Purgatissimis mentibus cernitur &c.] Videtur hoc male dicere, quia nulla mens dum est in uia purgatissima est, sed tantum in patria. Respon. Dicendum, ꝙ mens ad hoc quod Deum contempletur perfectè, indiget purgari quo ad intellectum & affectum: ideo dicit per iustitiam fidei, ideſt per fidem, quæ facit iustum in opere, & per se purgat intellectum: sub iustitia affectũ. Vtriusque autem purgationis triplex est gradus. Nam intellectus purgatus est, cum abstrahitur a sensibilibus speciebus: purgatior cum mundatur a pharasaicis imaginibus, purgatissimus cum à physicis rationibus. Gradus purgationis affectus, sunt isti: purgatus est affectus cum mundatur a culpa, purgatior cum a sequela, purgatissimus cum ab occasione: hoc autem possibile est fieri in uia: ideo dicit Magister &c. & in hoc statu idoneum est comtemplari

Mentis

Mentis enim humanæ aciei inualida, &c.] Contra. Videtur enim ꝙ mundata non figãt ibi: quia quantumcunq; mundet, adhuc excedit lux illa improportionabiliter aciẽ mẽtis: ergo si ꝓpter sui excellentiam nõ potest uideri a nõ hãte fidem, nec etiã ab hãte. Respon. Differt dicere cõsiderari, & figi, & comprehẽdi. Considerari potest lux diuina à mente non munda, ut à philosophis: sed figi nõ potest ĩ illa, nisi mens à uitiis pura: comprehẽdi non potest, nisi in patria. Ratio autem quare non potest figi, est duplex. Vna, quia est supra intellectum, & ideo intellectus in ea non figit, nisi habeat gluten affectus, sed statim recedit. Alia ratio, quia oculus sanus est illi luci proportionabilis ſm qualitatẽ, & si non ſm quantitatem: sed si oculus sit ĩfirmus, siue lippus, sicut est in nõ habẽte fidẽ; utroq; modo est improportionabilis, & ideo non figitur.

Deus enim & dominus, nomen est naturæ &c.] Obiicitur contra hoc uerbũ Ambr. quia ut dicit Damascenus, Hoc nomen Deus imponitur ab operatione, unde dicitur ab æthin, quod est ardere, uel à theia, quod est fouere, uel à theastãe, quod est uidere. Respondeo Dicendum, ꝙ de hoc nomine; & consimilibus est loq dupliciter. Aut quantũ ad id cui imponit, & sic est nomen naturę, quia ei imponitur quod est summa natura. Aut quantũ ad id a quo imponitur, & sic est nomen operationis, quia imponitur ab opere.

Ego sum, qui sum &c.) Quærit de hac circumlocutione, utrũ hoc nomẽ, Ego sum qui sum, sit nomen essentiæ, uel personæ. Et quod personæ, ut, quia pronomen demonstratiuũ certã significat personã. Et iterũ, loqui est actus personæ. Si forte dicas ꝙ Ego, quia significat originẽ, stat pro persona patris, Sum, quia significationem egredientem, stat ꝓ persona filii, Qui, relatiuum nectens utrunque stat pro persona Spiritus sancti. Hoc nihil est, quia pro eodem stat relatiuum, & añs. Respondeo, Dicendum, ꝙ illud nomen Qui est: & Ego sum qu sum, est nomen essentiæ propriè: hic. n. est quę dã circumlocutio, significãs entitatẽ in omnimoda perfectione, & absolutione: & hoc est nomen proprium diuinę substantię. Et quod obiicitur ꝙ pronomen significat certam personam. Dicẽ dnm quòd persona ibi dicitur certum suppositũ uerbi, & hoc est substantia, & natura.

Faciamus hominem ad imaginem &c.] Quæritur utrũ imago stet ibi ꝓ essentia, aut ꝓ persona. Si pro essentia, ergo idem est dicere imaginem nostram. Si pro persona, nõ dẽt dici nostra, sed mea. Si pro imagine creata, nihil ad propositum, quia per hoc nõ probatur unitas naturę. Respondeo, Dicendũ, ꝙ secũdum ꝙ doctores sancti hic accipiũt, imago, & similitudo dicit essentiam, & relationem. Importat enim imago unitatem cum distinctione: & similitudo similiter, ꝓꝓ intrinsecam relationem. Et ideo ĩ hoc nõe, [imago, & similitudo,] quãtũ ad aliquid suę significationis notatur unitas essentiæ: quantum ad aliquid

D nota-

Universidad de Deusto
Biblioteca

notatur pluralitas personarum. Et ideo aliter exponit Aug. aliter exponit Hilarius. Aug. considerat partem significati secundum essentiæ unitatem, sed Hilarius totum: unde dicit, ꝙ nomine imaginis, & similitudinis simul intelligitur unitas, & pluralitas: sed Aug. in hoc ꝙ est, faciamus, & nostram, considerat solum significatum: & ideo pluralitatem. Hilarius uerò considerat & significatum, & consignificatū ideo in utroq; dicit intelligi pluralitatē, & unitatē.

Neque diuersitatem duobus admisceri &c.] Contra ista uerba Hilarii obiicitur. Similitudo est rerum differentium eadem qualitas, ergo similitudo compatitur secum differentiam. Respondeo. Dicendum, ꝙ est similitudo secundum accidens, & similitudo secundum substantiam. Et hæc est duplex, secundū totum, & secundum partem. Similitudo secundum accidens, uel ſm partem, substantiæ admittit diuersitatem: sed non similitudo secundum totum: & quoniā in diuina eſsētia est summa simplicitas, ideo non potest esse similitudo secundum accidēs, neque secundum partem, & ideo similitudo non compatitur diuersitatem naturę. Dub. 6

Significauit noſ consortij &c.] Contra. quia ex his uerbis Magistri uidetur, ꝙ omnis numeralis dictio ſm ipsum nihil ponit: sed tantum priuat: sed hoc uidetur falsum. Cum. n in diuinis sit uera pluralitas personarum; non tantum priuatiuè, sed etiam positiuè, uidetur dici. Rñ ꝺco, Hæc fuit positio Magistri, quę communiter non tenetur, quia non hēt ueritatem sicut infra melius patebit. Tū Magister ꝺ excusatur, quia dixit ꝙ non ponunt aliquid noīa numeralia, quia important numerum, qui non est propriè in diuinis. Numerus. n. cātur ex unitatum aggregatione, & distinctione: & distinctio unitatem sit tripliciter, continui diuisione, formarū dispersione, gradu, siue ordine. Dub. 7.

Quoniam igitur in diuinis non est aggregatio, nec taliter distinctio, ideo nec numerus propriè.

In principio creauit Deus cælum & terram &c.] Quæritur quare magis hoc nomen Deus constet siue supponat pro persona patris: q̄ pro persona filii? & quo trinitas intelligatur & hic? Ad hoc dicēdum, octo modis innuitur nobis personarum pluralitas in scriptura. Primo modo significatione Mat. ult. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Secundo consignificatione. Gen. 1. In principio creauit, ubi habemus nos Deus, hꝫ brei heloym, qđ est nominatiuus pluralis huius nominatiui singularis hel? Tertio modo suppositione, ut cum dr Deus genuit Deum, Prouer. 8. Añ omnes colles ego parturiebar. i. generauit me dominus. Quarto modo appropriatione, ut Gen. 1. ibi. In principio creauit Deus &c. Deus. n. ibi patri appropriatur, & principium filio. Quinto modo iteratione, ut Esa. 6. Sanctus, sanctus, sanctus, dñs Deus sabaoth. Sexto modo uerborum. Psal. 66. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos &c. Septimo modo connotatione in actu missionis, ut cum dicitur Gala. 4. Misit Deus &c. Octauo modo apparitione, sicut apparuerant Abrahę tres uiri. Genesis. 18. ꝺ

Ille etiam maximus prophetarum &c.] Cōtra, quia super Matth. 17 Apparuerunt illi Moyses & Helias, dicit Glo. Helias fuit maximus prophetarum. non ergo dicendum. Respon. Spiritus prophetę in maiori abundantia datus, prophetam domini facit excellentiorem Potest ergo dupliciter dari in maiori abundantia, aut quia ad plura, aut quia ad altiora. Helię datus est ad plura, quia ad futurorum prequisicionem, & miraculorum operationem. Sed Dauid ad altiora, quia sicut patet ex eius prophetia, plura uidit clarius, quia prophetia intellectuali. Dub. 9

Dominus possedit me in initio &c. Obiicitur, quia possessio est rei inferioris: ordo rei posterioris: conceptio similiter sonat in sexus fragilitatem, & partus similiter: quę omnia non conueniūt diuinis. Resp. Sapientia describitur per comparationem ad effectus, & per comparationem ad principium: & qm̄ per comparationem ad effectus habet in se thesaurum infinitū innumerositate, & habet ordinem in discretione, ideo describitur per uerbum possidendi, & ordinandi. Describitur etiam per comparationem ad suum principium à quo emanat emanatione intrinseca, in eo quōd est de substantia emanantis. Ideo describitur per uerbum conceptionis, & parturitionis. Dub. 11

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An tantum unus Deus sit?

AD declarationem eorum, quę de sacra trinitate, & unitate dicit Magister, quatuor possunt queri circa partem istam. Primo queritur, utrum in Deo sit ponere essentiæ, siue naturæ unitatem. Secundo utrū in Deo sit ponere personarum pluralitatem. Tertio utrum in diuinis personis sit ponere infinitatem. Quarto & ultimò, utrū in diuinis personis sit ponere trinitatem.

QVod in Deo sit ponere essentiæ, siue naturę unitatem, uidetur ratione ostensiua, triplici habita suppositione, quā oportet poni. Tum propter eius simplicitatem. Tum propter cōmunem animi conceptionem, quæ est ꝙ Deus est, quo maius excogitari non potest. Tum ratione status, qui non est nisi in sūmo, & primo. SVPPOSITIO prima est, ꝙ Deus est simplicissimus. Ex hac arguitur, quod cū nullo alio diuerso possit communicare, quia si communicat, & differt, ergo non sunt idem, ergo est ibi compositio Si nihil potest communicare, ergo nec deitatem, nec entitatem, ergo si sunt duo dii, cum unus sit ens, & alter non est ens, si unus est Deus, alter non est Deus, ergo si duo sunt Dii, non sunt duo Dii. ITEM. Secunda suppositio est, ꝙ Deus est omnipotentissimus. Ex hac arguitur, ergo poterit facere ꝙ ois alia potentia a sua nihil possit: ergo si sunt duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersi in natura, hoc pōt facere unus de altero, ꝙ alter nihil possit, & econuerso. Sed cui potest potentia auferri, non est Deus: ergo si duo sunt Dii, nullus est Deus. ITEM, tertia suppositio est, ꝙ Deus est simpliciter summus. Ex hoc arguitur, ergo oīa sunt infra ipsum, ergo oīa alia ad ipsum, & ab ipso. Si ergo sunt duo dii, unus est infra alterum: & econuerso unus est ab alio, ſm naturam diuersam, & econuerso unus est ad alterum, & econuerso: sed quod est infra aliud: & ab alio, & ad aliud, non est Deus, ergo &c.

ITEM, hoc pōt probari ꝑ deductionē ad impossibile. Si sunt duo Dii, aut unus est ubi alius, aut non est. Si unus ubi alter, ergo unus in altero, cum sint eodem modo essendi: ergo unus ē alteri materialis, ergo alter non est Deus. Si unus est non ubi alter, ergo uterque limitatus, ergo neuter īfinitus. ITEM. si plures sunt dii boni, aut unus intelligit alterum: aut nō. Si non, ergo uterque est ignorans. Si intelligit, aut ergo per præsentiā, aut ergo ꝑ spēm, aut ꝑ seipsum. Si per præsentiam, ergo unus in altero, ergo deus illabit deo, & ꝓficit Deū. Si per spēm, ergo cōpositus. Si per seipsum, ergo unus exēplar alterius, ergo & principium. ITEM. si duo sunt dii diuersi, quorum uterque est summum bonū. aut unus diligit alterū, ut diligendus est: aūt non. Si sic, cū uterq; summū bonū, uterque est diligendus amore fruitionis, ergo uterque fruitur altero: sed qui fruitur alio bono a se, illo īdiget: ergo unus indiget alio, ergo uterq; est ĩdigēs, ergo neuter Deus.

SED CONTRA, plus pōt deus facere, q̄ intellectus noster posset cogitare. Sed intellectus humanus (ut pote gētiū) itelligit plures deos oipotentes, ergo deus pōt hoc facere. Sed quicqd pōt esse in diuina natura, est ibi, qa ęterna: ergo &c. ITEM, plura bona sunt meliora paucioribus: sed plures dii sunt plura bona: ergo melius aliquid erūt duo, q̄ unus: Sed ſm Anſel. Oē qđ me lius est, circa Deū est ponendū: ergo est ponere plures deos. ITEM. quorū est diuersa operatio, diuersa est uirtus, & diuersa est natura: sed opatio triū psonarū est diuersa: quia apparitio in colūba fuit solius spiritus sancti: & solus filius assumpsit humanū naturā, ergo sunt diuersi in secūda: ergo sunt plures dii. ITEM. magna potētia est, q̄ pōt magnū, & maior q̄ maius, & maxima q̄ maximū: ed deus super omnia est summe potens, ergo pōt producere summum bonū. Sed hoc est deus, ergo cū ī ęternis sit idē esse & posse, ergo &c.

RESOLVTIO.

Si propriè intelligatur nomen hoc Deus; nedum impossibile; sed nec intelligibile est plures deos esse.

RESP. Dicendū, ꝙ impossibile ē plures Deos esse: & si recte accipiatur significatū huius noīs Deus: non solū est impossibile, sed ēt non intelligibile. Deus. n. dicit simpliciter summū, & ī re, & in opinione cogitātis. Quia ī re, ideo oīa ab ipso, & in ipso, & ad ipm & ī ipso oīno est status. ideo impossibile est intelligere, saluo

saluo hoc ītellectu, ꝙ aliqd sibi pariſicet, aliud ab ipso: Itē, nihil maius Deo cogitari pōt, nec ēt æquale, qa summū in opinione: ideo impossibile, et non intelligibile eit ponere plures deos.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicit de gētib. dicēdū, ꝙ nō fuit intellectus, sed fictio: pterea nō intelligebant Deū ſm nobilitatē diuinā, iō nō ualet. ET AD ILLVD, plus pōt Deus facere etc. Dicendū, ꝙ duplex est ītellectus. s. rōnalis, et phantasticus. De primo uerū est: sed de secō nō: qa multa possumus cogitare ſm phāta siā, q̄ Deus nō pōt facere: qa nō cōuenit illi in quo incōueniens ēt minimū est impossibile. AD ILLVD, ꝙ obiicit, ꝙ plura bona sunt meliora paucioribus. Dicēdū, ꝙ istud hēt ueritatē in bono creato, ser finito: qđ rōne suæ finitatis recipit bonitatis augmētū per additionē alterius boni: non aūt hēt ueritatē in bono infinito, quia quantuncunque addas bonū infinitū infinito, ſm per ego ītelligo de bonitate tm in uno, quātum in pluribus. AD ALIVD, qđ obiicit de diuersitate operationū. Dicendum, ꝙ pater et filius et spiritus sanctus in omni operatione conueniunt: sed in relatione differunt. Vnde in incarnatione est opatio productionis illius naturæ, et est unio: in primo cōueniunt tres personę: in secundo non. Similiter in columba est columbæ formatio, et eius signatio. In primo cōueniunt: in secō nō. Exēplū Aug. de Trini. est, ꝙ ad formationē huius noīs, memoria, concurrit memoria, intelligentia, et uoluntas: hoc tm nomen memoria, significat alterā potentiarū similī modo est in ꝓposito. AD ILLVD, ꝙ obiicit ꝙ magna potentia &c. Dicendū, ꝙ producere aliquid, est tripliciter. Vel de seipso, vel de aliquo creato, uel de nihilo. De seipso pōt deus ꝓducere summū simpliciter: sed illē nō erit alius in natura ꝓp naturæ simplicitatē. De alio, uel de nihilo nō pōt ꝓducere summum simpliciter, sed in gñe, nō ꝓp defectum potētiæ agētis, sed ꝓp defectum creaturæ, quā necesse est esse limitatā: et ita non pōt producere alium deum:

QVAESTIO II.

An cum deitatis unitate pluralitas personarum ponenda sit?

VTRVM sit ponere in deo personarum pluralitatem. Et ꝙ sic, ostēditur, ſupponēdo de deo quatuor: Primum est ꝙ in ipso sit summa beatitudo. Sed m est, summa perfectio. Tertium est, summa simplicitas. Quartū est, sūma primitas. EX PRIMA suppositione arguit sic. Ibi est summa btītudo, sed ubicunq; est sūma btitudo, ibi est summa bonitas: summa charitas: et summa iocūditas. Sed si est summa bonitas, cū bonitatis summæ sit se cōicare, et hoc est maxime in ꝓducēdo ex se ęqualem, et dando esse sui ergo etc. Si summa charitas: cū charitas nō sit amor priuatus sed ad alterum, ergo relinquit pluralitatē. Itē, si summa iocūditas, cū nullius boni sine socio sit iocūda possessio, ergo ad sūmā iocunditatē requirit societas, et ita pluralitas. EX SECVNDA suppōne arguit sic. Ibi est summa pfectio: sed pfectionis ē ꝓducere talē q̄lis ipse ē ī natura: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse est ibi esse multiplicationem, sed hoc non potest esse secundum aliam essentiam, ergo oportet ꝙ sit secundum aliã personam, siue suppositum. Ex TERTIA suppõne arguitur sic. Ibi est summa simplicitas, sed simplicitatis est ꝙ aliqua natura sit in pluribus, ut patet in uniuersali: sed ex defectu simplicitatis est ꝙ numeretur in illis, ergo si in deo est simplicitas in nihilo deficiẽs, est in pluribus nõ numerata essentia, ergo &c Ex QVARTA suppõne arguitur sic. Ibi est summa primitas, sed quãto aliquid est prius, tanto fœcũdius est, & aliorum principium: ergo sicut essentia prima est principium aliarum essentiarum, sic persona patris; cum sit prima: quia a nullo est principio, & habet fœcunditatem respectu personarum: sed fœcũditas in Deo respectu Dei, non potest esse nisi actui coniuncta, ergo necesse est plures esse personas.

SED CONTRA, uidetur ꝙ ex eisdem suppositionibus posset argui cõtrarium, & ita destruunt rõnes, & conclusiones iam positæ. Si enim ibi est summa beatitudo; cum beatum per essentiã sibi soli sufficiat ad beatitudinẽ, ergo non est necesse ponere aliam personã ad beatitudinẽ; uel iocunditatem. ITEM. contra secundam suppositionẽ sic obiicitur. Si est ibi pfectio summa, ergo eque plena, & perfecta est essentia in una pſona, ut in pluribus. Si aũt ultra perfectionem additio est superflua, pluralitas non est in diuinis. ITEM. contra tertiam rõnem sic. Si est ibi summa simplicitas, cum pluralitas opponatur simplicitati, & oppoſita non põt esse circa idem, ergo si Deus est unus, & in eo est simplicitas, nõ ergo pluralitas: cum per oia sit simplex. ITEM. contra quartam suppositionem sic. Si ibi est summa primitas, ergo cum status sit in primo principio, & status est in unitate, ergo primitas non ponit pluralitatem, sed unitatem, ergo uidet ꝙ una sit tantum persona.

RESOLVTIO.

Ita docet fides catholica & orthodoxa, ita quoque credamus.

RESP. Dicendum quòd in diuinis est ponere personalẽ pluralitatem, sicut fides dicit, & rõnes prędictæ ostendunt, si quis sine cõtradictione consideret. Nam rõne simplicitatis essentia est cõmunicabilis, & potẽs esse in pluribus. Rõne primitatis, persona ex se nata est aliã producere. Et uoco hic primitatem, innascibilitatem, rõne cuius (ut dicit antiqua opinio) est fontalis plenitudo in patre ad omnem emanationem, & hoc infra patebit. Ratione perfectionis, ad hoc est apta & prompta. Ratione beatitudinis, & charitatis, eadem essentia diuina est uolũtaria. Quibus conditionibus positis, necesse est ponere personarum pluralitatem.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, ꝙ beatus per essentiam sibi soli sufficit, ergo nõ indiget &c. Dicẽdum, quod uerum est ꝙ non indiget, nec ponendus est alius propter indigentiam tanquam artificis, sed in beatitudine communicans. SIMILITER ad illud qđ obiicitur, quod deitas eque plena,

na, & perfecta est in uno, ut in pluribus. Dicendum, ꝙ & si sit eque plene, nõ tamen ita plene declaratur: & preterea eo ipso quo plene est in patre, redũdat in alias personas redũdantia pfectionis AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ pluralitas repugnat simplicitati. Dicendum, ꝙ est quædam pluralitas p additionẽ, & hæc repugnat: quædam per originem, & hæc non addit, nec cõponit, nec repugnat simplicitati: sed potius solitudini, et sic est in diuinis, ut infra patebit. AD ILLVD, qđ in primo est status. Dicendum, ꝙ sicut in essentiis una est essentia prima, a qua sunt aliæ, et ad quã: sic in personis est una persona a qua sunt alię, et ad quam: et in illa est status originis, quia illa à nullo, et hęc est pſona patris. Vnde Augu. illi personæ appropriat unitatẽ, dicens, in patre unitas etc.

Dist. 8. 13. & 14.

QVAESTIO III.

An in personis diuinis sit ponere infinitatem.

VTRVM in diuinis personis sit ponere infinitatem? & quod sic ostenditur hoc modo: quia creatura cũ sit finita, quicquid est in ipsa, est actu finitũ: ergo ab oppositis, quia diuina essentia est infinita, quicquid est in ipsa, est infinitè, ergo cũ in Deo sit numerus personarũ, erit infinitus, & ita erunt infinitæ personæ. ITEM, cum duplex sit infinitas, uirtualis, & numeralis, infinitas uirtualis est ī Deo, ergo pari rõne infinitas numeralis: ergo in Deo sunt infinitæ personæ. ITEM. infinita uirtus cum emanet secundum suã totam infinitatem, non tm̃ producit in infinitum intensiue, sed etiã extẽsiuè. Sed uirtus patris in productione personarũ emanat fm omnimodam sui ptãtem, ergo non tm̃ producit personas infinitas in uirtute, imo infinitas in numero. ITEM hoc ipsum ostenditur sic. Multiplicatio pſonarum aut est uirtutis, aut nõ. Si nõ, ergo nõ debet in diuinis poni. Si est uirtutis per se, ergo maior multiplicatio erit maioris uirtutis, & summæ uirtutis infinita multiplicatio, ergo &c.

CONTRA hoc ostẽditur qua druplici conditione, quæ sumit ab hoc, ꝙ semꝑ Deo est attribuendum quod nõbilius est, ꝙ necesse est ponere finitatẽ personarum. Prima est distinctio: secunda ordo: tertia cõnexio: quarta summa completio.

EX CONDITIONE prima ostenditur sic. Si est ibi distinctio, non ergo confusio: sed ubi est infinitas, ibi est confusio, ergo &c. ITEM, ex secunda sic. ubi est ordo, ibi est terminatio: quia ubi deficit terminatio, deficit mediatio, & per consequẽs ordo; sed ubi est terminatio, nõ est infinitas, ergo si ī diuinis est ordo, non est infinitas. ITEM, ex tertia sic. ubi est cõnexio, necesse est ꝙ omnes personę procedant ab una: nam si una ab alia, & ita consequenter, tunc est infinita distantia inter primam, & ultimã: & hoc est inconueniens, ergo oẽs ab una. Aut ergo eisdem modis, aut diuersis. Si eisdem, ergo nulla distinctio Si diuersis, & diuersi modi emanãdi sunt finiti. ergo &c. ITEM, ex quarta sic. Si est ibi sũma cõpletio, ergo nata est diuinitas pſo-

nas complere, cum cõpletio per sonarum sit in beatitudine, nata est illas complere. Sed si essent personæ infinitæ, impossibile esset aliquem beatificari à Deo: cognitio.n. cuiuslibet ꝓsonę est de substãtia beatitudinis: cum tota bonitas quę est substãtiale premium, sit in qualibet personarũ: ergo aut anima oẽs cognosceret, aut nõ esset btã; sed ĩpossibile esset oẽs cognoscere, cũ uirtus eius sit finita, ergo &c.

Caue hic à Sco. di. 1. q. 2. ubi tenet: quòd possumus scire essentia non fruendo de persona

RESOLVTIO.

Nequaquam: cũ infinitas repugnet perfectioni & ordini, quæ duo in illis potissimè sunt.

RESP. Dicendum, ꝙ in diuinis personis quantum ad numerũ, non est ponere infinitatẽ, sed finitatem. Ratio aũt huius est, ꝙa infinitas numeralis repugnat ꝓfectioni, & ordini: quia est per recessum ab unitate, siue a sua origine: similiter infinitas molis: & ideo neutra est in Deo. Infinitas aũt uirtutis é paccessum ad unitatẽ, & ideo ista cum sit perfectionis, ponẽda est ĩ Deo.

AD ILLVD ergo ꝙ obiicitur, ꝙ quicquid est in Deo, est infinite, Dicẽdũ ꝙ uerũ est ꝙ infinite: sed non qualibet infinitate, sed illa qua Deus est infinitus: & hęc est infinitas immẽsitatis: & tali mõ est trinitas infinita, non infinitate numerali, quæ non congruit Deo.

Et ꝙ hoc patet rãsio ad ẽm. s. quare ĩfinitas numeralis nõ est ponenda in Deo, sicut uirtualis.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ infinita uirtus in infinitate emanans producit infinita. Dicendum, ꝙ diuinę uirtuti non conuenit productio, nisi perfecti; & ideo non conuenit ei productio alicuius infinitatis, nisi illius q̃ stat cũ summa ꝓfectione: hæc autẽ non est infinitas numeralis, & ideo non est in deo.

AD VLTIMVM, ꝙ obiicitur, ꝙ potentiæ est se multiplicare. Dicendum, ꝙ non omni modo multiplicare, se: est potentię sed perfecte multiplicare se, potentiæ est, & conuenit Deo: Nõ sequitur ergo, magis se multiplicare est maior perfectio: nisi intelligatur perfecte: sed infinitè se multiplicare ẽm numerũ est imꝓfecte; iõ nõ cõuenit deo.

QVAESTIO IIII.

An tantum tres sint diuinæ personæ.

VTRVM in diuinis personis sit ponere trinitatem? Et ꝙ nõ, imo magis dualitatem, ostẽditur sic. Pater totũ qđ põt, dat filio: sed qui dat totum qđ põt, non põt amplius dare: ergo nec aliã personã producere: cũ illud sit dare. ITEM, pater gñat filiũ tanꝙ uerbũ per oĩa ęquale, & ꝙ oĩa dicens, & exprimens ipsum: sed multiplicatio personarũ est ad declarationẽ uirtutis: ergo uĩ ꝙ spuerfluat aliũ producere. ITEM, ostendit, ꝙ ibi debeat esse quaternitas per rõnem emanationis. Quia.n. filius emanat per generationẽ, nõ per processionẽ; iõ q̃is non gñet, tñ spirãdo producit; eadem ratione uĩ ꝙ spiritus sanctus quamuis nõ producat spirando, possit generare, siue ꝙ generet: cũ nõ generetur. ITEM, cũ in diuinis sit duplex modus producendi. s. unus per modũ naturæ, alius per modum uoluntatis: & ibi debeat esse cõplera ratio productionis: uĩ et ꝙ ibi debeat esse modus producẽdi tertius per modũ artis. Si sic, erit ibi ponere quartã ꝓsonã ẽm hũc modũ ꝓducẽdi.

SED CONTRA, quòd sit ibi trinitas tñ, ostendit ex suppõnib. superius factis: quia necesse est illa trinitate esse beatitudinẽ, perfectionem, simplicitatem, primitatẽ. EX PRIMA suppositione ostẽdit sic. Si est ibi summa beatitudo: ergo summa concordia, ergo est summa germanitas, summa charitas. Sed si essent plures, quàm tres, non esset ibi summa germanitas. Si pauciores, non esset ibi summa charitas: ergo sunt tres tñ. Probatio minoris. Si est ibi quarta persona, aut ꝓcedit ab una, aut a duabus, aut à trib. Si ab una uel duabus tñ, tunc nõ ꝓfecte, & æqualiter conuenit cum oĩbus. Si aũt a tribus, tunc duæ personæ intermediæ magis conueniunt ad inuicem, quam cum extremis: quia producũtur, & producũt, & ita nõ est ibi perfectus nexus. ITEM si essent pauciores q̃ tres, non esset ibi perfecta charitas: quia perfectus amor, & est liberalis, & est cõis. Quia liberalis, ideo tendit ad alterũ. Quia cõis ideo uult aliũ diligi ab altero, & diligere alterum sicut se, & a se: ergo est ibi dilectio, & condilectio: hoc autem non potest esse minùs q̃ in tribus. EX SECVNDA suppositione sic. Si est ibi summa perfectio: ergo persona producens perfecte producit, & quantum ad modum producendi, & quantum ad eum qui producitur. Sed non reperitur nisi duplex modus producendi nobilis. Omne enim agens, aut agit per modum naturę, aut per modum uoluntatis: sicut uult Philosophus: ergo his duobus modis, & tm̃ his producit: sed persona producta quolibet istorũ modorũ est perfectissima; ergo si ultra perfectionem est omne, quod superfluit: & quod est citra, deficit: necesse est esse tm̃ duas personas emanantes, & nõ plures, nec pauciores: & unam, a qua emanant, ergo tantum tres. ITEM, ex tertia sic. Si est ibi summa simplicitas: pater totum dat cuilibet: ergo procedentes, siue emanantes non distinguuntur penes ea, quæ accipiunt: sed penes modum accipiendi, & emanandi: sed duo tantum sunt modi emanandi, ergo non possunt esse nisi duæ personæ emanantes, & tertia producens: ergo &c. ITEM EX QVARTA sic. Si ratione primitatis, est ibi summa fœcunditas; nulla persona potest producere aliquo genere producẽdi quo producitur: quia respectu illius nõ est prior: ergo cum duæ personæ emanent secundum duos modos emanandi, impossibile est quòd his modus producanti & non sunt alii modi, ergo non possunt producere aliam personam: ergo sunt tantum tres.

Aristo. 2. phi. 49. Cãne hic à Sco. pri. sen dis. 2. par. 2. q. 4. ibi. Ad argu. quæ ꝓbant, quòd in Deo sũt tantum duo prĩcipia producẽtia. ubi ipse dicit Aristo. non loquitur esse de uoluntate diuinẽ ab intellectu.

RESOLVTIO.

Tres tantum credamus, quia tot credendas fides catholica proponit.

RESP. dicendum, quòd sicut fides catholica dicit; ponere est tantum tres personas, non plures, nec pauciores: & ad hoc sumitur ratio necessitatis, & congruitatis. Ratio necessitatis quare non possunt esse pauciores q̃ tres, est summa btitudo, & summa perfectio. Nã summa btitudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

do exigit dilectionem, & condilectionem: summa perfectio duplicé emanationẽ.ſ. naturæ, & liberalitatis: & ad hoc ad minus exiguntur tres perſonæ.

Item,rõ neceſſitatis, quare non poſſunt eſſe plures, eſt ſumma ſimplicitas,quæ non patitur perſonas diſtingui, niſi ſecundum modos emanandi. Eſt iterum principalis fœcunditas, quæ nõ permittit perſonam producere aliquo gñe emanationis,niſi ſecundum rõnem intelligendi ſit prior illo. Vnde prima perſona quæ eſt innaſcibilis, & inſpirabilis,generat,& ſpirat. Secũda uero perſona, qa in ſpirabilis ſed genita,non generat, ſed ſpirat. Tertia perſona quia ſpiratur,& ꝓcedit a generãte,nec generat, nec ſpirat: & ideo impoſſibile ẽ eſſe plures perſonas quam tres.

Ratio congruitatis ſumitur ex ſufficientia combinationum,& ex perfectione numeri ternarii. Ex ſufficiẽtia combinationum, quia cum amor ſit in omnibus perſonis,ut dicit Richar.& non ſit niſi triplex amor, uidelicet gratuitus,debitus, & ex utroq; permixtu:ſtantũ erunt tres perſonæ. Vna quæ tantum dat, in qua eſt amor gratuitus. Alia q̃ tantum accipit.in qua eſt amor debitus. Et media quæ dat,& accipit;in qua eſt amor permixtus ex utroque. Itẽ,alio modo poſſunt cõbinari, ſecundum rationem originis:& huiuſmodi cõbinationis ſufficientia in tribus conſiſtit. Nam contingit intelligere perſonã,q̃ eſt principium perſonę,& non eſt principiatũ: & rurſum perſonã q̃ eſt principiatum,& non principium perſonæ: & tertio modo perſonam quæ eſt principiatum, & principiũ. Quartus aũt modus, ꝙ neceſſit principium, nec principiatũ, eſt oĩno impoſſibilis,nec intelligibilis. Ratio cõgruitatis ex parte numeri eſt,quia numerus iſte .ſ.ternarius habet in ſe primam perfectionẽ, qñ primus numerus eſt,qui conſtat ex oĩbus partibus ſuis.ſ.unitate & dualitate, quæ ſimul iunctæ faciunt tria. Senarius aũt dr primus perfectorum, quia conſtat ex omnibus partibus ſuis aliquotis.ſ.tribus, duobus & uno. Item ſumma ꝑfectio eſt in eo,quia unitas quæ eſt principium,& completio oĩs numeris, reflexa ſupra ſe reduplicatione perfecta quadrata, qualis in ſolido quadrato triplicatur ſecũdum rationem,remanens una ſm unitatem,ut ſi dicatur,ſemel unũ,ſemel:& iſtud eſt ualde ſimile trinitati ſcreate, in qua in unitate ſubſtantiæ eſt trinitas rõnũ. Nõ tñ eſt oĩno ſimile,qa ibi cũ unitate ſubſtãriæ ẽ trinitas rõnũ,& rerũ.ſ. ꝓſonarũ,hic tñmõ rõnũ. Similiter ſi cõſideret numerus iſte in quãtitate cõtinua, hẽt in ſe primã ꝑfectionẽ,& ſummã. Primã,quia oĩs q̃titas hẽt principiũ, mediũ, & ultimũ. Sũmã, qa ꝑfectio q̃titatis cõtinuę. Suprema cõſiſtit i trina dimẽſiõe.ſ.lõgitudine,latitudine,& altitudine:& hoc ẽ qđ dicit Philoſophus i principio de ęelo,& mũdo. Oẽ.n.perfectũ in trib.dicimus,& hoc numero adhibuimus noſmetipſos magnificare Deũ unum creatorẽ, oĩum eminentem proprietatibus eorũ quę ſunt creata. Similiter ſi conſideretur iſte numerus in creatura, habet in ſe primam perfectionem,& ſummam. Primam, quia trinitatem ueſtigii contingit reperire in qualibet creatura,quantumcunque parua, quãcunque minima. Perfectã, quia ſecundum trinitatem imaginis reformatam, & deiformẽ attenditur ſumma, & nobiliſſima ꝑfectio creaturæ.ſ. btitudo.

Ad illvd ergo, ꝙ obiicit ꝙ pater dat filio totũ ꝙ põt:dicẽdum ꝙ uerũ,eſt, ſed non dat oĩ modo quo põt. Et iõ illatione eſt acẽs: nõ poteſt amplius dare: ergo nec aliam perſonã producere:quia hoc nõ eſt dare amplius, ſed alio modo. Similiter ſequens obiectio per hoc patet: quia filius non omni modo declarat:quia,& ſi ſecundum rationem naturæ, non tñ ſm libertatem uoluntatis,niſi inquãtũ ex ipſo uerbo procedit ſpũs.

Ad illvd,Quod obiicitur qđ ſpiritus ſanctus debet generare. Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia perſona filii precedit ſpirationem,ideo habet rõnem primitatis:perſona aũt ſpiritus ſancti ſequitur gñationem, & ideo nõ gñat: quia non eſt innaſcibilis. Ad illvd, quod obiicitur de tertio modo emanandi.ſ. de arte. Dicendum ꝙ ars non hẽt fœcunditatem ad emanandum, ſiue ad producendũ, niſi per uolũtatem, & ideo modus ille nõ debet diſtingui a mõ ꝓcedendi ꝙ modũ liberalitatis, ſiue uolũtatis. Vel aliter,& melius: Modus ꝓducẽdi p artẽ cõuenit cũ mõ ꝓducẽdi ꝑ naturã in hoc, ꝙ utrobiq; ꝓducit ſimile. Differt aũt, qa in productione naturali producitur ſimilis in ſubſtantia & naturali alius in perſona. In productione autẽ artis producitur ſimile ſm rõnem formę exẽplaris, ſed diſſimile uero in ſubſtantia & natura: talis autem modus producendi eſt impoſſibilis diuinę eſſentiæ,q̃ non compatit diuerſitatem eſſentiarum.

DISTINCTIO III.

PARS PRIMA.

De trinitate & unitate, ſecundum quod credita per rationem intelligitur.

Rom. 1. Apoſtolus nãq; ait, *quòd inuiſibilia Dei a creatura mũdi, per ea quæ facta sũt intellecta cõſpiciuntur, sẽpiterna quoq; uirtus eius, & diuinitas. Per creaturã mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas, uel propter conuenientiam, quam habet cum omni creatura. Homo ergo inuiſibilia Dei intellectu mentis conſpicere potuit, uel etiam conſpexit, per ea quæ facta ſunt, id eſt per creaturas uiſibiles, uel inuiſibiles. A duobus enim iuuabatur: ſcilicet à natura quæ rationalis erat: & ab operibus a*

bus à Deo factis, ut manifestaretur hominis ueritas. Ideoq; Apostolus dixit, Quia Deus reuelauit illis. s. dum fecit opera: in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

Prima ratio, uel modus, quomodo potuit cognosci Deus.

Tom. 4. In commentario primi capitis epist. ad Roma. circa illud, Quod notũ est dei.

Nam sicut ait Ambrosius, Vt Deus, qui natura inuisibilis est, etiam à uisibilib. posset sciri: opus fecit, quod opifex uisibilitate sui manifestauit, ut per certum, incertum posset sciri: & ille Deus omniũ esse crederetur, qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri. Potuerunt ergo cognoscere, siue cognouerunt ultra omnem creaturam esse illum, qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere, uel destruere ualet. Accedat quæcunque uis creaturæ, & faciat tale cœlum & terram: & dicam quia Deus est. Sed quia nulla creatura talia facere ualet, constat super omnem creaturam esse illum, qui ea fecit: ac per hoc, illum esse Deum humana mens cognoscere potuit.

Secund ratio, qua potuit cognosci, uel modus, quo nouerunt.

Lib. 8. c. 6.

Alio etiam modo Dei ueritatem ductu rationis cognoscere potuerunt, uel etiam cognouerunt: ut enim Augustinus in lib. de Ciuitate Dei, Viderunt summi philosophi nullum corpus esse Deum, & ideo cuncta corpora transcenderunt

Idem in eudem.

quærentes Deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est, non esse summum Deum, omniumque principium: & ideo, omnem animam mutabilesque spiritus transcenderunt. Deinde uiderunt oẽ quòd mutabile est, non posse esse nisi ab illo, qui incommutabiliter, & simpliciter est. Intellexerunt ergo eum & omnia ista fecisse, & à nullo fieri potuisse.

Tertia ratio, uel modus.

Considerauerunt etiam quicquid est in substantiis, uel corpus esse, uel spiritum: melius que aliquid spiritum esse, quàm corpus, sed longe meliorem, qui spiritum fecit, & corpus.

Quartus modus, uel ratio.

Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem, & spiritus speciem intelligibilem, & intelligibilem speciem sensibili

Ex Augu. lib. de ciui. 8. c. 6.

sibili prætulerunt. Sensibilia dicimus, quæ uisu tactuq; corporis sentiri queunt. Intelligibilia, quæ conspectu mentis possunt intelligi. Cum ergo in eorum conspectu & corpus, & animus magis minusque speciosa essent: si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent: uiderunt esse aliquid, quo illa speciosa facta sunt, ubi est prima & incommutabilis species, ideoque incomparabilis: & illud esse rerum principium rectissimè crediderunt, quod factum non esset, & ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci ueritas Dei. Cum ergo Deus una sit, & simplex essentia, quæ ex nulla diuersitate partium, uel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus, Inuisibilia Dei: quia pluribus modis cognoscitur ueritas Dei per ea quæ facta sunt. Ex perpetuitate nanque creaturarum intelligitur conditor æternus: ex magnitudinæ creaturarum, omnipoteus: ex ordine, & dispositione, sapiens: ex gubernatione, bonus. Hæc autem omnia ad unitatem deitatis pertinent mostrandam.

Rom. 1

Quomodo in creaturis apparet uestigium Trinitatis.

Nunc restat ostendere, utrum per ea, quæ facta sunt, aliquod trinitatis uestigiũ, uel indiciũ exiguũ haberi potuerit.

Cap. 10

De hoc Aug. in lib. 6. de Trin. ait. Oportet ut creatorem per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicientes, Trinitatem intelligamus. Huius enim trinitatis uestigium in creaturis apparet. Hæc. n. omnia, quæ arte diuina facta sunt: & unitatem quandã in se ostendũt, & speciem, & ordinem: Nam quodq; horum creatorum, & unum aliquid est, sicut sunt naturæ corporũ, & ingenia animarũ: & aliqua specie formatur, sicut sunt figuræ, uel qualitates corporũ, ac doctrinæ, uel artes animarũ: & ordinẽ aliquẽ petit, aut tenet, sicut sunt põdera, uel collationes corporũ, & amores, uel delectationes animarũ: & ita in creaturis prælucet uestigiũ Trinitatis.

In Tomo. 1. c. 7. sed plenius c. 4. & 55. circa finẽ.

In illa. n. Trinitate summa origo est omnium rerũ, & perfectissima pulchritudo, et beatissima delectatio. Sũma autẽ origo, ut Aug. ostẽdit i lib. de Vera religione, itelligitur. Deus pater, à quo sunt oĩa: à quo filius, & spiritus sanctus. Perfectissima pulchritudo itelligitur filius. s. ueritas patris nulla

ex

ex parte ei dissimilis: quem cum ipso,& in ipso patre uenerамur: quæ forma est omnium quæ ab uno facta sunt, & ad unum referuntur: quæ tamen omnia, nec fierent à patre per filium, neque suis finibus salua essent, nisi Deus summè bonus esset, qui & nulli naturæ, quæ ab illo bona esset, inuidit: & ut in bono ipso maneret, alia quantum uellet, alia quãtum posset, dedit. quæ bonitas intelligitur Spiritus sanctus, qui est donum patris, & filii. Quare ipsum donum Dei cum patre, & filio eque incommutabile colere, & tenere nos conuenit. Per considerationem itaque creaturarum unius substantiæ, Trinitatem intelligimus. s. unum Deum patrem, à quo sumus, & filium, per quem sumus, & spiritum sanctum, in quo sumus. s. principium ad quod recurrimus, & formam quam sequimur, & gratiam qua reconciliamur: unum. s. quo authore conditi sumus, & similitudinem eius, per quam ad unitatem reformamur: & pacem, qua unitati adhæremus. s. Deum qui dixit, Fiat lux: & uerbum, per quod factum est omne, quod substantialiter, & naturaliter est: & donum benignitatis eius, qua placuit quod ab eo per uerbum factum est, & reconciliatum est authori, ut non interiret. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imagos Trinitatis indicatur: nõ enim per creaturarum contemplationem sufficiens notitia Trinitatis potest haberi, uel potuit, sine doctrine, uel interioris inspirationis reuelatione. Vnde illi antiqui philosophi quasi per umbram, et de longinquo uiderunt, deficientes in contuitu Trinitatis, ut magi Pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tamen in fide inuisibilium.

VBERIVS egit Magister de sancta Trinitate inquantũ creditur. In hac secũda parte agit de ipsa inquantum intelligitur. Et hæc pars diuiditur in tres partes. In quarum prima ad intelligẽdũ trinitatem, adducit congruas similitudines, & rationes. In secunda soluit emergentes dubitationes, infra 4. distinct. in prin. *Hic oritur quæstio necessaria etc.*] In tertia illis dubitationibus solutis determinat trinitatis, & unitatis proprietates, & conditiones, infra distinct. *Nunc de ueritate sine de proprietate*] Item, prima pars habet duas. In prima adducit similitudines longinquas. In secunda similitudines propinquas, siue expressas, quæ attenduntur in imagine

ibi. *Nun uero iam ad eam perueniamus disputationem.* Item prima pars habet duas. In prima ostendit unitatem. In secunda trinitatẽ, ibi. *Nunc restat ostendere etc.*] Prima pars habet quattuor particulas. In prima probat auctoritate apostoli. Ro. 1. q̃ Deus est cognoscibilis per creaturam. In secũda uero adducit uarios modos cognoscẽdi, & rationes, ibi. *Nam sic ait Ambr.*] In tertia dicit illos modos in auctoritate apostoli implicari, ibi. *Ecce tot modis*] In quarta tangit quid p̃ prædictas rationes possit probari. s. essentiæ unitas, nõ trinitas. ibi. *Hæc autem omnia ad unitatẽ.* Similiter secunda. pars in qua ostendit trinitatem p̃ similitudinem longinquam, quæ attenditur in uestigio, habet quatuor particulas. In prima ostendit Magister rõnem uestigii in creatura. In secunda ostedit quid rñdeat uestigio in creatore, q̃n trinitas appropriatorum. s. originis, pulchritudinis, & delectationis, ut reddant singula singulis &c. ibi. *In illa enim trinitate summa etc.*] In tertia docet contemplari in Deo trinitatem per cõsideratio nem uestigii in creatura. ibi. *Per considerationem itaque creaturarum etc.* Ubi ostendit trinitatẽ appropriatorum in Deo, & quã tũ ad actum condõnis, & q̃tum ad actũ reformationis. In quarta aũt parte ista ostendit, q̃ consideratio trinitatis per uestigiũ non est sufficiens, sed longinqua. ibi. Ecce ostensum est qualiter in creaturis.

ORdo rationũ formatarũ ex litterã, & earundem impugnatione q̃tum ad rõnem pro

bandi, & uim inficiẽdi, quia uñr oẽs non ualere uel dubium supponere. Prima ratio. Qui potest q̃ nulla alia creatura potest, est super omnẽ creaturam. Sed qui fecit mundum istum, fecit qđ nulla alia creatura potest: ergo non est creatura, sed super oẽm creturam. In ista rõne uñ supponi dubium dupliciter. s. q̃ mundus iste sit factus, & q̃ creatura ipsum nõ possit facere: quorum utrumque est ualde dubium.

Secunda rõ. Qui fecit corporalia, & ipũs mutabiles, est sup̃ oia corporalia, & mutabilia. Deus est hmõi: ergo deus est spirituale imutabile. Hic similiter uñ supponi dubiũ, q̃ Deus fecerit spũs: & iterum non sequit ex hoc, q̃ q̃a fecit mutabilia, q̃ ergo sit imutabilis: imo potius uñ teq̃ oppositũ. s. q̃ sit mutabilis.

Tertia ratio. Qui fecit bona & meliora, est optimus: sed deus fecit corporalia quę sunt bona, & spiritualia quæ sunt meliora: ergo Deus est optimus. Hæc rõ similiter uñ nullã hñe apparentiam. Quia tunc similiter, q̃libet artifex q̃ facit bona & meliora, est optimus, quod est falsum.

Quarta ratio. Qui facit pulchra, & speciosa, est ipsa pulchritudo, siue spẽs, & hoc ẽ speciosissimum. Sed deus fecit pulchra, siue speciosa, quia corporalia; & speciosiora, quia spũalia, ergo qui fecit hæc speciosissimus est: similiter uñ rõ ista nõ ualere p̃p prædictã instantiã. ITEM q̃rit de dña istarum rõnũ, & quo distinguant. Si dicas sicut dñt alii qui, q̃ sunt quatuor, penes quatuor gña cãrum: hoc nihil ẽ q̃a genus causæ materialis nõ dicit

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Deo. Si dicas ꝙ penes modos cognoscendi. Contra. Non sunt nisi tres. i. in ratione causæ, obiectionis, & excellentiæ. Ad obiectiones contra quatuor rationes iam dictas.

Respõdeo, Dicendum ꝙ oẽs istæ rõnes, ut probẽt & inferãt, supponunt aliquid certum. Prima enim ratio supponit, ꝙ productio rei de nihilo non potest esse nisi a potentia infinita. Hoc supposito cũ certũ sit nullam creaturã hãc potẽtiã infinitam, sequit ꝙ actus productionis rerum de nihilo, sit eius q̃ est supoẽm creaturã: & ita ex hoc actu. tanq̃ ex proprio cognoscitur Deus omps, immensus. In aliis tribus rõnibus supponitur status, sicut in tota philosophia supponit status ĩ causis, & ideo oẽ mutabile reducit ad immutabile. Quia in mutabili moto nõ est status in genere efficiẽtis nisi in mouente non moto. Oẽ. n. q̃ mouetur, ab alio mouet. Similiter bonũ & melius reducũtur ad optimũ: quia non est status in genere finis, nisi in optimo. Similiter pulchrum, & pulchrius, ad pulcherrimum: quia non est status in genere speciei & formæ, nisi in eo quod est ipsa species per essentiam. AD ILLVD quod quæritur de distinctione rõnum: ex dictis iam patet responsio. Non. n. pñt distingui penes genus causarũ tñ, nec penes modos cognoscendi tñ, sed penes utraque. Prima aũt rõ sumitur ẽm rationẽ causæ. Aliæ sumuntur penes rõnẽ causæ, & excellentiæ, quia considerãt ordinẽ, & distinguunt ẽm ordinẽ in triplici genere causę, efficientis, siue mouentis, finientis, & exemplaris.

Aristo. 6. phy. tex. 34

Ex perpetuitate creaturarũ, etc.] Cõtra neque effectus est perpetuus, ergo neq; efficiẽs est æternus. Itẽ q̃rit de hoc qđ dicit [ex magnitudine creaturarũ oĩpotens] nihil. n. ualet, fecit magna, ergo est omnipotens, uel põt facere oĩa. Rñ. Ad hoc dñt aliqui ꝙ tñ est quædã ꝓsuasio per signũ, non necessaria argumentatio. Dñt. n. ꝙ omnipotentia, & æternitas cũ sint infinitæ, non possunt sufficiẽter probari per creaturas, quæ sunt finitæ. Aliter tamen põt dici, ꝙ q̃is nõ sequatur in quolibet efficiente, tñ necessario sequitur in efficiente siue perpetuãte primo. Impossibile. n. est ꝙ creatura habeat ita magnũ esse, & ita dispositũ, & hoc totũ ab aliquo, q̃ nõ possit totũ: & qua rõne in hoc totũ, & ĩ quolibet. Similiter si ẽ primũ ꝓpetuãs, ẽ oĩno in actu, & nihil potẽtia: & si hoc, cũ possit facere durare aliud in infinitũ, ipsum est actu infinitum duratione, ergo æternum.

Hæc. n. omnia, quæ arte diuina facta sunt, &c.] Vi primo dicere falsum, ꝙ q̃ cõdita sunt, siue facta, habeat ista tria. s. vnitatẽ, speciẽ, & ordinẽ: ga aliqua cõdita sunt, q̃ hæc nõ hñt, sicut diabolus, & reprobi. Itẽ, vi male enumerare, ga Aug. enumerat ista tria. s. modũ, ordinẽ, & spẽm: & hęc alia. unitatẽ, ueritate, & bonitatẽ. Quærit ergo de diuersis modis enumerãdi. unde ueniãt. Rñ. Ad hoc dñt a. iq, ꝙ hoc intelligitur de creaturis ꝓfectis: uel si de oĩbus, tunc illa tria nõ dñt conditiones in re creata, sed

in exemplari increato. Potest tamen dici, ꝙ in primis intentionibus, & generalibus, est reflexio, & ideo status, nec est ultra procedẽdum. Ad illud quod q̃ritur de enumeratione illorũ trium, ꝙ non uidet conueniens. Dicendum, ꝙ res creata habet triplici ter considerari. Aut in se, aut in cõparatione ad alias creaturas, aut in comparatione ad causam primam. Et secundum hos omnes modos contingit reperire tri nitatem dupliciter. Si enim cõsideratur quantum in se, uel quãtum ad se, hoc est, aut quantum ad substãtiam principiorum, & sic est illa Trinitas, materia, forma, compositio: quæ ponuntur in Libro de Regulis fidei. Aut quantum ad habitudines, sic est illa. Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. In numero enim intelligit principiorum distinctio: in pondere, propria ipsorum inclinatio: in mensura, eorum adinuicem proportio. Item, si consideretur una creatura in cõparatione ad alias creaturas, hoc potest esse. Aut inquantum agit actione naturali: sic sustinet ilia Trinitas Dionysii. substantia, uirtus, & operatio: Aut inquantum agit actione spirituali, & sic illa Aug. de. 83. q. quod constat, quod congruit, quod discernitur: & ultimum refertur ad animam. Si autem considerãtur in comparatione ad deum, hoc potest esse dupliciter. Aut inquantum referuntur tantum, & sic est illa, modus, species, & ordo. Aut inquantum referuntur & assimilantur, & sic est illa, unitas, ueritas, bonitas. Quando ergo uestigium attenditur in comparatione ad deum, proprie accipitur uestigium. Et quia magna est inter illas comparationes conuenientia, ideo Magister miscet hæc adinuicem propter conuenientiam, & respondentiam. Quia unitas respondet modo, qui respicit deum ut causam efficientem. Veritas speciei, quæ respicit ipsum ut exemplar. Bonitas ordinis, quæ respicit deum ut finem.

Perfectissima pulchritudo intelligitur filius, &c.] Contra. Hoc dicit Augu in Solliloquiis. Veritas est quod est: sed ens nulli personæ appropriatur; ergo nec ueritas. Item. Videtur male appropriare ordinem Spiritui Sancto; quia in præcedenti Capitulo dicit, quod ex ordine intelligitur sapiens: sed sapientia appropriatur filio: ergo & ordo. Respon. Dicendum, quòd ueritas dupliciter potest considerari, sicut color. Nam uno modo color considerat secundum id in quo est, & sic diffinit in Lib. de Sensu & sensato. Color est extremitas perspicui in corpore terminato. Alio modo in comparatione ad uisum, quem mouet, & sic diffinitur in Libr. 3. de Anima. Color est motiuum uisus secundum actum lucidi. Similiter ueritas potest cõsiderari in comparatione ad illud in quo est, & sic uerum est, qđ dicit Aug. Veritas est id, quod est. Alio modo per comparationem ad intellectum quem mouet, & sic ueritas (sicut dicit Philosophus in 3. Met. est finis intelligentiæ speculatiuæ. Secundum primum modum dicit Anlel. Veritas partis,

Dub. 4. Lib. 2. Cap. 5.

Cap. 3.

Text. com. 5.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto. BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. est essentia patris. Quantum ad secundum modum dicit Hilar. quòd ueritas est declaratiuũ esse. Et quoniam filius est qui procedit ut uerbum, cui appropriatur ratio declarandi, ideo ei appropriatur ratio exemplaris, & per consequens ratio ueritatis, quantum ad secundum modum ueritatis: ipse autem accipit primo modo. Ad illud quod obiicitur de ordine. Dicendum, ꝙ est ordo rerum in uniuerso, & hic appropriatur sapientie. Et est ordo rerum in finem, & hic appropriatur bonitati, & sic patet ꝙ non est contrarietas.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus cognoscibilis sit à creatura?

AD intelligentiam eorum, quæ in hac parte prima præsentis distinctionis tanguntur, quatuor quæruntur. Primũ, utrum deus sit cognoscibilis a creatura. Secundum, utrum sit cognoscibilis per creaturã. Tertium utrum modus cognoscendi per creaturam conueniat homini quãtum ad omne statũ, s. statum innocentiæ, statum naturæ lapsæ, & statum naturæ glorificatæ. Quartũ quid sit de deo cognoscibile per creaturam.

VTRVM Deus sit cognoscibilis a creatura? Et ꝙ non, ostẽditur per auctoritatem Dionysii de Di. no. Deum neque dicere, neq; intelligere possibile est. Ca. 1. à medio.

ITEM. Ostenditur ratione per quadruplicem suppositionem, quam necesse est esse in cognitione, scilicet proportionẽ, unionem, siue receptionem, iudicium, informationẽ. Intellectus enim non intelligit nisi quod est sibi proportionabile, & quod sibi aliquo modo unit, & de quo iudicat, & a quo acies intelligentiæ informatur. EX PRIMA suppositione arguitur sic. Necesse est esse proportionem cognoscẽtis ad cognoscibile: sed dei ad intellectum non est proportio, qa deus ẽ infinitus; sed intellectus finitus, ergo &c. Præterea, si est aliqua proportio, uidetur quod non sit sufficiens; quia plus distat uerum increatum ab intellectu humano, quàm quodlibet creatum intelligibile a sensibili. Sed sensus qui est perceptiuus sensibilis, nunquam eleuatur ad cognitionẽ intelligibilis creati, ergo nec intellectus unquam eleuabitur ad cognitionem intelligibilis increati. ITEM. Ex prẽsuppositione secunda sic. Necesse est esse unionem cognoscibilis ad cognoscentem, ita quòd unum sit in altero; sed cognoscens non est in cognoscibili; sed e conuerso; sed impossibile est infinitum capi ab ipso finito: ergo impossibile est esse in illo, ergo deum esse in intellectu est impossibile, cum sit infinitus. ITEM. Ex tertia suppositione sic. Ad cognitionem, necesse est in cognoscente esse iudicium de cognito: sed omne iudicans habet posse super iudicatum: finitum autem non habet posse super infinitum; ergo de illo non iudicat, sed ad cognitionem requirebatur iudicium: ergo intellectus finitus non cognoscit deum infinitum, super quem non habet posse. ITEM. Ex quarta sic. Necesse est intellectum

ctum cognoscentem informari, a cognito; sed omne quod alterum informat, aut informat per essentiam, aut per similitudinem: sed deus non informat per essentiam; quia nulli unitur ut forma: nec per similitudinem abstractam: quia similitudo abstracta est spũalior eo a quo abstrahitur: ideo autem nihil est spiritualius, nec potest esse: ergo &c.

CONTRA. Anima rationalis est ad imaginem dei. Sed sicut dicit Aug. in Lib. de Trin. & in litera sẽtis Dist. in parte secũda. Mens eò est imago Dei, quò capax dei est, eiusq; particeps esse potest. Capere autem non est ẽm substantiam, uel essentiam, quia sic est in omnibus creaturis; ergo ꝑ cognitionem, & amorem, ergo deus potest cognosci in creatura. ITEM. Ratione ostẽditur sic. Omnis cognitio spiritualis fit ratione lucis increatæ, ut dicit Aug. in Soliloquiis; sed lux est maxime cognoscibilis ip si animæ, ergo &c. ITEM. Cum sit cognitio aliquorum per præsentiam, aliquorum per similitudinem: illa cognoscũtur uerius, quæ cognoscuntur per præsentiam, ut dicit Augu. sed deus est ipsi animæ unitus per præsentiã: ergo deus uerius cognoscitur q̃ alia, quæ cognoscuntur per similitudinem. ITEM. Sicut se habet summa bonitas ad dilectionem, sic summa ueritas ad cognitionem. Sed summa bonitas est summe amabilis ab effectu: ergo summa ueritas est summe cognoscibilis ab intellectu.

ITEM. Vnumquodque efficacius potest in id, ad quod naturaliter ordinatur; sed intellectus noster naturaliter ordinatur ad cognitionem summæ lucis: ergo illa maximè cognoscibilis est.

RESOLVTIO.

Deus cum sit summa lux, summè intellectum nostrum complẽs, quantum est de se clarissime a nobis cognoscibilis est, nisi impediẽtum aliquã ex parte nostra intercedat.

RESP. Dicendum, ꝙ deus in se tanquam summa lux, est summè cognoscibilis; & tanquã lux summe intellectum nostrum complet; & quantum est de se, esset summe cognoscibilis ẽt nobis; nisi esset aliquis defectus a parte uirtutis cognoscentis; qui qui dé non tollitur perfectè, nisi per Deiformationem gloriæ. Concedendæ ergo sunt rationes ꝙ mẽ ꝺeo deus sit cognoscibilis a creatura & etiã clarissime cognoscibilis quantum est de se, nisi aliud esset impediẽs, uel deficiens ex parte intellectus, sicut post patebit. *En luẽ ylo via.*

AD OBIECTA in contrarium dicendum, ꝙ est cognitio per comprehensionẽ, & ꝑ apprehensionem. Cognitio ꝑ apprehẽsionem consistit in manifestatione ueritatis rei cognitæ. Cognitio uero comprehensionis in inclusione totalitatis. Ad primam cognitionem requiritur proportio conuenientiæ, & talis est in aĩa respectu dei; quia quodãmodo est aĩa oĩa per assimilationẽ ad oĩa: quia nata est cognoscere oĩa. Et maxime est capax dei ꝑ assimilationẽ; qa ẽ imago & similitudo dei. Quantũ ad cognitionẽ comprehensionis, requirit prò portio æqualitatis, & equiparantiæ, & talis nõ est in aĩa respectu dei, qa aĩa est finita: sed deus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

infinitus,& iō hāc non hēt,& de hac intelligit Dionysius,& de illa certat obiectio, de alia uero non. AD ILLVD, qđ obiicitur de distantia intelligibilis, & sensibilis. Dicendū quòd duplex est distantia, ſm rōnem entis,& ſm rōnem cognoscibilis. Primo mō est maior distantia: secundo mō non, quia utrunque est intelligibile. ſ. deus,& aīa. Non sic est de intellectu & sensu: qa sensus est potentia determinata; sed intellectus non. AD ILLVD, qđ infinitum non capitur a finito. Dñr aliqui, q̄ capere infinitum, est dupliciter. ſ. quantum ad essentiam, & sic capitur: & q̄tum ad uirtuositatem, & sic nō capitur: sicut punctus a linea totus attingitur ſm substantiam; sed nō totaliter ſm uirtutem. Sed ista solutio non uidetur soluere, qa in deo idem est essentia quod uirtus, & utraque est infinita. Ideo dicendum, q̄ duplex est infinitū. Vnum, quod se habet per oppositionem ad simplex, & tale non capitur a finito, quale est infinitum molis. Aliud est quod hēt infinitatem cum simplicitate, ut deus, & tale infinitum quia simplex est ubiq; totum est: quia uero infinitum in nullo sic est, qn extra illud sit: & sic intelligendū est in cognitione dei. Et ideo nō sequit, q̄ si cognoscit totus, q̄ cōprehendat: quia intellectus eius totalitatē non includit, sicut nec creatura immensitatem. AD ILLVD, quod obr, iudicās hēt posse &c. Dicendum q̄ iudicare de aliquo est dupliciter. Primo mō discernēdo, utrū sit, uel nō sit: & hoc mō conuenit iudicium omni intellectui cognoscenti, respectu oīs obiecti. Alio mō approbando, uel reprobando, utrū ita debeat esse: & sic non iudicat de ueritate: sed ſm ipsam de aliis, sicut dicit Aug. de Vera reli. q̄ iudex non iudicat de lege; sed ſm ipsam iudicat de aliis. Et de hoc modo uerum est, quod dicit Aug. q̄ nullus de illa ueritate iudicat: nullus tamen sine illa iudicat: & de hoc mō uerum est qđ opponit, q̄ iudicās pōt super iudicatum. De secundo uero non est uerum q̄ possit super pōt nō dirigi ut in obiectum, administriculo illius. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur de informatione. Dicendum, q̄ deus est plēns ipsi si aīe, & omni intellectui p ueritatē: & ideo non est necesse abipso abstrahi similitudinem, per quam cognoscatur: nihilominus dum cognoscitur ab intellectu, intellectus informatur quadam notitia, quæ est uelut similitudo quædam non abstracta, sed impressa, inferior deo, quia in natura inferiori. Est superior tñ aīa; quia facit ipsam meliorem. Et hoc dicit Aug. 9. de Trin. c. 11. Quemadmodum cū per sensus corporū discutimus corpora, fit eorum aliqua similitudo in animo nostro: ita cum deum noui mus, fit aliqua similitudo dei: illa notitia tamen inferior est, quia in inferiore natura est.

QVAESTIO II.

An deus cognoscibilis sit per creaturas?

VTRVM Deus sit cognoscibilis p creaturas. Et q̄ non, uſ Quia uia ad errorē, nō est uia ad cognitionē; sed cognitio p creaturā est uia erroris. ergo &c. Probatio minoris Sap. 14. Creaturæ dei factæ sunt in deceptionē aīæ hoīum, & in odium, & in muscipulā pedibus insipientiū. PRAETEREA. Aug. in Lib. de Lib. ar. loquitur de his, qui occupantur in creaturis, Dorsum ad te uertentes in corporali opere, tanq̄ in umbra sua defiguntur. ITEM. tenebra & tenebrosum, non est ad cognoscendum luminosum, si ue lucem: sed creatura est tenebra, Deus autē est lux, ergo Deus non est cognoscibilis per creaturam. ITEM. Mediū, per quod cognoscit aliquid, uel probatur de extremo, dēt cōicare in aliquo cum eo qđ cognoscendum est; sed creatura & creator nihil hñt cōe, ergo deus non cognoscitur per creaturas. ITEM, Oē mediū p qđ ascenditur ad extremū, distat ab illo gradibus finitis; sed oīs creatura quātūcunq; nobilis distat a deo gradibus infinitis; qa quantūcunq; duplicetur nūquā peruenitur ad eius nobilitatē: ergo per creaturam non ascēditur in cognitionem dei.

CONTRA: Sap. 13. A magnitudine spēi, & creaturę cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Vnde Isido. de sum. bo. Ex pulchritudine circūscriptę creaturæ, pulchritudinem suam, quę circunscribi non potest, facit Deus intelligi. ITEM. Ratione oñditur sic. Contingit non solū effectum cognosci, per causam; sed cām p effectum: ergo si deus est causa operans. ſm suam nobilitatem, & creatura effectus, poterit deus cognosci p creaturā. ITEM. Sensibile est uia cognoscendi intelligibile: sed creatura est sensibilis, deus est intelligibilis, ergo p creaturā est deueniens in cognitionē creatoris. ITEM. Contingit simile cognosci per simile: sed oīs creatura est similis deo, uel sicut uestigiū, uel sicut imago: ergo p oēm creaturā contingit cognosci deū. Quærit ergo, q̄ sit dria inter uestigiū, & imaginē: Et cū i oī creatura sit uestigiū, q̄rit, quare non similiter imago: & ſm qd attendit uestigiū.

RESOLVTIO.

Cum perspicuū sit, cām relucere in suo effectu; sapientiamque artificis aperte in opere declarari: quomodo deum summa creaturarum omnium causam, opificemque maximum in eisdem creaturis non cognosci posse arbitrabimur.

RESP. Dicendū, q̄ quia relucet causa in effectu, & sapientia artificis manifestat in opere, iō deus q est artifex, & cā creaturæ, p ipsum cognoscit. Et ad hoc duplex est rō: una est pp conuenientiā, alia pp indigentiā. Propter conuenientiā, qa oīs creatura magis ducit in deum, q̄ in aliqd aliud. Propter indigentiā, qa cū deus tanq̄ lux summe spiritualis non possit cognosci in sua spiritualitate ab intellectu quasi materiali luce, indiget anima ut cognoscat ipsum, scilicet per creaturā.

AD ILLVD, quod obiicitur, quòd cognitio creaturæ est uia in errorem, Dicēdum q̄ dupliciter est cognoscere creaturā. Vel quantum ad proprietates specialeſ, quę sunt imperfectionis. Vel quantum ad conditiones generales, quæ sunt completionis. Si q̄tum ad ſpeciales condōnes imperfectionis, hoc est dupliciter, aut attribuēdo deo, aut remouēdo: primo mō é uia erroris, secundo mō est uia cognitionis, & sic co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnoscitur deus per ablationem. Si aũt cognoscatur quòad conditiones perfectionis, sic põt esse dupliciter, sicut pictura dupliciter cognoscitur, aut sicut pictura, aut sicut imago. Vnde aut sistitur in pulchritudine creaturę, aut per illa tenditur in aliud. Si primo modo, tunc est in uia deuiationis. Vnde Aug. de Lib. ar. Veh his qui nutus pro te amãt, & oberrant in uestigiis tuis, & derelinquunt te ducem. Si secundo modo prout est uia in aliu, sic est ratio cognoscendi per superexcellentiam: quia omnis ꝓprietas nobilis in creatura Deo est attribuenda in summo, & sic patet illud.

Ad illvd, quod obiicitur ꝙ tenebrosum medium nõ est uia cognoscendi lucem: dicendum, ꝙ est oculus bene dispositus, & oculus lippus. De oculo bene disposito uerum est, sed non de lippo, cui nubes obtegens, uel terra suscipiens luminis claritatẽ, est medium uidendi solem. Sic intellectui nostro, qui se habet sicut oculus noctuæ ad manifestissima naturæ. Ad illvd, qđ obiicitur de defectu cõitatis, dicendum, ꝙ si non est cõe per uniuocationẽ, tamen est commune per analogiam, quæ dicit habitudinem duorum ad duo, ut in nauta, & ductore: uel unius ad unum, ut exemplaris ad exemplatum. Ad illvd, quod obiicitur quod semper sunt infiniti gradus, dicendum, ꝙ ascensus in deum potest esse dupliciter. Aut quantum ad aspectũ præsentię, & sic quælibet creatura nata est ducere in deũ; nec sic sunt infiniti gradus. Aut quantũ ad æqualitatẽ æquiparantiæ, & sic est uerũ quod sunt infiniti: quia bonũ creatum quantũcunque duplicatum, nũquã æquiparatur increato. Primus aũt gradus, quantum ad ascensum ad aspectum præsentię, est in consideratione uisibilium. Secundus in cõsideratione inuisibilium ut animæ, uel alterius substantiæ spiritualis. Tertius est ab ãa in deum, quia imago ab ipsa ueritate formatur, & deo immediate conjungitur.

Ad illvd, quod ultimo quæritur de differentia uestigii, & imaginis: quidam assignant talẽ differentiam: ꝙ uestigium est in sensibilibus, imago in spiritualibus. Sed ista positio, uel distinctio nõ ualet; quia uestigium est & in spiritualibus. Nam unitas, ueritas, bonitas: in quibus consistit uestigium, sunt conditiones maxime uniuersales, & intelligibiles. Alii dicunt ꝙ uestigium dr quia repręsentat ſm partem, sed imago ſm totum. Sed hæc iterũ differentia non ualet. Quia cum deus sit simplex, non habet repręsentans ſm partem. Cum ipsum sit infinitus, a nulla omnino creatura, nec etiã a toto mundo põt repręsentari ſm totum. Et ideo intelligendum, ꝙ cum creatura ducat in cognitionem Dei per modum umbræ, & per modum uestigii, & per modũ imaginis: differentia eorum notionis a qua et denominatur, accipitur penes modum repræsentandi. Nam umbra dicitur inquantum repræsentatur in quadam elongatione, & confusione: uestigium in quadam elongatione, sed distinctione: imago uero in quadam propinquitate, & distinctione.

ne. Ex hac differentia colligitur secunda, quæ est penes conditiones, in quibus attenduntur hæc. Nã creaturæ dicuntur umbra quantum ad proprietates, quę respiciunt deum in aliquo genere causæ, ſm rationem causæ indeterminatam. Vestigium quantum ad proprietatem, quæ respicit deum sub ratione triplicis causæ, efficientis, formalis, & finalis: sicut sunt unum, uerum, & bonum. Imago quantum ad conditiones, quæ respiciunt deũ non tantũ in ratione causæ, sed & obiecti: quæ sunt memoria, intelligentia, & uoluntas. Ex his concluduntur aliæ duæ differentiæ, quantum ad ea, quæ ducunt. Nam creatura ut umbra, ducit ad cognitionem communium, ut cõia: uestigium in cognitionẽ cõium, ut ad appropriata: imago ad cognitionem propriorum, ut propria. Alia differentia est penes ea, in quibus reperiũtur. Qm̃ enim omnis creatura comparatur ad deum in ratione causæ, & in ratione triplicis causæ: ideo omnis creatura est umbra, uel uestigium. Sed quoniam sola rationalis creatura comparatur ad deum ut obiectum: quia sola est capax dei per cognitionem, & amorem: ideo sola est imago.

Qvaestio III.

An in omni statu cognoscatur Deus ab homine per creaturas?

Vtrvm cognitio Dei ꝑ creaturas sit hominis quantum ad omnem statũ. Quòd sit hominis quantũ ad primum statũ, sic ostenditur. Homo in statu innocentiæ non cognoscebat Deum facie ad faciem; ergo si cognoscebat deum, cognoscebat per effectum: ergo per uestigium: ergo per creaturam. Item. In homine in statu innocentiæ, cognitio sensibilis non erat in impedimentum: sed in adminiculum cognitionis intellectiuæ: sed cognitio intellectiua, propter quam factus est homo, est cognitio dei: ergo omnis cognitio sensibilis in primo homine ordinabatur ad hanc: Sed cognitio dei ꝑ adminiculum sensibilũ est cognitio per creaturã: ergo &c. Item. Quòd sit hominis quantum ad statum beatitudinis, uidetur: qa beati cognoscunt creaturam: sed non sistunt in illa, sed referũt ad deum: ergo cognoscunt deum ꝑ creaturam. Item. Omnes beatę animæ laudant deum per creaturas sed laudare Deum ꝑ creaturas: est cognoscere per creaturas: ergo &c.

Sed contra. Quòd non sit hominis institui, sic ostenditur. Cognitio per uestigium est cognitio per medium: sed mens (ut dicit Aug.) immediate ab ipsa ueritate formatur: ergo talis cognitio non conuenit humanę naturæ quãtum ad illum statum, nec etiam quantũ ad alium. Item. Non est rectus ordo ꝙ propinquius perueniatur in finem per medium magis distans: sed homo in statu primo erat propinquior deo cæteris creaturis: ergo conueniebat ei peruenire ad cognitionem dei per alias creaturas. Item. Quòd nõ sit hominis talis cognitio quantũ ad statum beatitudinis, uidetur: qa cognitio ꝑ uestigium est cognitio per manuductionem: ergo nõ est cognitio perfecta, & si nõ cognitio perfecta: ergo est ex par

Universidad de Deusto
Biblioteca

te,& si est ex parte: ergo nō manet in beatis: quia in ipsis euacuabitur quod est ex parte.

ITEM. Vestigium siue creatura est sicut scala ad ascendendum, uel sicut uia ad perueniendum ad Deū: sed cum peruentum est ad terminū nō est usus uiæ alterius: ergo similiter eū hō est sursum, nō indiget scala: nā cognitio beatorum immediate est in deū: ergo non est per creaturas.

RESOLVTIO.

Cognoscere Deum per creaturas, uiatorum proprie est. At eundem in creaturis cognoscere, & uiatorū & comprehensorum est: sed horum plenè, illorum semiplenè.

RESP. Ad intellectum prædictorū notandum, q̄ aliud est cognoscere deū in creatura, aliud per creaturas. Cognoscere Deū in creatura, est cognoscere ipsius præsentiam, & influentiā in creatura: & hoc quidem est uiatorū semiplene, sed cōprehensorum perfecte. Vnde dicit Aug. in lib. de Ciui. dei, q̄ tunc expresse deus uidebitur, qñ deus erit omnia in omnibus. Cognoscere autem deum per creaturam, est eleuari a cognitione creaturę, ad cognitionē dei, quasi per scalam mediam: & hoc est proprie uiatorum, sicut dicit Bern. ad Eug. Aliter tamen conuenit homini in statu naturæ institutæ, & naturæ lapsæ: quia in statu primo cognoscebat deum per creaturā tanquā per speculum: clarū sed post lapsum cognouit tanquam per speculum, & ænigma, sicut dicit Apostol. 1. Corinth. 13. p̄pter obnubilationē intellectus, & peiorationem rerum.

Lib 22 cap. 29

AD ILLVD ergo, quod obijcitur de statu beatitudinis, dicendum, q̄ sicut dictum est, beatorū non est cognoscere per creaturas, sed potius in creaturis: & rōnes quæ uidentur probare cōtrarium, non probant: sed potius q̄ cognoscatur ab eis in creaturis. AD ILLVD, quod obiicitur de statu innocentiæ, q̄ mens immediate formatur, &c. Dicēdū, q̄ duplex est medium. s. disponens, & efficiens. De primo medio debet intelligi quod dixit Augustī. sed de secundo non: qñ deus est mediū efficiens, & obiectum ipsius mentis. Illud autem uerbum dicit Aug. contra philosophos, quorum opinio erat q̄ mens non coniungeretur æternæ ueritati immediate: sed mediante aliqua intelligentia. AD ILLVD, qđ obiicitur, q̄ non est rectus ordo. Dicendum, q̄ dupliciter potest considerari hō, uel ens in se, uel extra: primo modo non peruenit per creaturas a se in deum, sed ens extra se per cognitionem creaturarum recolligitur in se, & eleuatur supra se. Vel dicendum, q̄ aliæ creaturæ possunt considerari ut res, uel ut signa: primo modo sunt inferiores homine, secundo modo sunt mediæ in deueniēdo, siue in uia, nō in termino: quia illæ nō peruenīūt, sed per illas peruenit homo ad deum illis post se relictis.

QVAESTIO IIII.

An Trinitas personarum cum unitate essentiæ naturaliter per creaturas cognosci possit?

QVid sit de Deo cognoscibile p̄ creaturas. Et dicit Apostolus quod sempiterna uirtus & diuinitas. Et quæritur utrum per

per creaturas possit cognosci p̄ sonarum pluralitas, ut q̄ sic, qa philosophi nō habuerūt c gnitionē de deo nisi p̄ creaturas, & cognouerūt Trinitatē: ergo &c.

ꝺ. 11 p. 25

Minor patet per Aug. de Ciui. dei. Philosophi tripartitā dicunt esse philosophiam, in qua est cognitio Trinitatis. ITEM. Magi defecerūt in tertio signo. Exo. 8. Et exponit q̄ defecerunt in cognitione tertiæ personę. Aut ergo quantum ad propria, aut quātū ad appropriata. Non quantū ad appropriata: quia bonitas maxime nobis relucet in creatura: ergo quantū ad propria, ergo saltem duas personas cognouerūt. ITEM. Hoc idē uidet per rōnē, quia uestigium cū dicat distinctionē, est rō cognoscēdi Deum distincte, siue indistincte, sed non est in deo nisi distinctio psonarū: ergo per uestigium potuerunt cognoscere distinctionem personarum ITEM. Per imaginē est cognitio Trinitatis quantum ad ordinē, distinctionem, & æqualitatē: sed cognitio per imaginē est cognitio per creaturā: ergo per creaturam potuerunt cognoscere Trinitatem. ITEM. Difficilior est cognitio proprietatum occultarum creaturæ, q̄ cognitio pluralitatis personarū: quia illa non capitur nisi a magnis, & subtilibus: hæc autem capitur a rudibus, & insipientibus: ergo si potuerunt per proprietates creaturarum uisibiles peruenire ad inuisibiles, multo fortius ad cognoscendum personas esse plures. Et hoc est, quod dicitur Sap. 13. Si enim tantum potuerunt scire, quòd poterant seculum mensurare, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt?

CONTRA. Cognitio Trinitatis est cognitio fidei; sed cognitio fidei est de his, quæ sunt supra rationem, & quæ supra rationē sunt, non possunt cognosci p̄ creaturas: ergo &c. ITEM. Non est nisi duobus modis de deo cognoscere per creaturam, aut affirmando, quod est in creatura, aut simile, aut remouendo: sed Trinitas non cognoscitur p̄ remotionem, sed per positionē, sed in nulla creatura inuenitur pluralitas suppositorum cū unitate essentiæ: ergo &c. ITEM. Lex scripta est super legem naturæ, siue liber sacræ scripturæ super librum mundanæ creaturæ: sed nullus fide carens, per sacram scripturam uenit in cognitionē pluralitatis personarum: ergo multominus per librum mundanæ scripturæ.

RESOLVTIO.

Trinitas diuinarum personarum & unitas diuinæ essentiæ cum simile non habeat in tota rerum natura: haud quaquam per creaturas scibilis erit: Sed bene Trinitas appropriatorum, s. ueritatis, unitatis & bonitatis, quippe similem in creaturis habere potest.

RESP. Dicendum, quòd pluralitas personarum in cum unitate essentiæ est proprium diuinę naturæ soliūs, cuius simile nec reperitur in creatura, nec potest reperiri, nec rationabiliter cogitari: ideo nullo modo Trinitas personarum est cognoscibilis per creaturam, rationabiliter ascendendo a creatura in deū: sed licet non habeat omnino simile, habet tū aliquo mo-

do quod creditur simile in creatura. Vnde dico, q philosophi nunquam cognouerunt per rationem personarum Trinitatē, nec pluralitatem, nisi haberent aliquem habitum fidei, sicut habent aliqui hæretici. Vnde qui dixerunt, aut locuti sunt nō intelligentes, aut fidei radio illustrati. Est alia trinitas appropriatorum. s. ueritas, unitas, & bonitas, & hanc cognouerunt: quia habet simile.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur per tripartitam philosophiam cognouerunt Philosophi Trinitatem, dicēdum q ueru est, q per illud, & p alia uenerunt ad cognitionem appropriatorum: credentes uerò in cognitionem utriusq; Trinitatis. AD ILLVD, quod obiicitur de tertio signo Dicitur, & bene: qa sapientes ideo dicuntur defecisse in tertio signo, qa defecerunt in cognitione effectus potissimę bonitatis. s. redemptionis. AD ALIVD dicendū, q uestigiū dicit distinctionē proprietatū essentialiū, & huic respondet Trinitas appropriatorum, non propriorum, siue personarum. AD ILLVD, quod obiicitur de imagine, dicendum, q est cognoscere animam sm id quod est, & cognitio ista est rationis: uel secundū id quod imago, & cognitio ista est solius fidei. AD ILLVD quod ulterius obiicitur, dicendum, q istud intelligitur supposito diuino adminiculo: simpliciter aūt loquendo, falsum est. Citius. n. homo disponeretur ad fidem, q̄ acquireret cognitionem philosophiæ. Intellectus tamen noster plus potest in cognitionem rerum mundanarum q̄ Trinitatis: quia illa est supra rationem & contrarium eius uidet in sensu, & iō idiget noua eleuatione utpote cognitione p infusionē.

DISTINCTIO TERTIA.

PARS SECVNDA.

Quomodo in Anima sit imago Trinitatis.

NVNC uerò ad eam iam perueniamus disputationem, *vbi in mente humana quæ nouit Deum, videamus potest nosse Trinitatis imaginem, reperiamus. Sic enim ait Augustin. in 14. Lib. de Trinitate. Licet humana* Cap. 8. *mens non sit eius naturæ, cuius Deus est: imago tamen illius, quo nihil melius est, ibi quærenda, & inuenienda est, quo natura nostra nihil habet melius, id est in mente. Ipsa etiam mente antequam sit particeps Dei, eius imago reperitur, etsi enim amissa Dei participatione deformis sit, imago Dei tamen permanet. Eo enim ipso imago Dei est mens quo capax eius est, eiusque particeps esse potest. Iam ergo*

in ea Trinitatē, quæ Deus est, inquiramus. Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se: hoc si cernimus Trinitatem, nōdum quidem Deum, sed imaginem Dei. Hic n. quædā apparet Trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Hæc ergo tria potissimum tractemus, memoriam, intelligentiā, voluntatē. Hæc ergo tria ut Augustin. ait in Lib. 10. de Tri- Augu. *nit. non sunt tres vitæ, sed una uita: nec tres mentes, sed* lib. 14 *vna mens, vna essentia. Memoria uerò dicitur ad aliquid, &* de Tri- *intelligentia, & uoluntas, siue dilectio similiter ad aliquid* nit. c. 7 & 8. *dicitur: vita uerò dicitur ad se ipsam, & mens & essentia. Hæc ergo tria eò vnum sunt, quò vna vita, vna mens, vna essentia: & quicquid aliud ad seipsa singula dicuntur: etiam simul, non pluraliter, sed singulariter dicuntur. Eo verò tria sunt, quoad se inuicem referuntur.*

Quomodo æqualia sint, quia capiuntur a singulis omnia, & tota.

Æqualia etiam sunt non solum singula singulis, sed etiam singula omnibus: alioqui non se inuicem caperent: se autem inuicem capiunt. Capiunt enim & à singulis singula, & à singulis omnia. Memini enim me habere memoriam, & intelligentiam, & voluntatem: & intelligo me intelligere, & velle, atque meminisse: & volo me uelle, & meminisse, & intelligere.

Quomodo tota illa tria memoria capiat.

Totamque meam memoriam, & intelligentiam, & uo- Ex eo- *luntatem simul memini. Quòd enim memoriæ meæ non me-* dē Aug. *mini, illud non est in memoria mea: nihil autem tam in me-* lib. de *moria est, quàm ipsa memoria: totam ergo memini. Item* Trinit. *quicquid intelligo, intelligere me scio: & scio me velle; quic-* Ca. 11. *quid autem scio, memini. Totam ergo intelligentiam totamque voluntatem meam memini.*

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.

Similiter cùm hæc tria intelligo, tota simul intelligo: Ex eo- *neque enim quicquàm intelligibilium est quod non intel-* dē Aug. *ligam, nisi quod ignoro. Quod autem ignoro, nec memi-* lib. & *ni, nec volo. Quicquid ergo intelligibilium non intelli-* c. citato. *go, consequenter etiam nec memini, nec volo. Quicquid*

ergo

ergo intelligibilium memini,& uolo,consequẽter intelligo.

Quomodo illa tota capiat uoluntas.

Voluntas etiam mea totam intelligentiam, totamque meam memoriam capit,dum vtor toto eo, quod intelligo, & memini.Cum itaque inuicem à singulis & omnia, & tota capiantur,æqualia sunt tota singula totis singulis,& tota singula simul omnibus totis:& hæc tria vnum, vna vita,vna mens,vna essentia. Ecce illius summæ vnitatis, atque Trinitatis,ubi una essentia, & tres personæ, imago est humana mens,licet impar. Mens autem hic pro animo ipso accipitur,ubi est illa imago Trinitatis.Propriè uerò mens dicitur, ut ait Augustꝰ. non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, qualiter sæpe accipitur.Illud etiam sciendum est,quòd memoria non solùm est absentium, & præteritorũ, sed etiam præsentium,ut ait Augustꝰ.in 14.Lib. de Trinit. alioquin non se caperet.

Lib. de Tri. 15. cap. 7.

Ca. 12

Ex quo sensu illa tria dicantur esse unum,& una essentia.

Hic attendendum est diligenter, ex quo sensu accipiendũ sit quòd supra dixit,illa tria scilicet memoriam, intelligentiam,& uoluntatem esse vnum,vnam mentem, vnam essentiam,quod utique non uidetur esse uerum iuxta proprietatem sermonis. Mens enim,idest, spiritus rationalis, essentia est spiritualis,& incorporea.Illa uerò tria,naturales proprietates, seu uires sunt ipsius mentis,& à se inuicem differunt:quia memoria non est intelligentia,uel uoluntas nec intelligentia uoluntas,siue amor.

Quòd etiam ad se inuicem dicantur relatiuè.

Et hæc tria etiam ad seipsa referuntur, ut ait Augustꝰ. in 9.Lib.de Trinita.Mens enim amare seipsam, uel meminisse non pōt,nisi etiam nouerit se.Nam quomodo amat,uel meminit quod nescit?Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt à seipsis:& tamen eorum singulum, & simul omnia una essentia est,cùm & relatiuè dicantur adinuicem.

Ca. 2. & 3. Augu. lib. de Trin. 9 cap. 4.

Aperitur quod supra quærebatur,quomodo scilicet hæc tria dicantur unum.

Sed iam uidendum est quomodo hæc tria dicantur una substantia. Ideo quia scilicet in ipsa anima, uel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis, quæ possunt adesse,uel abesse.vnde Augustꝰ.in 9. Lib. de Trinit. ait,Admonemur, si utcunque uidere possumus,hæc in animo existere substantialiter,non tanquam in subiecto, ut color in corpore: quia etsi relatiuè dicuntur adinuicem, singula tamen substantialiter sunt in sua substantia. Ecce ex quo sensu illa tria dicuntur esse unum,uel una substantia. Quæ tria,ut Augustꝰ.ait in 15.Lib.de trinit.In mente naturaliter diuinitus institutа quisquis uiuaciter pspicit, & quã magnũ sit in ea,vnde pōt et sempiterna immutabilisq; natura recoli,conspici,concupisci.Reminiscitur.n.p memoriã,intuetur p intelligentiã, amplectitur per dilectionem: profectò reperit illius summæ Trinitatis imaginem.

Cap 4.

Ca.20.

Quod in illa similitudine est dissimilitudo.

Verumtamen caueat, ne hanc imaginẽ ab eadem Trinitate factam ita ei comparet, ut omnino existimet similem,sed potius in qualicunque ista similitudine, magnam quoq; dissimilitudinem cernat.

Ex. Augu. li. de trin. 15 cap. 20

Prima dissimilitudo.

Quod breuiter ostendi potest. Homo unus per ista tria meminit,intelligit,diligit:qui nec memoria est,nec intelligẽtia,nec dilectio, sed hæc habet. Vnus ergo homo est, qui habet hæc tria, non ipse est hæc tria. In illius uerò summa simplicitate naturæ, quæ Deus est: quamuis unus sit Deus, tamen tres personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, & hæ tres personæ sunt vnus Deus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in re alia: propter quam imaginem etiam illud, in quo sunt hęc tria,imago dicitur,scilicet homo.Sicut imago dicitur & tabula, & pictura, quæ est in ea: sed tabula nomine imaginis appellatur propter picturam,quæ est in ea.

Ex eodẽ li.c. 22

Altera dissimilitudo.

Rursus ista imago, quæ est homo, habens illa tria, una est persona.Illa uerò Trinitas non una persona est, sed tres personæ; Pater filij,& filius patris,& spiritus patris, & filij.Itaq; in ista imagine Trinitatis non hæc tria unus homo,sed unius hominis sunt. In illa uerò summa Trinitate,

Exeodẽ li.c. 25

cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius hæc imago est, non unius Dei sunt illa tria, sed unus
Ibi. ca. 23. Deus: & tres sunt illæ personæ, non una persona. Illa enim tria non homo sunt: sed hominis sunt, uel in homine sunt.
Sed nunquid possumus dicere Trinitatem sic esse in Deo, ut aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit vt hoc credamus.
Ibidem Dicamus ergo in mente nostra imaginem Trinitatis, sed exiguam, & qualemcunque esse, quæ summæ Trinitatis ita gerit similitudinem, vt ex maxima parte dissimilis. Sciendum uerò est quod hæc Trinitas mentis, ut ait Augu. in 14. Lib.
Cap. 12 de Trin. non propterea tantum imago Dei est, quia sui memorit mens, & intelligit, ac diligit se: sed quia potest etiam meminisse, & intelligere, & amare illum, à quo facta est.

Alia assignatio Trinitatis in anima, scilicet mens notitia amor.

Potest etiam alio modo alijsque nominibus distingui tri-
Cap. 4. nitas in anima, quæ est imago illius summæ & ineffabilis Trinitatis. vt enim ait August. in 9. Libro de Trinit. Mens
Ibi. Vt habetur in lib. 9 Trin. ca. 6. et 7 & notitia eius, & amor, tria quædam sunt. Mens enim nouit se, & amat se: nec amare se potest, nisi etiam nouerit se. Duo quæda sunt, mens & notitia eius. Item duo quæda sunt mens, & amor eius. Cùm ergo se nouit mens, & amat se manet trinitas, scilicet mens, amor, & notitia. Mens autem hic accipitur non pro anima, sed pro eo quod in anima excellentius est. Hæc autem tria cùm sint, distincta à seinuicem dicuntur tamē esse unū, quia in aīa substantialiter existunt.

Quid tria illa significent.

Et est ipsa mens quasi parens, & notitia eius quasi pro-
Idē li. 9. ca. 4. Trin. Ex Aug. li. de Tri. 9. c. 12. ies eius. Mens enim cùm se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suæ notitiæ. Tertius est amor, qui de ipsa mente, & notitia procedit, dum mens cognoscit se, & diligit se: non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, idest, notitiam suam: & ita amor quædam complexus est parentis, & prolis.

Quod non est minor mente notitia, nec amor utroque.

Nec est minor proles parente, dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor est amor parente & prole, idest, mens

te & notitia, dum tantum se diligit mens, quantum se nouit, & quanta est.

Quòd hæc tria in seipsis sunt.

Sunt etiam hæc singula in ipsis: quia & mens amans in amore est: & amor in amantis notitia: & notitia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecunque uestigium Trinitatis apparet.

Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deū.

Mens itaque rationalis considerans hæc tria, & illam vnam essentiam, in qua ista sunt, extendit se ad contemplationem creatoris: & videt unitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate. Intelligit enim vnum Deum esse vnam essentiam, vnum principium. Intelligit enim, quia si duo essent, vel vterque sufficiens esset, vel alter superflueret: quia si aliquid deesset vni quod haberet alter, non esset ibi summa perfectio. Si verò nihil vni deesset, quod haberet alter, cùm in vno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo vnum esse deum omnium authorem: & vidit, quia absque sapientia sit quasi res fatua: & ideo intellexit eum habere sapientiam, quæ ab ipso genita est: & quia sapientiam suam diligit: intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic de summa Trinitatis unitate.

Quapropter iuxta istam considerationem, ait August. Cap. ..
in 9. Libro de Trinit. credamus patrem, & filium & spiritum sanctum vnum esse Deum, vniuersæ creaturę conditorem, & rectorem: nec patrem esse filium, nec spiritum sanctum vel patrē esse, uel filium: sed trinitatem relatarum ad inuicem personarum. Vt enim ait ipse in Libro de fide ad Ibi. Sed Petrum: Vna est natura, siue essentia patris, & filij, & spiritus sancti, non vna persona. Si enim sic esset una persona, sicut est una substantia patris & filij, & spiritus sancti, veraciter Trinitas non diceretur. Rursus quidem Trinitas esset uera, sed vnus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum pater, & filius, & spiritus sanctus personarum sunt abinuicem proprietate distincti, sic fuissent quæque naturæ diuersitate discreti. Fides autem patriarcharum, prophetarum, atque Apostolorum vnum Deum prędicat trinitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem esse. In illa ergo sancta Trinitate unus est Deus pater, qui solus essentialiter de seipso filium unum genuit: & unus filius est, qui de uno patre solus essentialiter natus: & unus spiritus sanctus, qui solus essentialiter à patre filioque procedit. Hoc autem totum non potest una persona, id est, gignere se, & nasci de se, & procedere de se, ut enim
Cap. 1. *ait Augustin. in primo Libro de Trinitate. Nulla res est, quæ seipsam gignat ut sit.*

HAEC est secũda pars huius distinctionis, in qua Magister ꝓbat trinitatem, & unitatem per similitudinem propinquam, & expressam, cuiusmodi est imago. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima ostendit trinitatem, & unitatẽ in creatore, per trinitatem, & unitatem consideratam in potentiis animæ. In secunda uerò ĩ habitibus, ibi. *Potest etiam alio modo &c.*] Prima iterum pars habet quatuor particulas. In quarum prima ostendit ubi quærẽda sit imago in anima, quoniã in parte superiori, & tribus potentiis, scilicet memoria, intelligentia, & uoluntate. In secunda uerò tãgit imaginis cõditiones, quæ sũt trinitas, unitas, & æqualitas, ibi. *Hæc ergo tria, ut ait Augustin. &c.*] In tertia uero mouet & solnit dubitationem, quę oritur ex prędictis. Vtrum, scilicet anima sit suę potentiæ, ibi. *Hic attendendum est diligenter &c.*] In quarta autem docet cauere errorem, qui posset causari & oriri ex ostensione trinitatis creatę, quòd omnimoda similitudo esset ad increatam: ubi ostendit quòd maxima est dissimilitudo imaginis ad Deum. ibi. *Verumtamen caueat &c.*] Similiter secunda pars, in qua Magister intendit inuestigare imaginem in habitibus animæ; ſm ꝙ possibile est, diuiditur in quatuor particulas. Primò enim illa tangit, in quibus imago trinitatis attenditur, quę sunt, mens, notitia, & amor. Secundo illis prætactis ostendit quòd in his attenditur imago propter consubstantialitatem, ordinem, & æqualitatem, ibi. *Hæc autem tria &c.*] Tertio ostendit quomodo mens rationalis in contemplatione trinitatis creatæ proficit ad uidẽdum, & cognoscendum trinitatem increatam in unitate, ibi. *Mens itaque rationalis &c.*] Quarto uero breuiter recolligit, quæ supra sunt demostrata, ibi. *Quapropter iuxta istã considerationẽ &c.*]

Imago Dei tamen permanet &c.] Contra. hoc obiicit auctoritate Psal. 72. Dñe in ciuitate imaginem eorum ad nihilum redigis. Respon. Imago dicitur dupliciter. Vno modo quãtum ad substantiale esse, & hoc respicit trinitatem personarum, & æqualitatem, et sic semper permanet. Alio modo prout supra esse adiit bene esse, ut decorem, et honorem: et hoc potest perdi. Quia homo cum in honore esset, non intellexit.

Memoria uero dr ad aliquid &c.] Obi-

Dub. 2. Obiicitur, ergo memoria, intelligentia, & uoluntas sunt in prędicamento relationis. Item. Quaritur quare mẽs dicitur magis ad se, quàm memoria, uel intelligẽtia? Resp. dicendum, ꝙ dici ad aliquid est dupliciter. Vel propriè & per se, sicut pater & filius: uel ratione alicuius annexi, quia habet respectum annexum, & inclinationem, & sic memoria dicitur ad aliquid, quia innatum habet respectũ ad memorialem: similiter intelligentia ad intelligibile, & uolũtas ad uolibile, & hęc obiecta ad inuicẽ habent respectum. Et sic patet obiectio. Ad illud quod q̃ritur de mẽte, dicendum, ꝙ mens dicitur ab actu essentiali: Propterea est intelligendum, ꝙ quo est, põt intelligi in quantum dat aĩæ esse generalissimũ, & sic dr essentia. Vel inquãtum dat esse generale, & sic dr uita: quia aĩa est in genere uiuentiũ. Aut inq̃tum dat esse spũale, & sic dicitur mens. Mens n. non dicitur, nisi q̃d uiuit uita intellectiua. Vel aĩa ĩ se dicitur essentiamut actus corporis, uita: ut perfectibilis a deo, mens

Dub. 3. *In illa uero summa Trinitate, &c.*] Innuit Magister, ꝙ tres personæ nõ sunt unius dei. Contra: uidet dicere falsum. Quia cũ sint unius essẽtiæ, & essẽtia sit deus, sunt unius dei. Si dicas ꝙ non se quit: ego quęro, quare non conceditur ꝙ tres pſonæ sunt unius dei? Si dicis ꝙ propter hoc, ꝙ obliquus notat diuersitatem; ergo cum essentia non sit diuersa a persona, non põt dici, tres personæ sunt unius essentiæ. Resp. dicendum ꝙ Gtũs aliquando cõsumit ĩ rõne possessionis, ut si di-

catur, hos Petri, uel Ioan. aliqñ ex ui declarationis, ut mulier egregiæ formæ: aliquando intrãsitiuè, ut creatura salis. Intransitiuè, construitur generale cum speciali, & sic põt dici substantia, uel pſona dei. Ex ui declarationis essentiæ, ut importans formam per modum formæ, & sic dicunt tres personæ unius essentiæ. Quia ergo qñ dicitur tres pſonæ sunt unius dei, deus non ſignificat nec ꝓ modũ formæ, nec ꝓ modum specificantis: ideo intelligitur ꝓ modum possidentis, uel principiantis, & ideo simpliciter est falsa.

Vt ex maxima parte sit dissimilis, &c.] Contra. hoc uñ falsum. Quia imago ẽ similitudo expressa, ergo si maximè est dissimilis, non est imago. Resp. dicendum, ꝙ est excessus simpliciter, uel in genere. Si ergo loquamur de excessu simpliciter, sic dico, ꝙ aĩa rationalis non est ualde similis deo. Si autẽ loquamur in genere creaturæ, quia tantum excedit, quantum põt natura creata, sic dicitur ualde similis, & expressa similitudo dei. Dub. 4.

Si duo essent, uel uterque insufficiens esset, &c.] Contra. Quia ſm uiam istã monstrari posset, ꝙ nõ sit una persona. Resp. dicendum ꝙ in personis non põt esse superfluitas; qa in eis est una sufficiẽtia. Vnde si una esset superflua, & oẽs. Sed nõ põt ibi esse aliqua ĩsufficiẽtia, qa nihil plus hẽt tres, q̃ una. Sed si essent duæ essentię, duæ essẽt sufficiẽtiæ: & q̃libet p se esset sufficiẽs. Si aũt altera cũ altera, q̃libet esset insufficiẽs: & ita pateꝙ nõ ẽ simile de duabus essentiis, sicut de duabus pſonis. Dub. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et uidit, quia absque sapientia non sit &c.] Contra. Secundum hoc uidetur ꝙ pater sit sapiens sapientia genita. Dicendum, ꝙ ista consequentia non est intelligenda immediate s. quia non est res facta. ergo habet sapientiam genitam. Sed hoc intelligēdum est sic. Deus est substātia spiritualis; ergo est nata cognoscere: ergo si non habet sapientiam, est res facta: ergo habet sapientiam. Sed non est sapientia sine uerbo, & non est uerbum nisi procedat a mente, & ita generetur: ergo a primo, si habet sapientiam, necesse est sapientiam esse genitam. Et omnes istas cōsequētias oportet intelligere immediate. *Dub. 6.*

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An circa tria hæc, memoriā, intelligentiam, & uoluntatem consistat imaginis ratio?

CONSEQVENTER ad intelligentiā istius partis secundæ præsentis Distin. quantū ad primam assignationem imaginis, quæ est per memoriam, intelligentiam, & uoluntatem: tria quæruntur. Primo, utrum in his tribus, scilicet memoria, intelligentia, & uoluntate attendatur ratio imaginis. Secundo de cōparatione istarū ad obiectum. Tertio de comparatione earum ad animam, uel subiectum.

QVÒD In oibus simul sit, uidetur. Ad rationem n. imaginis requiritur expressa conformatio in distinctione; sed distinctio in diuinis attenditur quantum ad tres personas: ergo necessario in imagine creata attenditur quantum ad tres potentias. ITEM. Ratio imaginis consistit in perfecta capacitate, quia ſm Aug. 14. eo est mens imago, quo pōt esse capax, & particeps dei: sed deus non capitur ab anima plene nisi ametur: neque amatur nisi intelligatur: nec intelligitur nisi præsens apud animā habeatur; sed primum est per uoluntatem, ſm per intelligentiam, tertium per memoriam; ergo &c. ITEM. Notitia siue intelligentia appropriatur filio, uoluntas spiritui sancto: ergo aut truncata & diminuta erit assignatio imaginis, aut necesse est ponere potentiam respondentem patri.

SED CONTRA. Ad esse imaginis requiritur repręsentatio per distinctione originis, & ordinis: sed in istis potentiis non est talis distinctio; quia simul sunt creatæ, nec una ē ab alia nec una pōt aliā: ergo in istis non est reperire rationem imaginis. ITEM Imago est reſsentatio ſm exteriorē dispositionē, ut patet: sed istę tres potētiæ sunt intrinsecę ipsi aię, ergo i ipsis nō est rō imaginis. ITEM. Qꝫ specialiter memoria non sit de rōne imaginis, uidet, quia cum imago sit aliquid essentialis, & ſm potentiā rōnalem sit in ipsa: memoria aūt (ut dicit Philoso.) est sēsibilis: qa est ſm passionis: ergo uidet ꝙ memoria nō pertinet ad imaginē. PRAETEREA cū memoria sit sensibilis, siue intelligibilis, cōcernit differentiā tēporis: quia est acceptio præteritis: sed imago abstrahit a conditionibus sensibilibus, & tēporalibus: ergo &c. ITEM imago tendit in his, qꝫ sunt nata reformare imaginē reformationis, siue similitudinis: sed imago illa consistit in tribus uirtutibus theologicis, quarum nulla est in memoria: ergo &c. ITEM. Quòd uoluntas non sit de integritate imaginis, uidetur: quia dicit in Lib. de spiritu & aīa, imago est in potentia cognoscēdi, similitudo est in potentia diligēdi. Sed uoluntas non pertinet ad potentiā cognitiuam, ergo &c. ITEM. Ois potētia, qꝫ est de imagine, debet aliis æquari: quia ad rōnem imaginis requiritur æqualitas; sed uoluntas non æquatur alijs: quia multa intelligimus qꝫ non uolumus: ergo &c. SI DICAS ꝙ non attēditur æqualitas respectu obiectorum sed respectu actuum, ut sit sensus, quicquid intelligo, uolo me intelligere, adhuc non est uerum, quia multorū meminimus, quæ nollemus meminisse. *ap 39*

RESOLVTIO.

Imaginis ratio consistit utique in his tribus sed cum comparatione ad unitatem essentiæ & pluralitatem actuum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dicit Aug. & Magister recitat, imago attendit in his tribus potētiis cū cōparatione ad unitatē essentię, & pluralitatē actuū in qbus est distinctio, & ordo, & origo unius ab altero ꝑ modum quēdam disponēdi. Nā retentio spēi disponit ad intelligēdū, & intelligentia ad amandum, ſm ꝙ intelligitur esse bonum.

ET PER hoc patet solutio ad illud qđ obꝫ: in istis potentiis non est distinctio ꝑ originē: ergo &c. AD ILLVD, quod obꝫ, ꝙ imago attendit ſm exteriorē dispositionē: dicēdum, ꝙ est imago rei corporalis, & sensibilis, & hæc quia offert se cognitioni per exteriora. habet imaginem repræsentantem secundum exteriorē dispositionem. Est iterum imago rei spiritualis, quæ est intima cuilibet rei, & qꝫ cognoscitur ſm ꝙ uirtus recolligitur ad intima, & habet imaginem repræsentantē quantum ad intimas dispositiones. AD ILLVD ergo, quod obiicitur ꝙ memoria est sensibilis: dicendum, quòd memoria accipitur tripliciter. Vno modo, ut est receptiua & retentiua sensibilium, & præteritorū. Alio mō, prout est retentiua præteritorū: siue sensibilium siue intelligibilium, Et tertio modo prout est retentiua specierum abstrahendo ab omni differentia temporis, utpote specierum innatarū: hoc tertio mō est pars imaginis, sed obiectio currit de aliis primis duobus modis. Primo modo memoria sequitur sensum, secundo modo sequitur ipsam intelligentiam, & uoluntatem, tertio modo antecedit, & respōdet patri. AD ILLVD, quod obiicit, quòd memoria non reformatur: dicendum, ꝙ immo memoria reformatur, & quantum ad statum uiæ, & quantum ad statum patriæ. In primo per spem, & hoc patet per expositionem Aug. super illud uerbum Matt. 22. Diliges do. Deum tu. ex to. cor. tuo. i. intellectu sine errore. Ex tota anima. i. ex uoluntate sine cōtradictione. Ex tota mēte. i. memoria sine obliuione. In secundo sta tu reformatur quantum ad tentionem. Vnde. Bern. dicit. Quia Deus est futurus intelligentiæ plenitudo lucis, uoluntati multitudo pacis, memoriæ conti-

Platonici hoc tertium agnoscunt memoriæ modo, & non Peripatetici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuatio æternitatis. Nec est etiã inconueniens, q̃ memoria quam uis sit prima, reformetur per dẽ ultimam: quia ordo reformationis, & deformationis incipit a posteriori: ordo autẽ formationis incipit a superiori: ideo a uoluntate incipit reformatio, & tendit usque in memoriam. AD IIII. VD, quod obiicitur q̃ imago est in potentia cognoscendi. Dicendũ, q̃ similitudo dicit qd gratuitum, & ideo dicitur esse p̃ appropriationem in uoluntate, siue in dilectione. Imago uero non dicit gratuitum, ideo dicit esse in potentia cognoscẽdi. Vel aliter de imagine, quia i filio est prima imago, & filio appropriat̃ intelligentia, q̃ est in potentia cognitiua: ideo dicitur imago esse in potentia cognoscendi AD IIII. VD, uoluntas nõ ęquatur intelligentiæ. Dicendum, quòd uoluntas prout communiter accipitur ad uelle, & nolle, quorum utrunque est actus uoluntatis, bene æquatur: secundum quòd dicitur uti esse cõmune ad utrũque, sicut dicit Aug. & habetur in litera, quòd uoluntas capit illam dum utor &c. Quicquid. n. recordamur, uel intelligimus, in facultatẽ uolũtatis accipimus ad eligendum, uel ad respuendum: & illud est tecũdum quòd dicit actum communem uoluntatis; sed secundum actum specialem, qui est uelle tantum, non æquatur. de isto est oppositio quomodo sic uelle non compræhendit totam uolũtatem, sicut meminisse totam memoriam, & intelligere totam intelligentiam.

QVARSTIO II.

An imago attendatur in his eisdem potentijs per comparationem ipsarum ad Deum?

DE potentiis in comparatione ad obiectum, utrum uidelicet attendatur imago in eis per comparationem ipsarum ad deum. Et uidetur q̃ sic, quia cuius est anima imago, eius capax dei, & particeps esse potest, ut dicit Augu. 14. de Trin. sed est capax quãtum ad partem superiorem: ergo &c. ITEM. In eodem. Imago illius quo nihil melius est, inquirenda est, & inueuienda, quo mens nostra nihil melius habet: sed hoc est superior pars, ergo ITEM. Hoc idem uidetur ratione; quia imago dicitur eo quod ducit in prototypum; ergo cum illud sit deus, nõ attenditur imago in potentijs his, nisi secundũ q̃ ducunt in deum. Sed p̃ has potentias hõ ducitur in deũ, dum per eas cõuertitur in eum; ergo &c. ITEM. Deus est obiectũ ultimatum theologicarũ in quibus consistit imago reformationis: ergo cum idem sit obiectum utriusque imaginis: quia una est ductiua alterius, & perfectiua propterea si deus est obiectum unius: ergo & alterius.

CONTRA. Aug. 9. de Tri. assignat imaginem in mente, intellectu, & amore ẽm q̃ anima nouit sui, & intelligit se, diligit se: ergo uidetur q̃ imago attendat̃ per conuersione sui supra se. ITEM. Aug. 12. de Tri. c. 4. Cũ in natura mentis humanæ q̃rimus Trinitatem, in tota quærimus, non seperantes actionẽ temporalium a contemplatione eternorum, ut tertium aliquid inquæramus; ergo Trinitas imaginis attenditur secundum actionem temporalium, & ita per cõuersionem ad inferiora. ITEM. Secundum q̃ anima conuertitur supra inferiora, uel supra se, est æqualitas, & ordo, & origo, & omnia quæ concurrunt ad actionem imaginis. ITEM. Imago est in peccatoribus a deo auersis, & in illis etiam q̃ nullo modo possunt reuerti, ut sunt damnati: ergo ratio imaginis non attenditur penes conuersionem ad deum. ITEM. Necesse est quantum ad perfectam rõnem imaginis ęquari cognoscentem, & cognitum, siue dicentem, & dictum. Nã ista duo patrem, & filium repræsentant: sed in conuersione ad deũ non est talis æquatio; ergo &c.

RESOLVTIO.

Quinimmo prius, & principaliter ut conuertuntur ad deum; quam ut conuertuntur ad animam.

RESP. Ad intelligentiam prędictorum, tria oportet in imaginis ratione præsupponere. Primo. n. imago attenditur secundum expressam conformitatem ad imaginatum. Secundo q̃ illud quod conformat imagini, q̃ consequẽs conformetur imaginato: unde qui uidet imaginem Petri, per consequens uidet & Petrum. Tertio, q̃ alia ẽm suas potentias conformis redditur his, ad q̃ conuertitur, siue ẽm cognitionem, siue secundũm amorem. Quoniã ergo cum anima conuertitur ad deum, sibi conformatur, & imago attenditur secundum conformitatem: ideo imago dei consistit in his potentijs quæ habent obiectum deum. Rursum quoniam anima est imago dei secundum q̃ conformatur imagini, & imaginato, ideo anima secundum q̃ conuertitur supra se, nõ recedit a conformitate: & ideo imago consistit in his potentijs secundum quod habent animã pro obiecto. Sed cum conuertiẽ ad creaturas inferiores, illis conformatur, in quibus non est imago dei; sed uestigium: ideo potentiæ animæ secundum quòd habent inferiora pro obiectis. recedunt a ratione imaginis: quia recedunt a conformitate expressa. Licet itaque in huiusmodi potentijs secundum quòd conuertuntur ad inferiora, sit reperire Trinitatem, & aliquam conformitatem: similiter in potentijs sensitiuis, sicut ostẽdit Aug. quia tamen deficiunt ab expressa conformitate, non reperitur ratio imaginis in eis. Vnde Augusti. inuestigat in omnibus potentijs animæ Trinitatem, non quia in eis sit imago. sed ut a rõne imaginis excludat. Vñ q̃rens Trinitatẽ in tota anima, quærit eam in superiori, & inferiori parte rationis, & in sensu. Et hoc est, quod dicit in illa auctoritate. Cum in natura mentis humanæ quærimus Trinitatẽ, in tota q̃rimus. non dicit quærimus imaginem. Vnde August. 13. de Tri. Quamuis in inferiori parte rationis inueniri Trinitas possit, imago tamen inueniri non potest. Concedendum est ergo q̃ imago consistit in his potentijs secundum q̃ ad animam cõuertuntur: primo tamen & principaliter, ut ostendunt primæ rationes, secundum q̃ conuertuntur ad deum. Vnde Augu. his duobus modis assignat imaginem *In fine.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima est in mente, notitia, & amore; secundum q̃ mens nouit, & amat se. Secũda est in memoria, intelligentia, & uoluntate: & in fine Libri ostendit completissimam rationem imaginis esse in comparatione ad Deum.

EX HIS patet responsio ad primum, secundum, & tertium: quia primum argumentum cõcedendum est: secundum uero concludit, q̃ in inferiori parte sit trinitas: & tertium q̃ conformitas; sed hæc soluta sunt: quia non est expressa. AD ILLVD, q̃ obicitur, de conuersione peccatorum. Respondeo, quod imaginem in his potentiis secundum conuersionem non actualẽ, sed aptitudinem, quæ nunquam relinquit potẽtias: sicut gressibilis etiam dicitur homo qui habet pedes truncatos, quamuis non gradiatur. AD ILLVD, q̃ obicitur, quod necesse est in imagine cognoscens, & cognitũ adæquari. Dicendum, q̃ non oportet cognitum adæquari cognoscenti adæquatione rei ad rem, sed sub ratione cognoscibilis: unde tantum est cognitum in intelligẽtia, quantum repræsentatur a memoria. Quod autem simpliciter adæquetur, non oportet: adæquatur tamen secundum q̃ anima conuertitur supra se. Vnde rõ imaginis quo ad quid est, in conuersione ad Deum: quo ad quid, est in conuersione animæ supra se. In conuersione ad Deum est plus, quia plus habet de ratione uentilatis, & consortiatis: in conuersione ad se, plus habet à ratione consubstantialitatis, & æqualitatis.

QVAESTIO III.

An tres hæ animasticæ potentiæ, scilicet memoria, intelligentia, & uoluntas idem sint in essentia cum ipsa anima?

DE comparatione istarum potentiarum ad animam, siue ad subiectum, utrum uidelicet sint idem ì essentia cum anima, Et uidetur q̃ sic. Quia Aug. dicit. 10. de Trinit. hæc tria memoria, intelligentia, & uoluntas sũt una mens, una uita, una essentia; ac per hoc una substantia. ITEM. Ber. super Cantica cantic. Quædã in alia intueor intelligẽtiã, memoriam & uolũtarẽ: hæc tria ipsa est. SI TV dicas q̃ hoc dicitur p causam, hoc nihil est: quia Aug. de Spiritu & anima dicit, quod anima est quædam sua, ut potentiæ: & quædam nõ sua, ut uirtutes: q̃ si per causam esset, utrumq; posset dici. ITEM hoc ipsum uidetur uelle dicere Philosophus, quia idem dicit esse principium essendi, & operandi: ergo cum principium essendi sit ipsa forma substantialis principium operandi ergo ea ipsa, sed principium operãdi est potentia, ergo potentia est principium essendi, sed non est principium essendi nisi forma substantia: is in homine, ergo potentia, & forma substantialis sunt idem in substantia. ITEM. ratione ostenditur. Sicut materia prima est omnia nata recipere potentialitatem, sic anima secundum similitudinem. Sed potentia mater æ primæ respectu formarũ suscipiendarum non differt per essentiam ab ipsa, ergo similiter uidetur q̃ potentiæ animæ. Probatio minoris. Si enim per essentiam differret, aut esset substantia, aut accidens. Non accidens: quia antecedit omnem formam & omne accidens. Si substantia, aut ergo materia, aut forma. Præterea, si differret, illius esset materia capax. ITEM forma accidentalis nõ est simplicior forma substantiali. Sed potẽtia operandi non differt à potentia accidentali, utpote potentia calefaciendi, non differt per essentiam a caliditate, nec potentia illuminandi ad ipsũ lucẽ, ergo similiter uidetur q̃ nec potentia animæ ab ipsa anima. ITEM. quod uni est accidens, nulli substantia est: sed istę potentiæ sunt animæ substantiales: ergo non sunt ei accidentales, & per consequens non sunt accidentia: ergo sunt substantia: constat autẽ q̃ non alia, quàm anima. Probatio minoris, quia anima rationalis, sensibilis, & uegetabilis in homine, non dicit diuersitatem substantiarum, sed potentiarũ: ergo constat q̃ in homine istæ differentiæ, uestigabile, sensibile, rationale, accipiuntur à potentiis, & huiusmodi differentiæ sunt substantiales, ergo & potentię, ergo &c.

CONTRA. Aug. in 15. de Trinitate. Assignat differentiã imaginis creatæ ad trinitatem illam scilicet increatã, quia in illa trinitate est habens, id quod habetur, hic autem habens, non est id quod habetur: ergo si anima habet tres potentias, ergo essentialiter non est ille. ITEM. Dionysius dicit q̃ in quolibet creato differunt hæc tria, substantia, uirtus, & operatio: ergo in anima differunt substantia, & potentiæ. ITEM. Boetius in quolibet creato differunt quo est, & qđ est, siue qđ ẽ, & esse: ergo similiter imò multo fortius quod potest, & quo potest. ITEM. rationibus ostenditur sic. Quæ differunt genere, differunt essentia & unum de altero non prædicatur essentialiter: sed potentiæ, & anima sunt huiusmodi, quia anima est in genere substantiæ, sed potentiæ sunt in secunda specie qualitatis, scilicet naturalis potentię: ergo &c. ITEM, illa quorum unum est extra alterũ, differunt essentialiter, & substantialiter: sed uirtus egreditur substantiam, quia operatur in obiectum quod est extra: sed impossibile est quod operetur ubi non est, si ergo uirtus est ubi operatur, & operatur extra substantiã cuiuslibet: ergo uirtus egreditur extra substantiam: ergo &c. ITEM. ad hoc est alia ratio. Quia si eadem per essentiã essent anima & potentiæ unum, non multiplicaretur nisi secundum multiplicationem alterius, & sic esset unum tantum sit anima, haberet tãtum unam potentiam, sed hoc est falsum: ergo &c.

Ex 7. Beta. hy. um. 5.

C. 22 Tom. 3.

Dionys. & Aug. hoc. ca. 11.

RESOLVTIO.

Nec omnino idem, nec omnino non idem. Non omnino idem; quia se habent per modum egredientis. Non omnino non idem; quia non alterius generis, sed eiusdem per reductionem.

AD prædictorum intelligentiã notandum est, q̃ potentia naturalis dicitur tripliciter. Primo modo prout dicit modum existendi naturalis potentiæ in subiecto: secundum quem dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiectum, facilè, uel difficile, ad aliquip agendum: & sic naturalis potentia dicit modũ qualitatis, & est gñaliter in secunda specie qualitatis: ut patet cum dicit cursor & pugillator, quorum utrunq; dicit facilitatem, quæ sequitur modum existendi potentię gradiendi, & resistendi, siue agendi in subiecto. Secundo modo potẽtia naturalis dicitur potentia naturaliter egrediens à substantia. Et hoc põt esse dupliciter. Vno modo aliqua potentẽtia egredit à substantia cũ accidente, ut potẽtia calefaciendi. Ignis enim per suam substantiã non calefacit sine caliditate, & hęc potentia non est alterius generis q̃ sit qualitas à qua egreditur: unde potentia, quæ est calefaciendi, est in eodem gñe cũ caliditate. Alio modo dicit naturalis potẽtia, quę naturaliter egreditur de substantia immediatè, sicut potentia gñerandi quantum ad inductionẽ ultimę formę: & hęc quidem non est alterius generis cum substantia, sed reducitur ad genus substantiæ tanq̃ substantialis differentia. Per hunc modum intelligendum est in potẽtiis animę. Nam uno modo conuenit nominare potentias animę, ut dicunt facilitatem, quę dicit modum potentię existendi in subiecto, sicut Igeniositas, & tarditas: & hęc quidẽ sunt in secũda specie qualitatis. Alio mõ cõuenit potentias nõiare, prout dicũt ordinem substantiæ ad actũ, q̃ est mediante aliqua proprietate accidentali: ut potentia syllogizãdi, q̃ est in aĩa, cum hẽt habitum syllogizãdi: & hęc est in eodem gñe, in quo est scientia syllogizandi, uidelicet in prima specie qualitatis. Contingit iterũ noiare potentias aĩę, ut immediate egrediuntur à substantia, ut per hæc tria memoriã, intelligentiã, & uoluntatẽ, & hoc patet. Quia omni accidente circumscripto, intellecto q̃ anima sit substantia spiritualis: hoc ipso quod est sibi prẽsens, & sibi cõiuncta, hẽt potentiã ad memorandũ, & intelligendum se. Vñ istæ potentiæ animæ sunt substantiales: & sunt in eodem gñe p reductionem, in quo est anima: aeramẽ quoniam egrediũtur ab anima [potentia enim se hẽt per modũ egredientis] non sunt omnino idem p essentiã, nec tñ adeo differunt, ut sint alterius generis, sed sunt in eodem gñe per reductionem. Et potest satis manifestum exẽplum dari in re, & in similitudine eius. Nam res nõ habet tantam identitatem cũ sua similitudine, ut sint unum numero: nec tantam diuersitatem ut differant numero. Similitudo enim Martini non adeo distat à Martino, ut penitus differat ab eo. Et ideo similitudo rei in eodem gñe est p reductionẽ cũ eo, cuius est similitudo. Quia enim egreditur, ideo differt, sed non transit in aliud genus. Et loquor de similitudine ẽm rõnem similitudinis, non intentionis. i. prout a subiecto exiit, & non recedit: ut splendor à luce. Concedendæ ergo sunt rationes probantes q̃ anima non est suæ potentię per essentiam.

Ad illvd ergo, q̃ obiicitur, in contrariũ de Aug. & Ber. q̃ aĩa est suæ potẽtiæ. Dicendũ, q̃ non

non est ibi p̃dicatio accidẽtis de subiecto, nec ciusdẽ p essentiã, sed substantialis, uel essentialis. Propter q̃d notandũ q̃ essentiale dicit quatuor modis. Primò mõ essentiale, q̃d dicit rei essentiã tm̃, sicut species singularis. Secũdo mõ dicit essentiale, q̃d est de essentia, & constitutione rei, ut materia & forma. Tertio mõ dicit essentiale, sine quo res nõ põt esse, nec põt itelligi esse, ut sunt illa, in q̃bus attendit rõ uestigii, ut unitas, ueritas, bonitas. Quartò mõ dicit essentiale, sine quo res nõ põt cogitari habere p̃fectum esse, ut sunt potentiæ in aĩa, in q̃bus attendit imago: & hoc est minimo mõ substantiale, siue essentiale, non tamen trãsit in aliud genus: ideo aĩa dicitur suę potentiæ, q̃a nõ trãsit in aliud genus. Ad illvd, q̃ obiicitur, q̃ idẽ est principiũ essẽdi, & operandi. Dicẽdum, q̃ uerũ est de principio remoto, sed de proximo est impossibile. Nã si idem omo esset principiũ proximũ, tunc idẽ esset in re esse, & opari. Similiter si idẽ esset principium, cũ res sem̃ p̃ habeat esse, sem̃ p̃ haberet operari. Quia ergo forma dicit proximũ, & immediatũ principiũ essendi, potẽtia uero proximũ & immediatũ principium operandi, patet q̃ impossibile est esse omnino idẽ. Ad illvd, quòd obiicitur, de potentia materiæ. Dicendũ, q̃ materia non est sua potentia p̃ essentiã, qm̃ non est ipsa ordinatio ad formã, est tñ ipsa potẽtia materię, essentialis ipsi materiæ, sicut potẽtia actiua ipsi substantię, & minus quidem elongatur potentia materiæ a materia, quàm potentia actiua à substantia. Quoniam potentia materiæ est potẽtia passiua, quę dicit ordinẽ ad aliud cũ priuatione. Sed potentia actiua dicit ordinẽ cum positione, & iõ minus addit potentia materię supra materiã, q̃ potẽtia actiua supra substantiã: & hinc est q̃ non ita distinguunt̃ diuersę potẽtiæ in eadẽ materia, sicut in eadem substantia. Ad illvd, q̃ obẽ, de forma accidentali. Dicendũ, q̃ forma accidentalis nõ est sua potentia. Nã potẽtia eius est inquantum influit in alterum: attamen potentia illa non tãtum addit, quantum potẽtia formæ substantialis: quoniam potentia formæ accidentalis dicit ordinationem ad actũ, sed non sufficiẽtem per se, sed per uirtutem substantię. Sicut enim accidens non est p̃ se, ita non habet uirtutem operandi per se, sed per uirtutem substantię: & ita hoc patet. Ad illvd, quod obiicitur, ultimo. Dicendum quòd potentiæ animę, non sunt accidentales: tamen argumentum non ualet quia fortassis rationale sensibile uegetabile non accipiuntur a potentiis, sed à diuersis naturis repertis in anima. Illud autem argumẽtum, quod factũ est ad oppositum, quòd differunt, quia sunt in diuersis gene

bus: soluendum est, per interemptionem, quia non sunt in diuersis generibus, sed in eodẽ per reductionẽ &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An imago attendatur in mente, notitia & amare ut in potẽtijs, aut ut in habitibus, aut in utrisque simul: uel in substantia, & habitibus?

CONSEQVENTER est quæstio de secunda assignatione imaginatione imaginis p mentem, notitiam, & amorem. Circa hanc quæruntur tria. Primum est de istis absolute, utrum uidelicet imago attendatur in istis ut in potentiis, aut in habitibus, aut in, potẽtijs, aut in habitibus, aut in substantia & habitibus. Secundum est de istis in cõparatione adinuicem. Tertium utrum hæc trinitas imaginis, ueat necessario in cognitionẽ Trinitatis quantum ad personas.

CIRCA hanc sic proceditur, & ostenditur primo q̃ non in his, ut in potẽtijs attendatur imago; quia prædicta assignatio fuit in potentiis: ergo si hic etiã esset in potentiis, non esset nisi inculcatio uerborum. PRAETEREA, notitia, & amor, non dicũt potentiã; sed habitus, licet mens possit dicere potẽtiã, ergo ꝑdicta tria non possunt poni sub ratione potentiarum. ITEM. Ostenditur quòd non dicunt habitus: qa Aug. dicit imaginis assignatione mens notit se, diligit se; sed nullius habitus est notiõ, nec amare: ergo &c. ITEM. Si mẽs stat pro habitu, quæro pro quo habitu? Si pro habitu memoriæ, de quo magis uidetur: quia non est alium dare: sed actus habitus huius est meminisse, & non alius. Sed Augus. assignat menti hos actus: scilicet nosse, & amare: ergo &c. ITEM. Ostenditur q̃ non in potentiis & habitibus. Cum enim potentiæ sint tres, & habitus tres, tunc nõ esset ternarius sed senarius. ITEM. Quæro pro qua potẽtia stat ibi mens: aut ꝑ se stat pro omnibus, aut pro duabus aut ꝑ una. Si pro omnibus tunc non est ibi Trinitas. Si pro duabus, tũc est ibi quaternitas, cum duo sint habitus. Si ꝑ una non potest habere istos duos actus, nosse, & amare: ergo non salmitur trinitas secundum habitus, & potentias simul. ITEM. Ostenditur quod non secũdum substantiam, & habitus. Cum habitus cognoscendi, & amandi sequantur ipsam substantiam tempore, & substantia etiam per se esse sine his; ratio autem imaginis sit ipsi animæ perpetua, & inseparabilis, & concreata: ergo non est in habitibus, & substantia simul. ITEM. Si substantia connumeratur habitibus, & habitus sunt tres, & substantia una: ergo erit ibi quaternitas. Si tu dicas q̃ non differt notitia, ſm q̃ est habitus intellectiuæ, & memoriæ, Contra. habitus sunt dispositiones potentiarum: cum ergo sint tres potentiæ; erunt tres habitus. ITEM. Magister dicit in littera, q̃ mens accipitur non pro aĩe substantia tota, sed pro eo q̃ est in ea eminentius.

RESOLVTIO.

Neque ut in potentijs, neque ut in habitibus: sed quantum ad substantiam animæ ratione mentis, & noscendi et amandi: et quãtum ad habitus rõne notitiæ, & amoris.

RESP. Dicendum q̃ differt ſm quosdam assignatio hæc a præcedenti: quia prior fuit in potẽtijs, hæc est in habitibus. Et rñdent obiectionibus per distinctionem mentis. Mens enim secundũ qua druplicem modum accipiendi diuersificatur. Dicitur enim uno modo a mente, quod est luna, siue defectus: & sic dicitur de tota animæ substantia, propter trãsmutationes quas habet. Secundo modo dicitur a mentiendo, & sic stat pro iudicatiua ui, & sic accipit eam Dam. ponẽs ipsam inter potentias cognitiuas. Tertio modo dicitur ab eminendo, & sic stat pro superiori parte rõnis, & sic accipit eã Aug frequẽter. Quarto mõ dr̃ a meminisse, & sic stat pro memoria & quantum ad actum, & quãtũ ad habitum. Dicunt ergo, q̃ in assignatione huius trinitatis, mens stat pro habitu memoriæ; sed in adaptatione, cũ dicit econtra, mens nouit se, & diligit, stat pro potẽtia memorandi. Sed illud non uidetur conuenienter dictum: qa adaptatio debet respondere assignationi: & præterea cum actus proprius mentis stat pro memoria, sic meminisse ibi deberet tangi; sed Aug. in hac assignatione nunquam facit mentionem nisi de duobus actibus, scilicet nosse, & amare, qui non sunt memoriæ; sed aliarũ potentiarũ. Resp. ergo, quòd trinitas ista nõ est in potentiis: quia amor & notitia, non dicunt potentiæ. Nec in habitibus: quia mens nõ potest stare pro habitu, cum ipsa accipiatur ut agẽs. Nec põt esse in potẽtijs, & habitibus: qa mẽs nõ põt stare ꝑ una potẽtia, cũ assignẽtur ei actus duarũ potentiarum.

Non põt similiter stare ꝑ pluribus potẽtijs: qa nõ esset trinitas: Restat ergo q̃ necesse est ponere, q̃ trinitas ista attendat̃ q̃tum ad substantiã aĩe rõne mentis se noscentis, & amãtis, & q̃tum ad habitus, rõne notitiæ & amoris: & sic est trinitas, cum substantia sit una, & habitus sint duo. Differt etgo hæc assignatio a præcedenti: quia, præcedens fuit per uniformitatem in potentiis, per comparationem ad habitus, & ad actus: sed hæc est in substantia, & habitibus. Differt etiam in hoc: quia præcedens fuit per conuersionem animæ ad deum: hęc est per conuersionem animę supra se, & pluribus modis nõ attendit imago in hoc, ut supradictũ fuit. Differt etiam: quia præcedens assignatio imaginis magis est propria, & conueniens, q̃ hæc. Nã (proprie loquẽdo) imago consistit in unitate essentiæ, & trinitate potẽtiarum: secundũ quas anima nata est ab illa summa trinitate sigillari imagine similitudinis, q̃ consistit in tribus uirtutibus theologicis. Vnde Augu. hanc assignationẽ primo ponit inuestigando, ut ꝑ hãc deueniat ad illam, in qua finit speculationẽ suam. Vnde hæc assignatio non est propria sicut alia. Vnde Magister secundo eam ponit tanquam non principalem.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur: quòd habitus nõ sunt coæui &c. Dicendum, q̃ triplex est habitus. Quendam enim habitũ habet animæ potentia ab acquisitione, quendam ab innata dispositione, tertium habet a sui ipsius origine. Hoc aũt patet, quia habitus est quo potentia facilis

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in actum: potentia autē his tribus modis est facilis. V.g. affectus noster habet facilitatem ad diligendū bonū alienum p acquisitā dispositionē, ut per uirtutē: ad diligendum uero bonū suū, p innatā dispositionē: & ad diligendū seipsum, p sui naturalē originē. cum.n. sit sibi indistāter unitus, semper est habilis ad se amandum: similiter cum semper sit sibi præsens, semp est habilis sibi ad cognoscendū. Et sic patet illud qđ obiicitur de coęuitate, nā quo ad tales habitus est bene coęuitas. AD ILLVD, qđ obiicitur, p tres dicuntur esse habitus ſm tres potētias. Dicendum p in hac trinitate non cadit, nec habet locū habitus memoriæ ga attenditur in ipsa aīa ſm p conuertit̄ supra se. & ideo ipsa animæ substantia tenet locū memoriæ: & ipsa pña, & oblatio qua aīa offert se semper suę intelligentiæ, tenet locum habitus, & actus memoriæ: & ita patet p ibi cadunt tres habitus duarum potentiarum, & iō est ibi trinitas. AD ILLVD, qđ ultimo obiicitur, de uerbo Magistri. Dicendum, p intelligitur non pro animæ substantia tota: p si aliter intelligatur, non habet ueritatē uerbum Magistri. Quod patet per Augu. qui occasione huius imaginis quasi per totū Decimū de Trinita. ostendit aīam habere cognitionem sui innatā, q̄ est agnitio suæ substantiæ: & propterea nihil unum in anima & cognoscit & diligit, nisi substantia: ergo si mens staret pro una potentia, non haberet illos duos actus, s. nosse, & amare.

QVAESTIO II.

An tria hæc dicta scilicet mens, notitia, & amor habeant ordinem, æqualitatem, et consubstantialitatem?

QVeritur de istis comparatione ad inuicem, ſm triplicē cōparationē quam ponit Aug. uidelicet ordinis, æqualitatis, & consubstātialitatis, & Magister recitat in litera. Ordo autem inter hæc est: p mens est parens, notitia est proles, & spiritus est amor ab utroq; ꝓcedēs. Aequalitas ast etiam ibi: quia mens se tantum nouit quātum est, & nā diligit, quantum se nouit. Est ēt ibi cōsubstantialitas. Vnde Augusti. 9. de Tri. Admonemur [si utrunq; uidere possumus] substantialiter hæc in aīa consistere, non tanq̄ in subiecto, ut dolor in corpore, aut ulla qualitas aut quantitas. Quicquid.n. tale est, non excedit substantiam in qua est. Mens aūt amore quo se amat, pōt amare etiam aliud. Et ita uult p amor sit consubstantialis menti.

SED obiicitur cōtra hoc. Primo uidetur p in his non sit ordo, uel origo. Aut. n. accipiūtur p habitibus innatis, aut acquisitis. Si pro innatis, nullus est ordo: quia simul sunt cum ipsa anima. Si p acquisitis, sic amor præcedit notitiam, nullus.n. acquirit uel studet aliquid addiscere, nisi amet scire. Vñ Aug. i. Noni de Tri. Partum mētis antecedit appetitus, quo ad id qđ nescire uolumus. Quærendo, & inueniendo nascitur ꝓles, quæ est ipsa notitia. Aut ergo nō est ordo, aut nō est talis ordo. ITEM. Videtur, p nō sit ibi æqualitas. Aut.n. notitia, & amor accipiuntur p comparationē ad res inferiores: aut ad aīam. Si ad res inferiores, aut manifestū est p nō est ibi æqualitas, multa.n. nouimus, quæ non amamus. Si per comparationem ad animā, aut est æqualitas quantum ad intensionem, aut quatum ad extensionē. Quātum ad extensionem, non: illud constat; quia unum tātū est ibi: ergo quantum ad intensionem: sed quod hoc sic falsum, uidetur: quia cum sciamus animam minorem deo, & maiorē corpore, contingit quandoque p ea amamus magis q̄ deum, & minus q̄ corpus: & ita quantitas amoris non sequitur quantitatem notitiæ. ITEM. Quōd non sit ibi substantialitas, ut quia amor & notitia sunt habitus, & qualitates: ergo nō p essentialiter differant ab ipsa mente. ITEM. Rō Aug. est, p non sint in aia sicut essentia: quia se extendunt extra: sed hoc nihil est. Accidentia.n. se extendunt extra, ut calor calefaciēdo, & color immutando uisum. Præterea, hō cognoscit aliqua cognoscibilia scientia acquisita, quæ est accidens, & ita se extendunt extra.

RESOLVTIO.

Et quidem ordo .n. apparet ex cōparatione ad actus: æqualitas ex perfectione eorum: substantialitas ex connaturalitate ad animam.

RESP. Dicēdum, p sicut Aug. assignat, in his est ordo, æqualitas, & consubstantialitas. Ordo autem attenditur in his habitibus aīæ connaturalibus in cōparatione ad actus: sicut ponit ordinē fide, & spē, & charitate. licet simul infundat. Et sic patet qđ obī in contrarium: quia nō est ordo in ipsis habitibus absolute cōsideratis; sed per relationē ad actus. Similiter est ibi æqualitas secūdum conuersionem animæ supra se, & prædictorum habitūm perfectionem. Vnde dicit Aug. i. 9. de Tri. p non est in his habitibus æqualitas; nisi ſm p perfecti sunt. Et sic patet solutio ad illud qđ de amore obī: quia ille amor non est perfectus amor: sed libidinosus, & inordinatus. Vel dicendum, p æquales sunt ſm p sunt connaturales. Quantum.n. est q̄s habilis, uel facit ad cognoscendū se, tantum ad se amandum. De habitibus uero acquisitis malis uel bonis, non est uerū: & de his non intelligit. Similiter est ibi tertium, scilicet consubstantialitas: quia (secundum quōd dictum est supra) amor, & notitia animæ connaturales sunt; secundū quōd supra se conuertitur: & sic nihil omnino addūt super ipsas potentias. Per hoc enim p anima sibi præsens est, habet notitiam: per hoc p est unum sibi, habet habitum amoris: & ideo sicut potentiæ sunt consubstantiales animæ, ut supra uisum est, ita & huiusmodi habitus. Vnde & si uideantur dicere modum habitus, uel qualitatis: realiter tamen nihil supra potentias addunt. Et sic patet responsio ad obiectum, quōd non sunt qualitas isto modo. *Art. 2. q. 2.*

AD QVOD obī de rōne Aug. dicendū, p illa ratio nō cōcludit principaliter, p amor uel notitia sunt substantialiter in anima: & hoc quia tūc pari rōne posset dici, & obiici de oī amore; sed concluſit ex consequenti, qđ patet

sic.

sic. Cum enim amor extenditur extra suum subiectum alium amando, hoc est per uirtutem substantiæ, sicut per se; non est per substantiam. Si ergo amor, & notitia extendunt per uirtutem substantialem, & hæ sunt intelligentia, & uoluntas, & amor: quo anima amat se, est idem cum ipsa uoluntate: sic notitia qua cognoscit, nō est aliud q̄ intelligētia. Restat ergo q̄ amor & notitia respectu sui, sunt ipsi menti substantiales.

QVÆSTIO III.

An trinitas hæc imaginis, s. mentis notitiæ, & amoris necessariò ducat in cognitionem summæ trinitatis quantum ad personas?

VTRVM hęc trinitas imaginis scilicet mentis, notitiæ, & amoris, ducat necessario in cognitionem trinitatis quantum ad personas. Et uidetur, q̄ sic: quia in hac trinitate imaginis est relatio, sed in Deo non est relatio, nisi quo ad personas: ergo &c. ITEM. in hac trinitate est distinctio: quia notitia non est amor, &c. sed in deo non est distinctio nisi personarū: ergo &c. ITEM. in hac trinitate est origo unius ab uno, & tertii ab utroque: ergo cum ista sint propria personarum, patet &c. ITEM. in hac trinitate tertiò reperitur amor, qui est proprium spiritus sancti, & qui est ad alterum: ergo uidetur q̄ necessario ducat in trinitatem personarum.

CONTRA, hęc trinitas intelligitur in creatura sine distinctione personali: ergo potest intelligi & in Deo, sed hoc est falsum: ergo &c. ITEM. notitia, & amor sunt in qualibet personarum. sed per ea quæ sunt in omnibus nō uenitur in cognitionem distinctionis personalis: ergo &c. ITEM. intellecto q̄ una tantum esset persona, adhuc nosceret, & amaret se: ergo &c. ITEM. Philosophi istam trinitatem cognouerunt, & tamen nō cognouerunt trinitatem personarum, ergo hæc non ducit in illam.

RESOLVTIO.

Naturali ductu ducunt quidem in cognitionem appropriatorum non autem personarum.

RESP. Dicendum quòd per hāc trinitatem contingit cognoscere trinitatem in Deo, & hoc est attribuendo ea, quæ in hac trinitate sunt, illi summæ trinitati. Sed hoc potest esse dupliciter. Aut enim ista tria possunt poni attribui secundum substantiam: ut per mentem, intelligamus mentem in Deo, & per notitiam in anima, notitiam in deo: & sic de tertio: & sic non ducit in cognitionem trinitatis, nisi quantum ad appropriata, & sic intellexerunt Philosophi. Possunt etiam ista trahi ad Deum ratione proprietatum, quæ sunt, ordo, & origo, distinctio, relatio: & sic ducunt in cognitionem trinitatis quo ad propria: sed ista ponere, uel intelligere i deo pōt fides, & nō rō: & ita perfecta cognitio imaginis, nō hr nisi à fide. Vnde bñ cōcedendū est q̄ imago sit cognita, ut imago: ducit in cognitionē trinitatis, nō ät simpliciter, & p̄ hoc patet utraq; p̄.

AD ILLVD, q̄ obj, de amore dicēdū, q̄ amor p̄t dicere cōnexionem, & sic est coniuel pōt dicere cōnexionē, siue cōionem, uel donū, & sic hęt rōnē p̄sonę etc.

Di-

DISTINCTIO QVARTA.

De comparatione generationis ad terminum essentialem concretum, qualis est hoc nomen Deus.

HIC oritur quæstio satis necessaria. Constat enim, & irrefragibiliter uerum est, quòd Deus pater genuit filium. Ideo quæritur vtrum concedendum sit, quòd Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit Deum, uidetur quòd aut se Deum, & alium Deum genuerit. Si nerò alium Deum genuit, non est tantum unus Deus. Si autem seipsum Deum genuit, aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus, sanè catholicè concedi quòd vnus vnum genuit, & quòd Deus Deum genuit; quia Deus pater Deum filium genuit. In symbolo quoque scriptum est. Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Quod verò additur: ergo genuit se Deum, vel alium Deum: neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium Deum non genuit, manifestum est: quia vnus tantum Deus est. Quod autem seipsum non genuit, ostendit Augustin. in 1. Lib. de Trini. dicens, Qui putant eius potentiæ esse Deū, vt seipsum ipse genuerit: eò plus errant, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, neque corporalis creatura. Nulla enim res est, quæ seipsam gignat vt sit: & ideo non est credendum, uel dicendum, quod Deus genuit se. Cap. 1.

Alia quæstio de eodem.

Sed adhuc opponunt garruli ratiocinatores dicentes: Si Deus pater genuit Deum, aut genuit Deum, qui est Deus pater, aut Deum, qui non est Deus pater. Si genuit Deum, qui non est pater: ergo Deus est qui non est Deus pater: nō ergo vnus tantum Deus est. Si verò genuit Deum, qui est Deus pater: ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus determinantes istam propositionem, quam sic proponunt. Si Deus pater genuit Deum, aut Deū qui est Deus pater, aut Deū qui nō est Deus pater. Hoc.n. sane, & prauè intelligi potest: & ideo respondendum est ita. Deus pater genuit Deum: qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsum, & concedimus alterum, scilicet genuit Deum, qui non est pa-

ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter: nec tamen genuit alterum Deum: nec ille qui genitus est, est alius Deus quam pater, sed vnus Deus cum patre. Si uerò additur, genuit Deū, qui non est Deus pater: hic distinguimus, quia dupliciter potest intelligi: Genuit Deum qui non est Deus pater, scilicet Deum filium: qui filius non est pater, qui Deus non est: hic sensus verus est. Si uero intelligatur sic: genuit Deum, qui non est Deus pater, idest, qui nō est Deus qui pater est: hic sensus falsus est. Vnus enim & idem Deus est pater, & filius, & spiritus sanctus: et e diuerso, pater, et filius et spiritus sanctus unus est Deus.

Opinio quorundam circa proposita de Trinitate.

Quidam tamen veritatis aduersarij concedunt patrem & filium & spiritum sanctum, siue tres personas, esse vnū Deum, unam substantiam: sed tamen nolunt concedere, unū
Cap.6. Deum siue unam substantiam, esse tres personas, dicentes ūnam substantiam prædicari de tribus personis, non tres personas de substantia diuina. Fides autem catholica tenet ac prædicat, & tres personas esse unum Deum, & unam substantiam, siue essentiam, siue naturam diuinam: & unum Deum siue essentiam diuinam esse tres personas. Vnde Aug. in 1. Libro de Trinit. ita ait, Recte ipse Deus Trinitas intelligitur, beatus, & solus potens. Ecce quam expresse dixit, ipse Deus Trinitas: vt ostenderet & ipsum Deum esse trinitatem, & Trinitatē ipsum Deum. Item in eodem,
Aug. de Trin. li. 1. c. 6. In verbis, inquit, illis Apostoli, quibus de aduentu Christi agens, dicit: Quem ostendit beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, &c. nec pater propriè nominatus est, nec filius, nec
3. Tr. 6. spiritus sanctus: sed beatus & solus potens, idest, unus & solus Deus verus, qui est ipsa Trinitas. Ecce & hic aperte dicit vnum solum verum Deum esse ipsam Trinitatem: & si vnus Deus Trinitas est, ergo unus Deus est tres personæ. Item, in Lib. 5. de Trinita. Non tres Deos, sed vnum Deum
Cap. 8. dicimus esse ipsam præstantissimam Trinitatem. Item in Libro qui dicitur Enchyridion ad Laurentium cap. 9. Satis est Christiano rerum creatarum causam visibilium, siue invisibilium, nisi bonitatem credere creatoris, qui est Deus

verus, & vnus: nullamque esse naturam, quæ non aut ipse sit, aut ab ipso: eumque esse Trinitatem, patrem scilicet, & filium, & spiritum sanctum. Item Augustin. in Sermone de fide, Credimus vnum Deum, unam esse diuini nominis Trinitatem. Item in 6. Libro de Trinita. Dicimus Deum solum esse ipsam Trinitatem. Ecce & in his & alijs pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur, dicendum esse, et credendū, quòd unus Deus est Trinitas, et una substantia tres personæ: sicut econuersò Trinitas dicitur esse unus Deus, & tres personæ dicuntur esse una substantia.

Sermo. 129. de tria. cane de minus. 7.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet An Deus pater se Deum, an alium Deum genuerit.

Nunc ad præmissam quæstionem reuertamur, ubi quærebatur, an Deus pater genuerit se Deum, an alium Deum. Ad quod dicimus, neutrum fore concedendum. Dicit tamen Augu. in Epistola ad Maximum, quòd deus pater se alterū genuit, his uerbis, Præter ut haberet filium de seipso, non minuit seipsum: sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, & esset in filio tantus, quantus & solus. Quod ita intelligi potest, idest, de se alterum à se genuit: non utique alterum deum, sed alteram personam: uel genuit se alterum, id est, genuit alterum, qui hoc est quod ipse: nam et si alius sit pater quàm filius, non est tamen aliud quàm filius, sed unum.

Epist. 66. Maximo medico.

IN præcedenti Distinctione probauit Magister trinitatem, & unitatem per similitudines congruas & rationes. In præsenti Distinctione ponitur secunda pars, in qua soluit incidentes dubitationes. Et incidit dubitatio ex hoc, q̄ in diuinis est trinitas, & unitas, & ita aliquid distinguēs, & distinctū; aliquid indistinctum, ut terminī substātiales. Incidit ergo dubitatio ex cōparatione ꝓprietatis distinguētis, ad terminū substātialē. Hēt aūt hæc pars duas. In prima mouet dubitationē ex cōparatione proprietatis distinguentis ad substantiā uel essentiā. In secunda ad eius potentiā, infra Dist. 6. *Præterea quæri solet* &c.] Itē prima pars hēt duas; quia substātia pōt significari in concretione, ut per hoc nomen Deus; uel in abstractione, ut p nomē Essentia. Primo ergo mouet quæstionem ex comparatione generationis ad hoc nomen, Deus. Secundo ad hoc nomen Essentia, infra. Dist. 5. *Post hæc quæritur, utrum concedenda sit* &c.] Hęc aūt distinctio hēt quatuor par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

particulas, & hoc secũdum quatuor, quæ ibi tanguntur. In prima suppositio quòd hęc sit uera, Deus genuit Deũ, q̃rit de hac Deus genuit se, uel aliũ, q̃ soluunt interimẽdo. In secũda q̃rit de hac, genuit Deũ q̃ est Deus pater, uel qui non est Deus pater, & ad hoc soluit distinguendo ex parte p̃dicati, & hoc, ibi. *Sed adhuc opponunt &c.*] in tertia quærit de hac, Deus est trinitas, & probat multis auctoritatibus q̃ est uera, & hoc occasione prędictorum, ibi. *Quidam tamen ueritatis aduersarij &c.*] In quarta ad suum propositum redit. s. ad primo quęsitum, addens primæ solutioni, q̃ quãuis non sit concedendum genuit se, uel alium diuisim, tamen potest concedi cõiunctim, ibi. *Nunc ad præmissam quæstionem &c.*]

Dub. 1 *Deum de Deo, lumen de lumine &c.*] Quæritur, quia cum prępositio, denotet trãsitionem, & ita diuersitatẽ, & ita distinctionem, uidetur, q̃ pari rõne & æquipolleti, isti sunt uerę, Deus est alius à Deo, Deus distinguitur à Deo. Resp. Dicendum, q̃ dupliciter est importare distinctionem, siue diuersitatem. s. uel ut modum, uel ut rem, ut exercitam: uel ut cõceptam: quoniam ergo prępositiones important distinctionem, ut exercitam, & distinctio est in diuinis quantũ ad suppositа, facit terminum stare pro diuersis suppositis: quoniam ergo circa id ponit modũ circa qd̃ exercet distinctionẽ, & tales sunt p̃sonę, iõ est uera locutio. Quia uero hoc nomẽ, alius, importat distinctionẽ, ut cõceptã: similiter hoc uerbũ, distinguere, ideo simplr̃ ponit distinctionẽ circa terminum rationẽ suæ formę, ideo sunt falsæ.

Quod uerò additur. Ergo genuit se Deũ &c.] De hac rñsione Magistri q̃ritur, q̃ cũ Magr̃ soluit interimẽdo conclusionẽ, uĩ nõ rectè soluere. Cum. n. idem, & diuersum sufficiẽter diuidãt ens, uidetur necessario seq; genuit Deum: ergo se, uel alium. Resp. Dicendum, q̃ Magister subtrahendo primam, & interimendo conclusionem, innuit conclusionem, non sequi ex pręmissis: & quòd non sequatur, ostendit ferendo instantiam contra illud disiunctum. Ad illud, uero q̃ obiicitur, quod idem & diuersum sufficienter diuidunt ens. Dicendum, q̃ simpliciter loquendo falsum est. Nã pars, nec est eadẽ toti oĩno, nec simpliciter diuersa. Hẽt tñ ueritate ſm idem: uñ si non est idẽ alii, est diuersum: uerum est ſm illud, ſm q̃ non est idem: filius aũt nõ est idẽ patri in persona, & iõ in p̃sona alius: nec tñ sequitur alius deus: q̃a significat alietas in essẽtia.

Deus pater &c.] Quæritur de hac distinctione, q̃ ponit Magister de hoc prædicato, deus pater, q̃ potest esse constructio ad positiua immedita, uel mediata. Primo. n. uidet̃ q̃ ista distinctio non sit intelligibilis, qm̃ quę ex eadem parte intransitiue construuntur, uidẽt solũ immediatè construi. Item, uidetur q̃ nõ soluat, quia recta solutio est, cuius dantẽ oppositum, non cõuenit soluere: sed ista distinctione remota, adhuc manet sophisma si loco eius qd̃ est Deus pr̃, soli pater ponat: ergo &c. Resp. Dicendum, q̃ distinctio Magistri bona est, & ſm artem. Nam sicut uult Priscianus, inter adiectiuũ, & substantiuum, intelligitur media copula ens, uel qd̃ est ens: qm̃ hoc qd̃ est ens, siue qd̃ est pater, potest teneri implicatiuè, & sic restringit, & tenet locum appositiuę cõstructionis, & æq. ualet uni termino: ideo dicitur q̃ põt teneri, siue construi immediatè: & sic Deus pater, non est aliud q ipse pater. Vel ipsum relatiuum potest intelligi relatiue, & ita in quadam distantia, & tunc non restringitur, & sensus est: deus pater. i. Deus qui est pater, q̃ tm̃ ualet, est Deus, & ille est pater. Hæc autẽ solutio Magistri soluit quoddam sophisma quantũ ad unã deceptionem. & ideo est bona. Sed rursus cadit ibi alia deceptio de relatiuo: & ideo adhuc oportet soluere non ad illam deceptionẽ, sed ad aliã ideo Prępositiuus soluit: ad hoc argumentum alio mõ: ergo Deus qui est pater, uel qui non est pater: & dicit q̃ non sequit̃, & q̃ non sunt contradictoriæ, q̃a suppositio huius relatiui nõ est eadem. In affirmatiua. n sup ponit p̃ Deo genito, quia non confunditur. In negatiua uero, simpliciter. Vnde sicut hæ non cõtradicũt, sed ambę sunt falsę, nullus hõ est Petrus, Ioãnes est Petrus: ita dicit in proposito, q̃a negatio confunditur. Vnde istæ duæ ambę sunt falsę, Deus filius est pater, Deus nõ est pater: Sed licet solutio Prępositiui locum habeat in proposito, quia nõ differt præponere, & postponere, negationẽ huic termino, Deus: tamen in aliis nõ habet locum.

Negatio. n. postpositа relatiuo ipsum nõ cõfundit. Et ideo moderni aliter soluunt, distinguendo hoc relatiũ: [qui] qd̃ potest facere relationẽ simplicem, uel personalem. Si simplicem, affirmatiua uera est, negatiua falsa. Si p̃sonalẽ, ecõuersõ, negatiua, uera affirmatiua falsa. Quod pater, quia hęc est falsa: persona filii & pater: & hęc est uera, persona filii non est pater.

Vnus enim, & idem Deus est pater, &c.] Contra quæcunq; prędicantur de uno & eodem, prædicantur de se inuicem: ergo si unus Deus est pater, & filius: ergo pater est filius. Si tu dicas, q̃ uerum est quando prædicantur de uno singulari, sed non est uerum, quãdo prædicant̃ de uno communi. Contra, nihil subiicit duobus in una suppositione, q̃uis sit cõmune ad illa: unde hæc est falsa, homo est Sortes, & Plato: ergo simi'iter in proposito. Resp. Dicendum, q̃ sicut patet de suppositione huius nominis, Deus: secus est quãm de suppositione alicuius alterius termini: quia cũ habeat naturam terminicommunis, & discreti, ideo simul stat pro pluribus sicut pro uno, & iõ non sequit̃, Deus est pater, & filius, ergo deus p̃ filius, uel ecõuersõ. Similiter nec licet inferre ex hoc q̃ pater sit filius. Et notandum, q̃ talis prędicatio est per identitatẽ, ideo suppositum de termino formali uere prædicatur. Dub. 4.

Vnum solum uerbum Deum esse &c.] Videtur esse contra id qd̃ dicit inferius, scilicet q̃ trinitas est nomen collectiuum; unus, & solus nomen partitiuum, & di- Dub. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seretiuum: ergo sicut hæc est falsa, unus solus homo est omnis homo, ita & hęc. Respondeo. Dicendum, quòd hoc nomen trinitas, est collectiuum personarum: unus autem & solus, addita huic termino Deus, non dicunt discretionem psonæ, sed naturæ ab aliis. Vnde unus solus Deus dicitur una sola natura: & quoniam in diuinis est idem natura, & res naturæ, siue suppositum: ideo prædicatione per identitatem, trinitas de eo predicatur. Nec est simile de hoc quod est, omnis homo, & unus solus homo. Nam iste terminus Homo, est terminus q̃ potest confundi, & multiplicari, & ideo hæc est uera, omnis homo: nec stat simul pro pluribus, nisi cõfundatur: & ideo hęc est falsa, homo ẽ omnis homo: quia nec ratione supponendi est una, nec per idẽticatem, nec est idem in homine natura, & res naturæ.

Dub. 6 *Sat erst Christiano rerum &c.*) Videtur dicere falsum. Quoniã aut dicit satis quantum ad fidem, & sic est falsum, quia multa alia oportet credere. Aut satis quantum ad scientiam, & illud similiter est falsum, quia nũquam scitur ex hoc causa rei sufficienter. Respondeo Dicendũ, quòd intelligitur satis quantum ad scientiam, non quamlibet, sed necessariam ad salutem.

Deus pater se alterũ genuit &c.)

Dub. 7. Videtur male iungere illa duo: quia se, dicit omnimodam identitatem, & alterũ, diuersitatẽ, & sic sunt opposita & implicãtur. Si dicas q̃ unũ diminuit de altero, q̃ro quid, & de quo. Respon. Dicendum, q̃ oppositio directa intelligitur semper circa idem: quoniã ergo in diuinis simul est identitas in natura, & alietas in supposito, & hoc sine oppositione: ideo nomen identitatis, & alietatis in sermone uno, uniuntur sine oppositione ad singularis modi expressionem.

Pater ut haberet filium de seipso non minuit seipsum &c.) Videtur dicere falsum, quia illud argumentum ualet: quicumque sic generat unum filium, ut non possit amplius generare, minuitur eius potentia: sed sic est in patre: ergo. Respond. quòd illud uerum est, si generare alterum sit potentiæ, sed quòd uno genito alterum possit generare, dicit imperfectionem potentiæ in generando, quia ex hoc ostenditur, quòd totum dedit uni.

De se alterum à se genuit &c.) Quæritur utrum dicatur magis propriè alterum, uel alium: uidetur quòd alterum, quia minorem dicit diuersitatem, quia Sortes dicitur alterà se, sed in diuinis minima est diuersitas. Sed contra differentiæ accidentales faciunt dici alterum: sed in diuinis nullum est accidens: ergo non debet dici alterum. Item uidetur quòd neutrũ horum dicatur si enim differentiæ substantiales faciunt dici alium, & accidentales alterum: cum neutrum cadat in diuinis neutrum uidetur eẽ dicendum. Respondeo. Dicendum, q̃ quia pater differt a filio & in supposito & in proprietate: ideo potest dici alius, & potest dici alter. Sed qñ proprietas illa non accidit persone: ideo magis ꝓpriè dicitur alius. Et quia alius, respicit suppositum, aliud essentiam, ideo recipitur ibi alius in masculino, non tamen aliud in neutro.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An hæc locutio in diuinis admittenda sit. Deus genuit deum?

AD intelligentiam eorum, quæ tangit Magister in præsenti Distinctione quatuor q̃runtur. Primo utrũ hæc locutio sit concedenda in diuinis. Deus genuit deum. Secundo utrũ unitas essentiæ admittat hanc locutionẽ, deus genuit alium deum, uel deus ẽ alius a deo. Tertio q̃ritur de significatione huius nominis Deus, utrũ uidelicet grammatice possimus dicere plures deos. Quarto & ultimo quæritur de suppositione illius nominis Deus, utrum supponat ꝓ persona, uel pro essentia.

QVOD hæc locutio Deus genuit deum sit concedenda, uidetur ꝓ hoc quod dicit in Symbolo. Deum de deo: sed hoc non est, nisi per gignitionem: ergo deus generatur de deo: ergo illa locutio est concedenda, Deus genuit deum. ITEM. Generatio est respectu similis in natura, unde homo generat hominem: unde si in diuinis est generatio, producitur similis in natura: ergo cum pater sit deus, non generat nisi deũ: ergo hæc est uera, deus generat deum. ITEM. Quicquid habet filius, aut habet a se, aut ab alio. Sed habet deitatem, & non a se, quia sic esset ingenitus: ergo habet ab alio; sed non habet nisi per generationem, sed non habet deitatem nisi ab habente deitatem, & habens deitatem est deus. ergo &c.

CONTRA. Hoc nomen Deus significat essentiam, siue substantiam: cum sit terminus substantialis; sed hæc non conceditur, immo est falsa, essentia generat essentiam: ergo similiter & ista, deus genuit deum. ITEM. Hoc nomen deus, aut supponit pro omni persona, aut determinate pro aliqua. Si determinate pro aliqua; ergo restringitur eius significatio ab aliquo. Nec est dare quòd ab alio, nisi ab hoc uerbo, genuit, uel generat. Sed regula est, quòd terminus positus in prædicato, non restringit terminum a parte subiecti ratione significationis: ergo stat pro omni persona. Non ergo uidetur locutio uera secũdum quòd pro persona filii. ergo &c. ITEM. Iste terminus Deus, quãtum de se æque bene supponit pro filio, sicut pro patre: ergo cum filii sit non generare, sicut & patris est generare, si hæc est uera Deus generat, pro patre: eadem ratione & hęc, Deus non generat, ꝓ filio: si ergo hæc nõ conceditur, nec prima. ITEM. Contradictorie oppositæ sunt uerę de qualibet sub disiunctione: quia de qualibet affirmatio, uel negatio: ergo si Deus genuit deum, aut neũ q̃ est pf, aut neũ, qui nõ est pater. Sed quod implicat cõtingit simpliciter iferri, ut si dicat: homo, qui non currit, disputat: ergo homo non currit. ergo similiter si genuit deum, qui non est pater, Deus non est pater; sed si non est pater, non generat: ergo &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Salua essẽtiæ unitate, admittẽda est.

RESP. dicendum ꝙ prædicta locutio salua essentię unitate recipitur tam a Magistris, quam a Sanctis. Ad cuius intelligẽtiã quatuor regulæ sunt notandæ. Prima est, ꝙ nomen abstractũ imponitur formę, & a forma: ut albedo imponitur a forma albedinis. Nomen uero concretum imponitur a forma, sed non formæ, sed suppositi: ut album imponitur à forma albedinis: sed non formæ, sed suppositi, ut alicui rei albæ, homini, uel cygno. Secunda regula est, ꝙ terminus habens multitudinem suppositorum, sine distributione acceptus, stat pro illo, pro quo reddit locutionem ueram: ut cum dicitur: homo currit, uera est locutio pro currente, si aliquis sit currens. Tertia regula est, ꝙ termino habẽti formam non multiplicabilem, non differt præponere, & postponere negationẽ: unde non differt dicere, Petrus non currit. Quarta regula est ista, ꝙ relatiuum refert añs sub eodem modo supponendi, sub quo añs pectsit ipsum relatiuũ, nisi faciat relationem simplicẽ.

EX PRIMA regula patet.

RESP. AD PRIMVM. Cum. n. iste terminus, deus, sit cõcretus, & imponatur à forma essentiali. s deitate, tamen imponitur personæ, siue suppositi: sicut album imponitur ad albedine rei albæ, & ideo supponit & reddit locutionem ueram pro persona non pro forma. Hoc autem nomẽ Essẽtia, uel deitas est abstractum, & ideo imponitur formæ & a forma sicut albedo: & ideo essentiã significat, & supponit & ideo hæc est falsa: essentia generat essentiam, quia generatio nõ est formæ, ed suppositi: sed hæc est uera, Deus genuit deũ, pro persona. EX SECVNDA regula patet. respon. ad secundũ. Quamuis n. suppositio termini non arctetur: tamen pro illo stat, pro quo est locutio uera, ut homo currit pro Petro, uel Ioanne: si pro illo est locutio uera: nec tñ ad illum restringitur. Et hoc patet: quia si addat distributio, confundet illũ terminum pro omnibus: sed si esset restrictus, non confunderet nisi pro illis, ad quos se extenderet restrictio: unde aliud est terminum restringi ad unũ, aliud est reddere locutionem ueram pro uno. EX TERTIA regula patet respon. ad tertium. licet. hæc sit uera pro patre: Deus generat Deum: tamen hæc, Deus non generat Deum: non est uera pro filio. Cũ. n. iste terminus Deus, dicat formam non multiplicabilem, non differt ei præponere negationem, & postponere: ideo cum negatio præposita totaliter, & omo à subiecto remoueat prædicatum: sic & negatio postposita remouet totaliter prædicatum ab hoc termino, Deus, cum dicitur, Deus non generat, quia remouet a quolibet supposito: & ideo aliam modum habet supponendi in affirmatiua, ꝙ in negatiua: quia in affirmatiua erat locutio uera pro patre: in negatiua uero non potest esse ueritas, quia negatio removet totaliter prædicatum illud. EX QVARTA regula patet quartum. Cũ. n. relatiuum Gen-

nino habet suppositionem antecedentis, & iste terminus in prędicato supponat pro Deo genito, relatiuum refert pro illo: & ita sensus est, Deus genuit deũ, qui Deus genitus est pater, uel non est pater: & hæc est uera pro negatiua, nec licet inferre, ergo Deus: nec est pater: quia mutatur suppositio: imo est ibi figura dictionis.

QVAESTIO II.

An hæc concedenda sit, Deus genuit alium deum.

VTRVM unitas essentiæ admittat hanc, Deus generat alium Deum. Et ꝙ nõ, uidetur. Ansel. in Prosol. cum dicimus deum de deo: non intelligimus alium Deum, sed eundem de seipso. ITEM, si genuit aliũ deũ sed ubi est unus, & alius sunt duo: ergo si genuit alium, sunt duo dii. ITEM, alius dicit alietatem in generali: ergo cum generale specificetur per adiũctum: hoc nomen Deus specificat ipsum: sed si specificat, specificat ratione formæ: ergo notat alietas in forma ergo non est admittenda talis locutio. SED CONTRA. Generatio importat distinctionẽ, & distinctio alietatẽ aliquã: ergo & gñatio: ergo si hæc est uera, Deus genuit deum, & hęc per cõsequens, Deus distinguitur a deo, uel genuit alium deum. Si dicas, ꝙ nõ sequtur, quia generare importat distinctionem, ut modum, sed distingui, uel esse alium, ut rem. Contra. ad consequentiam, ut modum sequitur cõsecutio. ut res. Vnde si hæc est uera, homo est animal: cum ad hominem sequitur animal: & prętera constat ꝙ distinctio generationis non tantum est a parte intelligẽtis. uerumetiam a parte rei: ergo illi distinctioni, ut exercitæ, rñdet distinctio realis. ITEM, affirmatiua est falsa, Deus genitus est deus generans: ergo negatiua est uera. Deus genitus, non est deus generans. Sed sicut affirmatiua significat identitatẽ. ita negatiua diuersitatem: ergo sicut deum generantem, & genitum contingit adinuicem cõparari mediante negatione, ita mediante alietate: ergo hæc est uera. deus genuit alium deum. ITEM, pater, siue deus genuit alium. hæc est uera. constat ergo, aut alium deum, aut aliũ nõ deum: sed non alium non deũ, ergo &c. ITEM, alius, est terminus masculini generis, igit stat pro persona in partiuis terminis: ergo alius dicit alietatem personalem: sed hæc est uera. Deus genuit deum aliũ in persona: ergo similiter hæc est uera, Deus genuit alium deum.

Mora. 43

RESOLVTIO.

Minimè, cum alius, sit unum ex nominibus omnimodam distinctionem significantibus: quæ in diuinis locum habere non possunt.

RESP. Dicendum, ꝙ hæc consueuit distingui. Deus genuit alium deum, Quia alius potest teneri adiectiue, & sic ponit alietatem circa formã istius termini, Deus. & sic locutio est falsa. Potest etiam teneri substantiue, ut substantiuetur, & tunc est appositiua constructio sicut, animal homo: & est sensus hoc modo, Deus genuit alium deũ, idest genuit aliũ, qui est deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in hoc sensu est locutio uera. Sed licet illa distinctio in locutionib. theologicis propter quẽ dam proprium modum loquendi locum habeat, tñ quantum est de uirtute sermonis non esset distinguenda: quia adiectiuum adiunctum substantiuo, ut homo albus, non dicitur substantiuari: nec appositiua constructio dicitur ibi esse: maxime cum illa sit minus communis, respectu magis communis, vnde cum hoc nomen [alius] sit adiectiuum habens substantiuũ coniunctum, in prædicta locutione ponit alietatẽ circa ipsum ratione suppositi, & formæ. Et PROPTEREA si uelimus artificialiter procedere, iudicãda est talis locutio falsa. Propter hoc ad intelligentiam dictæ locutionis, notanda est regula communis. Non habet locum distinctio, ubi non est ex diuersis causis unio, Verbi gratia, pater, & filius, & spiritus sanctus uniunt in hoc nomine Deus, non ex diuersis causis, siue ratione diuersorum, sed ratione unius deitatis, siue essentiæ: unio ex diuersis causis est, ut in homine uniuntur Petrus, & Ioannes ratione diuersarum humanitatum, quia alia est humanitas Petri, & alia Ioannis.

Et iuxta hãc regulam ab opposito est alia regula accipienda. Non habet locum omnimoda unio, ubi est simul cum unione distinctio: ut pater, & filius, & spiritus sanctus uniũtur in una deitate, siue essentia, sed distinctionem habent ratione pluralitatis personarum. Secundũ hoc est attendendum, ꝙ in diuinis quædã uocabula important distinctionem solum: quædam omnimodam unionem: quædã medio modo. Quoniam ergo Deus generans, & Deus genitus & si sint personaliter distincti, tamen in dei unitate uniuntur, ex eadem causa, quia una deitate: ideo non recipiunt nomina importantia simpliciter distinctionẽ. Ideo hæc non admittitur, Deus distinguitur à Deo, similiter Deus genuit aliũ Deum. Item, ratione distinctionis non recipiuntur uocabula omnimodam importantia unionem in supposito & forma: unde hæc non recipitur, deus genuit se. Sed illa, quę medio modo se habent, recipiuntur: quale est hoc uerbum [genera:] quia dicit distinctionem in persona cum unitate essentiæ. Similiter hęc conceditur, pater generat alterũ se: unde Aug. ad Maximum. pater genuit alterum se: & similiter super Io. pater mittens filium, misit alterũ se. Et ex hoc est ꝙ non sequitur ad generationem uerbum simpliciter importãs distinctionem, Et sic patet primum.

AD ILLVD, quod secundo obiicitur de negatione, bene concedo, ꝙ est alietas: sed tamen non sequitur ꝙ possit dici alietas in essentia, siue forma deitatis. Vnde non sequitur, genitus est alius a generante, ergo alius deus, quia mutatur suppositio huius termini, deus. AD ILLVD, quod obiicitur terciò, aut aliũ deum, aut alium non deũ, Dico, ꝙ nõ sufficiẽter diuidit, quia non est contradictio, nisi accipiatur negatio respectu totius. In hac. n. genuit aliũ deũ, duo dñr. s. ꝙ deus deũ, & ꝙ aliũ in deitate: & ideo ad hoc ꝙ sumatur contradictio, necesse est quod feratur supra totum. Vnde sicut non ualet demonstrato monacho nigro, qui est albus p naturam, iste ant est albus monachus, aut albus nõ monachus ꝙa utraque falsa similiter intelligẽdũ est in proposito. Nec ualet, est deus, & est aliud: ergo est deus aliusmodi est ibi accidens. Sicut hic est bonus. & est citharedus, ergo est bonus citharedus. AD ILLVD, qđ ultimo obiicitur, dicendũ ꝙ [alius] quãuis sit masculini generis: tamen quia ponit rem circa subiectũ, ab illo trahit suppositionem: & ideo nõ tenet personaliter, nisi ẽm ꝙ substantiuatur, sicut & hoc nomen [unus] dicit unitatẽ substantialem, item si dicatur alius deus, alius, dicit alietatem substantialem: & ratio huius uadit, non tantum quia adiectiuũ, sed quia generale, quod specificatur per adiunctum.

QVAESTIO III.

An nomen hoc Deus congrue pluraliter instectis possint.

VTRVM hoc nomen grammatice significet pluralem numerum, siue an congrue possit dici, plures dii. Quod sic uidetur. Quia secundum Philosophum, intellectus idem apud omnes, quamuis uoces sint diuersæ: sed modi significandi consequuntur modos intelligendi: ergo eum apud hebræos congrue dicatur heloim, quod æquipollet ei quod est dii, ergo & apud nos. ITEM, sicut uult Philosophus, uerum *Ex 1. Peri-* presupponit congruum: unde *herme-* Catonis est, uel non est, nec uerum nec falsum significat: sed hęc uera est, non sunt plures dii, ergo congrua: ergo & hęc congrua, plures sunt dii, quia negatio non remouet incongruitatem. ITEM. sicut deus conuenit uni soli, ita principium creaturarum uni soli: sed quamuis falsò dicantur plura principia, tamen dicuntur congrue, ergo pari ratione possumus dicere plures dii. ITEM. hoc nomen Phœnix, non habet nisi unicum suppositum, tamen congrue dicitur plures phœnices. Si tu dicas, quòd suppositũ plurificatur per successionem temporis. Obiicio tibi de hoc nome sol, quod nullo tempore plurificatur, & tamen congrue dicitur plures soles, ergo & plures dii.

CONTRA. Omne nomen quod habet plurale, nomen est appellatiuum: propria enim nomina non plurificantur. Non enim dicitur plures Petri, uel Ioan. sed hoc nomen Deus, non est nomen appellatiuum: quia non significat formam multiplicabilem, ergo &c. ITEM, hoc nomen Deus, est proprium diuinę naturæ, sed nullum tale multiplicatur, ergo &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Vtique nuncupatiuè sumendo: non autem naturaliter; sic enim nomẽ proprium est.

RESPOND. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quòd hoc nomen deus, dicitur tripliciter, scilicet nuncupatiue, adoptiue, naturaliter. Primis duobus modis plurificatur, unde Apostolus. 1. Cor. 8. Si qui dẽ sunt dii multi, & domini multi sed tertio modo non: quia sic hoc nomen Deus significat diuinam naturam, cum conditionibus, quarum collectiones impossibile est in alio reperire: & ideo sicut nomen proprium non habet plurale (secundum artem loquendo) sic nec nomen dei.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, ꝙ apud hebreos habet plurale, quod est heloin, Dicendum quòd modi significandi non tantum requirunt diuersos modos intelligẽdi generales, sed etiam modos exprimendi. Quoniam ergo ipsi habent articulos, & modos exprimendi diuersos, quos nos non habemus, ideo illi possunt dicere; sed nos non. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ uerum præsupponit congruum: dicendum quòd duplex est incongruitas, una est ex discoherẽtia adiacentium, ut Catonis est: alia ex discoherentia intellectuum, ut cum dicitur; plures Petri Prima incongruitas tollit ueritatem, & falsitatem. Secunda uero incongruitas habet falsitatem coniunctam: & ideo quia per negationem removetur falsitas, & sancti malunt loqui uere, quàm proprietatem sermonis seruare, & loqui minus uere: ideo negant plures deos. Potest tamen dici quòd quamuis, hæc uox Dii non sit uox significatiua secundum artem, & impositionem: tamen est uox significatiua ex accommodatione usus. ut olli pro illo. & ideo generat falsum intellectum affirmatiua, & negatiua uerum, quamuis nõ grammaticè. AD ILLVD, quòd obiicitur, ꝙ principium uni soli conuenit: similiter & phœnix. Dicẽdum, ꝙ cõuenire uni soli est tripliciter. Aut enim est quia imponitur nomen a forma immultiplicabili, ut in propriis nominibus: & sic tollit pluralitatem re, & cõsignificatione. Aut imponitur a forma quæ nata est communicari, quamuis non communicetur propter determinationem: ut cui dicitur principium creaturarũ. Aut propter defectum materiæ: ut phœnix, & tale tollit pluralitatem secundum rem, non secundum consignificationem: quia potest consignificari talis forma, ut potest multiplicari per suppositа.

QVAESTIO IIII.

An nomen hoc Deus, personam, an naturam de se supponat?

DE suppositione huius nominis Deus. Et quæritur utrum hoc nomen deus de se supponat personam, uel naturam. Quod personam, uidetur per illud Ambro. sup Psal 66. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus. Ambr. Trina dei professio Trinitatem indicat personarum. Ergo cum Deus sit ibi sine additio, de se supponit personam. ITEM. Ratione obiicitur sic, hoc nomen homo, supponit pro eo, cui inest humanitas: ergo

similli, & hoc nomen Deus, supponit pro omni, cui est deitas: sed hoc est persona, ergo &c. ITEM, hoc nomen Deus significat deitatem concretione, sed non nisi in concretione ad suppositum, quod est persona: sed terminus cõcretus proprie supponit pro eo, respectu cuius importat formam: ut album magis proprie supponit pro re alba, quã pro forma: ergo &c. CONTRA, pronomen refert rem pro proprio supposito: sed cum dicitur, Benedicat nos deus, & metuant eum, hoc pro nomen Eũ, refert naturam, non personam: ergo &c. ITEM, quia iste terminus homo ꝓprie supponit pro indiuiduo, ista est falsa, homo est Sor. & Pla. quia idem indiuiduum non recipit illam prædicationem. Sed hæc est uera, deus est Trinitas, uel deus est pater, & filius: ergo cum illud prædicatum non conueniat uni personæ, patet &c. ITEM, terminus ꝙ ꝓprie supponit ꝓ persona, addito sibi termino partitiuo, stat solum pro uno, ut cum dicitur unus homo currit, ergo similiter cũ dicitur unus deus: ergo hęc est simpliciter falsa, unus deus est pater, & filius.

RESOLVTIO.

Vtrumque: cum & termini communis, & termini discreti naturam habeat?

RESP. Dicendum, ꝙ hic consuetuit esse duplex opinio. Vna quidem est, quod hoc nomen deus significat proprie naturam, & supponit personam: aliquando unam, ut cum dicitur, deus generat: aliquando duas, ut cum dicitur. deus spirat: aliquando tres, ut cum dicitur, deus est trinitas. Et ratio huius est (ut dicunt) quia cum multa suppositа habeat in natura termini communis, terminus autem cõmunis proprie supponit pro indiuiduo: pro natura uero, uel pro forma non supponit; nisi trahatur, ut si dicamus, homo est species, sic dicunt in proposito. Vlterius dicunt, ꝙ quia suppositа omnia sunt in illo una suppositione: ideo simul potest supponere pro multis personis: licet illud non possit iste terminus homo, uel alius terminus communis: & sic soluerunt obiecta.

ALIA opinio est, quòd proprie supponit naturam, sicut significat, & non supponit personam nisi trahatur ab alio: ut cum dicitur deus generat: & hi dicunt ꝙ cum dicitur Deus est trinitas, ibi stat pro natura non pro persona, & una natura est tres personę, ideo una est locutio. Et ratio huius positionis est, quia hoc nomen deus, habet naturam termini discreti, cum nõ habeat plurale, ideo idem significat, & supponit propriè: cum ergo significet naturam illam, proprie supponit. SED melius est dicere utrumque, quia habet natura termini cõis, & termini discreti. Termini cõis, ꝓp pluralitatem suppositorum: termini discreti, rõne formæ non multiplicabilis: quia ꝓprie supponit tam naturam quàm personam: tamen rationes ad utrãque partem concludunt uerũ suo modo: hoc aũt non põt in alio termino inueniri: & iõ nec consimilis modus supponendi.

HIC

Universidad de Deusto
Biblioteca

De comparatione generationis ad terminum essentialem abstractum, qui est essentia.

POST hæc quæritur utrum concedendum sit, Quòd pater genuit diuinam essentiam, uel quòd diuina essentia genuit filium, uel essentia genuit essentiam, an omnino nō genuit, nec genita est diuina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicimus, quòd nec pater genuit diuinam essentiam: nec diuina essentia genuit filium, nec diuina essentia genuit diuinam essentiam. Hic autem nomine essentiæ intelligimus diuinam naturam, quæ communis est tribus personis, & tota in singulis. Ideò non est dicendum, quòd pater genuit diuinam essentiam: quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam, diuina essentia relatiuè diceretur ad patrem, uel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiuè diceretur, uel pro relatiuo poneretur, non indicaret essentiam. Vt
Cap. 5. enim ait Aug. in 5. lib. de Trin. Quod relatiuè dicitur, non indicat substantiam.

Secunda ratio.

Item cū Deus pater sit diuina essentia, si eius esset genitor, esset utiq; genitor eius rei, quæ ipse est: & ita eadē res seipsam genuisset, quod August. negat, ut supra ostēdimus.

Tertia ratio, & potior.

Item, si pater est genitor essentiæ diuinæ, cum ipse essentia diuina sit & Deus sit, eo quod generat, & est, & Deus est. Ita ergo nō illud qd generatur, est à patre Deus, sed pater eo quòd generat, & est, & deus est. & si ita est, nō genito gignens, sed gignenti genitus causa est, ut & sit, & Deus sit. Si
Ca. 16 mili ratione probat Aug. in lib. 7. de Trin. quòd pater non est sapiens sapientia quam genuit: quia si ea sapiens est, ea est: hoc enim est sibi esse quod sapere. Quòd si hoc est sibi esse quod sapere: non per illam sapientiam, quam genuit pater, sapiens est. Quid.n. aliud dicimus, cum dicimus, hoc illi est esse quod sapere: nisi, eò est, quò sapiens est? Ergo quę causa illi est, ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est ut sit. Si ergo sapientia, quā genuit, illi causa est, ut sapiens sit, & causa illi

illi est, ut sit. Sed causam patri, qua sit, à patre genitam, nullo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est insanius? Ita ergo si pater genuit essentiam, qua est essentia quā genuit, causa est illi ut sit. Non ergo ipsam, quæ est, essentiā genuit. Nam in illa simplicitate, ut inquit Aug. quia nō Ibidē.
est aliud sapere quàm esse, eadem est ibi sapientia, quæ essentia: ideoque quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam, qua sapiens est: ita nec essentiā qua est. Vt.n. sapientia sapiens est, & potentia potens: ita & essentia ipse est. Eademque sapientia est, & potentia, quę essentia. Patet itaque ex prædictis, quia pater essentiam diuinam non genuit.

Sententia Augustini, quæ dictis aduersari nidetur.

Huic autem uidetur contrarium quod Aug. ait in lib. unico de Fide. & Symbolo c. 2. Deus cum uerbum genuit, id quod ipse est genuit: nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso id quod ipse est. Item, Deus pater, qui ne Ibidē.
rissime se indicare animis cognituris, & uoluit, & potuit, hoc ad se ipsum indicādum genuit, quod est ipse qui genuit. Ecce apertè dicit his uerbis, Deum patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est, non est nisi diuina essentia: uidetur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus, illa uerba sic intelligenda esse, dicentes: Pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est filium, qui est illud, quod pater est, & filius hoc est. Nam quod pater est, sed non qui pater est, & filius hic est.

Exequitur partes alias quæstionis.

Ita etiā nō est dicendū quòd diuina essentia genuit filiū. quia cū filius sit diuina essentia, iā esset filius res, à qua genetur: et ita eadē res seipsā generaret. Ita ēt dicimus, quòd essentia diuina non genuit essentia. Cū.n. una & summa quę dā res sit diuina essentia, si diuina essentia essentiā genuit, ea dē res seipsam genuit, quod omnino esse nō potest: sed pater solus genuit filiū, & à patre, & filio procedit spiritus S.

Quæ uideantur prædictis esse contraria.

Prædictis autem uidetur contrariū esse, quod dicit Augu. in lib. 7. de Trin. Hoc, inquit, est Deo esse, quod sapere.

mde

Universidad de Deusto
Biblioteca

unde pater, & filius simul sunt una sapientia, quia una essentia, & sigillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. Ecce his uerbis aperte dicit Augu. Sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia. Vbi uidetur significare, quòd sapientia sapientiam, & essentia genuerit essentiã. Idem in lib. de Fide ad Petrum ait: Sic Christum Dei filiũ, id est, unam ex Trinitate personam, Deum uerum crede, ut diuinitatem eius de natura patris natam esse non dubites. Hic uidetur dicere, quòd natura filij sit nata de natura patris. Idem in lib. 15. de Trin. ait. Dicitur filius consilium de consilio, & voluntas de uoluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Et hic uidetur dicere, quòd substantia sit genita de substantia, & sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinamus, Sapientia de sapientia, & substantia de substantia est. i. filius qui est sapientia, qui est substantia, est de patre, qui est eadem substantia, & sapientia: & filius, qui est diuinitas, natus est de patre, qui est natura diuina. Et ut expressius dicamus, dicimus filium sapientiam esse de patre sapientia, & dicimus filium substantiam esse genitum de patre, & à patre de substantia. Quòd autem ita intelligi debeat, Aug. ostendit in lib. 7. de Trini. dicens: Pater ipse sapientia est: & dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est, sicut lumẽ de lumine, et uterque unum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia, & uterque una sapientia, & una essentia. Item ideo Christus dicitur uirtus, & sapientia Dei, quia de patre uirtus & sapientia, etiam ipse uirtus, & sapientia est, sicut ipse lumen de patre lumine est, & ipse fons uitæ est apud Deum patrem fontem uitæ. Filius ergo sapientia de patre sapientia est, sicut filius lumen de patre lumine, & Deus filius de Deo patre, ut & singulus sit lumen, & singulus Deus, & singulus sapientia, & simul unum lumen, unus Deus, una sapientia. Ecce manifestè his uerbis aperit August. ex quo sensu accipienda sint prædicta uerba, & his similia, scilicet cum dicitur substantia, uel substantia genuit substantiam.

Augu. de Trinit. lib. 7. ca. 1. & 2. Cap. 2.

Augu. de Trini. lib. 7. c. 1. circa finẽ capitis.

Quid

Quid uideatur prædictæ expositioni contrarium.

Huic uero etiam id contrarium uidetur, quod Hilarius ait in 4. lib. de Tria. Nihil, inquit, nisi natum habet filius: & genuit honoris admiratio in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat (tota enim in eo est diuina essentia) uidetur, quòd ipsa diuina essentia nata sit. Item, in 5. lib. ait, Natiuitas Dei non potest eam, ex qua prouecta est, nõ tenere naturam, nec enim aliud quàm Deus subsistit, quod non aliunde quàm de deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatem Dei prouectam ex natura: & ita uidetur ex his uerbis, atque prædictis natura Dei, & genita genuisse. Quod apertius dicit in lib. 9. de Trinit. Nos (inquit) unigenitum Deum in forma Dei manentem in natura hominis mansisse profitemur, nec unitatem formæ seruilis in naturam diuinæ unitatis refundimus, nec rursum corporali insinuatione patrem in filio prædicamus, sed ex eo eiusdem generis genitã naturam, naturaliter in se gignentẽ habuisse naturã, quæ in forma naturæ se gignentis manens, formam naturæ, & infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat Dei natura, ne esset, sed in se humilitatem terrenæ natiuitatis manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumptæ humanitatis exercens. Ecce hic aperta dicit, & naturam genuisse, & naturam genitam, & naturam assumpsisse naturam: quod à plerisque negatur. Item in eodem. Nunquid unigenito deo contumelia est, patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo natiuitas unigenita, in naturam unigenitam subsistat? Ecce & hic dicit unigenitam naturam.

Non ita generaliter libri, circa fine lib. 5.

Quomodo sint intelligenda præmissa uerba Hilarij.

Sed quia hæc uerba sane uult intelligi, ipse idem dicit in 4. lib. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Hæc ergo uerba ita intelligi possunt, Nihil habet filius nisi natum, id est, nihil habet secundum, quòd Deus est, nisi quod nascendo accepit, & ipse nascendo patris in se subsistentem naturam habuit, unde Hilarius addit in 5. libro. Eandem naturam

circa mediã eiusdẽ quarti.

Circa finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam habet genitus, quam ille qui genuit: ita tamen, ut natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse, cum genitus sit? Sed in his ipsis subsistit ille, qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit: quia non est aliunde quod genitus est: & ideo non refertur aliud quod in uno subsistit, & ex uno. Ac sic in generatione filij & naturam suam (ut ita dicam) sequitur indemutabili: deus indemutabilem deum gignens, nec naturam suam deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subsistentem ergo in eo dei naturam intelligamus, cùm in deo deus insit, nec præter eum, qui deus est, quisquam deus alius sit: quia ipse deus, & in eo deus. Naturæ ergo dei patris ueritas, in dei filio esse docetur, cùm in eo deus intelligitur esse qui deus est. Est enim unus in uno, & unus ab uno.

Ioan. 4 Ego in patre et pater in me.

Quod legitur, pater de sua substantia genuisse filium, & filium substantiæ patris.

Cap. 1. Dicitur quoque, & frequenter in scriptura legitur Patrem de sua substantia genuisse filium, unde Augustin. in lib. de fide ad Petrum ait, Pater deus de nullo genitus deo, sed mel de sua natura sine initio genuit filium deum sibi æqualem, & eadem qua ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternum: Ecce hic dicit Augustin. filium genitum de natura patris. Est autem una natura patris, & filij, & spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filij & Spiritus sancti, imò de natura trium personarum. Idem quoque Aug. in lib. 10. & 15. de Trin. dicit Christum esse filium substantiæ patris, & de substantiæ patris genitum, tractans illud uerbum Apostoli loquentis de deo patre sic, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii charitatis suæ. Quod dictum est, inquit, filii charitatis suæ, nihil aliud intelligitur, quam filius sui dilecti, quàm filii substantiæ suæ. Charitas quippe patris quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quàm ipsa natura atque substantia, ut sæpe diximus, & sæpe iterare non piget, ac per hoc filius charitatis eius nullus alius est, quàm qui de substantia eius est genitus. Ecce hic aperte dicit Aug. filium esse genitum de substantia patris & filium substantiæ patris. Idem quoque Aug. in lib. 3. contra hæreticum Maximinum substantiam Dei genuisse filiũ, & filium genitum de substantia patris asserit, dicens: Carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de se ipsa gignere filium non putatis, nisi hoc patiatur, quod substantia carnis patitur quando gignit. Erratis non scientes scripturas, neque uirtutem Dei. Nullo enim modo uerum Dei filium cogitatis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius, & Deo donante factus est Dei filius ex Deo natus, gratia non natura. Antè etsi non hominis filius erat, tamen iam aliqua erat qualiscunque creatura, & in Dei filium Deo mutante conuersa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus uos putare de nihilo esse Dei filium, affirmatis, non uos dicere de nihilo esse Dei filium. De aliqua ergo substantia est: & si non de substantia patris, de qua sit, dicite: sed non inuenietis. Iam ergo unigenitum Dei filium Iesum Christum de patris esse substantia, non uos nobiscum pigeat confiteri. Idem in eodem. Vtique legimus, ut simus in uero filio eius Iesu Christo. Dicite ergo nobis, Vtrũ iste verus Dei filius, ab eis qui gratia filij sunt, quadam proprietate discretus, de nulla substantia sit, an de aliqua? Non dico (inquis) de nulla nec dicam de nihilo: ergo de aliqua substantia est. Quæro, de qua? si non de patris substantia est, aliam quære. Si aliam non inuenis patris agnosce substantiam, & filium cum patre homousion confitere. Idem in eodem. Confiteor Deum patrẽ omnino incorruptibiliter genuisse, sed quod est ipse genuisse. Itẽ, Dico quod sæpe dicendũ erat, Aut de aliqua substantia est natus Dei filius, aut de nulla. Si de nulla: ergo de nihilo, quod uos iam non dicitis: si uero de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verus filius: si verò de patris substantia, unius eiusdemque substantiæ sunt pater & filius. Vos autẽ, nec si lium Dei de substantia patris genitum vultis, & tamẽ eum, nec ex nihilo, nec ex aliqua materia; sed ex patre esse concedi tis: nec uidetis quã necesse sit, vt qui non est ex nihilo, nec ex aliqua alia re, sed ex Deo, nisi ex Dei substantia esse non

Cap. 19 circa finem.

Colo. 1

Tom. 9. Ca. 14.

Mat. 20

1. Ioã. 5 Paulo inferius in eodẽ ca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit, et hoc esse quod Deus est, de quo est, id est Deus de Deo natus: quia non alius priùs fuit; sed natura coæterna de Deo est.

Summa & determinatio dictorum.

His uerbis præmissis innui uidetur, quòd diuina substantia filiũ genuerit: & quod filius sit genitus de substantia patris, & quòd de Deo est natura coæterna, & quòd pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est, diuina essentia est: & ita putari potest diuinam essentiam genuisse. Verebamur mouent nos hæc uerba, quæ quomodo intelligẽda sint, mallem ab alijs audire, quàm ipse tradere. Vt tamen sine præiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta puto sunt accipi. Natura coæterna de Deo est, id est, filius coæternus patri de patre est, ita quòd est eadem cum eo natura, uel eiusdem naturæ. Quem sensum confirmat Aug. ibidem subijciens, et quod dixerat quasi explanans. Dicto enim, Natura coæterna est de Deo, addit, Non est aliud filius quàm aliud de quo est, ideſt, unius eiusdemque substantiæ est. Deinde apertius talem intellectum ex prædictis uerbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum, dicens: Trinitas hæc unius eiusdemq; substantiæ est: quia non de aliqua materia, uel de nihilo est filius: sed de quo est genitus. Item Spiritus Sanctus non de aliqua materia; uel de nihilo est: sed inde est, unde procedit. His utique uerbis apertè ostenditur ratione dici filium esse de substantia patris, qua est de patre genitus, ita quòd est eiusdem substantiæ cum eo: Spiritum Sanctum esse de substantia patris & filij: quia ab utroque procedit, ita quòd est eiusdem substantiæ.

Li. 3. cõ tradita Arminiũ 34. Circa principiũ capitis.

Eodẽ c. Aug. ibidem.

Quod nec filius, nec Spiritus sanctus est de nihilo: sed de aliquo; nec tamen de materia.

Ostẽditur quoq; ex illis uerbis filiũ & S. S. non esse de nihilo: sed de aliquo, nec tamẽ de aliqua materia. Vnde etiam Hilarius in 12. Lib. de Trin. ait, Vnigenitus Deus cũ natus sit, patrẽ testatur authorẽ: cum ex manẽte natus est, nõ est natus ex nihilo, et cum ante tẽpus natus est, omnem sensum præuenit nascẽdo. Hic aperte dicitur, quod filius non est natus ex nihilo. Similiter & Spiritus Sanctus non est dicendus esse, uel procedere ex nihilo: quia filius de substantia patris natus est, id est, à patre est, cum quo eiusdem substantiæ est, & eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud, Pater genuit id quod ipse est, id est filium, qui est hoc qd pater. Et hoc ita debere intelligi Aug. aperit dicẽs in 1. Lib. contra Maximinum, Hoc genuit pater quod est: aliquin non est uerus filius, si quod est pater, non est filius. Itẽ, Substantia Dei genuit filium, id est, pater substantia genuit filium, qui est eadem substantia, & eiusdem substãtiæ. Quod sic esse intelligendum Aug. ostendit dicens ad Maximinum, Sicut dicis, Spiritus Spiritum genuit: ita dic, spiritus eiusdem naturę, uel substantiæ spiritum genuit. Item sicut dicis, Deus Deum genuit: ita die, Deus eiusdem naturæ, uel substantiæ Deum genuit. Hoc si credideris, & dixeris, nihil de hac re ulteriùs accusaberis. His enim uerbis, aperit quomodo prædicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris, uel pater genuit filium de sua natura, si ue essentia, id est, de se natura & essentia genuit filium eiusdem substantiæ, ac naturæ, & qui est eadem essentia, ac natura. Similiter expone illud, filius substantiæ patris, & filius patris substantiæ, id est, qui est substantia, cum quo & filius eadem substantia est: quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex his uerbis Aug. qui in Li. 5. de Trin. ait, Tres personas eiusdem essentiæ, uel tres personas unam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. His uerbis ostenditur non esse dicendum personam esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. Qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in Lib. 15. de Trin. idem ait. Sicut nostra scientia scientiæ Dei, sic & nostrum uerbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi uerbo dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem, ac si dicerẽ, de patris scientia, de patris sapiẽtia: uel (qd est expressius) de patre essentia, de patre sciẽtia, de patre sapiẽtia. Ex hoc itaq; intellectu, uerbũ Dei patris unigenitus filius per oĩa patris similis, et æqualis rectè dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia:

Tom. 6.

Cap. 6.

Ca. 13. & 14.

Ex c. 14

Nõ lege à medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia hoc est omnino, quod pater non, tamen pater: quia ista filius, ille pater.

Quare uerbum patris dicatur filius naturæ.

Inde est quòd solus unigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem naturæ est, et eadem natura est cũ patre. Vnde Hila. in Lib. 1. de Tri. de Christo loquens ait, Natura filius est, quia eandem naturam quam ille qui genuit, habet.

IN precedẽti Dist. mo uit Magister qõnem de comparatione generationis ad terminum essentialem concretũ, qualis est hoc nomen, deus. In præsenti mouet quæstionem de cõparatione generationis ad terminum essentialem abstractum, q est essentia. Et diuidit hæc pars in duas partes. In prima parte mouet qstionem ex cõparatione gnationis ad essentiã ratione terminj, uidelicet utrũ essentia gnetur. In secunda in ratione principit. Vtrum essentia generet, &c. ibi, *Non est etiam dicendum quòd diuina essentia, &c.*] Itẽ, pri prima pars habet quatuor partes. In prima parte proponit p blemata, uidelicet utrum essentia generet, uel generetur. In secunda adducit rationes tres ꝓbantes q essentia non generatur a patre, ibi. *Ideo non est dicendum quòd pater genuit, &c.*] In tertia adducit rationes in contrarium ibi. *Hinc autem uidetur contrarium, &c.*] In quarta, & ultima soluit, & exponit, ibi. *Ad quod respondemus, &c.*] Similiter secunda pars istius distinctionis in qua Magister determinat secundam partem quæstionis, quæ est in comparatione generationis ad essentiam in ratione principii: habet tres partes. In prima determinat istam quæstionem dicens, q essentia non generat; sed & hoc confirmat per rationem ducentẽ ad impossibile. In secunda uero adducit auctoritates, quæ sunt ẽ cte contrariæ prædictæ solutioni, ibi. *Prædictis autem uidetur contrarium esse, &c.*] In tertia uero adducit auctoritates, ex quibus potest elici contrarietas, ibi. *Dicitur quoque, & frequenter &c.*] Prima pars habet quatuor partes. In prima parte adducit auctoritates Augus. contrarias prędictæ solutioni in secũda auctoritates adductas exponit ibi. *Sed hæc determinamus, &c.*] In tertia uero cõtra prædictas expositiones adducit auctoritates alias Hilarii, in quibus notatur expressio contrarietas, ibi. *Hinc uero contrarium uidetur esse, &c.*] In quarta uero auctoritates ꝑdictas explanat & expositionem suam per uerba Hilarii confirmat, ibi. *Sed quia hæc uerba sane multum &c.* Similiter pars illa, *dicitur quoque et frequẽter in sacra scriptura &c.* tur, ꝫ qua obi cõtra solutionẽ auctoritates, ex qbus elicit ctæ solutionis cõtrarietas [qa his nõ dicit q essentia generet uel gnetur: sed q de essentia, de substãtia patris filius gnetur quatuor hæc particulas. In prima adducit auctoritates in cõtra In 2da uero adductas explanat ibi. *Hic uerbis præmissis innuitur &c.*] ubi resumit ꝑdictã expositionem. In tertia ex prædictorum opinione elicit quoddam corollarium ibi. *Ostenditur quoque ex illis uerbis &c.*] In quarta, & ultima redit ad propositum, & ostendit expositionem suam bonam esse per auctoritatem. Augus. ibi. *Et hoc ita debere intelligi &c.*]

Deo non est dicendum, quòd pater &c.] Ista ratio uidetur ducere ad hoc inconueniens. s. q si essentia generaretur à patre, essentia poneretur pro relatiuo. Sed hoc nullum uidetur inconueniens. Si n. magis conuenit essentia cum suppposito, quã uniuersale cum singulari, si nõ est inconueniens, cum uniuersale ponitur pro singulari, nec est inconueniens q essentia ponatur pro relatiuo. Rñ. dicendũ q si essentia poneretur pro relatiuo, esset inconueniens, non à parte rei, sed à parte expressionis fidei. Tunc. n. uideretur, & notaret unitas essentiæ in quadam distinctione. Esset etiam inconueniens, quia quod ponitur pro relatiuo inquantum huiusmodi, nõ indicat essentiam. Si enim essentia poneretur pro relatiuo, essentia aliquando nõ indicaret essentiam, quod est omni rationi contrarium.

Item, cum deus pater &c.] Ista rõ uꝫ ducere ad hoc inconueniens. s. q cum deus pater sit diuina essentia si eius esset genitor, utique esset genitor eius quod ipse est: Contra, essentia dicit qd commune, sicut & hoc nomen Deus, sed si dicat homo Petrus generat hominem, & ipse est homo, ergo generat se: argumentum illud non ualet. Similiter uꝫ hic, pater generat Deum, ergo &c. pari rõne nec in proposito. Rñ. dicendum q commune dicitur q est in multis, sed hoc potest esse tripliciter. Aut quia pluraliter in multis & quantum ad formam, & quantum ad suppositum, ut hoc nomen homo, & tale habet unitatẽ rationis, quæ admittit distinctionem, & quãtum ad rẽ, & quantum ad modum. Vnde bene dr, homo est ab homine, & duo homines. Alio modo est commune, quod pluraliter quantum ad suppositum, non quantum ad formã, ut hoc nomen deus, & tale habet unitatem rei ꝫm q res nominat naturam cum multiplicatione suppositorum, & iõ recipit distinctionẽ, & importat distinctionem, ut modum, non ut rem. Vnde conceditur, Deus de Deo; sed non, Deus est alius à Deo. Tertio modo est cõe ꝫm nomen quod est in multis, nec tñ pluraliter quantum ad formã quia est unũ in multis, nec quãtũ ad suppositа, quia pro illis nõ supponit, ut hoc nomen Essentia: de tali cõi uerũ est dicere q non recipit distinctionẽ nec quantum ad modum, nec quantum ad rẽ; tunc. n. notaret idem distingui a se, & ira argumentũ Magistri est bonũ. Si pater genuit essentiam, pater genuit se: quia loquitur de cõi a parte uocis significantis, non à parte rei: quia à parte rei, eadẽ cõitas est in hoc q est Deus, & in hoc q est Essentia.

Et si ita est, non genitus &gneus &c.] Obiicitur contra ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam rationem. Si pater genuit diuinam essentiam, tunc genitum gignenti causa est ut sit, & Deus sit. Sed hæc ratio nihil uidetur ualere: qa ratio causæ nõ cadit in diuinis: cã enim est ad cuius esse sequitur aliud, sed in diuinis non est aliud, ergo &c. Item non sequitur, pater genuit sapientiam: ergo est sapiens sapientia genita: ergo pari ratione, nec prædicta solutio ualet. Respon. Dicendum q̃ sumendo nomen causæ proprie, non cadit in diuinis: cadit tamen & recipitur ratio principiantis, & ratio informantis, & pro his accipitur nomen causæ. Quoniam ergo ratio essendi signatur per hoc nomen essentia: ideo essentia signatur quodãmodo in ratione causæ respectu entis. Si ergo essentia esset genita ab ente, significaretur in rõne effectus, siue principiati, & idem esse tunc principium, & principiatum respectu eiusdem, quod est impossibile, & in hoc fundatur ratio Magistri. Ad illud, quod obiicitur de sapientia, dicendum q̃ tactum est de ipsa in Quæstionibus extra literam: quia nomen ita abstractum sicut essentia, non supponit pro relatiuo, & ita est accidens. Pater est sapiens sapientia, & genuit sapientiam: ergo est sapiens sapientia quam genuit, uel sapientia genita. In nomine autem essentiæ non est accidẽs: quia idem signat, & supponit: & ita non est dicendum q̃ diuina essentia genuit filium.

Colligitur ex 7. Metaphy. tex cõ.

Abbas Ioachi

CONTRA hoc obiicit Ioachim tã cõtra positionẽ, q̃ cõtra rõnem. Contra positionẽ, quia si essentia nec gñat, nec generat, nec procedit: ergo in diuinis est res generãs, & genita, procedẽs & res nec generans, nec genita, nec procedens, & ita est quaternitas, si sunt ibi quatuor res. Ad irridet rõnem Magistri, si essentia generat essentiam, & essentia est una res: ergo una res genera seipsam. Similiter inquit Ioachim, potuistidicere Petre, deus generat deũ, unus est deus: ergo una, & eadem res generat seipsam. R ñ. dicendum, q̃ Ioachim nõ recte arguit, & deficit sua ratio: quia res non accipitur uniformiter. Quia cũ dr res primo modo, ibi accipitur res pro re turq̃, sed cũ accipit secundo modo, accipitur pro ipsa natura diuina. Præterea, deficit ab inficienti: quia non ualet, Si aliquis dicitur de altero, & nõ dicit alio, q̃ propter hoc illa faciãt numerum. Vnde non ualet. Petrus est indiuiduum, homo non est indiuiduum, ergo homo, & Petrus sunt duo. Habere.n. proprietatem & non habere, nõ sunt ad distinguendum. Ad instans eius dicendum, q̃ non recte arguitur: quia essentia est res una quantum ad suppositum, & significatum (non.n. supponit personam. Sed deus est res una quantum ad significatum, sed plures quantum ad suppositũ. Et ideo ignoranter Ioachim reprehẽdit Magistrũ, & quia cũ esset simplex nõ est reueritus Magistrum, sic iusto dei iudicio damnatus fuit libellus eius in Lateranensi Concilio, & positio Magistri probata.

Nihil nisi natum habet filium &c.] Quæritur circa hæc uerba Hilarii de hoc uerbo Accepit utrum dicat substantiã, uel relationem. Si substantiam: ergo pater similiter accepit. Si relationem, cum essentiam acceperit filius, essentia est accepta: ergo essentia refertur. R ñ. Dicendũ, q̃ accipere dicit duo. s. habere, & esse ab alio, quantum ad habere, respicit essentiam, sed quantũ ad hoc quod est esse ab alio, respicit personam: unde per uerbum accipiendi, significatur q̃ essentia habetur a persona, quæ est ab alio.

Et ideo non refertur ad aliud &c.] Ex uno hoc uidetur falsum, qm̃ filius subsistit a patre, tñ refertur ad spiritum. Respon. Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, q̃ filius non hẽt respectum nisi ad unã personam, & hoc intelligitur inquantum filius: quia inquantũ spirans est, refertur ad alium: uel q̃ persona filii non habet respectum nisi ad unam naturam, & hoc uerũ est: quia filius non habet in se nisi naturam patris. *Dub.5*

Et naturam suam (ut ita dicam) sequitur &c.] Contra. In diuinis nõ est prius nec posterius, & ita nec præcedere, nec sequi. Si tu dicas q̃ est fm rationem intelligendi: hoc nihil est: quia deus gignens, nec fm rem, nec secundum intellectum sequit aliud. Resp. Quòd Hilarius improprie loquitur, & ideo addit determinationem, ut ita dicam: & tantũ uult dicere sequi, quantum inse parabiliter communicare, & cõsonare, & ab illo non recederet & hoc patet persequens. *Dub.6*

Semel &c. genuit filium, &c.) Videt male dicere semel, Quia semel dicit uicissitudinem, sed in generatione æterna, nulla cadit uicissitudo: ergo &c. Respõ. Dicendum, q̃ semel põt dicere, uel nunc tẽporis, uel nunc æternitatis. Et si dicat nunc temporis, cum tempus habeat diuersa nunc, denotat intercisionem. Si autẽ nunc æternitatis, cum illud nunc semper est, & est inuariabile, & unum: semel dicit omnimodam inuarietatem, perfectionẽ, & unitatem. *Dub.7*

Filij charitatis suæ, &c. Quæritur, utrum charitas accipiatur ibi essentialiter, aut notionaliter. Si essentialiter: ergo Christus filius est essentiæ, quod non conceditur. Si tu dicas q̃ est impropria locutio, & est sensus, filii essentiæ, ideſt qui est essentia, tunc nullus uidetur sensus, & q̃ nihilo additum est hoc, quod est charitatis. Et rursus Aug. exponit filii charitatis, ideſt dilecti, sed pater diligit filiũ spiritu sancto: ergo &c. Si propter hoc dicas, q̃ tenetur notionaliter, tunc ergo filius dei est filius spiritus sancti, quod omnino est absurdum. Resp. Quòd pp hoc dicũt aliqui q̃ ille Genitiuus, nec proprie essentialiter, nec proprie notionaliter, sed medio modo tenetur, ideſt appropriate. Licet enim charitas sit omnibus communis, & proprium spiritus sancti: uno tamen modo appropriate conuenit patri: quia charitas amor gratuitus est, qui tñ dat, & non accipit, & hoc est in persona patris, ideo appropriat patri. Alio modo dici potest quòd charitas ibi tenetur essentialiter sicut dicit Aug. quia nihil aliud est dicere filii charitatis, q̃ filii substãtiæ. Sed Genitiuus nõ con- *Dub.8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

struitur in ratione principii, sed ex ui declarationis essentiæ: & est sensus, & filii charitatis, idest filii chari, & filii substantiæ, uel etiam naturæ, hoc est filii consubstantialis, & naturalis.

Filium cum patre homousion con
Dub.9. *fitere, &c.*] Contra, quia cum filius naturalis partem substantię trahit à patre, partem à matre, in his interioribus, & in deo totam substantiam trahat à patre, uidetur ꝙ parer non tm̃ deberet dici pater, sed & mater, & multo fortius mater: quia mater plus dat q̃ pater. Item. Filius dei uocat se sapientiam; & sapientia est quæ concipitur, & parturitur. Prouerb. 8. ergo cū hoc sit proprium matris, uidetur ꝙ pater propriꝰ deberet dici mater, q̃ pater. Resp. Dicendum, ꝙ nomē matris non transfertur ad diuina. Et unam rationem assignat
Cap.40 Anselmus in Monologio: quia principium maternum præexigit aliud principium prius. Ratio huius est: quia mater est principium passiuum, & omne tale mouetur ab alio: ergo ante ipsum est principium aliud: quoniã ergo principium generationis filii est principium, & est pure actuale: ideo nullo modo trãsfertur maternũ principiũ. Trãsfertur tm̃ actus maternus ut concipere, & parturire: pro eo ꝙ ibi agit unũ principiũ, & hic duo.

Filium & Spiritum sanctum non
Dub.10 *esse de nihilo, &c.*] Videtur hoc falsum: qa id quod de nulla proiacẽti materia est, de nihilo est, sed filius, & spiritus sanctus sunt huiusmodi: ergo &c. Si tu dicas ꝙ filius, & spiritus sanctus sunt de aliquo ut de patre. Quæritur tunc utrũ pater sit de nihilo, & uꝝ ꝙ sic: quia non aliquod, & nihil, cõuertuntur, sed pater non est ex aliquo: ergo est ex nihilo. Item: Quia pr̃ non hẽt principiũ effectiuũ, ideo dicitur esse a nullo. Simili mõ cũ non habeat materiã, debet dici de nihilo, si cõcedatur de patre. Contra omne qđ habet esse de nihilo, est creatura: ergo &c. Item, quod est ex nihilo, est uertibile in nihilum, ergo &c. Respon. Dicendum, ꝙ cum dicitur aliquid esse de nihilo fm Anſel. in Monolo. tripliciter potest intelligi. Vno modo ut [nihil] accipiatur simpliciter priuatiue, uel negatiue, ut cum dicitur de tacente, ille loquitur de nihilo. Alio mõ positiue, ut si ita dicatur, aut intelligãt aliquid fieri ex nihilo, sicut cultellus de ferro. Tertiò modo partim positiue, partim priuatiue, ut si dicatur aliquid fieri ex nihilo: quia post nihil est aliquid, sicut dicitur de paupere fit diues. Ratio autem huius multiplicitatis est hæc. Nã primo distinguendum est: quia negatio eius quod est [nihil] potest iterare intra, uel extra ad uerbũ fertur. Si feratur ad uerbum, tunc fit de nihilo, est non fieri de aliquo, sicut loquide nihilo, idest de nulla re. Si autem non ferat ad uerbum, tc affirmatur fieri, & tãc duplex est: quia de, potest intelligi materialiter; & tunc significatur, ꝙ nihil sit de materia alicuius, & habetur secundus sensus. Item. Potest teneri ordinaliter, & tunc habetur tertius sensus sic, creatura dicitur fieri de nihilo. Dicendum ergo, ꝙ secundum primum sensum, deus potest

dici de nihilo esse, siue pater siue diuina essentia; tamẽ hic modus non est usitatus. Quantũ ad secundum modum, omnino sit nihil ex nihilo. Quantũ ad tertium modum, fm quem loquit Aug. ꝙ sola creatura sit de nihilo, sed pater non est de nihilo: qa [dẽ] denotat ibi ordinem, ut se habeat, post nõ esse; hoc quod est, de nihilo, priuat materiam præiacentem: quis ergo pater, & filius & spiritus sanctus non habent materiam præiacentẽ: quia cum non habent esse post non esse, ideo dicuntur non esse ex nihilo, & ideo non ualet primũ argumentum: quia procedit ab insufficienti. Secundum uero, & tertium argumentum de patre factum procedit, secũdum ꝙ negatio eius ꝙ est, nihil, fertur extra ad uerbum, & facit orationẽ negatiuã. Aliter enim nõ equipollet non esse de aliquo, & de nihilo: & fm hunc sensum sicut conceditur ꝙ pater à nullo sit, ita ꝙ sit de nihilo: tamen sicut dictum est, sensus ille non est usitatus: communiter enim utimur hac locutione, secundum ꝙ negatio de nihil, sistit intra, & hoc est quòd [de] accipit ordinaliter.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO 1.

An substantia, uel essentia generet?

IN parte ista ad intelligentiam duarum principalium partium huius distinctionis, duo principaliter quærũntur. Primo quæritur de comparatione generationis ad substantiam, siue essentiam in ratione principii. Secundo quæritur de comparatione eiusdem ad essentiam in ratione termini. Et duo quæruntur, quantum ad primũ. Duo uero quantum ad secundũ. Quantum ad primum, quæritur primò utrum substantia, uel essentia generet. Secundo utrũ de substantia generetur aliquis.

QVOD substantia non generet, ostenditur sic. Generare dicit relationẽ: ergo cui cõuenit generare. cõuenit referri, sed essentiæ nõ cõuenit referri: ergo nec conuenit generare. ITEM. Generare ꝑportat distinctionẽ: ergo cui conuenit generare, & ꝙ consequens etiam distinguit: sed essentia cum sit una, non distinguitur: ergo &c. Aut si generat, plures sunt essentiæ, & ad hæc duo inconuenientia ducit Magister. ITEM. Generare dicit actionem personalem: ergo de illo solo dr̃, quod significat personam, uel supponit essentiam: sed essentia nõ supponit personam, cum sit communis, nec personã significat, cum sit omnino abstracta: ergo &c. ITEM. Generare est proprietas personæ, communicabilitas est essentię: ergo sicut se habet cõmunicabilitas ad personam, ita proprietas personalis ad essentiam: sed communicabilitas nunquam est personæ: quia hæc est falsa, pater est cõicabilis: ergo nec proprietas personalis erit essentiæ: ergo nec generare, cum sit personæ.

CONTRA. Quæcunque sic se habent ꝙ unum est idem alii, & non habent diuersas proprietates quicquid dicitur de uno, & de altero: sed persona, & essentia sunt huiusmodi: quia ꝑsona

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est essentia, nec habeat diuersas proprietates. quia proprietas in diuinis est relatio distinguens: sed si essentia haberet aliquã proprietatem, tunc distingueretur, & referret, ergo &c. SI DICAS ꝙ quamuis persona, & essentia non habeãt diuersas proprietates, tñ differunt per habere proprietatem, & non habere. Contra, summa oppositio est contradictio, sed talis diuersitas est per contradictionem: ergo magis differunt essentia, & persona, quã persona, & persona: sed persona non prædicatur de persona, ergo nec persona de essentia, hoc autẽ est falsum: ergo &c. ITEM. Quæcunque sic se habent; quòd unum prædicatur de altero, unũ supponit pro altero: quia subiectum uere subiicitur prædicato: sed essentia uere prædicatur de patre. (Vnde hæc est uera, pater est essentia) ergo & supponit: ergo sicut DEUS pater generat, sic pót dici essentia generat. ITEM. de quocunque prædicatur subiectum, & propria passio: sed generare est sicut propria passio patris, sed hæc est uera, diuina essentia est pater: ergo & similiter illa est uera, diuina essentia generat. ITEM. De quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitum: sed diffinitio patris est filii pater. Cum ergo sit hæc uera, diuina essentia est pater, & hec erit uera, diuina essentia est filii pater: ergo à conuertibili, filius est filius essentiæ.

RESOLVTIO.

Nullatenus: & sicubi legatur, piè exponatur.

RESP. Ad prædictorũ intelligẽtiã est notandũ, ꝙ fides uera docet quasi fundamentũ DEũ esse trinum, & unum: & ita trinum, ꝙ Trinitas nõ cõfunditur, & ita unum, ꝙ unitas nõ multiplicat. Si ergo qđ credimus oportuit significare, oportune inuẽta sunt nomina ĩ diuinis, imo a DEO nobis manifestata, quæ significent Trinitatem sub distinctione, & unitatem sine omni multiplicatione. Sicut ergo nomina imposita personis omnino sunt incommunicabilia, & quantum ad suppositum, & quantum ad significatum: unde hæc oratio est falsa, pater est filius, uel pr̃ est cõmunicabilis: ita ex parte essentiæ uel naturæ, oportuit nomina imponi, ꝙ non distinguerentur, nec quantũ ad significatum, nec quantum ad suppositum. Notandum autẽ ꝙ triplex est genus nominũ significantium essentiã. Quedam. n. significant in concreto, ut hoc nomen DEUS. Quædã in omnimoda abstractione, ut hoc nomen essentia. Quædã medio modo, ut lumen, sapietia, ueritas, & consimilia: & ista dicitur medio modo significare: qꝛ non concernunt suppositum per modum inhærentiæ, sed concernunt suppositũ rõne eius, ꝙ dicunt aliquam rõnem actus, uel originis, quæ sunt ipsorum suppositorum. Cum igitur tres sint nominum differentiæ, nomẽ concretum supponit pro persona, & proprie: nomen medium supponit partim proprie, partim impropriè: nomen abstractum, & absolutum, non supponit omnino, nisi improprie, unde hæc est propria, DEUS generat, & io utimur ad ducenda. Hæc autẽ, sapientia generat, de sapientia, partim propria, partim impropria, ideo est sustinenda. Hęc autẽ, essentia generat, omnino impropria, & ió neganda est. Et si legatur alicubi, est exponenda. Sancti enim quandoque ad cõfundendas hereses, expressius loquũtur, quam proprietas sermonis sustineat.

Videt his Sco. refragatur in 1. d. 2. q. 4. in 1. solu. q. circa mediũ.

AD ILLVD ergo, quod primò obiicitur, ꝙ essentia, & persona non habent diuersas proprietates, dicendum, ꝙ diuersitas rationis dupliciter est ĩ diuinis. Vno modo per habere diuersas proprietates, & per illud inducit distinctionem, & sic differunt relatione, nec prædicantur de eodẽ, ut pater, & filius. Alio modo est per habere proprietatem, & nõ habere, & illud non inducit distinctionem, nec facit ꝙ unum non prædicetur de altero, facit tamen ꝙ aliquid dicitur de uno quod nõ dicitur de altero: ut patet in Petro. & homine, Petrus est individuum, homo non, & tamen homo uere prædicatur de Petro. AD ILLVD, ꝙ summa oppositio est affirmationis, & negationis, dicendum, ꝙ uerum est, ubi negatio nihil ponit, sicut inter aliquid, & nihil: sed ubi ponit extrema, minima pót esse, & surgit ex quantulacunque parua differentia siue rei, siue rationis, unde non sufficit ad distinguendum. AD ILLVD, quod secundo obiicitur ꝙ prædicatum supponit pro subiecto, Dici potest uno modo, ꝙ sicut in inferioribus est prædicatio secundum substãtiam, ut homo est animal, & est prædicatio fm rationẽ, ut animal est genus: & prædicatum supponit pro eo de quo prædicatur secundum substantiam: sed mutata prædicatione secundum substãtiam in prædicatione quę est secundum rõnem, est ibi accidens: unde non sequitur, animal est genus, homo est animal: ergo homo est genus. Similiter dicunt in diuinis, cum sint ibi res, & ratio, est ibi prædicatio fm substãtiam, & illa saluata, quicquid dicitur de prędicato, & de subiecto sed mutata prædicatione fm substantiam, in prædicationem fm rationem, est ibi accidens, & talis est hęc: pater generat, sed diuina essentia est pater: ergo diuina essentia generat. Sed ista similitudo non uidet conueniẽs: qa in diuinis ratio prędicatur de essentia, unde hæc est uera, essentia est paternitas, & generatio, qđ quidem in inferioribus non reperit. Propterea aliter dicendum, ꝙ in diuinis est duplex modus prædicandi, per identitatẽ, & per inhærentiam. Per identitatem, ut cum dicit essentia est pater. Per inhærentiam, siue denominationem, sicut faciunt adiectiua, & uerba. Prædicatio p idẽtitatẽ est in diuinis ratione summæ simpliciratis, quæ non patiẽ personam minus esse simplicẽ, q̃ essentiam, quæ quia non est in creaturis, ideo in eis non reperitur prędicatio per identitatem omnimodam, nisi idem enuncie tur de se, ut cum dicitur, humanitas est humanitas. Sed omnis propria prædicatio est per inhærentiam: quia nihil est omnino simplex, unde hæc est falsa, humanitas est animalitas. In prædicatione uero per inharentiam terminus aliud significat, & aliud supponit. Quia significat formam communem

Universidad de Deusto
Biblioteca

munem, & supponit pro inferiori, & in tali ueru-m est, quòd illud quod prædicatur de altero, supponit pro illo, sed in prædicatione per identitatem, idem significat, & supponit. Vnde tūc est sensus, quòd significatum p hunc terminum pater, est idem quod significatum per hunc terminum essentia; & ideo paternitas est essentia: & quia hoc nomen essentia, non significat personam, ideo pro ipsa non supponit, cum nullo modo de seipsa prædicet, nisi prædicatione per identitatem. Ad illvd, quod obiicitur tertiò de passione, & subiecto, & consimilibus. Dicendum, quòd quædam sunt uocabula in diuinis substantialia, quæ claudunt intra se rem, circa quam ponunt formam importatam per ipsa, ut hoc nomē Pater: & talia possunt prædicari per identitatem, ut cum dicit: essentia est pater. i. ille qui est pater. Quædam sunt quæ sunt omnino inadiacentia, ut generat, & genitus, & natus: & talia ponunt rem suā circa ea, de quibus prædicantur: ideo tantū per inhærētiam prædicantur: & ideo generare ponit distinctionem, quam importat circa essentiam; cū de ea dicit, & ideo hæc est falsa, essentia generat, hęc tñ uera, essentia est generatio. Et qñ a prædicatione p identitatem, itur ad p̄dicationē per inhærentiā, p̄t esse ibi accidens. Qđ ergo dicit, de quocunq; p̄dicatur subiectū, & propria passio: illud habet instantiam, ubi proprietas est extranea ei, de quo prædicatur subiectū: ut hæc intētio, spēs, q̄uis sit proprietas hominis; & hō dicatur de Petro, nō tñ dicitur de eo hoc, q̄ est, species. Et si obicias, in diuinis nō cadit ratio extranei: quia non cadit ibi accidens. Dicēdum, q̄ si non sit extraneitas, nec diuersitas quantū ad rem, est tamen quo ad rōnem, siue quo ad modum p̄dicandi: quæ tripliciter est in diuinis, sicut infra patebit. Vnde sicut hic est accidens, essentia est persona, sed persona distinguitur: ergo & essentia, ita in proposito. Ad illvd, quod ultimo obiicitur de hac, essētia diuina est filii pater, distinguitur a Prępositiuo, q̄ pater p̄t ponere suam rem, siue respectum p ipsum importatū circa ipsum subiectū, qđ ē essentia, & tūc est locutio falsa. Est.n. sensus, q̄ essentia refertur ad filium. Vel p̄t claudere intra se rē sui substantiui, ut sit sensus, essentia est p̄ filii. i. essentia est ille, q̄ refertur ad filiū, & hoc mō uera est locutio, & nō ualet argumentū: ergo filius est filius essentiæ, imo est ibi accidens. Sicut.n. non sequitur, filius refertur ad illum q̄ est pater, & ille est essentia; ergo refertur, uel distinguitur ab essentia: sic & in proposito.

Qvaestio II.

An concedendum sit, filium generari de substantia patris?

Vtrvm sit concedendū q̄ aliquis gñetur de substantia patris, ut filius. Et q̄ sic, uidetur per multas auctoritates in litera: & maxime p illam, *dicitur quoque, & frequēter in scriptura, et legimus pater de sua substantia genuisse filiū*; sed scriptura nō dicit nisi uerū, nec frequentat nisi propriū: ergo prædictus sermo est uerus & proprius. Item. ratione ostēditur sic. Quicunque est ab alio, & ē ei cōsubstātialis, est de eius substantia: sed filius est a patre & est ei consubstantialis, ergo est de eius substantia. Item, pater generat filium, aut ergo de aliquo, aut de nihilo, Non de nihilo, quia tunc esset creatura, ergo de aliquo, & non de aliquo alio a se: ergo de sui substantia. Item in interioribus, filius, qui habet partem substantię a patre dicitur esse de substantia patris. ergo multo fortius qui habet totam substantiam, dicitur esse de substātia gñātis: ergo hæc est uera, filius est de substantia patris.

Contra. prępositiones sunt transitiuæ: & ubi transitio, ibi etiam est distinctio, & diuersitas: ergo cum dicit filius de substātia patris, hęc prępositio Denorat distinctionem inter substantiam patris, & filium: ergo cum nulla sit Distinctio, quia filius est substantia patris, prepositio prædicta est falsa. Si dicas, q̄ hæc prępositio de, cadit a generali significato p̄positionū, retinens speciale: ergo est ibi sōlecismus. sicut si dicat, sublimè uolat p̄ sublimiter, quod stultū est dicere. Item. Obiicitur de significato speciali: hæc prępositio de, prout accipit specialiter, aliqñ tenet materialiter, ut cultellus de ferro. Aliquando ordinaliter, ut de mane fit meridies. i. post mane. Aliquando originaliter: ut si dicatur, radius de sole, uel splendor de igne. Sed quocunque istorum modorum accipiatur, falsa est locutio. Si materialiter, est falsa, quia filius esset materia Si ordinaliter, falsa: qa sensus est, q̄ filius sit post patrem, siue post substantiam patris. Si originaliter, similiter falsa: quia tunc est sensus, q̄ filius habeat ortum a substantia patris: sed ista non admittitur: substātia patris generat filium: ergo est omnino falsa. Si dicas, q̄ nullo istorum modorum: sed tenetur quarto modo substantialiter: Quæritur unde ortum habeat hæc significatio, & ubi similiter accipitur: & uidetur, q̄ hoc nihil sit, quia tunc hæc esset uera, pater est de substantia filii: quam nemo cōcedit. Item hoc idem ostenditur sic: differt hæc prępositio de, & a: quia a, propriè dicit habitudinem principii actiui, sed hæc prępositio de, dicit habitudinem principii passiui: sed Deo, & eius substantiæ magis conuenit ratio principii actiui, quàm passiui: ergo hæc est magis uera, filius est a substantia patris, quam de: sed hęc non recipitur, ergo nec alia debet recipi. Item. de, aut dicit identitatem, aut diuersitatem. Si identitatem: ergo cum summa identitas sit in essentia, uel substantia, hæc erit uera, substantia est de substantia, quam negat Magister. Si diuersitatē, sed non distinguitur substantia patris a filio: quia filius est ipsa substantia patris; ergo omnino est falsa.

Resolvtio.

Concedendum profectò: modo De prępositio substantialiter originaliter sumatur.

Resp. Dicendū q̄ p̄dicta locutio est cōcedenda. Et ad intelligētiā p̄dictorū notādū, qđ p̄ter prędictos tres modos, quib. hęc

prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præpositio De accipit. Quarto modo potest etiam accipi, scilicet subst̃ialiter, ut dicat subalem conuenientiam inter extrema: sed hanc nunquam pure dicit, cum sit propositio, & importat aliquem habitudinem, & respectum ad extrema. Si enim tãtum substantialiter tenetur, sicut dicit, filius de substantia patris, ita diceretur, pater de substantia filii, quod absonum est. Propterea notandum, q̃ substãtialiter accipi consueuit triplici ter. Aliquando enim accipitur substantialiter, & partialiter: ut cum dicitur, q̃ partes sunt de toto: siue de substantia totius, ut urceus uini de dolio. Aliquãdo accipitur substantialiter, & ordinaliter: ut cum dicitur de pane fit corpus Christi, ibi enim est ordo: quia substantia panis non manet in corpore Christi, sicut nec mane in meridie: sed ulterius substantialiter: quia substãtia panis transit in substantiam corporis Christi. Aliquando dicitur substantialiter, & originaliter, ut cũ dicitur, filius de substantia patris: ratione ablatiui tenetur substantialiter: ratione nitiui originaliter, & ideo importat aliquam distinctionem filii ad patrem, non ad eius substantiam, & ita præpositio tenet ibi generale significatum, & speciale.

Hæc militant contra Magistrum, & ita exponentem: filius est de substantia patris, s. de patre, qui est substãtia.

Caue hic à Sco. di. 5. q. 2. in resp. ad arg. qui vult q̃ non sufficiat talis respect⁹ nisi ad diuersa aliũ ad particulare pũ personam patris.

Et sic patet respõsio ad primum argumentum, & secundũ. Tamen q̃ dicitur, præpositiones sunt transitiuæ, non intelligitur, q̃ notent ex hoc diuersitatem necessario: sed sicut dicitur, q̃ obliqui sunt transitiui quantum ad modum: quia transitiuè construuntur cum uerbis, ut midet me. Similiter hoc de præpositionibus dicitur, quæ etiã cum obliquis construuntur. Patet ẽ tertium, q̃ de non tantum dicit habitudinẽ principii actiui, nec tantum habitudinem principii passiui: sed habitudinem cõsubstantialem, cum habitudine originis, quod nõ facit hæc præpositio, a: & ideo non est similis. Ad illvd, quod ultimo obiicitur, patet respõsio, quod nõ dicit ibi penitus identitatem: nec diuersitatẽ: sed consubstantialitatẽ cum habitudine originis.

ARTICVLVS II.

Qvæstio I.

An essentia generetur?

Consequenter circa secundum Articuli huius qõnis, qui est cõparationem generationis ad essentiam in ratione termini, duo quæruntur. Primo quæritur utrum substantia siue essentia generetur. Secundo utrum per generationẽ cõiecta.

Quod substãtia generetur sic obiicitur. Generatio in inferioribus est motus ad substantiã: q̃ motus est, hoc est ad perfectionis, q̃ ad substantiam est, hoc est perfectionis. Si ergo quod est perfectionis, est trãsferendum ad diuina, ergo generatio terminatur ad essentiam. Item. generatio in diuinis terminatur; aut ergo ad substantiam, aut ad accidens, quia omne ens est substãtia, uel accidens: sed in diuinis nõ terminatur ad accidens, cum non sit ibi, ergo ad substantiam. Si tu dicas, q̃ in diuinis quãuis non sit accidens, est tamen relatio, quæ distinguitur à substantia: tunc arguitur sic. Aut generatio terminabit ad substantiam, aut ad relationem; sed nõ ad relationem, qa in ad aliquid per se non est origo, nec terminatur productio; ergo terminatur ad substantiã, ergo substantia gñatur. Item, sicut dicit Philosophus, mouentibus nobis, mouentur ea, quę in nobis sũt; & corruptis nobis, corrumpuntur ea, q̃ in nobis sunt, & hoc est quia unuersale habet idem esse cum singulari: ergo cum multo magis fit eadem substantia cum persona, & substantia fit in persona, generatur & substãtia. Item. Generare tam in diuinis quàm in creaturis. est simile sibi procedere: sed nõ est similitudo in persona: sed in substantia, & natura: ergo cũ terminetur ad simile, inquantũ est simile: ergo ad substantiam secundum quam attenditur similitudo.

Aristo. in prædicam. sup. de substan.

Arist. 1. Gen. anim. p. 1.

Contra. omne quod generatur, ab alio generatur: quia nihil seipsum gignit: sed substantia diuina non habet aliunde: nec aliud in diuinis: ergo non generatur. Item. omne quod generatur, habet principium à quo: sed omne quod habet principium, est principiatum: sed principiũ, & principiatum distinguuntur: si ergo substantia generatur, distinguitur: aut ergo à substãtia, aut a persona, sed utrunque est impossibile: ergo &c. Item. omne q̃ gñatur, est de substãtia generantis: si ergo substantia, uel essentia, generatur, substantia, uel essentia est de suba generãtis: sed nõ est nisi una substãtia: ergo idem de seipso, q̃ est impossibile. Item. Gñatio est productio, sed productio est quędã actio, & omnis actio creaturæ terminatur ad singularia: ergo cum generatio sit quædã actio, in diuinis terminabitur ad singulare, siue suppositum, sed tale non est substantia: ergo non terminabitur ad ipsam.

1. Ethi. et 6. Ethic. ca. 8.

Resolvtio.

Essentia in diuinis nedum non generatur, sed nec generat: & quia in ibi ipsa nõ numeratur: & quia in abstractione, non in concreto ne significat.

Resp. Dicendũ, q̃ generatio de sua communi rõne ad substantiam terminatur. Sed attendendum, q̃ substantia dicitur dupliciter. Prima, quæ est individuũ, & hypotheticis, siue psona: & secunda, quæ est cõmune. Dico ergo quòd est loqui de termino gñationis dupliciter. Aut quantum ad productionem: aut quãtum ad intentionem. Quantum ad productionem, cum sit circa singulare, terminatur ad substãtiam primam: quãtum uerò ad intentionem, ad naturam communem: quia hęc natura producens hunc hominem, intendit formam communem dare ei. Sed quoniam in creaturis forma cõmunis numeratur in suppositis: & ideo in illis forma cõmunis producitur, & corrumpitur: & ideo in creaturis generatio non tantum secundum intẽtionem, sed etiam secundum productionem ad substantiam communem terminatur: & ideo uniuersale in singulari generatur, quia natura producẽs hunc hominem, intendit formam communem

Universidad de Deusto
Biblioteca

munem, quia numeratur. Sed quoniam in diuinis substantia non numeratur, nec aduenit ei nouum esse, ideo generatio secundum productionem terminatur solum ad substantiã primam, quæ est persona. Quia persona ẽm Boetium, est rationalis naturæ individua substantia: quia & illud solum dicitur generari proprie, ad quod terminatur generatio ẽm rõnem producendi: ideo persona generatur, non substantia uel essentia; & ideo hæc non recipitur, essentia generatur.

Boetius in Lib. de duabus naturis & una persona Christi.

Sed à posterioribus Theologis non recepta

Et sic patent omnia obiecta ad utranque partem, procedunt enim de diuersis uiis. Patet etiam quare in diuinis non sequitur, quod generata persona, substantia generetur, sicut in creaturis. Posset tamen aliter dici, quòd non generetur commune, nisi ut in hoc: & non tantum in creaturis hoc uerum est: sed etiã in diuinis: commune autem ut in hoc, non significatur in abstractione, sed in cõcretione: & ideo quia hoc nomen Deus, significat substantiã in concretione, iõ in cõcretione Deus gñat, & Deus gñat Deũ. Quia uero substantia, uel essentia significat in abstractione: ideo nec generat, nec generatur, & ita procedunt rationes ad partes oppositas.

Qvaestio II.

An essentia diuina per generationem communicetur?

Vtrvm substantia per generationem communicetur.

Et quòd sic uidetur hoc modo. Per idem res communicatur, per quod fit in pluribus: sed substantia est in pluribus personis non est nisi per generationem. & per processionem, ergo per generationem communicatur. Item. causa est, qua posita ponitur res, & qua remota remouet: sed posita emanatione in diuinis ponitur communitas, & distinctio. remota generatione, uel emanatione, essentia est in uno solo, sicut hypostasis: ergo generatio est ratio communicandi essentiam. Item. Quod datur alicui, & non desinit haberi a dante, per idem per quod datur, per illud communicatur: Sed substantia à patre datur filio per generationem, & non desinit haberi à patre dum datur filio: ergo per generationem communicatur. Item. generatio in his inferioribus est ratio communicandi substantiam, siue naturam: sed in diuinis natura est illis multo communicabilior, quia simplicior: ergo in diuinis per generationem substantia, uel essentia communicatur.

Contra, Generatio est principium distinguendi, sed non est idem principium distinguendi, & communicandi: ergo generatio non est ratio communicandi in diuinis: ergo per generationem nihil communicatur. Item. quod facit aliud esse in hoc, non est ratio communicandi: sed appropriandi & individuandi; sed generatio facit esse substantiam in tali persona, utpote in persona filii: ergo non est ratio communicandi, sed appropriandi. Item, per generatione communicatur omne illud, quod per generationem est commune. Si ergo substantia per generationem communicatur, per generationem est communis. Si ergo substantia per generationem communicatur, generatione circunscripta, non erit communis, ergo propria. Sed proprium per generationem non potest communicari: ergo nec substantia. Item. Quod per generationem communicatur, per generationem datur, & recipitur: & omne tale, si non est generationi accidentale, generatur: sed substantia, non accidit generationi, ergo &c.

Resolvtio.

Communicatur, sed sine sui numeratione.

Respon. Ad hæc intelligendũ, notandum est, q̃ cõmune quantum est de se, indifferenter se habet ad actum, & potentiam. Cõmune enim potest dici illud qđ est communicabile, quamuis nõ sit in pluribus: sicut patet i multis uniuersalibus, ut in sole, & luna, & huiusmodi. Commune enim dicitur communicatum, quod est actu in pluribus. Dico ergo, quòd quemadmodum forma uniuersalis quantum est dẽ se, communicabilis est: sed tamen actu nõ communicatur nisi per propagationem, uel aggregationem plurium: sic natura diuina, uel essentia de se quidem communicabilis est: sed quòd actu communicatur, non est nisi per id quod multiplicat, uel plurificat ei suppositа, hæc autem est generatio. Quoniam ergo per generationẽ personæ plurificantur, & substantia in illis non numeratur: hinc est, q̃ uerissime substãtia, uel essentia per generationem communicatur: quia per generationem fit, ut sit in pluribus una.

Ad illvd, qđ obiicit, q̃ generatio est principiũ distinguẽdi. Dicendum, q̃ generatio est per se principium distinguendi suppositum a supposito: quia ad id terminatur p̃ se, est principiũ cõicandi naturã cõem: quia consimilẽ ex simili. Sed q̃m natura in inferioribus numerat in suppositis: ideo est principium distinguendi etiam cõe: sed per accidens: in Deo aũt, nec est p̃ se, nec per accidẽs. Ad illvd, qđ obiicitur, q̃ facere cõe esse in hoc: est rõ appropriandi. Dicendum, q̃ illud habet ueritatẽ, q̃ est cõe appropriabile, uel appropriatũ per esse in hoc: diuina autem essentia non est sic appropriabilis uel appropriata per esse in hoc: quia non est appropriabilis, quo ad significatum, nec quo ad suppositum: quia idem significat, & supponit, sicut supra ostensum est: significatum autẽ eius nulla additione dist nguit. Hæc. n. est uera, essentia patris, & essentia, quæ est in patre, est filius. Vel aliter põt dici, q̃ facere in hoc, est dupliciter, aut absolute, & sic est ratio appropriandi. Aut in comparatione: ubi illud qđ erat prius in uno, fiat postea in alio: & sic est rõ cõicandi naturam. Sed quædam natura est, q̃ diuiditur in suppositis, ut pura illa, cui fit additio: quædam non, ut diuina: & in prima est ratio communicandi, & distinguẽdi, in diuina solum communicandi. Ad illvd, quod obiicitur,

Dif. immediatè præcedẽti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q; si communicatur substantia, fit per generationem communis substantia. Dicendum, q; uerum est ſm q; commune dicit ſm actum, quia in pluribus: sed non ſm potentiam: unde circũscripta generatione, substantia est cõis: quia communicabilis: sed non est cõis, quia communicata. Ad illvd, q; obiicitur, q; per generationem datur generari. Dicendum, q; falsum est: quia generari dicit productionem, & distinctionem: sed datio dicit auctoritatem, & communicationẽ: quia per generationem substantia non distinguitur, quamuis communicetur: ergo &c.

DISTINCTIO SEXTA.

De comparatione actus generandi ad potentiam.

PRaterea queri solet, *vtrum pater genuerit filium voluntate, an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. ita ait. Voluntate genuit pater filium, vel necessitate: sed nec uolũtate, nec necessitate: quia necessitas in Deo non est, præire voluntas sapientiam non potuit. Quocirca, vt Aug. ait in 15. Lib. de Trinit. videnda* Ca. 20. *est dialectica Eunomij, à quo Eunomiani hæretici orti sunt qui cũ non potuisset intelligere, nec credere voluisset vnigenitũ Dei filium uerbũ Dei esse naturæ. i. de substantia patris genitum, non naturæ, vel substantiæ dixit esse filium, sed filium voluntatis Dei: volens asserere accedentem Deo voluntatem, qua gigneret filium sicut nos aliquando aliquid volumus, quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura: quòd absit, vt in Deo esse credamus. Dicamus ergo verbum Dei esse filium Dei naturæ, non voluntate, vt docet Augustin. in 15. Lib. de Trinit. vbi* Aug. de Tri. lib. 15 ca. 20. Et ĩ cõmbus ad Orosium. *quendam catholicum hæretico respondentem cõmendat, dicens: Acutè sanè quidam respondit hæretico uersutissimè interroganti, utrum Deus filium volens, vel nolens genuerit: vt si diceret nolens, absurdissima Dei miseria sequeretur: si autem, volens, continuo quod intendebat concluderet scilicet non naturæ esse filium: sed voluntatis. At ille vigilantißime vicißim quæsiuit ab eo, vtrum Deus pater volẽs, aut nolens sit Deus, vt si responderet, nolẽs sequeretur gradis absurditas, & miseria, quam de Deo credere magna est insania: si autem diceret, volens, responderetur ei: ergo & ipse voluntate sua Deus est, non natura. Quid ergo restabat,*

bat, nisi ut obmutesceret, sua interrogatione obligatũ indissolubili vinculo se videns? Ex prædictis docetur non esse concedendum, quòd Deus voluntate, vel necessitate, uel volens, vel nolens sit Deus. Item, quòd voluntate, vel necessitate, uel volens, uel nolens genuerit filium.

Oppositio contra prædicta.

Sed contra opponitur sic. Voluntas Dei est natura, siue essentia Dei, quia non est aliud Deo esse, aliud velle: & ideo sicut vna est essentia trium personarum, ita & vna voluntas. Si ergo Deus natura Deus est, & voluntate Deus est: & si uerbum Dei natura filius Dei est, & voluntate filius Dei est. Hoc autem facile est refellere: nam & prescientia Dei, siue scientia, qua scit, vel præscit bona, & mala, diuina natura, siue essentia est, & prædestinatio, siue voluntas eius eadem diuina essentia est: nec est aliud Deo scire, & velle, quam esse: & cum sit unum, & idem scientia Dei, vel voluntas, non tamen dicitur de voluntate quicquid dicitur de scientia, & econuerso. Nec omnia illa sua voluntate Deus vult, quæ sua scientia scit, cum sua scientia nouerit tam bona, quàm mala: uoluntate autem non velit nisi bona. Scientia quippe Dei, & præscientia de bonis est, & malis: voluntas vero & prædestinatio de bonis est tantum, & tamen vnum & idem in Deo est scientia, & voluntas, & præscientia, & prædestinatio. Ita cum vnum sit natura Dei, & voluntas, dicitur tamen pater genuisse filium natura, non voluntate: & esse Deus natura, non voluntate.

Qualiter intelligenda sunt illa uerba, pater nec nolens, nec uolens Deus est, nec uolens, nec nolens, genuit filium.

Prædicta tamen verba, quibus prudenter dictum est, quod Deus pater nec volens, nec nolens est Deus, nec nolens, nec volens genuit filium, siue voluntate, siue necessitate: ex tali sensu mihi videntur accipienda, ut voluntatem præcedentem, vel accedentem intelligamus: qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse Deus est voluntate præcedenti, vel efficienti, vel volens priusquam Deus: nec voluntate præcedenti, vel accedenti genuit filium: nec prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

uolens, quàm generans genuit filium, nec prius generans, quàm uolens, genuit filium: uolens tamen genuit, sicut potens genuit, & bonus genuit filium, & sapiens genuit, & huiusmodi. Si enim pater sapiens, & bonus, dicitur genuisse filium, cur non & uolens? cum ita sit Deo idem esse uolentē, quod eſi esse Deum: sicut idem est esse sapientem, quod est esse Deum. Dicamus ergo, quia pater sicut sapiens, ita uolens genuit filium, sed non uoluntate præcedenti, uel accedenti. Quem sensum aperit Hiero. & confirmat ita dicens, super epistola ad Ephe. De filio Dei. i. domino nostro Iesu Christo scriptum est, quia cum patre semper fuit, & nunquam eum ut esset, paterna uoluntas præcessit, & ille quidem natura filius est.

IN parte ista ponit Magister dubitationes emergentes ex comparatione actus generandi ad potentiam. Et quoniã contingit comparari actum generandi ad potentiam, & potentiam generãdi ad suppositũ, & ex utraque comparatione incidit dubitatio circa essentiæ unitatem: ideo primo ponit dubitationem ex comparatione actus generandi ad potentiã. Secundo ponit dubitationem ex cõparatione potentiæ generandi ad personam, infra Dist. 7. *Hic solet quæri à quibusdam, &c.*] Item prima pars, quæ continet præsentem distinctionem habet quatuor particulas. In prima proponit quæstionem. Vtrũ potentia, uel uirtus generandi sit producens necessitate, uel uolũtate: & determinat ueritatẽ huius quæstionis. Secundo ad istã quæstionẽ respondet contra hæreticum hominem arguẽdo ibi. *Dicamus ergo, uerbum Dei esse filium Dei &c.*] Tertio uero opponit contra prædictam solutionem, & respondet ibi. *Sed contra hoc opponitur sic, uoluntas Dei, &c.*] Quarto, & ultimo redit ad explanationem primæ solutionis. ibi. *Prædicta tamen uerba, &c.*] ubi explanat solutionem præhabitam.

NEc uoluntate, nec necessitate, &c.] Videtur insufficiẽs dicisio. Omne enim, quod deus facit, aut facit nãturaliter, & sic necessario: aut uolũtarie. Si tu dicas, q̃ ipse rñdet ad intellectum hæretici, & hæreticus intelligit de uoluntate antecedente, & necessitate ineuitabilitatis. Obiicitur q̃ oratio nihilominus in se est multiplex. Sed qui respondet orationi multipliciter, simpliciter affirmando, uel negãdo, male respõdet, fm q̃ dicit Philosophus, ergo &c. Resp. Dicẽdum quòd Aug. respondet secundum intellectum hæretici: quãtus aut oratio in se sit multiplex: quia tamẽ hæreticus in uno sensu eã accipit, tam multiplicitas illa non faceret ad soluendum: quia non procedit fm illam. Sed distinctio oppositionis multiplicis, quãdo secundum illam multiplicitatem non cadit deceptio, magis est ad ostentationem, quàm ad veram responsionem.

Dub. 2. *Verbum Dei, esse filium Dei natura, nõ uoluntate, &c.*] Videtur non benedicere, quia pater alio est Deus, alio est pater: quia diuinitate est Deus, & paternitate est pater: ut dicit Augu. Sed filius est Deus natura diuinitatis: ergo hæc nõ diceretur filius, sed ipsa filiatione. Respond. dicẽdum, q̃ ille ablatiuus, potest construi formaliter, & sic falsa est: quia formaliter alio est Deus. s. natura, & alio filius. Potest iterum construi originaliter, & in ratione principii, & sic uera est, & est sensus, quia filius ortum habet a patre naturali.

Dub. 3. *Acutè sanè quidam respondit, &c.*] Contra. Aug. cõmendat istam solutionem, quæ non est cõmendanda, quia multiplicare inconueniens, nõ est soluere. Respon. dicendum, q̃ est solutio ad hominem, & est solutio ad orationem. & aliquando melius, & utilius est soluere ad hominem, q̃ ad orationem. utputa, qñ respondens est discolus, & non uult intelligere ueritatẽ: & quãdo astantes sunt simplices, & non possunt capere ueritatem, & subtilitatẽ: ideo quia hæreticus ueritatem respuebat, & aduersabatur, ideirco aduersanti erat aduersandum, & taliter nõ, quo magis priuaretur gloria, & assistentes fallacia. Ideo cõmendat istam responsionem Aug. q̃ manifeste opponẽtem sua qõne ligauit. Hũc ergo modum respondendi docuit dominus. Matth. 21. ubi dixit? Baptis-

mus Iohã. de eglo erat, an de hominibus, &c. Item, quæritur cũ non sit responsiũ ad orationem, quomodo respondendum sit. Videtur, q̃ diuisio hæretici sit per immediata: quia uelle, & nolle opponuntur contradictorie: inter quę nõ cadit medium: Et dicendum ad hæc, q̃ hæreticus quærit de uoluntate accedente, siue de antecedente, & tunc, neutra pars est uera, nec sunt membra opposita contradictorie, sed contrarie. Nolle. n. & uelle, dicunt actus uoluntatis contrarios, inter quos cadit medium. Aliquid enim est, respectu cuius uoluntas non habet rationem causæ, nec repugnantiæ, & ita patet illud.

Dub. 4. *Nam & præscientia, &c.*] Videtur falsum dicere de scientia Dei, & præscientia de bonis, & malis. Dicit enim Gloss. super illud Psal. 34. Quæ ignorabam, interrogabant me, &c. Ars nescit uitium: sed in Deo est ars artium: ergo, &c. Si dicas quòd nescit per modum practicum, sed speculationis. Contra, illud solum scit hoc modo, quod in eo relucet: sed in Deo non relucent mala: ergo &c. Item, uidetur Magister non soluere argumentum. multiplicare enim inconueniens, non est soluere. Dicendum q̃ sicut recte dicitur, Deus cognoscit mala per seipsum: sic rectum iudicat de obliquo, & lux de tenebra: nec oportet, quod in Deo luceat malum, sed sufficit, quod luceat mali oppositum. Ad illud, quod obiicitur de solutione Magistri. dicendum q̃ solutionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ponit: sed innuit contra arguendo, quasi dicat ex illo, idem non potest inferri ex altero: quia quamuis sint idem in essentia, tamen diuersa sunt connotata.

Dub.5. ITEM QVAERITVR de hoc quod dicit Hilarius in notula. circa istum §. ꝙ sancta ecclesia anathematizauit eos, qui dicūt Deū non generare cōsilio, &c.

Lib. 2. orth. fi des Ca. 22. Videtur enim contradicere Damascen. Dicenti, quia in Deo non est consilium, quia consilium est ignorantis naturæ. Respon. dicendum, quod consiliū dicitur dupliciter. Vno modo dicitur consulere accipere consilium, & sic dicit ignorantiam, & similiter consilium dictum ad hoc. Alio modo consulere dicitur dare consilium, & hoc modo dicit scientiam, & potest trāsferri ad diuina. Deus enim nullo modo accipit consilium aliunde. Vnde notandum quòd in consilio duo sunt. Est ibi cognitio rei occultæ, & est ibi dispositio firma: quoniam ergo in deo est uerissima cognitio occultorum: & inuariabilitas, ideo recte in ipso dicit esse cōsilium. unde Grego. Deus mutat sententiā, sed non consiliū.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An necessariò in diuinis sit generatio filij.

AD euidentiam huius partis tria principaliter quæruntur. Primo quæritur, utrum generatio filii sit secundum cōditionem necessitatis. Secundo, utrum sit secundum rationem uoluntatis. Tertiò, utrum secundum conditionem exemplaritatis.

Quod generatio sit secundū conditionē necessitatis, sic ostēditur. Fecundior, & actualior est natura in patre ad producendum filium, quàm sit in luce ad producendum radium: sed lucem necesse est radium producere, ita quod productio in ipsa est secundum conditionem necessitatis, ergo multo fortius in patre respectu filii. ITEM, omne quod emanat ab alio, emanat secundum conditionem necessitatis, aut contingentiæ, ergo & filius emanat altero istorum duorum modorum: sed nō secundum conditionem contingentiæ, quia tunc contingens esset filium generari, ergo. ITEM, ab omnipotente detrahere maximum posse, est impossibile: sed deus pater est omnipotens, cuius maximum posse est generare filium, ergo detrahere ei posse generare filium, est impossibile. Sed in æternis potentia est coniuncta actui, ergo pari ratione impossibile est auferre actum generationis, ergo impossibile est non generare: sed impossibile non esse, & necesse esse conuertuntur, ergo necesse est generare.

CONTRA. Augu. ad Orosium, & Magister dicit in litera. Nec uoluntate, nec necessitate genuit pater filium, quia necessitas in Deo non est, ideo, &c. ITEM. Hilarius in lib. de Synod. Non naturali necessitate ductus pater genuit filium: ergo nō fuit ibi necessitas naturalis

ralis, nec necessitas alia, ut uidetur; ergo &c. ITEM, nobilius producens est illud quod domi natur suæ actioni, quam quod subiacet: sed agens secūdum rationē necessitatis subiacet actio nitquia uelit, nolit oportet ipsū facere, ergo simpliciter pater, qui est nobilissimum agens, nobilissimo modo producit filiū. non igitur secundum conditionem necessitatis. ITEM, hoc idē potest ostendi sic. Quod gratis datur, non de necessitate datur. Sed Ricardus dicit, ꝙ in patre est amor gratuitus, quo dat esse filio, & spirituisancto: si ergo gratis dat, non dat necessariò.

RESOLVTIO.

Necessariò, at non necessitate coactionis, sed immutabilitatis.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notādum, ꝙ multiplex est necessitas. Quædam enim est necessitas proueniens ex principio disconueniente. Quædam ex principio deficiente Quædam ex principio cōueniente, & sufficiente. Illa aūt, quæ prouenit ex principio disconueniente, est duplex. Aut enim est ex ipso mouente contra naturam, & hæc est necessitas uiolentiæ. Aut contra uolūtatē, & hęc ē necessitas coactionis & de illis duobus modis quęrit hæreticus, qui sunt ualde usitati. Illa similiter, quæ est ex principio deficiente, est duplex. Aut. n. est respectu eius quo res est natā compleri, & hæc est indigentiæ necessitas, ut cibi, & potus, & de hac dicitur Ioh. 3. Qui uiderit fratrem suū necessitatē hre, &c. Aut respectu eius quod incurrit ex ipso defectu, & hæc est necessitas ineuitabilitatis, qualis est in primis motibus: hanc necessitatem incurrit homo ex carentia originalis iustitiæ. Ps. 24. De necessitatibus meis erue me. Tertia est similiter duplex, quæ est ex principio sufficiente, & conueniēte. Aut. n. ex principio sufficiente, & conueniente. Aut. n. ex principio sufficiente in dispondendo: & hæc ē necessitas materiæ dispositæ, quæ potest dici necessitas exigentiæ Aut in cōplendo, & hæc immutabilitatis est necessitas. Et hoc ultimo modo necessitas cadit in Deo, & principaliter in Deo: quia ipse solus est, qui principaliter sibi omnino sufficit, & qui secum oīno conuenit. Hæc autem necessitas non repugnat libertati uoluntatis: sed solum uertibilitati, qualis non est in Deo.

AD ILLVD, quod obiicitur de litera. Dicendum, ꝙ illud intelligitur de necessitate coactionis, quæ nullo modo cadit in deum, & de hac querebat hæreticus Similiter, & Hilarius intelligit de hac eadem: unde subiūgit in litera [non naturali necessitate, cum nollet] tunc ibi. n. esset coactio, dum repugnaret uoluntas. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ agens per necessitatem subiacet suę actioni. Dicendū, ꝙ falsum est, nisi sit necessitas repugnans uolūtati. Cum. n. est necessitas repugnās, necesse est uolūtatem subiici, quia nō pōt prævalere. Sed quando est necessitas summe consonans, non potens discordare a uoluntate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc nullam inducit subiectionem, sicut patet. Deus necessario ē beatus, & necessario uult esse beatus, & sicut necessarium est ipsum esse beatum, ita & uelle: sic intelligendum est in generatione filii. AD ILLVD, q̄ obiicitur de amore gratuito. Dicendū, q̄ duo sunt in gratuito amore, unum est quod dat liberalitate æterna, ita q̄ nulla est exigētia, siue debitum meriti, uel naturæ. Aliud, quod dat sine retributione: & quantum ad hoc secundum, dicitur amor gratuitus in patre, non quantum ad primum. Natur ꝙ.n. fœcunditas patris necessario est ratio communicandi naturam.

QVÆSTIO II.

An generatio filij, indistanter, secundum rationem uoluntatis sit?

VTRVM gñatio filii sit ſm rōnē uoluntatis. Et q̄ non. Videtur primo p auctoritates: secundo per rationes. Primo ostenditur per auctoritatem Hilarii qui dicit in lib. de Synodis, omnibus creaturis substantiam
Ca. 20 Dei uoluntas attulit, sed filio natura dedit. ITEM. Aug. 15. de Tri. reprehendit Eunomiū, qui posuit filium Dei esse filiū uoluntatis: ergo si recte reprehēdit; gñatio filii non est ſm rōnē uoluntatis. ITEM. rōnibus ostēditur: sic generatio ḡtum est de se, est exitus naturalis, siue per modū naturæ. Sed ille est alius mōdus producendi q̄ per uolūtatem, ergo &c. ITEM, filius est sapientia patris, ergo si procedit ſm rōnem uoluntatis, uolūtas est prior sapientia: sed hoc est inconueniēs, quia cognitio ſm rōnem intelligendi, precedit affectionem, siue uoluntatem.

SED CONTRA. In omni natura potentia naturalis subiacet uoluntati, uel saltē conformāt uoluntati, sicut patet in primo homine, sed in Deo est natura ordinatissima, ergo nihil a natura, uel per naturam, quod nō sit per uoluntatem. ITEM, consimilis est modus producendi in trinitate creata, & in trinitate increata: sed in imagine, notitia oritur mediante uoluntate à mente, ergo filius à patre mediante uolūtate, siue per uo- fol. luntatē. Minor patet p Aug. 9. de Trin. Partum mentis præcedit appetitus quod iq̄rēdo inuenimus q̄t nosse uolumus, nascit̄ ꝑples ipsa notitia. ITEM. ubi est maior cōicatio, ibi est liberalitas maior: sed patet plus communicat filio, q̄ omnibus creaturis, ergo maior est ibi liberalitas, ergo cum creaturæ procedant per modum liberalitatis, multo magis filius: & sic &c.

ITEM, in creaturis existentibus in actu generationis, simul mouet natura & uoluntas, & nihil ex hoc filio derogatur: ergo si pr̄ magis producit ſm se totū q̄ creatura, ergo multofortius per naturā, & uoluntatē. ITEM. ad hoc est auctoritas Hila. in 3. de Trin. pater ante omne tempus filiū procreauit; oē q̄t est deus per charitatē natiuitati eius impartiēs: si p charitatē, ergo p uolūtatē. ITEM, Origē. loquēs de mēte diuina dicit, Germē professēs uolūtatis sit uerbi pr̄, ergo uī q̄ filius gñetur à patre p uolūtatē, & q̄ sit filius uolūtatis.

RESOLVTIO.

Et quidem secundum uoluntatem tō placentiæ. Sed non secundum uoluntatē, quæ est principium cum communicante natura.

RESP. Dicendum q̄ uoluntas potest dupliciter considerari respectu uoliti. Sut in ratione approbantis, & diligentis: & sic est respectu oīs boni, siue sit necessarium, siue sit contingens, siue creatum, siue increatum, siue ab alio, siue non ab alio, ut patet. Hęc.n. uera est, pater uult esse Deū. Alio mō considerat̄ ut in rōne producentis. Et hoc dupliciter, aut prout est principiū distinctū contra naturā, ſm q̄ dicitur, q̄ alia sunt natura, alia uoluntate: aut prout est cōiunctū. Si prout est principium distinctum, sic distinguitur uoluntas dupliciter, t. accedens, & antecedens. Voluntas accedēs est qua aliquis de nō uolente fit uolēs, hæc non est in Deo, nec respectu Dei. Deus enim non habet aliam nouam uoluntatem, nec respectu sui, nec respectu alterius. Voluntas antecedens precedit effectum causalitate, & duratione: hęc q̄dem est in Deo, sed nō respectu Dei, sed respū creaturæ solum: oēs enim diuinę ꝑsonę sunt simul. Alio modo ꝑut uoluntas cōsideratur ut principium coniunctum naturę: potest esse dupliciter: quia tūc natura & uoluntas sunt principiū: aut igitur natura est producens principaliter uoluntate cōicante, aut econuerso. (Vtrunque.n. Principaliter esse nō potest.) Si uoluntas est principium cū communicante natura, sic est processio Spiritus sancti: qui ꝓcedit p modū amoris, tñ similis in natura. Si uero natura est principiū cū cōicante uolūtate; sic est gñatio filii, q̄ producit ut oino similis, & p modū naturæ, nihilominus ut dilectus: & ideo dī, q̄ sibi in eo complacet pater. Et 2. Pet. 1. dicitur filius dilectionis.

AD ILLVD, quod obiicitur, in contrarium, q̄ gñatio est p modum uoluntatis, siue ſm rōnem uoluntatis. Dicendum, q̄ hoc intelligī, aut de uoluntate approbāte, ut ostēdūt duę auctoritates Hila. & Orige. aut de uoluntate cū cōicante natura, ut rō, quæ posita est primo. AD ILLVD uero qđ obiicitur, de similitudine imaginis. Dicēdum, quōd in hoc est dissimilis imago creata ipsi trinitati increatæ, ut dicit Augu. 15. de Trinit. quia ibi non nascitur uerbū per inquisitionem, sicut potest nasci in nobis: unde potius ualet ad oppositū, q̄ ad propositū. AD ILLVD, q̄ obiicitur, q̄ maior est communicatio in generatione filii &c. Dicendum q̄ maior communicatio, uel minor, non facit modū emanandi esse secundum liberalitatem, uel ſm modū uoluntatis, sed modus, siue ratio cōmunicandi. Et quia pater communicat creaturis per uoluntatem: ita q̄ uolūtas eius est causa producēs filiū p fœcunditatē nature, iō non sic dē filius produci per uoluntatem, sicut creaturæ. AD ILLVD, quōd in generatione hominis simul mouet natura & uoluntas. Dicendum, quōd hoc est propter defectum, magis quām propter complementum: quia pater p se nō pōt generare, sed ex communica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicatione eum alio distante, quod fit ad imperium uoluntatis, Deus autem alio adiuuante non indiget, & ideo non est simile.

QVAESTIO III.

An generatio filij a patre sit secundum rationem exemplaritatis.

VTRVM generatio filii a patre sit secundum rationem exemplaritatis. Et quòd sic uidetur hoc modo, super illud Ps.61. Semel locutus est Deus. Glo.i. filium genuit, in quod omnia disponit: sed dispositio æterna dicit rationem exemplaris, ergo si filius procedit ut uerbũ, procedit per modum exemplaritatis. ITEM, generatio filii a patre est similis productioni notitiæ ex mente: sed notitia procedit ex mente secundum rationem exemplaris; quia exemplar est ratio cognoscendi: ergo &c. ITEM, quod est imago in producto, hoc est exemplar in producente. Quando enim productum expresse repræsentat, imago dicitur. Similiter cũ producens expresse repræsentat, exemplar dicitur, ergo cum filius procedat ut imago, eadem ratione per modum exemplaritatis. ITEM, omne principium cognitiuum rei producendæ producit secundum rationem exemplandi, sed pater est principium filii cognitiuum, ergo producit filium secundum rationem exemplaris. SI DICAS ꝙ illud non sufficit, imo necesse est quòd exemplar & exemplatum differant in forma & natura, hoc nihil est, quia si homo dum generat hominem, posset talem generare quale cogitat, tunc generãtia illa non tantum esset secundum naturam, sed ẽt secundum exemplar. Sed patet omnino produxit filium ut scibile, & uoluit, ergo &c. SI DICAS ꝙ nec illud sufficit, sed necesse est exemplar præcedere. Obiicitur. Si Deus ab æterno creasset mundum per impossibilia, nihilominus mundus esset productus secundum rationem exemplaritatis.

CONTRA, in inferioribus, agens per naturam, & agens per exemplar ex opposito diuiduntur, sicut natura & intellectus: ergo quod producitur secundũ naturam, non producitur secundum rationem exemplaritatis, sed filius secundum naturam producitur a patre, ergo &c. ITEM, omne producens aliud secundum rationem exemplaritatis, producit secundum rationem uoluntatis. Sed pater [ut ostensum est supra] non produxit filium per uoluntatem: ergo &c. ITEM, formę non est forma, ego nec exemplaris exemplar: sed filius est ars & exemplar omnium: ergo non habet exemplar in patre, ergo nõ procedit secũdum rationem exemplaritatis. ITEM, quod est in alio secundum ueritatem non est in illo secundum exemplar: sed filius est in patre ſm ueritatem, ergo nõ procedit ſm rationem exemplaritatis, ergo &c.

RESOLVTIO.

Verum sicut ratio exemplandi: sed non sicut exemplatum.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut procedere per modũ uoluntatis & liberalitatis est dupliciter. Vno enim modo procedit per modũ liberalitatis ipsum, quod nõ est liberalitas, sed quod fit, uel datur ex liberalitate: & sic creaturæ procedunt a deo. Alio modo sicut id quod est ratio liberalitatis, ut amor: & sic procedit Spiritus sanctus ut amor, qui est donum, in quo omnia dona donantur. Sic per modum exemplaritatis est procedere dupliciter. Vno modo sicut exemplatum proprie, sic creatura procedit a deo, tanquã exemplatum ab exemplari: & sic importat exemplar causalitatem formalem respectu exemplati. Alio modo dicitur procedere per modum exemplantis, sicut ratio exemplandi: & sic ut procedere ipse filius, qui dicitur uerbum patris quo se non tantũ loquitur: sed ẽt cetera disponit. Vnde filius ſm Aug. de Trin. *Lib. 6. Cap. 10* dicitur plena ars omnium rationum uiuentium. Et hinc habet ortum illud, quod consueuit dici, ꝙ qui negat ideas esse, negat filiũ dei esse. Et ille modus procedẽdi ſm exemplaritatem nõ repugnat processui naturali, immo non potest esse nisi naturalis. Alius uero modus repugnat processui naturali, est.n. ſm uoluntatis imperium, ita ꝙ producens & productum differunt sicut causa, & causatũ: Sed unum secundum ueritatem nõ est in alio. Vnde rationes inductæ ad hanc partem procedunt secundum hanc uiam, & ſm hanc uerum concludunt: ſm aliam uerò nulla concludit: imo ad oẽs rñdendum est per interpretationem. Illæ aũt, q̃ obiiciuntur in contrarium, omnes procedunt ſm aliam uiam; quia dſit ꝙ procedit secundum modum exemplaritatis, quod est ratio exemplandi, quod patet, quia sumũtur a ratione æternæ dispositionis, cognitionis, & imaginis. Vltima uero ratio concludit ꝙ procedit ꝑ modũ exẽplaritatis: sicut exemplatum: & propterea soluenda est per interpretationem. *Aliter interpretẽ.*

AD ILLVD, ꝙ obiicitur ꝙ omne principium rei producendę si habet cognitionẽ producit per exẽplar. Dicendum est, ꝙ illud falsum est nisi ratio cognitionis præcedat, ita ꝙ hẽat præcognitionem, saltem ſm rõnem causæ ad effectũ, quę ordinatio exigit essentialem diuersitatẽ, siue specialẽ, siue substãtialẽ. Exẽplatum.n. ſm ꝙ exemplatum, non est in exemplante ſm ueritatẽ, sed ꝑ similitudinẽ, quę (in quã) similitudo cũ sit rõ cognoscendi & exẽplandi, dẽ exẽplar. Procedit ergo filius ſm rõnem exẽplaritatis, nõ sicut exẽplatũ per exẽplar, sed sicut ipsum exẽplar, uel rõ exemplandi cætera. ET SI TV obiicias ꝙ exemplar cõe est toti Trinitati. Rñ. ad hoc Altisio. de mundo Archetypo, siue de idæis: ꝙ idea, siue mundus archetipus non tm̃ appropriatũ est ipsi filio, uerũetiã propriũ. Vel aliter põt dici, ga ſm ꝙ exẽplar dicit rõnem cognoscendi, sic cõe est toti Trinitati, & appropriat filio, sicut sapia. Sin ꝙ vero ultra hoc dicit rõnẽ emanandi sic est propriũ filii, & sic importatur per hoc nomẽ uerbum, ut melius patebit infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIO VII.

De comparatione potentiæ generandi ad personam.

HIc solet quæri a quibusdam, utrum pater potuerit, uel noluerit generare filium. Si enim, inquiũt, potuit uel noluit generare filium, ergo potuit aliquid, & noluit, quod nec noluit, nec potuit filius: nam filius nec potuit, nec noluit generare filium. Cui uersutiæ facilè respondemus, dicentes. Posse uel nelle generare filium, non est aliquid posse uel nelle subiectum potentiæ, uel uoluntati. Est tamen aliqua potentia, uel uoluntas, scilicet posse, uel uelle gignere filium: & ideo distinguenda est intelligentia propositi uerbi, posse uel uelle gignere filium, & posse uel uelle aliquid. Neque enim generatio filij aliquid eorum est, quæ subiecta sunt diuinæ potentiæ & uoluntati: nec est aliquid inter omnia, uel de omnibus, sed super omnia, & ante omnia. Non enim ante uoluit uel potuit, quàm genuit: sicut nec antè fuit, quàm genuit: quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex simili quoque hoc uidere possumus. Pater enim potest esse pater, & uult esse pater: filius autem non potest, nec uult esse pater: ergo pater potest, uel uult esse aliquid, quod non potest, uel uult esse filius: nõ sequitur: quia esse patrem non est esse aliquid, sed potest esse ad aliquid, ut in sequenti ostendetur.

Verba Aug. unde potest moueri auditor.

Dif. 28 huius primi. Lib. 3. Cap. 12.

Sed uehementer nos mouet quod Aug. ait in Lib. contra Maximinum, qui asserebat patrem potentiorem esse filio, quòd filium genuit Deum creatorem, filius autem non: adiebatque patrem potuisse gignere non filium: ideo potentiorem esse filio. Ad quod respondens Aug. dicere uidetur, quòd filius etiam potuit gignere, uolens ostendere patrem esse non potentiorem filio, his uerbis. Absit ut ideo potentior sit pater filio, sicut putas, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem: neque enim non potuit, sed non oportuit. Vide, & diligenter attende hæc uerba, non enim non potuit, sed nõ oportuit. Videtur enim dicere quod filius potuit gignere, sed non oportuit: & ita potuit quod non

portuit. Quare autem non oportuit, subdit dicens, Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret patri, quia & ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret secundum uestram mirabilem sapientiam impotens diceretur. Similiter etiam ille, si nepotem non gigneret auo suo, & pronepotem proauo suo, non à uobis appellaretur omnipotẽs, nec impleretur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur: nec eam perficeret ullus, si non sufficeret unus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium patris natura, non fecit.

Opponitur prædictis uerbis Augustini.

Hoc autem uidetur quibusdã nõ posse stare, scilicet quòd filius potuerit gignere. Si enim potuit filius gignere, potuit esse pater: & si potuit esse pater, potuit ergo esse pater uel sui, uel patris, uel spiritus sancti, uel alicuius alius. Sed alicuius alius non: quia nullus alius semper fuit. Nec patris: Augu. quia pater est ingenitus & innascibilis. Nec sui: quia nulla Lib. de res seipsam gignere potest. Nec spiritus sancti: quia nasci nõ Tri. 1. potuit: Si enim nasci potuit, potuit esse filius, & ita mutabilis esse potuit. c. 1.

Quæritur, quomodo intelligenda sint.

Quomodo ergo accipiatur quod supra dictum est, Non enim non potuit gignere. sed non oportuit: quasi potuit, sed non oportuit. Nõ est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc uerum, & ideo sub silentio potius esset prætereundum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia quærentium.

Aperit ex quo sensu accipienda sint.

Potest ergo sic intelligi. Non enim non potuit, sed non oportuit, idest, non ex impotentia sui fuit quòd filius non genuit, sed ei non conueniebat: sicut Deus filius non est Deus pater, nec tamen hoc est impotentia sui est. Nam & pater similiter non est filius, nec hoc est ex impotentia patris. Sed quærit Maximinus Arrianorum episcopus. Vnde ergo est quòd pater non potest esse filius, uel filius pater? non utique ex impotentia: sed pater proprietate generationis pater est, qua oportet eum non esse filium, & filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dist. 26 huius pri.

proprietate natiuitatis filius est, qua oportet eum non esse patrē. De quibus proprietatib. postea plenius tractabitur.

Vtrum pater natura sit potens gignere filium: & an hoc sit aliqua potentia, quæ non sit in filio.

Item quæritur à quibusdam. Si pater potens sit natura gignere filium, & an hæc sit aliqua potentia quæ non sit in filio. Ad quod dicimus. quod pater non est potens nisi natura: eius enim potentia natura est uel essentia. At, inquiunt illi, si potens est gignere, habet ergo potentiam gignendi. Filius autem non habet potentiam gignendi, si non potest gignere. Habet ergo aliquam potentiam pater, quam non habet filius, non sequitur. Eandem enim potentiam habet pentus filius, quam & pater: qua pater potuit gignere, & filius gigni potuit. Eadem enim potētia est in filio, qua potuit gigni, quæ est in patre, qua potuit gignere. Sed contra hoc opponitur. Aliud est posse gignere, aliud est posse gigni, quia aliud est gignere: & aliud gigni. Hic distinguendum est. Si enim cum dicitur, aliud est posse gignere, aliud posse gigni, aliam significas potētiam, qua pater potens est gignere, & aliam, qua filius potēs est gigni: falsus est intellectus. Si autem dicas, patrem posse habere aliam proprietatem, siue notionem, qua genitor est: & filium aliam, qua genitus est: uerus est intellectus. Aliam enim habet pater proprietatem, qua pater est: aliam filius qua filius est.

Quomodo intelligendum; filius habet, uel non habet potentiam generandi.

Ita etiam cum dicitur, filius non habet potentiam generandi, quam pater habet, dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur, filius non habet potentiam generandi quam & pater, scilicet qua potens sit ad generandum, id est, ut genuerit, uel ut generet sicut pater, uerum est. Si uerò intelligatur sic, non habet potentiam qua posit gigni, uel genitus esse, qua eadem pater potens est ut genuerit, uel ut generet: falsum est. Sicut dicitur, pater habet potentiam, qua potest esse pater: filius uerò non habet potentiam, qua posit esse pater: & econuerso filius habet potentiam, qua potest esse filius: habet ergo aliquam pater, quam non habet filius

& econuerso. Absit: quia eadem est potentia patris: qua potest esse pater, & filii, qua potest esse filius. Ita etiam eadem est uoluntas, qua pater uult esse pater, non filius: & filius uult esse filius, non pater: & eadem est uoluntas filij, qua uult esse genitus, & patrem genuisse: & patris, qua uult esse genitor, & filium genitum esse.

IN præsenti distin. ponit magister dubitationem ex comparatione potentiæ generandi ad personam, utrum. i. sicut est in persona patris, ita sit in persona filii. Et habet hæc pars duas. In prima Magister quærit, & determinat utrum filius possit generari. In secunda utrum potentia generandi sit in filio ibi. *Item, quæritur à quibusdam, si pater potens sit &c.*] Item, prima pars habet qnatuor particulas. In prima mouet quæstionem, utrum posse, & uelle generare, similiter comparētur ad personam patris, & filii. Secūdo opponit contra solutionem per auctoritatem August. ibi. *Sed uehementer nos mouet quòd Augu. &c.*] Tertio opponit contra prędictam auctoritatem per rationem ibi. *Hoc autem non uidetur à quibusdam. &c.*] Quarto redit supra dictam auctoritatē exponens ibi. *Quomodo ergo accipitur &c.*] Item, pars secunda huius dist. in qua quærit Magister, utrum potentia generandi sit in filio: habet duas particulas. Primo quærit, & determinat hanc quæstionem, utrum aliqua potentia sit in patre, quę non in filio. Si enim pater natura potēs est generare filiū, & filius non, patet &c. Sol. ad hanc quæstionem respondit Magister, & omnino eadem est potentia in patre, & filio. Sed quia hoc erat dubiū, ideo opponit contra prædictam solutionem, & determinat per distinctionem. Secundo respondet ad primam quæstionem distinguendo, utrum. s. filius habeat potentiam generandi. ibi. *Ita etiam cum dicitur filius non habet &c.* Si enim intelligatur actiue. s. filius intellectus. s. & filius possit generare. Si uero intelligitur passiue. s. & habet potentiam, qua possit gnari, uera est. Et fundatur illa distinctio secūdum alios super hoc, quòd li. generandi, potest intelligi in significatione passiua, uel actiua. Si in passiua, tunc uera est, & est sensus: filius habet potentiam generandi, id est potenti m qua generatur. Sed in actiua potest esse dupliciter, quia potest esse gerundium uel bi personalis, & tunc habet supposito determinatum, & est falsa. Est enim sensus, filius habet &c. i. filius habet potentiam qua ipse filius generat. Vel impersonalis, & tunc non habet certum suppositum, & est locutio uera: Est enim sensus, filius habet potentiā generandi. i. habet potentiam, qua aliquis generat: tamen hunc sensum non ponit Magister.

Si enim inquiunt, &c.] Dubitat de solutione Magistri, quā hic innuit, Dub. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

innuit, non sequitur, pater pōt generare, quod non filius, ergo pōt aliquid quod non filius. Et respondet ꝙ posse generare nō est posse aliquid subiectum diuinæ potentiæ. Sed hoc non videtur soluere, sed aggrauare argumentum. Cum.n. generare cum posse, sit posse maximum, videtur ꝙ manus inconueniens sequatur, & magis derogetur potentiæ filii si in hoc deficit, quasi eū generare filium, esset aliquid subiectū potentiæ diuinæ. Resp. dicendū ꝙ Magister bene soluit. Potentia.n. patris habet comparari ad inferius, & ad æquale, sed ad superius non, cūcta eat superiori. Cum cōparatur ad inferius, tunc est potentia essentialis, & essentialiter refert, quia connotat effectum, seu respectum in creatura: & respectu talis potentiæ inconueniens esset ꝙ aliquid posset pater, qđ non posset filius, quia tunc different per essentiam. Cum autem comparatur ad æquale, ut ad personam, contrahitur ad personam, & tunc nullum inconueniens est, si aliqua proprietas personalis est in patre, quæ non est in filio: ideo non sequitur quōd aliqua potentia sit in patre, quæ non sit in filio.

Dub.2. *Generatio filij &c.*] Videtur.n. Rich. de sancto Victore dicere contrarium, qui dicit, ꝙ quia omnipotens est, excusari nō potest quin filium genuerit: ergo generatio filii cōtinetur sub omnipotentia, ergo filius inter omnia continetur, & est. Rñ. dicendum ꝙ sicut dicit Magister, generatio filii nō cōtinetur sub omnipotentia, nisi acciperetur omnipotentia per appropriationē. Et quod dicit Richar. non intelligitur tanquam filius sit inter omnia, sed tanquam ante omnia, unde arguit ex posteriori. Si.n. emanatio naturæ secundū rationem intelligendi, præcedit emanationem secundū rationē voluntatis, nunquām Deus esset potens producere creaturam per uoluntatem, nisi etiam produxisset filium per naturā.

Dub.3 *Esse patrem, non est esse aliquid &c.*] Contra, quia cum inter aliquid, & nihil, nō cadat medium, si pater non est esse aliquid, ergo esset nihil. Resp. esse aliquid, dicitur dupliciter, uel cōmuniter ad essentiam, & personam, & sic non cadit mediū: & in hoc sensu esse patrē est esse aliquid. Alio modo prout trahitur ad essentiam, & sic cadit inter esse aliquid, & esse nihil mediū. s. esse aliquē: persona.n. p̄dicat, ut quis, nō ut qd.

Dub.4 *Si semel natus potuit, potuit esse filius &c.*] Videtur illa illatio Magistri non ualere, quia in creaturis ubi magis differt relatio à supposito; pōt dici ꝙ idem similis, potest esse alteri dissimilis, sine sui mutatione: ergo cū filiatio, & spiratio sint relationes, pariter̄ filius poterit esse spiritus sanctus, & e conuerso sine mutatione. Item, omne mutabile est aliquid præter illud secundū quod mutatur, ut si non albū fiat albū, est aliud q̄ albedo, ergo si intelligatur ipūs sanctus mutari si generetur: tunc aliud cēt in eo generatio, aliud ille qui generatur: sed hoc est falsum, ergo &c. Respō. secus, est in relationibus creaturæ, & Dei

Dei, quoniam relationes in creaturis non dant relatiuis existere: unde sine illis potest res esse, & cum illis. In diuinis autem dant personis existere: & ideo si in personis intelligatur ꝙ proprietas insit hypostasi, intelligitur esse hypostalis: & similiter si intelligatur nō inesse, intelligitur hypostasis non esse: cum ergo spiritus sanctus non possit simul spirari, & generari, quia quamuis una persona possit duobus modis producere, tamen una persona non potest nisi uno modo ꝓduci, sequit de necessitate, si potest S.S. esse filius, uel potuit, potest non esse spiritus; siue nō spirari: & si potuit non spirari, potuit nō esse: & iterū si potuit generari potuit esse, & ita potuit fieri de ente non ens, & de non ens, ac per hoc mutari. Et sic patet ultimum, quia non dicitur mutari propter diuersitatem proprietatum circa idem suppositū, sicut est in mutatione naturali; sed propter corruptionem, & inceptionem eiusdem. Nec est illud simile, pater potest generare, & spirare sine sui mutatione: ergo spiritus sanctus generari, & spirari: quia non est inconueniens unum principium pluribus modis producere: sed unum principiatum pluribus modis ꝓduci est impossibile, & incompossibile: & ideo patet illud.

Dub.5. *Pater non est potens &c.*] Contra: quia secūdum hoc generare quod nullo modo est essentiæ, nullo modo esset potentiæ. Respon. Quamuis potentia absolute considerata, sit idem quod essentia, tamen potentia, quia non est nomen adeo abstractum, sicut

essentia, trahitur ad personam, unde potentia generandi non dicit naturā diuinam simpliciter: sed naturam ut in tali persona. s. innascibili, ideo non est simile de hoc nomine Essentia, & de hoc nomine Potentia.

Aliam significes potentiam, qua pater, &c.] Contra, quia potentiæ diuisio sufficiens est per actiuam, & passiuam: sed posse gignere dicit potentiam actiuā, posse gigni potentiam passiuam: ergo non potest alia potentia significari. Si tū dicas ꝙ generare non est agere proprie, similiter nec generari pati; Obiicitur, quod potentiæ distinguuntur ꝙ actus; sed aliud est gignere, & aliud gigni: ergo alia est potentia huius, & illius. Respondeo. Ista distinctio, quam ponit Magister de potentia gignendi actiue, & passiue; fundatur super hoc, ꝙ potentia potest considerari secundum id quod est, & sic dicit naturam: & sic una natura est in gnante, & genito: sed alio & alio mō. Sed eadem potēt a potest iterū considerari secundum id, ad qđ est, & sic dicit modum existendi naturam in persona in comparatione ad alium, qui est principiū uel principiatum: & sic cum diuersi modi sint, diuersæ dicuntur proprietates: posse generare, & posse generari: & distinguuntur secundum actus personales; sed primo modo non. Dub.6

Filius habet potentiam, qua potest esse filius, &c.] Videtur hoc dubium, uel falsum: quia gigni omnino est a gignere, & gignere est a potētia patris, ergo & gigni. Respon. Sicut potentia gignēdi in patre non dicit nisi na- Dub.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura in persona, ut natam ex se producere aliam: sic potentia gignendi in filio, non dicit nisi naturã in persona, ut natã producei ab alia. Sicut .n. hypostasi patris conuenit generare, sic hypostasi filii conuenit generari. Nec ualet quod obiicitur in contrarium. Nam omne quod habet filius, siue essentiale, siue personale, habet a patre. Ideo quamuis ipsum gigni sit a potẽtia patris, non excluditur tamen quin potentia gignendi passiua sit in filio. Sed illa potentia non est principium generationis; sed idoneitas personę, siue hypostasis, cum sua proprietate ad gñari. Vnde ꝙ dicit posse gigni potentia: potest intelligi originaliter, & sic ponitur esse in filio. Alio autẽ modo non &c.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An posse generare, in diuinis dicat quid, uel ad aliquid?

AD euidentiam eorum, quæ dicit Magister de potentia generandi, quatuor q̃runtur. Primo quæritur utrum posse generare in diuinis, dicat qd, uel aliquid. Secundo utrum pater communicet potẽtiam generandi, ideſt utrum ī filio sit potentia generandi. Tertio utrum posse generare, & creare sit unicum posse, uel non. Quarto utrũ posse generari, & creari sit posse unicum.

QVOD generare dicat quid, ostenditur primo per auctoritatem Magistri in litera. Pater non est potens nisi natura, quia potentia natura est, uel essentia; sed natura & essentia dicunt quid, non ad aliquid: ergo & potentia generandi.

ITEM. Ratione ostenditur sic, generare est sibi simile in natura producere; sed ẽm Isaac natura est uis insita rebus similia ex similibus procreans: ergo uis generandi, respicit ipsam naturam, siue essentiam de se, nõ personam: sed omne tale dicit qd: ergo &c. ITEM. In perpetuis nõ differt esse, & posse, & potentia, & essentia; sed esse, & essentia in diuinis dicunt quid, non ad aliquid, siue per se dicãtur, siue cũ adiuncto, unde essentia patris dicit quid, ergo pari ratione potẽtia generandi. ITEM. In diuinis idem est secundum rem posse scire, & uelle. Sed in diuinis nõ est scientia propria, uel uolũtas propria, siue essentia ad aliquid, imo scientia dicit quid, & est trium, similiter & uoluntas: ergo potẽtia generandi dicit quid, siue essentiam.

SED CONTRA. Magister dicit in litera post principium. Posse generare non est posse aliqd: ergo non dicit quid uel ad aliqd ergo &c. ITEM. Ratione ostenditur sic, potentiæ distinguuntur ꝙ actus: ergo si actus potentiæ dicit quid, & potẽtia similiter. Sed cõstat ꝙ generare in diuinis nõ dicit quid, sed aliquid: ergo nec posse generare. ITEM. Quamuis in creaturis differant uirtus, & operatio: tamen in Deo idẽ sunt sicut uult Dion. ergo in Deo idẽ est posse gñare, & gñari. Sed generare in diuinis dicit ad aliqd, & non quid, ergo similiter posse. ITEM. Pater generat, & põt generare, aut ergo ideo põt, quia generat, aut ideo generat, quia potest. Constat ꝙ non ideo põt generare, quia generat, sed ecõuerso. Si ergo ratio proprii debet esse propria: ergo potentia generãdi debet esse propria, & nihil est ꝓpriũ in diuinis, nisi quod dicit ad aliquid; ergo &c. ITEM. Omnis potentia actiua, q̃ ineſt creaturæ. ineſt ẽm aliquas conditiones, & proprietates, ut patet. Posse. n. illuminare ineſt luminoso per lucem, posse calefacere calido per ẽalidicatem: quamuis aũt potentia generandi non sit actiua, tamen actiuæ similis est: ergo cum insit patri, ineſt per aliq̃ proprietatem. Illa proprietas aut dicit quid, aut ad aliqd. Si quid ineſt oĩbus personis, & ita posset generare, qd manifeste negat Magister: ergo dicit ad aliquid: ergo & potentia q̃ ineſt secundum illam: ergo &c.

RESOLVTIO.

Iuxta Magistri sententiam dicit quid: uerum tamen dicit aliquid.

RESP. Dicendum, ꝙ circa hoc problema tres fuerunt positiones. Fuerunt quidam, qui distinxerunt potentiam generandi, dicentes, ꝙ potentia generandi potest dici potentia nuda, uel potentia dispolita. Si dicatur potentia nuda, sic uoluerunt aliqui dicere, ꝙ dicit quid, & in oĩbus personis est: quoniam hæc potentia sic dicta, consequitur naturam, unde cum natura sit in qualibet psona, similiter & potẽtia hmõi. Secundũ aũt ꝙ dicit potentiam dispolitã, qa non hẽt dispositionẽ, nec conuenientiã, ut exeat in actũ gñationis nisi in sola psona patris; uoluerunt dicere, ꝙ dicit

ad aliqd. Sed uerba ĩstius positionis non uidentur uera, nec sana. Nõ inquã uera, qñ cuius potentia est nuda, nata ẽ pariter dispolita esse: si ergo trium est potẽtia gñandi, ut est potẽtia nuda, simiiter & dispolita, & ita q̃libet posset generare. Præterea non uidetur sana: ponere. n potentiam nudã quæ similiter se hẽt ad esse, & non esse respectu generationis, quam omnino necessarium est esse, nõ uidetur sane dictum esse, siue proprie. FVERVNT etiã alii, qui dixerunt, ꝙ cum in diuinis sit idem posse, & esse. & potẽtia, & essentia: ꝙ quemadmodũ potentia, & essentia dicunt qd, similiter esse & posse. Et quemadmodum cum dico essentiam patris, & essentiam filii, & spiritus sancti: siue esse patrẽ, siue esse filium, siue esse spiritum sanctum, non dico aliam essentiam, nec aliud esse; sed alterius: ita ꝙ quando dico potentiam patris, siue patrem posse generare, filium posse gigni, non dico aliud, & aliud posse: sed alterius, & huiusmodi positionis fuit Magister sicut euidenter apparet in litera. unde isti dicebant, ꝙ posse generare non dicit quid: sed respectũ ad aliquid: quia est essentiale tractum ad personam: cum. n. non sit omnimodæ abstractionis, põt ad personam trahi: & ita positio satis est probabilis, & satis bene uidetur sustineri posse. FVERVNT etiam tertii moderniores, qui dixerunt, quod potentiã generandi dicit ad aliquid in diuinis de se: & ratio eorum est, quoniam potentia dicit habitudinem originalis principii ad principiatum. Et quoniam habi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tndo potest esse personæ ad personam: & tũc uere est habitudo: & essentiæ ad creaturam, & tunc secundum modum dicendi, siue intelligendi: hinc est ꝙ principium de sui ratione, non tantũ est essentiale appropriatũ p additionem, immo etiam dicit proprium personæ. Pari ratione, cũ potentia dicat originalem habitudinem; non tantũ essentialẽ, dr, uel terminatur ad personam, ut dicat essentiam personaliter: immo dicit proprium, & ita ad aliquid de se: & positio ista sine preiudicio uidetur probabilior. Nam potentia generandi non uidetur dicere nisi fœcunditatẽ ad actum generationis, & illa est proprium personæ, unde similiter, & potentia. Nec est simile de posse, & esse nisi uno modo. Hoc enim uerbum Est, aliquãdo per se predicatur, aliquando est tertium adiacens. Quando per se dicitur, tunc dicit actum absolutũ quia dicit actum entis ratione essentiæ: & tunc oportet, ꝙ dicat absolute, & ꝙ dicat quid. Quando uero est tertium adiacens, ut quando dicitur, pater est pater: tunc hoc uerbum, est dicit habitudinem prædicati ad subiectũ. Et qm̃ põt dicere habitudinem ad predicatum essentiale, uel personale, ideo potest dicere esse essentiale. & modum essendi personalem. Posse autẽ de sui ratione propria, dicit habitudinem secundum originem: & hinc est, ꝙ specificatur per adiunctum: ut dicat conditionem principii essentialis, uel personalis.

Dub. 4 HANC ergo positionem sustinendo, Respon. argumentis probantibus, ꝙ dicit quid. Quod. n. primùm obr̃, patet: concedo. n. Magistrum fuisse huius positionis: unde dixerunt, ꝙ eadem potentia põt filius gigni, qua pater põt gignere: ꝙ non esset nisi potentia diceret qd. Vnde dixit, ꝙ potẽtia gn̄andi est in filio: sed nõ ad gn̄are: sed ad gn̄ari. Hec autẽ potentia dicit, ꝙ est in solo pr̃e: quia non tm̃ respicit naturam; sed proprietatem personæ. AD ILLVD, quod obiicitur qũo generare consequi̇t naturam: dicendum ꝙ in diuinis non sequit naturam simpliciter: sed naturã ut in persona. quia non in qualibet persona est natura fœcunda; sed solũ in persona patris; & hoc est p aliquã proprietatẽ q̃ est solius illius personæ; non sic est in inferioribus, sicut iam patebit: ideo patet ꝙ illud non ualet. AD ILLVD, quod obr̃ ꝙ in æternis est idem esse, & posse: dicendum ꝙ uerum est: sed tamen argumentum non ualet. Quamuis. n. omnino sit idẽ in diuinis esse, & esse patrem: nõ tamen sequitur ꝙ si esse patrem est proprium, ꝙ esse sit proprium: similiter dicendum in proposito. AD ILLVD, ꝙ obr̃ de scientia ꝙ dicit quid siue per se dicatur, siue cum alio, Dicẽdũ ꝙ non est simile de scientia, & potentia. Scientia. n. quantum est de se, dicit qualitatẽ absoluram, & ideo quantum est de se, semper dicit quid, nisi trahatur; sed potentia dicit habitudinẽ, & originẽ & ideo põt dicere habitudinem proprium, & personæ ad personam. Vnde illud simile Magistri non ualet secundum hanc positionem. Quia sicut una est uoluntas qua pater uult esse pater, & non uult esse filius & econuerso similiter una est potentia, ut uidetur.

SI QVIS ãt uult sustinere positionem Magistri, de facili potest ad omnes rationes in oppositum respõdere. Nam nulla rõ probat, ꝙ potentia de se dicat proprium, sed ꝙ potentia generandi actiue dicta, siue posse generare dicat ex adiuncto respectum ad personam, & ita dicit ad aliquid: sed hoc est solum rationes additi. Item, notandum quòd quatuor sunt genera nominũ in diuinis. Quedam. n. essentialia sunt di ta essentialiter, ut diuinitas, deitas, & maiestas. Quædam essentialia personaliter dicta, ut potentia gn̄andi. Quædam personalia dicta essentialiter, ut missus, incarnatus, & huiusmodi, quę dicunt respectum ad personam: & ideo personalia: & effectum in creatura, & ideo essentialiter sunt dicta. Duabus rationibus sequentibus facile est respondere: quia illud non habet ueritatem nisi qñ actus cõplectitur totam potentiã: non sic est in potentia Dei, quia eadem est potentia gignere, & gigni in Deo. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ idem est posse generare, & generari, Dicendũ ꝙ nõ ualet. Quamuis. n. idem sit & pater, & subsẽtia, nõ tm̃ sequitur ꝙ si pr̃ dicitur ad aliquid, ꝙ & subsẽtia: sicut melius patebit infra. DVABVS ultimis rõnib. difficile est bene rñdere, tũ põt qs dicere, ꝙ rõnes illæ nõ cõcludũt ꝙ potẽtia dicat ad aliqd de se, sed solũ rõne ad actũ, qđ ẽ gn̄are: & sic patet &c.

Dif. 27 qũ. 3.

QVAESTIO II.

An potentia generandi sit in filio.

VTRVM potentia gn̄andi sit in filio: ꝙ sic uidetur auctoritatibus, & rationibus. Primo sic. Hila. 9. de Trin. dicit. Filius habet in se naturaliter naturam gignentem, ergo natura in filio est nata generæ. ITEM. Aug. in lib. contra Maximi. Nõ potest filius non generare; sed duę negationes æquiualent uni affirmationi; ergo potuit generare. ITEM. rationibus ostenditur sic: plus ordinatur gn̄are ad generandi potentiam, quàm ad potentiam spirandi: sed pater generãs filium, cõicat potentiã spirandi, ergo multo fortius potentiam generandi. ITEM, filius est expressissima imago patris, ergo tantũ imitatur patrem ꝙ nõ potest cogitari similior: sed si filius cogitatur ut generans, magis cogitatur imitari: ergo si imitatur amplius quàm possit quis cogitare: ergo & in actu generandi. ITEM, per simile ur̃ sic. Maior communicatio, & diffusio est in luce æterna, quàm in luce creata: sed lux creata dat splendori potentiam producendi alium, & sic procedendo, & si esset infinitæ uirtutis, produceret infinitos splẽdores, ergo &c. ITEM, in gn̄atione carnali, pater non dr̃ perfectũ filiũ gn̄are. nisi det ei potentiam gn̄andi: ergo pari rõne, imo multo fortiori non erit filius perfectus, nisi habeat potentiam ad id, qđ pater põt, ergo ad generandũ. Aut si non est ita in diuinis, tunc ergo quæro rõnem quare de pfectione gn̄ationis æternæ nõ sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

est communicatio potentiæ generandi sicut gñatione creata.

SED CONTRA. Augu. contra Maxi. dicit ꝙ non oportuit filium generare, sed si non fuerit oportunum, nec cõueniens, sed omne inconueniens in Deo est impossibile: ergo impossibile fuit filium generare, ergo filius non põt generare, ergo non habet potentiam generandi: quia omni potẽtia est potens ille qui habet eam, ergo &c. ITEM, Ansel. in Monolo. Qui potest quod sibi non conuenit: quanto magis hoc potest, tantomagis aduersitas, & peruersitas possunt in eum: ergo cum filio non cõueniat generare, si posset, potentia illa esset ei eo miseria, sed nullam habet miseriã, ergo nec potentiã gñandi. ITEM, rõne probatur hoc idem. Sicut omne illud in quo aliqua duo necessario distinguuntur, si necessario conuenit uni, impossibile est unquam cõuenire alii, sicut patet. Si Petrus, & Iohannes necessario differunt in albedine, & albedo conuenit Petro, impossibile est ꝙ Iohanni conueniat. Sed pater, & filius sunt personaliter distincti, ita ꝙ necesse eit esse distinctos, & non est dare in quo distinguũtur, nisi in hoc ꝙ ille est generans, iste genitus: ergo cum generare conueniat patri; impossibile est ꝙ cõueniat filio: ergo filius non põt gñare: ergo non habet potentiã generandi. ITEM. Gñatio filii a patre similis est expresse ipsi generationi uerbi a mente: sed uerbum genitum non habet potentiam generandi aliud uerbũ, imo oportet ꝙ omne uerbum immediate sit a mente. ergo si recte simile est uerbum increatum, non habet potentiam generandi, sed generandi potentia est in solo patre. ITEM, fiat argumentatio Aug. ducẽs ad impossibile. Si filius habet potẽtia siue posse generãdi, ponatur ꝙ generet: quæro de secundo similiter, & si nõ est stare in primo, oportet ponere infinitos filios: quia qua rõne nõ statur in primo, ergo nec in aliquo: ergo si est stare, qª hoc repugnat diuinæ completioni. i. qua rõne statur in aliquo, stat in primo, ergo primus non habet potentiam generandi. ITEM. Fiat argumentatio Richar. ut cum si generaret filius alium filium, ergo cum filius genitus magis attineat patri quã alius, ẽm hoc non esset ibi summa, & æqualis connexio, ergo nec summa, & æqualis distinctio, ergo nec perfecta beatitudo: quæ omnia tanquam summe iposibilia respuit pia fides.

Proso. leg. c. 7

RESOLVTIO.

Potentiam generandi filius non habet: quia conueniens non fuit, ut illam sibi pater communicaret.

RESP. Opinio aliquorum est ꝙ filio est potentia generandi, sed non generat, Hoc autem nõ est quia non potest, sed quia nõ conuenit ei. Et ponunt simile in creaturarum productione siue creatione. Deus potest infinitas creaturas producere, sed quod non producit, hoc nõ est ex impotentia, sed qnia nõ conuenit ei, sic & in proposito. SED CONTRA. Ponatur tunc ꝙ illa potẽtia, q̃ est in filio ad gñandũ ducatur in actum, constat ꝙ filius generabit Deum ẽternum, ergo aliquid

aliquid poterat incipere habere esse, & esse æternum, hoc autem est impossibile, & non intelligibile. Propter hoc dicendum, ꝙ pater non cõmunicat filio potẽtiam generandi propter duo. Vnũ est, quia nõ põt: aliud, qa non debet. Ratio aũt quare nõ põt, hæc est: quia fęcunditas ad generãdũ est a patre: quia principium, & ideo principium, quia primum. Impossibile aũt est ꝙ principium cõicet alii primitatẽ. Nã hoc est oppositio in adiecto, ꝙ persona producta sit prima. Quia ergo fęcunditas ad generandũ ex primitate patri inerat, ideo non põt eam cõicare filio. Et hãc credo propriam esse rationẽ huius, sicut infra patebit dist. 27. ubi agetur quare pater generat. Similiter non debet cõicare: quia in emanatione diuinarũ personarũ debet attendi originalis distinctio, & plenissima cõicatio. Originalis distinctio: quia necesse est ea, q̃ cõmunicant in natura, distingui vel per materiam, uel per originem. Per materiam distingui personas, est impossibile: quia vbi est talis modus distinguendi, est cõpositio & uariatio, & formæ multiplicatio: quæ omnia Deo repugnant, qui est simplex, & iuariabilis, & uere unũ: & ideo necesse est distingui per originem, siue habitudinẽ: ergo per generare & generari: ergo si filius põt generare, potest etiam non distingui. Si tu dicas, ꝙ adhuc est distingui: quia unum tã tum pater, alius tm filius, alius pater & filius. Tũc ego oppono tibi, ꝙ secundus filius posset generare eadẽ rone qua primus: & tũc duo essent, quorũ uterq; esse pater, & filius. Similiter propter plenissimam cõicationem nõ debet cõicare: qua multiplicatio suppositorum ẽm similem modum egrediendi, non est nisi aut propter defectum durationis, sicut dictum est in generabilibus, & corruptibilibus, ut per succesiuam generationem perpetuetur esse: aut propter defectum perfectæ actionis, ut fiat per plures, quod non potest per vnũ: sicut sunt productæ plures stellæ: quia non sufficeret una ad hoc quod faciunt omnes. Sic etiam plures Angeli, & plures animæ ad implendam illam ciuitatem, & manifestandam Dei bonitatem, quã nec anima, nec vnus Angelus poterat sufficienter manifestare. Cũ ergo in filio Dei sit plenissima cõicatio: quia totam infinitatem suam dat sibi pater: non fuit conueniens quod communicaret filio illam potentiam. & ideo fuit impossibile: quia inconueniens quod libet in diuinis est impossibile.

AD ILLVD, autem, quod obiicitur in contrarium per auctoritatem Hilar. ꝙ filius habet in se naturam gignentem, dicẽdum, ꝙ uerbũ illud est improprium, & ex uerbis impropriis non est arguendum, sed magis eorum improprietas exponenda, & Magr. superius exposuit. Est. n. sensus, habet in se naturã gignẽtem, i. est naturam patris gignentis. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ non potuit. Dicendum ꝙ Magist. bene exposuit. i. nõ fuit ex hoc imporens. Vnde secundum artem distinguendũ est qñ dicitur, filius non potuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

generarē: quia, non, pōt teneri priuatiue,& tunc est sensus, nō potuit.i.impotens fuit: & tunc negatur potentia,& relinquitur aptitudo,sicut de truncato dicitur ꝙ non potest gradi:hoc modo non pōt dici de filio:quia nō habet ad hoc aptitudinem,& in hoc sensū sequitur Aug. Alio modo non posse,tenetur negatiue, & in hoc sensu concedendū est,ꝙ filius non potuit generare. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ pater cōicat filio potentiam spiratiuā: patet responsio, quia cum filius generetur, nō potest habere primitatē respectu generationis:sed cū non spiretur,est inspirabilis,& ideo potuit habere primitatē, & fecunditatē respectu illius: & sic patet ꝙ non valet ratio. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ filius est expressissima imago &c. Dicendum, ꝙ filius est expressissima imago,qa repręsentat in oībus in quibus imago nata est representare:sed tñ imago sic nata est representare,ut tñ ipsa non sit imaginatum, alioquin non esset imago. Si autem filius repræsentaret in actu generandi, tam esset pater: & ideo nec itelligibile,nec possibile est filium generare, siue in generatione patrem imitari. AD ILLVD, quod obiicitur de luce,& splendore:dicendum,ꝙ nō est simile:quia lux nō perfecte se multiplicat in primo splēdore, ideo in pluribus facit qđ non pōt in uno Similiter,& in filio carnali intelligendum. Vnde unus pater generat plures filios carnales. Hæc tamen ratio non est principalis:sed illa,quæ dicta est supra: quia in his inferioribus non est fecunditas per rōnem primitatis,sed per rationem perfectionis. In Deo autē quia est perfectissimum, & primum, non tñ est per naturam perfectionis: quia tunc in omnibus personis esset, & status esse non posset:sed per rōnem primitatis.Itē,rōnes iste nō procedūt p simile, imo magis p dissimile.

QVAESTIO III.

An posse generare, & posse creare vnicum posse sit?

VTRVM posse generare,& creare sit unicum posse? ꝙ non sit unicū,uidetur per Aug. Alio est pater,alio est Deus:ergo alio est generās, alio creans: sed potentia generandi est generans, potentia creandi est creās: ergo &c. ITEM,potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta, ergo si generatio terminatur ad Deum, & creatio ad creaturam,& hæc sunt omnino diuersa: ergo &c. ITEM, potentiæ plurificantur per subiecta, quia in pluribus subiectis plures sunt potentiæ: sed potentia creandi est in filio siue posse creare:in eo autem non est posse generare, ergo nō sunt unum posse. ITEM, quæcunque sic se habent quòd unum potest intelligi, altero non intellecto, eteconuerso,illa nō sunt unum. Sed posse generare potest intelligi circunscripta potentia creādi: ergo &c.

CONTRA. Vnius potentię omnino simplicis unicū tñ est posse:pater est potens oīno simplex, ergo unicū tñ habet posse: sed habet posse generare, & posse creare, ergo illa duo sunt unicū posse. ITEM, si posse est aliud

aliud,& aliud, cum posse generare respiciat ꝑsonā,posse creare naturam:ergo natura, & persona sunt duo, ergo nec natura de persona,nec econuerso, dicitur. quod est omnino falsum. ITEM. si est distinctio inter posse gñare &posse creare:ergo est ibi ordo:q̄ro ergo quid sit prius secundum rationem intelligendi. Et ꝙ potentia generandi, uidetur,quia est respectu æterni, & æternū ante ꝑpale. Sed contra, Intellectus communis est ante intellectum proprii:sed potentia creandi dicit commune tribus, potentia generandi proprium patris, ergo &c.

RESOLVTIO

Vnum posse sunt re;differens tamen ratione.

RESP. Dicendum,ꝙ posse generare & posse creare, est posse unicum,tamē dupliciter dictū. Vnum.n. esse est in re, esse patrem, & esse Deu, differens aūt ſm rōnem intelligendi:quia est absolutum,cum dico esse Deū: idem est relatum, cū dico esse patrem: & similiter de posse est intelligendū, unde sicut essentia & persona unum sunt in re, tamen est differētia rōnis in intelligendo,& in dicendo. Similiter dicendum est de potentia generandi, & creandi: & sicut est ibi differentia non re,sed ſm rōnē, ita est ibi ordo ſm rōnem intelligēdi. Vnde ſm diuersas cōparationes habent alium,& aliū ordinem. Comparando.n. posse creare, & posse generare ad illud cuius sunt:cum posse creare sit naturæ, posse generare sit personæ; & intellectus communis est ante intellectum proprii, sic absque calumnia, prior est ſcm rationē intelligendi potētia creandi. Comparādo aūt ad illud, ad quod terminatur,cum potentia creandi respiciat ꝑpale, potentia uero gñandi æternum,prior est ſm rōnem intelligendi potentia gñandi, quàm potentia creandi, & sic patent obiecta de ordine. Concedendæ sunt ergo rōnes ostendentes ꝙ differunt posse gñare, & posse creare differentia ſm rem, siue secundum essentiam.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur ꝙ alio est Deus,alio pater: dicendum ꝙ Aug. loquitur de alio,& alio alietate rōnis,& non rei. Et intelligitur alietas rationis per illum modum, quo supra dictū est Dist.5. ubi queritur, utrum essentia gñet. AD ILLVD,quod obiicitur ꝙ potentiæ distinguūtur per actus: dicendum quod uerū est hoc de illis actibus qui habent cōpletionē ab obiectis, sed non sunt sic actus diuini. Vnde quamuis creatura, & filius omnino differant, attamen generatio,& creatio idem sunt, sicut essentia,& persona. Deus enim in agendo nō completur ab obiecto,quia seipso agit. AD ILLVD quod obiicitur, ꝙ potentię plurificātur per subiecta: dicendum, quòd illud uerum est de subiecto proprio: sed filius inquātum filius nō est subiectū potentiæ creandi, sed inquantū Deus. Et constat quòd sicut natura diuina non facit numerum cum patre, ita nec potentia respiciens naturam cum potentia patris. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quòd unum

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest intelligi sine altero, & econuerso. Dicēdum, quòd aut loqueris quantum ad significatum, aut quantum ad connotatum. Si quantum ad connotatum, uerum dicis quòd creatura potest intelligi, non intellecta persona filii, & econuerso. Si quantum ad principale significatum, dicis falsum, impossibile est enim intelligi potentiam generandi, sine potentia creandi, sicut impossibile est intelligere personam sine essentia.

QVAESTIO II.

An posse generari, & posse creari: uniuocum posse sint?

VTRVM posse generari, & posse creari sit posse uniuocum. Et quòd nō; uidetur: quia quamuis idem sit generare, & creare quantum ad principale significatum, aliud tamē est: generari, & creari, sicut creator, & creatura: ergo cum non habeat esse uniuocum creatura, & creator: ergo &c. ITEM. Creatio dicit egressum, & mutationē, generatio uero omnem excludit mutationem: ergo cū posse creari importet potentiam transmutandi, posse generari non; cū potentiæ differant in sua generalitate in potentia transmutandi, & in hac non conueniuntur: ergo nulla. ITEM. Omne, distribuit terminum pro omnibus, q̄ uniuocantur, uel analogantur in illo; sed cum dico Omnipotens, non fit distributio pro illo, q̄ potest generari, quia tunc filius non esset oīpotens: ergo manifestum est, q̄ utrumque posse nec ē uniuocū nec analogū: aliogn oīpotentia nō conuenit filio.

SED CONTRA, Res est cōmunis ad fruibile, & utibile: ergo cum æqualis ambitus, uel maioris sit possibile, q̄ res: & non sit maior differentia inter generatum, & creaturā, q̄ inter fruibile, & utibile: pari rōne possibile, sine posse est cōmune ad utrunq;. ITEM in æternis non potest esse multiplicitas, nec diuersitas: ergo cū posse creari, & posse generari, ab æterno ante conditionē creaturæ fuerunt, ergo non habent multiplicationem in ipsa potentia. ITEM. cum dico, creatura potest creari, nihil dicit creatum: quia illud uerè dicitur de eo quod omnino nihil est, sicut de anima Antichristi: ergo solum dico potentiam agentis, sed potentia Dei est unica, non habēs aliquam multiplicitatem, ergo eius posse uniuocum est ad posse creari, & posse generari.

RESOLVTIO.

Quò ad principale significatum uniuocantur: Quò uero ad cōnotatum analogantur.

RESP. Dicendum, quòd cum dico posse creari, & posse generari, dico principale significatum, & dico connotatum. Quantum ad principale significatum, dico q̄ posse creari idem dicit re, q̄ posse creare, differens solum in modo loquendi: quia quod dicitur per modum actionis per posse creare, dicitur per posse creari, per modum passionis. Quantum uero ad connotatum, dicit effectū in creatura: Quomodo ergo comparantur posse creari & posse generari? Si comparentur ratione principalis significanti, dico, quòd non tantum est uniuocum, imò & unicum, ut uisum est: aliter tamen, & aliter intellectum, & enunciatum, sicut posse generare, & posse creare. Si autem ratione connotati comparentur, sic concedo, quòd est analogum. sicut, hoc nomen Res ad fruibilia, & utibilia. Quamuis enim creator, & creatura non habeant commune uniuocum; habēt tamen analogum. Notādum autem quòd duplex est analogia. Est quædā per reductionem ad unitatē naturæ secundum prius, & posterius, & hæc potest esse comparando creaturam ad creaturam: & in hac signum distribuit pro omnibus contentis, nisi sit distributio restricta ex additione, uel ex usu, siue modo loquendi, sicut distributio dicitur accommodata, ut si dicatur cœlū tegit omnia. Alia est analogia per reductionem ad unitatem similitudinis proportionis, non naturæ: & quod sic analogatur, non est inter alia. Vnde distributio proprie pro illo non distribuit, nisi sit extensa. Vnde Deus non est ens inter omnia. Et hinc est, quòd Omnipotēs non distribuit pro potentia generādi, proprie accepta distributione, nisi fiat quædam extensio, & ex illa per consequens fiat quædam appropriatio circa suppositum: tunc de proprie omnipotens conuenit tribus: quia non distribuit pro potentia generandi: appropriate, autem secundum quòd fit ampliatio ex parte signi, solius est patris. EXMIS patent omnia obiecta, procedunt enim per diuersas uias, ut patet intuenti.

DISTINCTIO VIII.

PARS PRIMA.

De proprietatibus, & conditionibus essentialibus Trinitatis, & unitatis.

NVnc de ueritate, siue proprietate, siue incommutabilitate, atque simplicitate diuinæ naturæ, siue substantiæ, siue essentiæ agendum est. Est itaque Deus, ut ait Augustin. in 5. Lib. de Trinit. sine dubitatione substantia, uel si melius hoc appellatur, essentia: quam Græci usiam uocant. Sicut enim ab eo, quod est sapere dicta est sapiētia, & ab eo, quod est scire, dicta est scientia: ita ab eo, quod est ēsse, dicta est essentia. Et quis magis est, quàm ille, qui dixit famulo suo, ego sum, qui sum? & dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos? Ipse verè, ac proprie dicitur essentia, cuius essentia non nouit præteritum, uel futurum. Vnde Hier. Ad Marcellam scribens ait. Deus solus, qui exordium non hēt, nec essentiæ nomē tenet: quia in eius comparatione qui uerè est, quia incommutabilis est,

quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi non sint, quæ mutabilia sunt. De quo enim dicitur fuit, non est: & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non nouit fuisse, vel futurum esse. Solus ergo Deus vere est, cuius essentiæ comparatum nostrum esse, non est.

Qualiter intelligenda sint uerba Hieronymi.

Hic diligenter aduertendum est, quomodo intelligi debeant illa verba Hierony. scilicet Deus tantum est, & non nouit fuisse, uel futurum esse, tanquam non possit dici de Deo, fuit, vel erit: sed tantum, est: cum de eo scriptum frequenter reperiamus, fuit ab æterno, fuit semper, & erit in sæcula, & huiusmodi: vnde videtur: quod non est tantum dicendum de Deo fuit, vel est, vel erit. Si enim diceretur tantum, fuit; putaretur, quòd desierit esse: si diceretur tantum, est, putaretur, quod non semper fuerit, sed esse cœperit: si tantum diceretur, erit; putaretur non esse modo. Dicatur ergo: quia semper fuit, est, & erit: vt intelligatur, quia nec cœpit, nec desiit, nec desinet esse, De hoc Augu. super Ioan. ita ait: Cum de sempiterna re proprie dicatur, est: secundum nos bene dicitur fuit, & erit: fuit, quia nunquam defuit: erit, quia nunquam deerit: est, quia semper est: non præterijt, quasi quod non maneat: non erit, quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tempora uarietur, de eo vere dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit, vel deest, vel deerit: & ideo non est mirum si de spiritu veritatis, veritas loquens dixit per futurum: Quæcunque audiet, loquetur: audiet scilicet ab eo, a quo procedit. Audire illius est scire, idem etiam esse. A quo ergo est illi essentia, ab illo audientia, ideſt, scientia, quæ nõ est aliud, quàm essentia. Audiet ergo (dixit) de eo, q audit. i. quod semper sciuit, scit, & sciet. Ecce hic dicit Augu. verba cuiuslibet temporis dici de Deo; sed tamen proprie, est. Illud ergo quod Hieronymus dicit ita intelligendum est. Non nouit fuisse, vel futurum esse, sed tantum esse, ideſt cum dicitur de Deo, quòd fuit, vel erit, non est intelligendum, quòd præterijt, vel futurum sit, sed quòd existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantiua

stantiua diuersorum temporum de Deo dicantur (vt fuit, erit, est, erat) nõ tamẽ temporales motus esse distinguunt, scil. cet præteritum, uel futurum, vel præteritum imperfectum, vel præteritum perfectum, vel præteritum pluſquam perfectum: sed essentiam, siue existentiam suæ diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus proprie dicitur essentia, uel esse, Vnde Hilarius in 7. de Trinit. ait, esse gẽ non est accidens Deo, subsistens ueritas, & manens causa, & naturalis generis proprietas. Non lõ a princi.

Hic de incommutabilitate.

Dei etiam solius essentia incommutabilis dicitur proprie, quia nec mutatur, nec mutari potest. Vnde August. in 5. Lib. de Trini. Aliæ, inquit, essentiæ, vel substantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna, vel quantacunque mutatio: Deo autẽ aliquid huiusmodi accidere non potest: & ideo sola substantia, vel essentia, quæ est Deus, incõmutabilis est, cui profecto maxime, ac uerissime competit esse. Quod enim mutatur, non seruat ipsum verum esse: & quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse. Idcoque illud solum quod non tantum non mutatur, verumetiam mutari omnino non potest, verissime dicitur esse. i. substantia patris, & filij, et spiritus sancti. Ideoque Apostolus loquens de Deo ait. Qui solus habet immortalitatem. Vt enim ait Aug. in Lib. 1. de Trin. Cum anima quodammodo immortalis esse dicatur & sit, nõ diceret Apostolus, Solus Deus habet immortalitatem: nisi quia uera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, quoniam solius creatoris est. Vnde Iacobus ait, Apud Deum non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Et Dauid. Mutabis ea, & mutabuntur: tu aũt idem ipse es. Ideo Aug. super Gen. dicit quòd Deus nec per loca, nec per tẽpora mouetur: creatura uero per loca, et tẽpora. Et per tempora moueri, est per affectiones cõmutari, Deus aũt nec loco, nec affectione mutari potest, qui per Prophetam ait: Ego Deus, & non mutor, qui est immutabilis solus. Vnde rectè solus dicitur habere immortalitatem. In omni enim mutabili natura, vt ait. Augustinus cõtra Ma- Cap. 2 1. Ti. 6 Cap. 1. Iac. 1. c Psl. 101 lib. 8. c. 20. 21 22. & 26. Mal. 3. b. In Lib. 3. cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximinum, nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Vnde & ipsa anima humana, quę ideo dicitur immortalis, quia secundum modum suum nunquam desinit viuere, habet tamen quandam mortem suam: quia si iustè viuebat, & peccat, moritur iustitiæ: si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato: vt aliàs eius mutationes taceam, de quibus modo longum est disputare. Et creaturarum natura cœlestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt, quorum est diabolus princeps: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuicunque rationali creaturæ præstatur, vt peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideo solus Deus, vt ait Apostolus, habet immortalitatem: qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit aliqua mutatione peccare. Proinde, vt ait Aug. in 1. Libro de Trinit. substantiam Dei sine vlla sui commutatione mutabili facientem, & sine vllo suo temporali motu temporalia creantę, intueri & nosse, licet sit difficile, oportet. Verè ergo ac propriè incommutabilis est sola diuinitatis essentia: quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

TERMINATIS superius duabus partibus istius partis principalis, quę est de trinitate, secundum ꝙ intelligitur: in quibus ad probandam trinitatem adduxit rationes, & remouit dubitationes. In hac tertia parte determinat Magister istius trinitatis, & unitatis proprietates, & cõditiones. Et quoniam quædam sunt proprietates respicientes essentiam, ut ueritas: quædam personas, ut generatio: quędam utraque, ut æqualitas: ideo hęc pars tres habet partes. In prima parte agit Magister de ꝓprietatibus essentialibus. In secũda, de proprietatibus personalibus infra Dist. 9. *Nunc ad distinctionem personarum &c.*] In tertia de proprietatibus, & conditionibus, quodammodo essentialibus, & quodammodo personalibus, sicut est æqualitas personarum, in æternitate, magnitudine, & ueritate infra Dist. 19. *Nunc post quam coæternitatē trium personarum &c.*] Prima pars, quæ continet præsentem Distinctionem, tres habet partes, secundum tres ꝓprietates, quas assignat. Prima est de ueritate. Secunda est de immutabilitate. Et hęc ponit ibi. *Des etiam solus essentia propriè incommutabilis dicitur &c.*] Tertia, de simplicitate. Et hęc ponitur ibi. *Eademque sola propriè, ac uerè simplex est &c.*] Item, prima pars habet duas partes, quia primo attribuit Deo proprietatem ueritatis. Secunda remouet dubitationem habentem ortum ex prædictis ibi. *Hic diligenter aduertendum est, &c.*] Similiter secunda pars habet duas. In prima assignat deo proprietatem incommutabilitatis, & probat auctoritate Augustini. In secunda, confirmat per Apostolum, ibi. *Ideoque Apostolus loquens &c.*] Tertia, de simplicitate infra subdiuidetur.

Dub. 1 NVnc de ueritate, *siue proprietate &c.*] Videtur male dicere, quia omne quod habet ꝓpriũ, distinguitur: sed diuina essentia non est distinguibilis: ergo non habet proprium. Ad quod dicẽdum, ꝙ diuina essentia eo modo est distinguibilis, quomodo habet proprietates, & econuerso. Quia quamuis in se non sit distinguibilis per plurificationem sui, nec a persona per diuersitatem: est tamen distinguibilis respectu essentiæ creatę, respectu cuius habet has proprietates. Item, quæritur de illis tribus proprietatibus, quas ponit, scilicet de ueritate, immutabilitate, simplicitate: cum multæ aliæ conditiones sint diuinæ essentiæ, quare tolum de his tribus agit. Respon. Dicendum, ꝙ per has tres proprietates sufficiẽter distinguitur esse increatum, a creato. Nam creatum eoipso, quod creatum habet esse post non esse, & ita esse uanum, & possibile: iõ habet esse permixtum cum possibilitate: & propter hoc deficit a ueritate, a stabilitate, & simplicitate. Increatum uero esse habet contrarias proprietates, & in his sufficienter distinguitur. Nam ueritas respicit, quod est: immutabilitas, quo est: simplicitas utrunque. Ideo patet sufficientia, & ordo.

Sicut enim ab eo quod est sapere dicitur sapientia &c.] Non uidetur dicere uerum. Sicut enim albedo se habet ad album, ita sapientia ad sapere: sed albedo non dicitur ab albo, imo magis ecõtra, ergo, &c. Respond. Dicẽdum, ꝙ secundum intellectum componentem, sapere dicitur à sapientia, quia intellectus componens, ꝓcedit ab abstracto ad cõcretum. Secundũ uero intellectum resoluentem: est econuerso, & quantum ad hunc loquitur Aug. Vel posset dici, ꝙ loquitur secundum considerationem Grammatici, non Logici. Dub. 2

Quis magis est quàm ille, qui dixit famulo &c.] Videtur male dicere, quia esse non recipit magis & minus, & maxime in Deo Respondeo. Dicendum, ꝙ magis, & minus dupliciter possunt considerari, scilicet in comparatione ad idem, & sic non dicũt intensionem, & remissionem. Vel in comparatione ad diuersas substantias, & naturas, & sic dicunt gradum, & excessum: & sic est bene ponere magis, & minus in ente, respectu creatoris & creaturę, & respectu creaturarũ adinuicem: in cõparatione creaturæ ad creatorem est excessus improportionabilis, & infinitus: respectu creaturarum ad seinuicem, est proportionabilis. Dub. 3

Cuius essentia non nouit præteritum &c.] Videtur enim esse ista proprietas & angelorum, quia Dub. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augu. de Ciuit. Dei dicit, ꝙ immortalitas angelorum non est præterita, quasi non sit: nec futura quasi nondum sit: sed semper est præsens: ergo non est proprium solius Dei. Respon. quidam dicunt, ꝙ duratio æui est simplex, & tota simul, non habēs præteritum, & futurum: nihilominus ipsum æuiternum seu æternum habet præteritum & futurum quantum ad affectiones: & ita proprium est solius Dei. Alii dicunt, quòd in omni durationē creata quoniā differt a durante, etiam habet esse posſibile cum priori, & poſteriori. Sed diſtinguunt in priori, & poſteriori. Quoddam enim est quod dicit durationis ſucceſſionem, quoddam ſucceſſionis durationem cum uariatione, & innouatione. Primū est in quo. Secundum in tempore: & hoc uult Anſelmus expreſſe: & hoc credo probabilius: & patet rñſio ad uerbum Aug. Ipſe.n. loquitur de priori, & poſteriori, qđ quidē dicit innouationem, & uariationē, & corruptionē.

Cuius eſſentia comparatum ne-
Dub. 5. *ſtrum eſſe, non eſt &c.*] Videtur hoc falſum. Quia, quod ineſt alicui ſubſtantialiter, non admitur comparatione aliqua: ſed eſſe eſt ſubſtātiale rei cuilibet: ergo, &c. Item, ex comparatione ad Deum creatura melioratur, ut dicit Auguſt. ergo magis eſt, quam ſi non comparetur, ergo, &c. Reſpo. dupliciter eſt accipere talem comparationem.

Vno modo ſecūdum rationem influentiæ, & receptionis, & ſic creatura ad deum comparata, eſt magis quàm ſi non comparetur. Alio modo comparatur ſecundum habitudinem æquiparantię, & proportionis, & hoc modo uerum eſt, ꝙ nulla eſt ratio proportionabilis ſecundum conditionem ueritatis, & nobilitatis eſſe diuini. & ideo quaſi nihil eſt, non omnino in ſe, ſed nihil a proportione: quia non poteſt inueniri aliqua proportio quantitatiua.

Dicatur ergo, quòd ſemper fuit, Dub.
eſt, & erit, &c.] Videtur hæc uerba non debere dici de Deo: qa dicunt diuerſa tempora: ſed in deo non cadit diuerſitas temporum. Reſpo. Quidam uoluerūt dicere, quòd actus iſti non prædicant de deo diuerſa tempora ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum concomitantiam, quia diuinum eſſe omnino inuariatū, omne tempus concomitatur: ſed hæc poſitio non ſoluit plene. Dicitur.n. uere ꝙ Deus fuit ante omne tempus, ergo concomitantiam non poteſt dicere. Ideo dicunt alii, ꝙ tempus con ſignificatum non eſt diſpoſitio rei acceptæ, ſiue intellectæ, quādo dicitur de Deo, ſed ſolum modi intelligēdi; qñ uero de re mobili, utroq; mō, exēplū patet de maſculino gñe in lapide, & uiro, qñ a uiro eſt ut diſpoſitio rei acceptæ, in lapide, ut modus intelligēdi ſolū. Sed hæc poſitio non ur ſufficiēs, qa intellectus nō potuit ꝑteritū circa ſuū itelligere, qñ itelligit Deū fuiſſe: et go oportet, ꝙ ponat circa rem. Propter hoc notādū, ꝙ uerba diuerſorū tpum aliter dñr de æterno, aliter de æuiterno, aliter de tpali. Nā reſpectu tpalis importāt mutabilitatē, & ſucceſſionē, & durationē. Secūm uero ꝙ de æuiternis dñr, duo tñ importāt, ſucceſſione, & durationē, ſicut uult Hier. Augu. & Ant. Secūm uero ꝙ dñr đ deo, importāt ſolū durationē. Vnde dr deus fuit: qa eius duratio nō cepit: deus ē, qa duratio eius nō interrupit: deus erit, qa nō deſinit, nec corrūpit. Proprie ergo loquēdo nō dñr de deo, ut dicit Hier. Large aūt loquēdo dñr, ut dicit Magi,
Dub. 7. & Au. & ad hoc uadit opi. Mag.

Eſſe non eſt Deo accidens &c.] Quæritur, quia cum eſſe nec creaturæ ſit accidens [nul.n. omnino rei accidit eſſ.]quomodo ergo per hoc notatur Deus differre a creatura. Reſpon. dicendum, quòd accidens dicit quid, natum in alio eſſe, ab alio exire, & ab alio recedere. Accidens enim dicitur quod ineſt ſubiecto, ab illo trahit ortum: & propterea poteſt adeſſe, & abeſſe. In his tribus proprietatib communicat eſſe creatum, licet non eodem modo omnino. Nam eſſe noſtrum pendet ab alio ſuſtinēte, orīt ab alio efficiēte. Creatura ēt nata ē ſuū eſſe ꝑdere: iō eſſe eius ē quaſi accides, nō tñ vere accides: qa cū pedeat a deo, nō pēdet ſicut a ſubiecto: ecōuerſo ē i Deo: & iō dicit Hi
Lib. de Tri. 7. larius, ꝙ eſſe nō ē accidēs Deo: et hoc ꝓp cōtrarias ꝓprietates. quia accidēs natu ē aīi i eſſe, ꝓp hoc dicit, ſubſiſtēs ueritas. Quia natū ē ab alio exire, cōtra hoc dicit, manens cauſa. Quia natum eſt etiam ab alio recede
Dub. 8. re, contra hoc dicit, naturalis generis ꝓprietas, q nō dimittit cē.

Solus deus habet immortalitatē &c.] Quæritur, quō hoc itelligat immortalitas; cū hic dicat Aug. ꝙ accipit ꝓ incōmutabilitate: ſed hoc nō uī conuenies. Mors.n. nō dicit oēm mutabilitatē: ſed ſolum corruptibilitatē uiuentiū, ergo nō ide ē dicere. Rñ. Sicut uita accipit cōiter, et ꝓ prima et mors, ita et immortalitas. Vno.n. mō dr uita actus cōtinuus, et internus, q eſt affirma pūa: et ſic dr ꝓprie, et ſic immortalitas dicit uitā tale cū poſſibilitate ad eius priuatione. Alio mō dr uita actus cōpletus poterię, q eſt fm rei naturā, ſicut dr aqua uiua, q habet ogatione aq cōuenientē: et hoc mō importat repugnātiā ad corruptionē: et iō deb er dici fm hanc uitam immortalē, qđ eſt uita in actu cōpleto, ꝙ nullo modo poteſt aliq peiorationē recipere et ſic accipit Apoſtolus; et ea põit.

Nec uicisſitudinis obumbratio &c.] Dub. 6
Quærit, q dīa eſt inter uicisſitudinē, et obūbrationē, et q cōueniētia, rōne eius dicat uicisſitudo obūbrare. Dicēdū, ꝙ uicisſitudo importat numerū uicis, et iſte ē numerus eū interruptione. Sed obūbratio dr priuationem actus lucis. Qñ ergo actus formę, lux eſt: priuatio eius recte dr obūbratio: et qa uicisſitudo rōne numeri dicit interruptionē, et rōne interruptionis dicit priuationē, et rōne priuationis obūbratione, et hinc eſt qđ recte dr uicisſitudinis obumbratio.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An ueritas ſit proprietas diuini eſſe.

IN hac parte ad euidentiā duarū primarū ꝓprietatū, quas Mag. primo aſſignat, ſ. ueri

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis,& incõmutabilitatis, duo principaliter q̃runt. Primo de ipsa ueritate. Secõ de imutabilitate. De ueritate iterum q̃runtur duo. Primo utrũ ueritas sit proprietas diuini esse. Secõ utrũ sit eius ꝓprietas in summo. i. adeo ꝙ non possit cogitari non esse.

QVod ueritas sit proprietas diuini esse, ostẽdit auctoritatib. & rõnib. Primo mõ sic auctoritate Hie. ad Marcellã, & hẽ litera. Solus deus uere ẽ, cuius essentię cõparatũ nihil eẽ, nõ ẽ: sed qđ alicui soli cõuenit, est ꝓ priũ illi, ergo ueritas ẽ ꝓpriũ diuini eẽ. ITEM. Aug. de vera reli
Ca. 34 gi. Falsitas ẽ in illis reb. q̃ imitant aliud unũ, quo ẽ unũ, quicqd est: in quantum illud implere nõ possunt. Si ergo nulla creatura pót illud summe unum implere, ueritas non est aliqua creatura: sed in omnibus falsitas. Item, Aug. in Solil. & de Vera Relig. dicit, quòd lux increata est ratio cognoscendi: & sola lux increata ẽ ueritas: ergo ueritas est proprie-
Ca. 11 & 14 tas dei solius. ITEM. Anselm. in Li. de Veritate dicit, ꝙ oĩa sunt uera prima ueritate, aut ergo intelligit effectiue, aut formaliter. Nõ effectiue: qa similiter omnia pñt dici bona prima bonitate: ergo intelligit formaliter: ergo nõ ẽ alia ueritas, quã ueritas increata: ergo si illa ẽ, ẽ i deo, &c. ergo ueritas e solius dei ꝓprietas. ITEM. Rationibus probatur sic. Veritas, & uanitas opponuntur; sed omnis creatura habet uanitatem, & permixtionem cum non esse, cum sit ex nihilo: & solus deus hac caret omnino: ergo in solo deo est ueritas. ITEM. Veritas opponit umbrę: quod enim est umbra rei nõ habet ueritatem: sed creaturæ sunt umbræ illius summi: ergo nõ habẽt ueritatem in esse. ITEM. Veritas est qua aliquid est uerum: sed ueritas est uera, cum sit cognoscibilis. sed constat ꝙ non alio, quàm se: quia alias esset abire in infinitum; sed quod est uerum seipso, est uerũ p essentiã: ergo ois ueritas ẽ uera p essentiã; sed sola ueritas increata ẽ uera p essentiã; ergo ueritas ẽ ꝓprietas dei solius.

CONTRA. Si ueritas est Dei ꝓprietas: aut ergo ueritas cõplexa aut incõplexa. Non cõplexa: si qa talis est cũ compositione: in deo aũt nõ est cõpositio aliqua. Nõ incõplexa: quia hęc cõuertit cũ ente: ergo cũ entitas nõ sit dei ꝓprietas, pari rõne nec ueritas erit. ITEM. Verũ ęque cõmune est, ut bonum, & quodammodo magis: sed bonitas non est dei ꝓprietas: ergo pari ratione, nec ueritas. ITEM. Veritas est ratio discernendi creatorem a creatura, & creaturam a creatura: sed qđ est rõ discernendi, & distinguendi, est diuersum in diuersis; ergo alia ueritas est in deo, quàm in creatura, & in una creatura, quã in alia; ergo non est proprium solius dei. ITEM. Aug. in Solilo. Verum est id quod est: ergo uera tas est ipsa entitas: ergo non est ꝓpriũ essentię: quia si sic, qua ratione dicitur ueritas est proprietas essentię, posset dici econuerso, cum omnino idem sunt.

RESOLVTIO.

Veritas quidem diuini esse proprietas est: sed prout distinguitur contra impuritatem, dissimilitudinem, & obscuritatem.

RESP. Dicendum, quòd ueritas habet

habet triplicem comparationẽ. Habet enim cõparari ad subiectum quod informat, ad principium quod representat, & ad intellectum quem excitat. In comparatione ad subiectum ueritatis dicitur ueritas actus, & potentiæ indiuisio. In comparatione ad principium, dicitur ueritas summæ ueritatis, & primæ repręsentatio, siue imitatio. In cõparatione ad intellectum, dicit ueritas ratio distinguendi. Et in omnibus illis comparationibus dupliciter potest accipi ueritas. Vno mõ prout distinguit cõtra falsitatem. Alio modo prout distinguitur cõtra permixtionem, secundum quòd uerum dicitur purum, & impermixtum: Prout ueritas diuiditur contra falsitatem, qua est priuatio in diuisionis, imitationis, expressionis, sic cum in creatura sit aliquo modo inuenire, & indiuisionem, & imitationem, & expressionem, sic est ueritas, non tantum in creatore: sed etiam in creatura, & sic non assignatur dei proprietas. Alio modo prout ueritas diuiditur contra permixtionem, siue impuritatem, sic est in solo deo. Nam in solo deo est indiuisio pura, non permixta alicui diuersi. In solo deo est imitatio, & similitudo pura, non permixta alicui dissimilitudini. Et in solo deo est expressio luminis non ꝓ mixti obscuritate. In creatura autem est indiuisio, cum actus, & potentiæ diuersitate, & imitatio cum dissimilitudine. Est ulterius in ea expressio cum obscuritate, & ideo hoc modo est ueritas diuini esse proprietas, & sic accipit Magister, & Aug. & Hie ron. Vocant enim uerum esse ꝙ nihil habet de possibilitate; nihil habet de uanitate, nihil de non entitate; & ideo in deo non cadit ꝑteritio, & futuritio, quæ aliquo modo non entia sunt, & sic procedunt duę primæ auctoritates, & rationes.

AD ILLVD, uero quod obiicitur, quod non sit alia ueritas quàm æterna, quia ipsa sola facit intelligere. Dicendum, quòd sicut color est obiectum uisus, & motiuum uisus, tamen non sine actu lucis, & differt ipsa a luce: sic dicendum, quòd ueritas creata quamuis non possit mouere sine ueritate increata, nihilominus est motiua suo modo, & alia ueritas est ab illa. AD ILLVD, quod obiicitur de Anselmo ꝙ omnia sunt uera ueritate prima. Dicendum, quòd uerum de sui impositione dicit comparationẽ ad causam exemplarem, sicut bonum ad causam finalem. Sicut enim dicitur bonum ratione ordinis, sic uerum ratione expressionis, & ratio exprimendi est ipsius exemplaris: sicut ergo cum dicitur de bonis creatis, ꝙ sunt bona bonitate increata, bonitas prædicat finem in ablatiuo, non formã: quia bonitas nullius creati est forma. Similiter cũ dicit, quòd omnia sunt ueritate increata uera, ablatiuus dicit causam formalem, exemplarem. Omnia enim uera sunt, & nata sunt se exprimere expressione illius summi luminis, quod si cessaret influere, cætera desinerent esse uera: ideo nulla ueritas creata ẽ uera per essentiam: sed per participationem: & per hoc patet ultima rõ. AD ILLVD uerò, ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiicitur in contrarium: ꝙ non est proprietas, patet Resp. Quoniam obiicit de ueritate secundum ꝙ habet oppositionem ad defectum falsitatis, non ad permixtionem possibilitatis: prædicto enim modo conuenit non tantum creatori: sed etiam creaturæ. AD ILLVD, quod obicit, quòd ueritas est idem, quòd diuina essentia. Dicendum, quòd de ratione proprietatis in creatura sunt ista tria. Primum est ꝙ conuenit soli. Secundum est, ꝙ est ratio innotescendi. Tertium quòd differt ab eo, cuius est proprietas. Duo prima sunt perfectionis: qa excludit simplicitatē; & ió ueritas dr diuinæ essētiæ ꝓ prietas; nō qa differat; uel sit inhærēs diuinæ essentiæ, sicut aīs subiecto; sed qa soli cōuenit, & ē rō cognoscēdi eā. Et hoc est causa quare econuerso essentia non est proprietas ueritatis: quia nō est ratio innotescendi eam, sicut econuerso. SI AVTEM quæras, cum idem significent essentia, & ueritas, quare unum est ratio cognoscendi alterū, & non econuerso: Ad hoc dixerūt aliqui, ꝙ quis idem significent essentia, & ueritas: tamen unum, scilicet ueritas est magis ratio cognoscendi ratione connotati. Sed hoc non potest stare: quia ueritas nihil connotat. Dicendum ergo, quod hoc est ratione modi significandi, & intelligendi. Et notandū, ꝙ dupliciter ē loq de his noībus. Vno modo rōne eius qđ nominātur: seu significāt: Alio modo ratione eius, in quo significat poni quod nominant. Vnde differt dicere sentum, & sensum hominis: quia primo dicitur commune ad sensum hominis, & bruti: deinde, ꝓpriū. Quādo si ergo accipimus huiusmodi nomina secundum se, alia est ratio essentiæ, alia ueritatis: quoniam essentia dicit quid, ueritas conditionem entis. Cum uero essentiam, & ueritatem trahimus ad deum, quamuis idem sint, tamē ratione generalium significatorum, unū accipitur ut proprietas alterius: & non est ibi synonimia, nec sunt nomina synonima: sed manet ratio subiecti, & proprietatis secundum modum significandi, & manet etiā secundum modum intelligendi. Quia per essentiam in creatura, intelligimus essentiā in creatore: & ꝓ ueritatē creaturæ intelligimus ueritatē increatā. Vñ sicut ueritas creata est ꝓprietas, & rō cognoscēdi essentiā creatā: sic ueritas increata fm rōnē significandi & intelligēdi ē rō cognoscēdi, & intelligēdi essentiam increatam.

QVAESTIO II.

An diuinum esse ita uerum sit: ut nō possit cogitari non esse?

VTRVM hæc ꝓprietas conueniat deo i summo. i. ut sū diuinū esse sit adeo uerū, ꝙ nō possit cogitari nō esse. Et ꝙ sic, ut ꝓ Anſ. qui dicit, ꝙ deus fm cōem animi acceptionē est, quo nihil maius cogitari pōt. Sed maius ē, qđ nō pōt cogitari nō esse, quā qđ pōt: ergo cū deo nihil maius cogitari possit; diuinū esse ita ē, ꝙ nō pōt cogitari nō esse. ITEM. Damas. dicit ꝙ cognitio essendi deū nobis nāliter ē impressa, sed nāles ipressiones non relinquūt, nec assuescūt i cōtrariū: ergo ueritas dei ipressa mēti humanæ ē inseparabilis ab ipsa: ergo nō pt cogitari nō esse. ITEM. Maior ē ueritas in esse diuino, q̄ i aliqua dignitate: sed aliqua dignitas ita ē uera, ꝙ nō est ei cōtradicere cor de, ut oē totum est maius sua parte, & similia: unde non pōt cogitari non esse: ergo multo fortius hoc erit uerum dicere de prima ueritate. ITEM. Intellectus nr nihil intelligit nisi p primā lucē, & ueritatem: ergo ois actio intellectus, q̄ est in cogitādo aliqd esse, est p primā lucē: sed p primā lucē non conuenit cogitare primā ueritatē non esse, ergo nec cogitare. Probatio mediæ: ois sermo enunciatiuus asserit se esse uerū, unde sequit: si homo est asinus, hoiem ee asinū, est uerū: Sed oē quod ponit ueritatē, ponit primā ueritatē, quia ois ueritas infert illā, ergo ois sermo asserit primā ueritatem esse, ergo &c. ITEM. Ois sermo enunciatiuus, aut affirmatiuus est, aut negatiuus: sed affirmatiuus affirmat hoc de hoc, qa sequit, si est ens, qđ hoc, est ens, quod nō est hoc: quia cū d eo, ens hoc, dico eius limitatū, finitū, & arctarum: & tali posito, ponitur ens summū: ergo omnis sermo affirmatiuus circa creatura infert Deū. ITEM. Negatiuus similiter, quia nullus sermo ē magis negatiuus quā iste, nulla est ueritas. Sed Aug. i Soliloq. ꝓbat ꝙ sermo iste ponit primā aliquā ueritatē esse. Quia si nulla ueritas est, uerum est, nullam ueritatē esse: & si hoc ē uerū, aliqd est uerū, & si aliqd est uerū, aliqua ueritas ē: ergo &c.

SED CONTRA. Damasce. dicit in fin fualuit pernicioſa hominum malitia, ut dicat deum nō esse, secundū illud Psal. 13. dixit insipiēs &c ITEM, idololatra dicit: ꝙ non est alius deus nisi idolū: & hoc credit, & cogitat: sed cōstat idolū non esse deum, ergo &c. ITEM. Omne illud quo intellecto nō esse, pōt aliquid intelligi, pōt cogitari non esse. Sed dicit Boetius in Lib. de Hebdomadibus, q intellecto per imposſibile summum bonum nō esse. adhuc, potest aliquid intelligi rotūdum, & albū, ergo similiter in summo uero, & sic poterit cogitari non esse. ITEM, illud qđ maxime nos latet, de facili pōt cogitari non esse: sed ueritas diuini esse est hmōi, qa deus habitat lucē inaccessibilem, ergo &c. ITEM. Quæro qd est dicere deū nō posse cogitari nō esse? Si qa nō pōt aliquo mō cogitari, nec uere, nec falsē; illud ē manifeste falsum. Si qa non pōt uere, similiter nec aīa, nec cœlum &c huiusmodi. ITEM. qđ cōtingit exprimere, contingit & cogitare: sed contigit exprimere diuinū esse non esse, ergo & cogitare. Quòd cōtingat, hoc patet, cū dr in speciali, Deus nō est: et in generali, nihil est: & ꝙ neutra istarū inferat Deum esse, pater, quia oppositū nō infert oppositū, & ꝙ nihil ponit, nihil infert, qualibet autem istarum nihil ponit.

RESOLVTIO.

Tanta est diuini esse ueritas: ut cū assensu nō possit cogitari uō esse; nisi propter ignorantiā cogitantis, quid ꝓ nomē ipertetur, ignorāti.

RESP dicendum, ꝙ aliquid cogitare nō esse, ē dupliciter. Aut in rōne falsi: sicut cogito de hac, hō est asinus, & hoc cogitare, nihil aliud est quā quid est, qđ dr intelligere: hoc mō pōt cogitari

In lib. an uō qđ est bonum sic.

Ex 1. perabs.

Lib. 1. cap. 1. & 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse ueritas diuini esse. Alio modo est cogitare cum assensu, sicut cogito aliquid non esse, & credo non esse: & hoc modo aliquid cogitare non esse, quod est, potest uenire aut ex defectu intelligentis, aut ex defectu intelligibilis. Defectus autem intelligentis est cæcitas, uel ignorantia, ob quam, quia ignorat rem, ideo cogitat ipsam non esse. Cõuenit autem dupliciter esse cogitationem de aliquo ente, uide licet si est, & qd est. Intellectus autem noster deficit in cogitatione diuinæ ueritatis quantum ad cognitionem quid est, tamen non deficit quantum ad cognitionem si est. Vnde Hugo. Deus ab initio sic cognitionem suam in homine temperauit, ut licet nũquam quid esset, poterat ab homine comprehendi ita nũquam quia esset, poterat ignorari. Quia ergo intellectus noster nunquam deficit in cognitione Dei si est, ideo nec potest ignorare ipsum esse, similiter non cogitare non esse. Quia uero deficit in cognitione quid est, ideo frequenter cogitat Deum esse, quod non est sicut idolum: uel non esse quod est, sicut Deum non iustum, & quia qui cogitat Deum non esse quod est, ut non iustum, per consequens cogitat ipsum non esse: ideo ratione defectus intellectus, Deus potest cogitari non esse, siue summa ueritas; non tamen simpliciter, siue generaliter, sed ex consequenti, sicut qui negat beatitudinẽ esse in deo, negat eam esse. Hoc autẽ modo procedunt rationes ꝓbantes quòd aliquis intellectus cogitat, uel cogitare potest diui-

Lib. 1. p. 3. t. totum.

num esse non esse. Alio modo potest cogitari aliquid non esse propter defectum à parte intelligibilis, & huiusmodi defectus potest esse dupliciter. Aut defectus præsentiæ, aut defectus euidentiæ. Defectus præsentiæ, utpote: quia non semper, quia non ubique. Aut quia semper, & ubique, non ubique toraliter. Quia non semper est, aliquando est, aliquando non: & ideo aliquando uere potest cogitari non esse. Similiter de eo quod nõ est ubique, quia eadem ratione qua potest cogitari non esse hic, potest cogitari non esse alibi. Similiter de eo ꝙ ſm partem adest, secundum partem abest. Deus autem est semper, & ubique, & totus semper & ubique, ideo non potest cogitari non esse. Hanc rationem assignat Anſel. in Lib. contra insipientem. Non solum propter defectum præsentiæ, põt cogitari aliquid non esse, sed & propter defectum euidentiæ, quia non est euidẽs in se, nec est euidens in probando. Sed diuini esse ueritas est euidens & in se, & in ꝓbando. In se, qa sicut principia cognoscimus inquan[tũ] tũ terminos cognoscimus, & qã [illegible] cã prædicati clauditur in subie[cto], ideo seipsis sunt euidentia: [illegible] sic & in proposito. Nam Deus, [illegible] siue summa ueritas est ipsum es[se], se, quo nihil melius cogitari po[test] test: ergo ꝙ non potest non esse, nec cogitari non esse. Prædicatum enim clauditur in subiecto. Nec tantũ habet euidentiã in se, sed etiam ex probatione, qm diuinam ueritatem esse probas, & concludit omnis ueritas & natura creata, quia si est eius par-

ticipationẽ, & ab alio, est & eius ꝓ essentiã, & nõ ab alio. Probat etiam ipsam & cõcludit, omnis intelligentia recta: quia omni animę eius cognitio est impressa, & omnis cognitio est per ipsam. Probat iterum ipsam, & concludit omnis propositio affirmatiua. omnis enim talis aliquid ponit, & aliquo posito ponitur uerum, & uero posito ponitur ueritas, quæ est causa omnis ueri. propositio autem negatiua non infert ipsam nisi sophistice, ut dicunt. Vnde ex hoc ꝙ est, nihil esse, uel nullam ueritatem esse, non contingit concludere, nec inferre ueritatem esse, Hęc enim propositio, nihil est, destruit omnem ueritatem, & ideo ad ipsam non sequitur aliqua affirmatiua, & hęc est falsa, si nihil est, nulla propositio est, nec aliquid, Augustin. autem tale argumentum non facit approbando; sed inquirendo. Concedendum est ergo, ꝙ tanta est ueritas diuini esse, ꝙ cum assensu non potest cogitari non esse, nisi propter ignorantiam cogitantis, qui ignorat quid est, quod per nomen Dei dicitur. Et concedẽd x sunt rationes ad hoc licet aliquæ sint sophisticæ.

Ad illvd ergo, quod obiicitur in contrarium, in tantum præualuit &c. Dicẽdum, quòd Dam. loquitur de cogitatione ꝙ uenit ex exceptione, qđ patet ex ipso uerbo eius cũ dicit, malitia. Similiter ad illud de idolo, dicẽdũ, ꝙ ideo errat, quia ignorat quid sit, unde non cogitat Deum non esse, in uniuersali. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ intellecto Deo non esse, possunt alia non esse intelligi. Dicẽdum, quòd Boetius loquitur de intellectu, quo per impossibile aliquid cogitamus; sed non assentimus. Ad illvd, quod obiicitur, quòd maxime nos latet, patet responsio, quòd maxime nos latet, quid est; sed tamen maxime patet, si est. Ad illvd, quod obiicit, quod est dicere diuinam ueritatem non posse cogitari nõ esse. Dicendũ, quòd aliquis non põt credere quòd Deus non sit, dũmodo utatur ratione. Nõ sic de creaturis. Quia & si certum est, unam creaturam esse uni, nõ tamen omnibus: quia non est ueritatis tantæ, ut se omnibus ostenderat æqualiter, sicut prima ueritas. Ad illvd, quod obiicitur, quòd conuenit exprimere, conuenit & cogitare. Dicendum, ꝙ potest accipi cogitare generaliter pro actu mentis, siue errãtis, siue non, siue assentiẽtis, siue nõ: & tunc est illud uerum: Vel pro cogitatione cum assensu, tũc est fallum: quia dignitatibus, ideſt propositionibus per se notis cõtingit ratione cõtradicere quãtum ad exterius, non tamen quantum ad interius, ut dicit Philosophus i Lib. Posteriorũ.

Collige ex. 1. Poste. Sed clarius ex 4 Metaphi.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An Deus immutabilis sit?

Consequenter secundo loco est quæstio de secunda proprietate diuini esse, scilicet immutabilitate. De qua duo quæruntur. Primo quæritur utrum immutabilitas sit in Deo. Secundo, utrum sit proprietas Dei tantum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD immutabilitas sit in Deo, ostenditur hoc modo. Omnis mutatio, aut est secundum substantiã, aut secundum accidens: sed Deus non mutatur secundum substantiã: quia omne tale est corruptibile: Deus autem, siue diuina substantia, cum non habeat principium, est incorruptibilis: ergo &c. Item. Nec secundum accidẽs: quia in Deo non est accidens: ergo nulla in eo est mutatio. Item. Omne, quod mutatur, per prius est in potentia, q̃ in actu: & in tali differẽtius à potẽtia: sed Deus est purus actus: ergo nullo modo mutatur. Item. Fiat deductio Richar. Omnis mutatio, aut est in iacum meliorem, aut deteriorẽ, aut parem; sed nullo istorum modorum mutatur diuina natu: non in meliorem: quia uerissime est: non in deteriore: qa à semetipsa est: non in æquale: qa pfecta est: ergo nullo modo cõuenit diuino esse mutabilitas.

Ex 5. Phys.

CONTRA. Sap. 7. omnibus mobilibus mobilior est sapiẽtia; ergo &c. SI DICATVR quòd sapientia dicitur mobilis per causam, eò quòd facit alia moueri. Contra, nihil dat quod non habet, sed Deus dat omnibus motum: ergo motus, uel mutatio maxime est in Deo. Item. Omne, quod nunc est aliquid, quod non fuit prius est mutatum, sed filius Dei homo est, ab æterno aũt non fuit homo: ergo est mutatus. SI DICAS, q̃ homo prædicatur de filio Dei, non per inhærentiam, sed per unionem: & unio est relatio, & relatio aduenit sine mutatione, ut de nummo fit precium, ut dicit Aug. in 5. de Trin. Contra. Ambrosius arguit contra hæreticũ, qui posuit filium ex tempore genitum à patre: quia si hoc, tunc factus est de non patre, pater, ergo mutatur: & ubi ergo similiter in ꝓposito. Item. Quicunque de non agente fit agens, mutatur mutatione quæ dium. est ab otio in actum: sed Deus de non creante factus est creans: ergo est mutatus. SI DICAS, q̃ Deus de non agente fit agẽs, nõ propter mutationem sui, sed q̃ mutatione effectus producti, sicut sol de non illuminante fit illuminans. Contra, nõ quia creatura est, ideo Deus creat, sed qa Deus creat, creatura fit, siue producitur. Per prius est ergo Deũ agere, q̃ creaturam fieri: ergo cũ posterius non sit causa prioris, nõ quia creatura fit de nõ ente ens, deus fit de non creante creans, sed econuerso: & ita mutatio est ratione agentis, non esse ctus. Item. Deus aliquid uult quod prius non uoluit: quia ex tempore uoluit creare, quod nõ uoluit ab æterno, sed quicunque uult aliquid quod nõ prius uoluit, mutatus est: ergo &c.

Lib. 5. de Trin. cap. 16

SI TV dicas, q̃ ab æterno uoluit creare mundum in illo instanti, sicut ego uolo audire missam cras. Contra, uolũtas Dei est causa rerum proxima, & immediata: sed posita causa proxima, & immediata, ponitur effectus: ergo si ab æterno uoluit, ab æterno mundus fuit.

RESOLVTIO.

Cum nec tẽpore, nec loco, nec forma moueatur Deus: omnino immutabilis dicendus est.

RESP. Dicẽdum, q̃ sicut dicit Boetius, Deus stabilis manens dat cuncta moueri: unde diuina essentia est immutabilis. Nõ. n. mutatur loco: quia ubique est. Non tpe: quia æternitas simul est. Nõ forma: quia purus actus est. Vnde mutationem secundum formam tollit simplicitas: secundum tẽpus tollit æternitas: & in locum tollit immensitas: & ideo in Deo est summa stabilitas, & inde omnis motus cautalitas. Quia sicut ꝓbat Aug. & uult Philosophus. Omnis motus ꝓcedit ab immobili: ut cũ mouetur manus, stat cubitus: & mouetur cubitus, stante humero: quia ergo Dei sapiẽtia est stabilis, ideo omnia mouet.

Lib. 3. de consol philosoph. prosa. 9. in principio.

Aug. 1. de Trin. cap. 1. Arist. De motu & mob. alias.

QVOD obiicitur ergo de sapientia, quod dr̃ mobilis, Dicendum, q̃ mobile dicitur actiue de ea: quia facit motũ; non passiue, sicut sensibile de animali. Et ad illud quod obiicitur, nihil dat alteri quod nõ habet. Dicendũ q̃ triplex est aliquid habere, scilicet formaliter, exemplariter, causaliter: & quolibet istorũ modorũ, quod habet dare põt. Primo aũt modo non habet Deus motum, sed secũdo, & tertio sic. AD ILLVD, quod obiicitur de relatione. Dicendum, q̃ relatio cum dicitur de nouo, de necessitate ponit mutationem in altero extremorum: nec oportet q̃ in utroque: ideo ilta relatio quæ est personæ ad personam, ponit mutationem in altera personarum: & una mutata, mutatur & reliqua: quia eadẽ sunt in essentia, ideo de necessitate si de non patre fieret pater, mutaretur. Relatio autem essentiæ ad essentiã, non de necessitate ponit mutationẽ, nisi in altero extremorũ.

Quia cũ diuersę sint essentię, põt una mutari, altera nõ ꝓmutata: iõ in relatione ad creaturã semper intelligitur in creatura facta mutatio, non in Deo. Tamẽ proprie loquendo, sicut alibi patebit, deus non refertur ad creaturam, nisi ſm dici, & modũ loquẽdi. Posset tamen aliter dici, sicut supra tactum est simile: quia relatio personalis dat personę existere: nõ sic aũt relatio ad creaturam: & ideo sequitur, si incipit esse pater, incipit esse. Non autem sequitur hic, deus incipit esse homo, igitur incipit esse: & ideo bene ualet argumentum Ambro. q̃ si pater incepisset gignere, q̃ esset mutatus: quia incepisset esse, nõ quia ab uno statu in alterum mutatus esset. AD ILLVD, quod obiicitur, quando de non agente &c. Dicendum, quòd est agens quod est sua actio: & est agens quod non est sua actio. Agens quod non est sua actio; sic agit, quòd inter ipsum, & effectum cadit medium, quod disponit ipsum: & tale agens nunquam fit agens de non agente, quia mutetur: quia nouum quid sibi aduenit. Sed agens qd̃ est sua actio, agit seipso, & iõ inter ipsum, & effectum non cadit aliquod medium ipsum disponens; & ideo cum de non agente fit agens: quia nihil nouum sibi accidit, ideo non mutatur: tale agens deus est. AD ILLVD, quod obiicitur de uoluntate, dicendum, q̃ causa proxima, & immediata dicitur tripliciter. Aut respectu substantiæ, aut dispõnis, aut actus. Respectu substantię, cum inter eam, & effectũ

Vide d. 30. q. 3

Videin fra. di. 28. q. 2

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non cadit alia substantia media causans. Respectu dispositionis, cum nō additur noua dispositio ad effectum producendū. Respectu actus, quādo actui cōiungitur. Dico ergo, q̄ dei uoluntas sunt causa proxima, & immediata ab æterno respectu substantiæ, & dispositionis, & nō respectu actus: quia actui non coniungitur uoluntas, nisi pro tempore in quo uult agere, ut patet cum dicitur, uolo cras legere, uoluntas non copulatur actui, nisi pro tempore crastino.

QVAESTIO III.

An solus Deus immutabilis sit?

VTVM immutabilitas sit diuinæ essentiæ proprietas, ita quòd nulli creaturæ conueniat. Et quòd sic uidetur. Quia 1. Thim. 6. dicitur de Deo quòd solus habet immortalitatem Et Augustin. dicit contra Maximinum. In omni natura mutabili, nonnulla mors est ipsa mutatio: ergo si solus Deus habet immortalitatem, solus habet immutabilitatem. ITEM. Omne uertibile est mutabile, sed omnis creatura est uertibilis. Vnde Dam. Omne quod à uersione incipit, in uersionem tendit &c. ITEM. Omne, quod sibi relictum, in nihilum cædit: quantum est de se, est mutabile: sed omnis creatura est huiusmodi. Vnde Grego. Cuncta in nihilum tenderent, nisi manus conditoris ea retineret, ergo &c. ITEM. Nullum accidens de se habet stabilitatem: sed esse omni creaturæ accidit, sicut dicit Hilarius, & habetur in litera: quia ab alio uenit: ergo omnis creatura quantum ad esse est instabilis. ITEM. Omne unum est subiectum uariabilitati, sed omnis creatura una, cum sit ex nihilo. Vnde Rom. 8. Vanitati subiecta est creatura &c. ergo si omnis creatura una, nulla immutabilis est. ITEM. Omne mutatum habet in se mutabilitatem, sed omnis creatura facta est, ergo omnis creatura mutatur, ergo nulla mutabilis.

Lib. 16 Moral. ca. 18. non longè à medio. Hilar. 7. de Trinit.

CONTRA. Immutabilitas nō dicitur nisi tripliciter. Dicitur enim immutabilitas, aut inuariabilitas, aut incorruptibilitas, aut inuertibilitas Ostenditur autem quòd inuariabilitas conueniat creaturis, utpote principiis. Nam Augu. ostendit in 11. Confess. q̄ materia informis est inuariabilis. Quia quod caret forma, caret ordine, caret uicissitudine: ergo uariatione. Author autem sex Principiorum dicit hoc de forma: q̄ est in simplici, & inuariabili essentia consistēs. ITEM. Videtur q̄ inuariabilitas conueniat beatis: quia ubi perfecta beatitudo, ibi nulla deperditio, & ubi hæc, nulla uariatio est. ITEM. Variatio attenditur sicut dicit Augu. super Gen. ad literam: aut secundum locum, aut secundum tempus: sed aliqua creatura caret determinato loco, & tempore, ut uniuersale quod est semper, & ubique: & cœlum empyreum quod est extra tēpus, & locum: ergo &c. ITEM. Si immutabilitas dicatur incorruptibilitas, idem ostenditur; nam omnis corruptio naturalis uenit ex contrarietate: sicut dicit Philosophus in Libro de morte, & uita: sed multæ creaturæ carent contrarietate: ergo & corruptibilitate. ITEM. Omnis cor-

Gilbertus Porretanus in lib. sex Principiorum cap.

corruptio est in aliqd prius se, quia corruptio naturalis in aliquid est, sed principia non habent aliquid prius, utpote materia: ergo sunt incorruptibilia. ITEM. Omne perpetuum est incorruptibile, sed aliqua creatura naturaliter est perpetua, ergo &c. Minor probari potest sic, perpetuitas est de ratione imaginis. Vnde Aug. Non esset anima imago, si mortis termino clauderetur, cum ergo anima naturalis sit imago: ergo naturaliter est immortalis siue perpetua ITEM. Ostenditur q̄ creatura sit inuertibilis, sic: uertibilitas est in non esse, sed nihil est qd creaturam aliquam possit uertere in non esse: quia à se non uertitur, cum nihil se corrumpat: ab alio non: quia actio creaturæ in id terminatur, ex quo incipit: sed nullius creaturæ actio incipit ante esse: ergo &c. PRAETEREA, distantia infinita est inter esse creaturæ, & nihil: sed inter extrema, in infinitum distantia non potest fieri mutatio per uirtutem finitam: ergo nihil potest cædere in nihil, nisi Deo faciente. ITEM. Vertibilitas dicit per corruptionē in non esse omnino: sed nihil quod corrumpitur, cædit omnino in non ens, ergo nullum corruptibile uertibile solum. SI TV dicas, quòd inuertibilitatem non habet creatura q̄ naturam, sed per gratiam. Contra. Quod omnibus inest, est naturale: quoniam quod inest gratia speciale est: sed naturale est, quod est idem apud omnes: sed fere omnis creatura est inuertibilis: quia nulla redigitur in nihilum, ergo hoc naturale. ITEM. Ostenditur quòd nec per gratiā, quia gratia est perfectio naturæ, ergo quod repugnat naturæ, non datur per gratiam, ergo si inuertibilitas est contra naturā creaturæ, ergo non datur per gratiam. ITEM. Obiicitur de illa gratia, qa si creatura est, est uertibilis, si ergo conueniat ei inuertibilitas, oportet quòd per aliam gratiam, & sic erit abire in infinitum. Si ergo oportet stare, patet q̄ non per gratiam.

SI DICAS quòd gratia illa non dicitur habitus, sed Deus gratis conseruans: hoc nihil est, qa sine Deo operante nulla creatura operatur, ergo sicut nulla creatura est inuertibilis nisi per gratiam, sic nulla creatura operatur nisi per gratiam: ergo nulla operatio est naturalis, quod stultum est dicere.

RESOLVTIO.

Si immutabilis dicatur idem quod inuariabilis: solus Deus immutabilis; nec quidquam omnino præter Deum. Si uero dicatur idem quod incorruptibilis, & inuertibilis: ut sic solus Deus immutabilis dicitur per naturam: alia à Deo non nisi per eius gratiā.

RESPONDI. Dicēdum q̄ immutabilitas dicitur per priuationē mutabilitatis. Mutatio autē dicitur tripliciter. Vno modo ab ente in ens, & hæc est mutatio secundum accidens, & dicit uariatio. Alio modo ab ente simpliciter in ens potētia, siue secūdum quid: & hæc est mutatio secundū formam, & dicitur corruptio: Alio modo est mutatio ab ente in simpliciter non ens, & hęc est secundum totam rei substantiam, & dicitur uersio. Secūdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum hoc intelligendum, q̄ immutabilitas dicitur tripliciter. Vno modo inuariabilitas, alio modo incorruptibilitas, & tertio modo inuertibilitas. Si ergo immutabilitas dicatur inuariabilitas, sic dico, quòd nulla omnino est creatura, neque per naturam, neque per gratiam. Nam omne creatum, aut est accidens, aut habet accidens, & ita uariabile: sic accepta inuariabilitas proprie, propriũ ipsius Dei est. Si autem dicatur immutabilitas, incorruptibilitas: sic dico, q̄ in aliquibus est creaturis. In quibusdam per naturam, utputa in simplicibus. In quibusdam per gratiam, utputa, in glorificatis corporibus: nec sic est proprie proprium diuinæ essentiæ. Si uero tertio modo dicatur immutabilitas, sic omnibus creaturis inest per gratiam: nulli autem per naturã, nisi soli Deo. Inuertibile enim per naturam est, quod ex seipso habet, ut possit stare: hoc autem est in quo nulla est uanitas, uel uarietas, & in quo omnino nulla est essentiæ mutatio, nec ad esse, nec ad nõ esse, & hoc est solum æternum: ideo hæc inuariabilitas est in solo deo, & est proprie proprium eius. Inuertibilitas autem per gratiam, inest omnibus, uel pluribus creaturis: quia deus sua gratuita bonitate cætera continet, ne in nihil cedat. Et loquor de creaturis quę dicunt quid completum, & per se existens. Concedendũ ergo, q̄ immutabilitas, put privat uariationem secundum accidens, q̄tum ad naturam, & potentiam, solius Dei est. Similiter, ut privat mutationem in non esse secundum actum, & potẽtiã, quãtum est de natura, solius dei est, licet per gram cõueniat multis creaturis: & sic procedũt rõnes ad primã ptem, uñ cõcedẽdæ sũt.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in cõtrarium, quòd principia rerum sunt inuariabilia: Dicẽdum, quòd uerum est si considerentur ſm essentiam abstractam: sed si considerentur ſm esse naturæ, sic de necessitate habent accidentia coniuncta, & possunt uariari, uariacio autem accidentalis respicit esse. AD ILLVD, quod obiicitur q̄ in beatis non potest esse uariatio, Dicẽdum, q̄ uerum est quantum ad substantiam præmii, siue quãtũ ad præmium substantiale, cadit tamen quãtum ad conuersionẽ ad inferius, tum quãtum ad affectiones, sicut patet in angelis, tum quantum ad actiones Vnde beati erunt agiles, & poterũt moueri. AD ILLVD, quod obiicitur de uniuersali, & empyreo. Dicendum, q̄ utrunque recipit uariationem, sed uniuersale ratione eius in quo est: quia mouẽtibus nobis, mouentur ea quæ in nobis sunt. Empyreum uerò ratione contenti. Potest enim aliquid continere, quod non cõtinet, & aliquid non continere quod ¡continet. AD ILLVD q̄ obiicitur de incorruptibilitate, Dicendum, sicut prætactum est, quòd conuenit creaturis: aliquæ enim creaturæ sunt ita simplices, & ita bona coniunctione cõiunctæ, quòd nulla cadit in eis contrarietas, nec est in eis maior ratio corruptionis quam in principiis. Vnde sicut principia non sunt resolubilia in aliquid, tamẽ cæderẽt in nihil, si sibi relinquerentur, sic intelligendum in aliquibus substantiis. Vnde nõ est dicendũ, q̄ sit uerum q̄ oẽ compositum sit resolubile ſm rem: sed (sicut dicit Anſ.) est resolubile re, uel intellectu. Vñ cõcedẽdæ sunt rõnes ad hocinductæ.

Anſel. in libr. ſimil.

AD ILLVD uerò, quod obiicitur de uertibilitate, dicendum, q̄ quælibet creatura uertibilis est per naturam, si sibi relinquatur. Si quæritur causa huius, dicendum, q̄ huius uersionis eũ sit defectus purus, non est reddẽda causa efficiens, uel reducens in non esse, sed solum deficiens. Propter quod notandum, q̄ natura dicitur naturalis origo. Origo autem creaturæ & est ex nihilo, & est ex suis principiis: ſm hoc dupliciter dicitur aliquid ipsi creaturæ naturale, uel quia inest ei ex eo quod est ex nihilo: uel quia inest ei ex eo quod est ex suis principiis. Et quia nihil, nullius est causa efficiens, sed deficiens, ideo proprietates, quæ insunt creaturæ ratione eius qđ est ex nihilo, non sunt positiones, sed defectus: nec sunt à uirtute, sed à defectu uirtutis, nec habent causam efficiẽtem: & tales sunt, uanitas, instabilitas, uertibilitas. Si ergo quæratur a quo ẽ uertibilis creatura, Dico q̄ nõ ab aliquo efficiente, sed per defectum in seipsa. Secundum autẽ q̄ naturale dicitur inesse rei Per propria, & intrinseca principia: sic non dicuntur naturaliter inesse priuationes, uel defectus, sed habilitates: & ideo hoc modo accipiendo naturale, nulla creatura est uertibilis in non esse: nec tamen dicitur inuertibilis naturaliter: quia naturale est in quod potest natura: sed principia rei non pñt in rei conseruationẽ, nec cõseruationẽ sui: & ió inuertibilitas nõ est hmõi naturalis, nec tamẽ est cõtra naturam, imo est ei consona: quia omnis natura appetit saluari, quãuis ex se non possit, & maxime illa creatura, quæ appetit beatificari, & hæc est illa, quę ad Dei imaginem facta est. Et quia desiderium naturæ non est frustra, ubi deficit natura, supplet Dei gratuita influentia. Et sic patet q̄ uertibilitas inest per naturam, sed inuertibilitas per gratiam. AD ILLVD, quod obiicitur de comparatione gratiæ ad naturam, intelligendum est, q̄ gratia dicitur adiutorium uenieus a superiori, respectu eius, quod est supra posse naturæ. Hoc autem adiutorium est duplex. Aut respectu esse simpliciter, aut respectu esse perfecti. Si respectu esse simpliciter, utputa conseruationis esse: quia nulla principia cum sint uana de se, possunt seipsa conseruare, sic nõ est mediante aliquo habitu infuso, uel dato: quia respicit esse, quia esse est commune omnibus, ideo hæc gratia est omnibus communis. Vnde hæc est gratia habens modum naturæ, & hæc est gratia qua dãtur cætera uertibilia. Alio modo dicitur gratia adiutoriũ respectu pfecti esse: & quia perfectio esse est in his quæ ad beatitudinẽ ordinantur, respicit bene esse: uel esse quod non est omnium: ideo hæc est habitus specialis aliquorum, non omnium: & hæc est gratia secundum modum gratiæ.

Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXMIS patet quod obiicitur de gratia. Obiicit enim secundum quòd gratia est specialis habitus diuisus contra naturam, & sic dicit aliquid de nouo creatum sed gratia prædicto modo non. Et ex hoc patet ultimo obiectum: quia gratia dicitur adiutorium respectu eius quod est supra posse naturæ, & quia conseruatio principiorum est supra posse naturæ, non autem egressus actionum, imo infra, ideo patet &c.

DISTINCTIO VIII.

PARS SECVNDA.

De simplicitate diuinæ essentiæ, uel naturæ.

Cap. 6. *Ademque sola propriè, ac uere simplex est, ubi nec partium, nec accidẽtiũ, nec quarũlibet formarũ ulla est diuersitas, siue uariatio, uel multitudo. Vt autem scias quomodo simplex sit illa substantia, te docet Aug. in 6. Lib. de Trin. Animaduerte primò, quare omnis creatura sit multiplex: & nullo modo uerè simplex, & primum de corporali, postea de spirituali creatura. Corporalis utique creatura ex partibus constat, ita ut sit ibi aliqua pars minor, alia maior: & maius sit totum quàm quælibet pars: & in unoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud est figura. Potest enim imminuta magnitudine manere idem color, & eadem figura: & colore mutato, manere eadem figura, & eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse cõuincitur natura corporis: simplex autem nullo modo.*

Spiritualis creatura qũo sit multiplex, & non simplex.

Ex eodem li. 6. c. eo. *Creatura quoque spiritualis, ut est anima, in comparatione quidem corporis est simplex: sine comparatione uerò corporis, est multiplex, & non simplex. Quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, quia moles non diffunditur per spatium loci, sed in unoquoque corpore, & in toto tota est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideo cũ sit aliquid, in quauis exigua particula corporis, quod sentiat anima, quãuis non fiat in toto corpore, illa tamẽ tota sentit, quia totã non latet. Sed tamẽ nec in ipsa tota aïa uera simplicitas est. Cũ enim aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutũ, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia,*

aliud tristitia: possintq; hæc & alia huiusmodi innumerabilia in aïæ inueniri natura, & alia sine alijs: & alia magis, et alia minùs: manifestũ est aïæ non simplicẽ, sed multiplicẽ esse natura. Nihil. n. simplex mutabile est: oĩs aũt creatura mutabilis est: nulla ergo creatura uerè simplex est. Deus uerò etsi multiplex dicatur, uerè tamẽ & summè simplex est. Dicitur. n. magnus, bonus, sapiẽs, beatus, uerus, & quicquid aliud nõ indigẽ dici uidetur: sed eadẽ magnitudo eius est, quæ sapientia. Non. n. mole magnus est, sed uirtute: & eadẽ benitas eius est, quæ sapientia, & magnitudo, & ueritas: & non est iai aliud ipsum beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut uerum, aut bonum esse, aut omnino esse. Ibi. c. 7

Qualiter Deus cùm sit simplex, multiplex tamen dicatur.

Hic diligenter notandum est cũ dicat Aug. solum Deum uerè simplicem esse: cur dicat eũdem multipliciter dici. Sed hoc non propter diuersitatẽ accidẽtium, uel partium dicit, sed propter diuersitatem, ac multitudinem nominum, quæ de Deo dicuntur: quę licet multiplicia sint, unũ tamẽ signi ficant, scilicet diuinam naturã. Hæc enim non ita accipiuntur, cùm de illa incõmutabili æternaque substantia incompa rabiliter simpliciore, quàm est humanus animus, dicuntur, quemadmodum cùm de creaturis dicuntur. Vnde Augu. in Cap. 4. *6. Lib. de Trin, Deo, inquit, est hoc esse, quod est fortẽ esse, uel sapientem esse, uel iustum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, uel multiplici simplicitate dixeris, quod substantia eius significetur. Humano autem animo non est hoc esse, quod est fortem esse, aut prudentem. aut iustum: potest enim esse animus, & nullam istarum habere uirtutum.*

Tanta est Dei simplicitas, quòd nulli prædicamentorum subiicitur.

Quod autem in natura diuina nulla sit accidentium diuersitas nullaque penitus mutabilitas, sed perfecta simplicitas; ostendit August. in Lib. 5. de Trinit. dicens. Intelligamus Deum quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsidentem, sine habitu omnia continen- Cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem, quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum potest omnino inuenire quid sit ipse: piè tamen caueat quantùm potest aliquid de illo sentire, quod non sit. Ecce si subtiliter intendas ex his atque prædictis aperitur, illa prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ minimè conuenire, quæ nullis est subiecta accidentibus.

Quòd Deus non propriè, sed abusiuè dicitur substantia.

Cap. 4. & 5. Vnde nec proprie dicitur substantia, vt Augu. ostendit in Lib. 7. de Trini. Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus: si tamen dignum est, vt Deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus rectè intelligitur, in quibus, ut subiectis, sunt ea quæ in aliquo subiecto esse dicuntur: sicut in corpore color, aut forma. Corpus enim subsistit: & ideo substantia est. Res verò mutabiles, neque simplices propriè dicuntur substantiæ. Deus autem si subsistit, ut substantia propriè dici possit, ineſt in eo aliquid tanquam in subiecto, & non est simplex. Nephas est autem dicere ut subsistat Deus, & subsit bonitati suæ: atque illa bonitas non substantia sit, uel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subiecto. Vnde manifestum est Deum abusiuè substantiam uocari, ut nomine usitatiori intelligatur essentia, quod uerè ac proprie dicitur, ità vt fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim uerè solus, quia incommutabilis est.

Quod non est aliquid in Deo, quod non sit Deus.

Huius autem essentiæ simplicitas, ac synceritas tanta est, quòd nō est in ea aliquid, quod non sit ipsa: sed idem est habens, & quod habetur. vnde Hilarius in 7. Lib. de Trin. ait, Non ex compositis Deus, qui vita est, subsistit: neque qui virtus est, ex infirmis continetur: neque qui lux est, obscuris coaptatur: neque qui spiritus est, ex disparibus formalis est, totum quod in eo est, unum est. Idem in 8. Lib. de Trinit. Non humano modo ex compositis Deus est, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat,

habeat, sed totum una est natura, scilicet, perfecta & infinita, & non ex disparibus constituta, sed uiuens per totum ipsa. De hoc eodem Boetius in 1. Libr. de Trin. ait. Quocirca hoc uerè unū est, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud præter id, quod in eo est; neque enim subiectum fieri potest. Cap. 3

Augu. quoque in Lib. de Fide & Symbolo dicit: In Dei substantia non est aliquid, quod non sit substantia: quasi aliud ibi substantia, aliud quod accidit substantiæ. Sed quicquid ibi intelligi potest, substantia est. Verùm hæc dici possunt facile, & credi: uideri autem nisi puro corde omnino non possunt. Item Augu. 15. Libro de Trinitate sic habetur in natura unusquisque trium, quod qui habet, hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplexque substantia. Vnde Isidor. ait, Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu quòd aliud non est ipse, & aliud quod in ipso est. Et cum tantæ simplicitatis atque synceritatis sit natura diuina, est tamen in ea trinitatis personarum. Vnde Augustin. in Lib. 11. de Ciuitate Dei. Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus, quia est pater in ea solus, aut filius in ea solus, aut Spiritus sanctus in ea solus: aut quia est sola ista nominum Trinitas, sine substantia personarum, sicut Sabelliani putauerunt. Sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet; excepto quòd relatiuè quæque persona ad alterum dicitur, nec est ipsa. Nam utique pater habet filium, ad quem relatiuè dicitur, nec tamen ipse est filius: & filius habet patrem, nec tamen ipse est pater. In quo uero ad semetipsum dicitur, nō ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur uiuus habendo uitam, & eadem uita est ipse. Propter hoc utique natura hæc dicitur simplex, quod non sit aliud habens, & aliud id quod habet, sicut in cæteris rebus est. Non enim habens liquorem liquor est, nec corpus color, nec anima est sapientia. Ecce quanta est identitas, quanta est unitas, immutabilitas, simplicitas, puritas diuinæ substantiæ, iuxta infirmitatis nostræ ualetudinem assignauimus. Cap. 9. circa fi. eiusdē. Ca. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVPRA ostendit Magister duas proprietates diuinę essentiæ, s. ueritatem, & incommutabilitatem. Hic ostēdit simplicitatem diuinæ essentiæ, uel naturæ. Et habet hęc pars tres In prima ostendit ꝙ ꝓprie est simplex. In secunda ꝙ uere. ibi. *Hic diligenter notandum est, &c.*] In tertia quòd summe, ibi. *Huius autem essentiæ simplicitas &c.*] Prima iterum pars habet tres partes. Primo proponit, ꝙ proprie est simplex. Secundo ostendit quòd non conuenit naturæ corporali, ibi. *Vt autem scias, quomodo simpliciter &c*] In tertia ꝙ non conuenit naturę spirituali, ibi. *Creatura quoq; spiritualis &c.*] Similiter pars, in qua ostendit ꝙ est uere simplex, habet tres partes. In prima ostendit ꝙ in Deo est pure multiplicitas nominum. In secunda ostendit ꝙ in eo non est diuersitas prædicamentorum, ibi. *Quod autem in natura diuina &c*] In tertia concludit ꝙ nomina prædicamentorū in diuinis non possunt dici proprie, & etiam nomen primi prædicamenti, ibi. *Vnde nec propriè dicitur substantia &c.*] Similiter tertia pars, in qua ostēdit, ꝙ est summe simplex: habet tres. Primo enim ostendit, ꝙ tanta est ibi simplicitas, ꝙ nulla est ibi rerum diuersitas. Secundo ꝙ cum hac simplicitate stat personarū pluralitas, ibi. *Et cum tāta simplicitatis &c.*] Tertio uero & ultimo epilogat, ꝙ ostensa est in diuina essentia triplex proprietas ibi. *Ecce quanta est identitas &c.*]

Dub. 1. EAdemq; fere &c.] In parte ista circa literā incidit hęc quæstio de ordine. Cum enim compositio in creatura sit ratio, & causa mutationis, simplicitas est causa immutabilitatis: quia si affirmatio sit causa affirmationis, & negatio causa negationis: ergo cum causa sit ante effectum, debuit primo Magister ponere proprietatem simplicitatis. Respon. Dicendum ꝙ reuera compositio secundum rationem intelligendi, prior est ꝙ mutatio: sed quoniam negationes se habent econuerso, affirmationibus, hinc est, quòd immutabilitas est prior: ita uolunt aliqui dicere. Potest tamen aliter dici, & melius, ꝙ est prius notius nobis, & prius notius simpliciter; & ꝙa simplicitas est maxime nobis occulta, propter hoc ꝙ simplex inquantum simplex habet rationem principii, & nos uenimus a cognitione posterioris in cognitionem prioris: ideo prius agit de immutabilitate q̄ simplicitate. Iterū quæritur de hoc quod dicit in litera. [Eadēque sola ꝓprie, ac uere simplex quia nec habet compositionem partium, &c.] uidetur superflua dicere, quia simplex est cuius pars non est. sicut compositum dicitur quod habet partes. Respond. Dicendum, ꝙ Magister notificat hic simplex secundum quod est Dei proprium, ꝙ ita opponitur compositioni, & multiplicitati. Quātum ergo ad priuationem compositionis, dicit ꝙ non habet multitudinem partium: quantum uero ad priuationē multiplicitatis extranęę, dicit, ꝙ non habet ueritatem accidentium: quātum uero ad priuationem multiplicitatis intrinsecæ, dicit, ꝙ non habet uarietatem formarū, ut generis & speciei differētiæ & hoc modo simplex est simplex uerè, & ꝓprię, quod solius Dei est.

Lib. 2. sub. 6. de Tri. cap. 6. *Cum enim aliud sit artificiosum esse &c*] Probat hic August. animā esse cōpositam propter multitudinem proprietatum. Sed cōtra. Nulla substantia componit ex proprietatibus, nec per se, neque cū alio: ergo ex hoc non ꝓbatur, ꝙ anima sit cōposita: Respond. Dicendum, ꝙ Aug. hoc non probat nisi à posteriori. Cōpositio enim accidētis ad subiectum, & diuersitas, necessario ꝓ supponit aliam compositionem quia, ut dicit Boetius, quod est pure forma, subiectum esse non pōt: ergo ad hoc qđ aliquid sit subiectum accidentium pluriū, oportet in illo præexistere compositionem intrinsecam: sed anima capit in se multitudinem accidentium, & ideo necessario infertur à posteriori, ꝙ ipsa sit cōposita, licet non ex accidētibus.

In Lib. de Tri.

Dub. 3 *Sine qualitate bonum, sine quantitate magnum &c.*] Videtur malè dicere: quia à quocunque remouetur superius & inferius: ergo si non habet qualitatem, nec bonitatem. Si tu dicas, ꝙ bonitas illa nō est species qualitatis. Quæritur, quare non similiter dr in diuinis qualitas diuina, sicut bonitas diuina? Respo. quidam uolunt dicere, ꝙ nomē generis nō transfertur ad diuina; tum quia non dicit rei complementum sicut species, tum quia signat in ꝺconcretione ad subsītiam, & in dependentiam: nomina autem specialia connotāt effectum in creatura, & ideo dicitur sine qualitate bonus. Sed si quis uelit inspicere, inuenit hoc non habere ueritatem. Si ergo quæratur, quomodo differt in Deo magnitudo, & bonitas: Dicendum, ꝙ magnitudo significat diuinam essentiam, per modum quātitatis, bonitas per modum qualitatis: ergo isti modi cadunt in Deū. Et iterum. Si quęratur qualis est Deus. Respon. bonus, & magnus: Et ideo dicēdum, quòd nomina generum in diuinis reperiuntur: sed nō prout habent rationem generis: ꝙa Deus in nullo genere est: & ad hoc significādum remouet August. nomina nouem generum, inquantum sunt genera.

Si tamen dignū est ut Deus etc.] Videtur satis dignum: quia summa nobilitas est, per se subsistere. Respon Dicēdum, ꝙ duplex est proprietas ipsius substantiæ, scilicet per se stare, & alii subesse: primum est perfectionis, secūdum imperfectionis, & ideo ratione primæ, dicitur digne: non ratione secundæ. Dub. 4

Non ex compositis Deus, qui uita est, &c.] Quæritur, quæ differentia est inter istas differētias. Quia si nulla est, uidetur facere inculcationem. Respon. Dicendum, ꝙ quidam uoluerunt ꝙ ꝓ illa quatuor excludantur quatuor genera compositionum. Prima enim est essentiæ ex principiis essentialibus: ratione cuius dicitur ꝙ Deus non est in compositis, id est simul positis. Secunda est substantiæ ex principiis naturalibus, quæ sunt materia & forma: ratione cuius dicit, neque ex infirmis: quia materia subiecta ē priuationi, quæ Dub. 5.

facit formam mutabilem, & infirmam; & similiter materiam. Infirma.n.dicunt instabilia. Tertia est compositio mixti ex miscibilibus: rone cuius dicit. Neque ex obscuris: quia ubi mixtio ibi quædam formarum confusio, & ita obscuratio. Quarta est compositio animati ex partibus disparibus, ex anima uidelicet, & corpore, ratione cuius dicit, Nec ex partibus disparibus, qa ipse est Spiritus. Aliter tamē potest dici, q̄ excludit eandem compositionem, ratione diuersarum conditionum. Ad hoc enim q̄ principia aliquid constituant, oportet q̄ principia sint differētia, sint dependentia, sint imperfecta, sint etiam difformia. Si.n. essent omnino conformia, & p̄fecta, non possent aliqd constituere: qa ex duobus entibus in actu nihil fit. Quia ergo differētia, ideo sunt cōposita, quasi cū alijs posita. Quia dependentia, ideo informia, uel informa. Quia imperfecta, ideo obscura. Quia dissimilia, ideo disparia. Deus autem non potest esse ex dependentibus, & diuersis: quia est unita per essentiam. Non potest esse ex infirmis, quia uirtus per essentiam. Non potest esse ex imperfectis, & obscuris, qa lux est. Similiter non potest esse ex disparibus, & dissimilibus: quia spiritus per essentiam. Summa ergo actualitas, summa potestas, summq̄ claritas, summa spiritualitas, non permittunt in Deo, esse aliquam compositionem. Vnde ex his quatuor conditionibus, quatuor rationes elicuntur probantes Deum simplicissimum.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus sit summè simplex?

AD intelligentiam eorum, quę dicit Magister ī litera quatuor quæruntur. Primo quæritur, utrum in Deo sit summa simplicitas. Secundo utrum simplicitas sit Dei proprietas. Tertio propter illud quod dicit̄ in litera de alia rationali. Quæritur utrum anima rationalis sit in toto corpore, ita q̄ in qualibet parte. Quarto q̄ritur, utrum Deus sit in aliquo determinato genere.

QVOD in Deo sit summa simplicitas, sic probatur. Omne primum est simplicissimum: quia quanto aliquid prius, tanto simplicius: sed Deus est primū in genere entium: eo q̄ nec est, nec esse potest, nec cogitari prius: ergo est ita simplex, q̄ ip so nihil simplicius esse potest, uel cogitari, ergo est simplicissimum. ITEM. Omne quod est quicquid hēt est simplicissimū, Deus est quicquid habet: ergo &c. Prima patet in se. Minor p̄batur sic Deus habet potentiā, sapientiam, & sic de alijs: aut ergo est sua potentia, aut non. Si sic, habeo propositum. Si non est sua potentia, cum sit potens potentia, habet posse ab alio: ergo Deus est ab alio: quòd si hoc est falsum: ergo illud ex quo sequitur. ITEM. In esse nobilissimo, debet omnis conditio nobilitatis poni in summo: sed deus est ens nobilissimum, & simplicitas est conditio nobilitatis ergo ponenda est in Deo in summo, ergo Deus est summe simplex. ITEM. Quāto aliquid simplicius, tanto potentius in uirtute, & econuerso: quia uirtus unita plus potest quàm multiplicata; sed Deus est infinitus, & immensus uirtute: ergo est infinitus simplicitate: ergo in deo est summa simplicitas.

CONTRA. Simplicius cogitatur aliquid, cum cogitatur, ut abstractum à pluribus: quàm quod cogitatur, ut contentum in pluribus: ergo cum fides nostra cogitet Deum, ut in pluribus; non cogitat eum, ut simplicissimum: ergo si fides uere cogitat, Deus non est simplicissimus. ITEM. Maior est simplicitas, ubi est identitas sine diuersitate, quàm cum diuersitate: sed in Deo est identitas cum diuersitate suppositorum: ergo in Deo non est summa simplicitas. ITEM. Maior est simplicitas, ubi est unitas sine pluralitate, quia numerus dicit aliquo modo cōpositionem, respectu cuius unitas est simplex: ergo cum in Deo sit unitas cum pluralitate personarum, patet &c. ITEM. Maior est simplicitas, ubi non tantum subiectum, sed etiam p̄prietas est eadem cum proprietate: quia quando proprietas differt a proprietate, in uno sunt plura differentia: ergo non est simplex: sed in diuinis persoīs, in eadem persona differt p̄prietas à proprietate, unde innascibilitas differt à paternitate: ergo &c.

RESOLVTIO.

Cum Deus sit quicquid est: manetque in pluribus non multiplicatus, uere simplicissimus dicendus est

RESP. Dicendum, q̄ sicut primæ rationes probant, in deo ponenda est summa simplicitas.

AD ILLVD, ergo quod obijcitur, quod fides nō intelligit ipsum, ut simplicissimum. Dicendum, quod fides intelligit eum, ut simplicissimum: & qui aliter intelligit, non intelligit, ut summe simplex, quod patet sic. Quoniam est intelligere unum in uno, & unum in pluribus multiplicatum, & unum in pluribus non multiplicatum. Simplicius autem intelligitur unum in pluribus esse multiplicatum, quàm unum in uno: quod patet: quia uniuersale est simplicius, singulari: & adhuc multo simplicius intelligitur, quod est unū in pluribus non multiplicatum: Hoc modo intelligit fides nostra Deum, & ideo simplicior est Deus, quia est in omnibus non multiplicatus, quàm si esset in uno solo, uel in pluribus multiplicatus. Hinc est, quòd Deus simplicissimus est, & fides nostra eum, ut simplicissimum intelligit: & qui intelligit Deum pluralificatum in essentia, uel unum ī supposito, derogat summæ simplicitati eius: derogat etiam nobilitati eius, quoniam ubi summa simplicitas intelligitur, oportet summam actualitatem intelligi, si summe nobilis est: & ubi est summa actualitas, summa diffusio, & cōiocatio dēt poni: & illa non pōt esse nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sempiterna productione rei oino infinitę, & equalis in uirtute: & hoc nō pōt esse in aliena te essentiæ: ergo nō pōt intelligi diuina essentia simplicissima, ni si in tribus personis intelligatur tota esse, quarū una sit ab alia. QVANDO ergo obiicitur, ꝙ simplicius est abstractum à pluribus quàm in pluribus, uerū est, si ī illis pluribus plurificetur. Si autem non plurificatur non est uerum. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd maior est simplicitas, ubi nulla diuersitas. Dicendum, quòd diuersitas dupliciter potest uenire. Vel ex additiōe, uel ex origine. Ex additione, cū est diuersitas in proprietatibus absolutis, ut albedo in Petro, Paulo, & Gregorio: & hæc priuat simplicitatem, quia ponit compositionem. Est alia diuersitas ueniens ex sola origine, utputa, quia una persona emanans ab alia, differt ab ea: & hæc non repugnat simplicitati, quia nullā ponit compositionē: sed solum ordinem, & respectum ad aliū, & hoc nō propriè dī diuersitas, sed distinctio, & discretio: & hoc manifestum est si intelligamus patrem seipso generare filium, & intelligamus eum gñare, & iterum non generare, nulla est hic compositio, quia nulla addi tio. AD ALIVD, quod obiicif, ꝙ maior est simplicitas, ubi nulla pluralitas. Dicendum, ꝙ duplex est pluralitas. Quædam, in qua plus est in duobus q̄ i uno: ut in hominibus plus est de bonitate quam in uno: & ista pluralitas repugnat simplicitati: quia unitas addit supra unitatem. Quædam autem est pluralitas, in qua tantum in pluribus est, quantum in uno, & hęc est in diuinis: quia tantum de esse, & bonitate, & uirtute est in una persona, quantum in pluribus: & ista pluralitas nihil addit ad unitatem, & ideo nullam omnino ponit compositionem, nec priuat simplicitatem. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ in patre differt proprietas a proprietate. Dicendum, quòd proprietas differt a proprietate tripliciter. Aut respectu subiecti, aut respectu sui, aut respectu obiecti. Si respectu subiecti, quia causantur ex diuersis naturis in ipso repertis, sic ponit compositionem, quia ponit subiectum esse in pluribus. Si respectu sui, sic differt Musica, & Grammatica in Petro, & sic ponit similiter compositionem: quia ponit subiectum subesse pluribus. Si respectu obiecti, sic ponit suiectū comparari pluribus, & hoc modo non ponitur compositio, sed distinctio. Exemplum est in pūcto, quod est principium, & finis respectu diuersarum linearum: hoc modo est differentia proprietatum in diuinis, &c.

QVAESTIO II.

An solo Deo conueniat summè simplicem esse?

VTRVM simplicitas sit Dei, ꝙ prietas. Et quòd sic uidetur hoc modo. Nullà creatura est actus purus, quia in omni creatura [ut dicit Boetius] differt quo est, & quod est: ergo in omni creatura est actus cum possibili: sed omnis talis habet in se multiformitatem, & caret simplicitate: ergo &c. ITEM. omis creatura habet esse finitum, & limitatum, ergo habet esse artatum: sed ubicunque est esse limitatum, est ibi aliquid quod contrahit, & aliquid quod contrahitur, & in omni tali est compositio, & differentia: ergo omnis creatura est cōposita: ergo nulla simplex. ITEM. omnis creatura habet esse datum aliūde acceptum, ergo nulla creata est suum esse, ergo ī omni creatura est dependentia, siue differentia: sed nullum tale est simplex simpliciter, ergo, &c. ITEM omne, quod est post primā unitatem, deficit ab illa: ergo statim cadit in dualitatem, sicut dicit Dion. ꝙ post monadem, dyas est: ergo omnis creatura est à prima unitate, ergo omnis creatura est ab illa deficiens.

Libr. de Diuin. nomin. c. 2. p. 1 Ex. 2. ℓ Gen. & corrup. 56.

CONTRA, ab uno non procedit nisi unum: & a uero nō procedit nisi uerum: sed unitas, & simplicitas, eandem rationem habēt in deo: ergo sicut ab uno unum, ita à simplici, simplex.

ITEM, uī specialiter, ꝙ simplicitas sit in creaturis: ꝙa simplex est quod non habet partem: sed punctus nō habet partem, quia ita diffinitur. Punctus est, cuius pars non est, ergo, &c. ITEM, omne illud, ante quod non est aliud, est simplex: quia si compositum est, necessario habet ante se aliud: sed eis est primū, sicut dicit Auctor de causis: sed primum rerum creatarum est esse: ergo, &c. ITEM, omne illud est simplex, in quo stat resolutio, sed resolutio stat in principiis, quę sunt materia, & forma, quia materia ulterius non resolui tur, cum sit status in causis, alioquin esset ire in infinitum: ergo cum resolutio stet in creato, aliquod creatū est simplex.

Propo. 4.

SI TV dicas, ꝙ principia non habent omnimodam simplicitatē, quia quamuis non componantur ex aliis, tamen componuntur aliis. Contra. Hoc nō uidetur facere cōtra simplicitatem, ꝙ componatur alii. Nam ꝙ aliquid non sit componibile alii, non facit aliquam simplicitatē. cum ista proprietas sit in indiuiduis completis, quæ maxime sunt composita: ergo hoc quod dico, componibile aliis, non tollit ab eis simplicitatē, & sic, &c.

RESOLVTIO.

Essentialiter solus deus summe simplex est: cum in eo nulla sit compositio, aut differentiarum multiplicatio.

RESP. Dicendum ꝙ simplicitas essentiæ priuat compositionem, & priuat essentialem differentiam, siue multiplicitatem. Vnde simplex est, quod non habet compositionem partium, nec multiplicitatem actionum, siue formarum. In solo autem Deo est priuatio compositionis & differentiæ, siue multiplicitatis: ideo simplicitas in solo deo est essentialiter. Vnde notandū, ꝙ multiplex est compositio.

Vna compositio est ex partibus essentialibus, & hæc est in omnibus per se entibus. Alia est ex partibus integrantibus: & hæc est in omnibus corporibus. Tertia est ex partibus dissimilibus, siue repugnantibus: & hæc est in omnibus animatis, & uiuentibus. Vnde in omni substantia, per se ens, quæ dicitur creatura, est compositio.

Quia omnis creatura aut est corporalis, aut spiritualis, aut composita ex utroque. Similiter est considerare triplicem differentiam in creaturis. Prima est substantiæ uirtutis, & operationis, siue substantiæ, & accidentis. Secunda est differentia suppositi, & essentiæ. Tertia est differentia entis, & esse. Prima differentia est rei prout est agens. Secunda prout est ens in genere. Tertia prout est ens in se. Prima differentia est in omni subiecto, quoniam esse subiectum habet esse mixtum: ideo non agit ex se toto: & ideo differt in eo, quo agit & ꝙ agit, & actio siue subiecti proprietas. Secunda differētia est in omni individuo: quia omne individuum habet esse limitatum: & ideo in aliquo conuenit, in aliquo differt cum alio: & ideo in omni individuo differt essentia, & suppositum: multiplicatur. n. essentia in suppositis. Differentia tertia est in omni creato, & concreato: quia omne quod est præter deum, accipit esse aliunde, siue principium sit, siue principiatum; ideo nihil est suum esse, sicut lux non est suum lucere. Si ergo dicatur simplicitas ꝙ priuationem compositionis, sic proprium est solius Dei in ratione substantię, quia nulla alia est substantia, quæ non habeat compositionem ex possibili, & actuali. Si autem simplicitas dicat priuationem essentialis differentiæ, & dependentiæ: ita ꝙ in essentia nulla sit diuersitas, nec dependentia; est proprium Dei in ratione entis, quia nullum aliud ens est, in quo nō cadat aliqua diuersitas, uel dependentia. Concedendum ergo est, ꝙ simplicitas est Dei propriū, ut uisum est: creaturæ aūt compositæ sunt, nec uere simplices; quia habent esse mixtū ex actu & potentia: quia habent esse limitatum, & ita in genere, & specie per additionem cōtractum: quia habent esse aliunde datū: quia habent esse post Deū unū, a quo deficiunt: & ita cadunt in compositionem. Aliter potest dici, & uerius, quòd simplex dicitur per priuationem compositionis. Et notandum, ꝙ compositio dicitur dupliciter. Vno modo alicuius ex aliquibus. Alio modo quo aliquid dicitur componi alii. Si ergo simplicitas priuet compositionem ex aliis, sic conuenit etiam creatis, ut pote primis, quæ non cōponuntur ex aliis. Si autem priuet compositionem cum aliis, & ex aliis, sic solius est Dei. Omnis enim creatura, aut est ens per se, & in se: & ita composita ex aliis. Aut est ens cum alio, & in alio: & ita alii composita. Et iterum esse creatum, aut est principium, & ita componibile alii. Aut principiatum: & sic compositum ex aliis: & sic accipitur simplicitas, ꝙ aut est rei proprietas per priuationem, uidelicet utriusque compositionis.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur, quòd ab uno non est nisi unum, &c. Dicendum, quod simplex, non est conditio generalis entis, sicut unum. Nā simplicitas, dicit modum unitatis nobilissimum, quem deus nulli communicat creaturę: quia creatura non potest eum recipere, cum esse eius sit limitatum, sit mixtum: sic etiam esse dependens, & aliunde datum. AD ILLVD, quod obiicitur de simplicitate puncti, & entis, & principii. Dicendum, quòd ibi est simplicitas per priuationem compositionis ex aliis, non autem prout simplicitas dicit indifferentiam omnimodā. In omnibus. n. (ut dictum est) cadit aliqua differētia, & dependentia: quamuis. n. non sit composita. tamen eorū esse dependet a composito, siue compositione. Vnde bene concedendum est illud, quod ultimo dicebatur, ꝙ illud derogat simplicitati rei, ꝙ sit alteri comparabilis, inquantū simplicitas priuat multiplicitatem, & differentiam in re simplici, quamuis non deroget, inquantum priuet compositionem ex aliis. Omnis enim dependentia facit ipsum quod dependet, a summa simplicitate, & in differentia recedere. Solus aūt Deus est independēs: oīa autem alia sunt dependentia, siue comparatione ad principia ex quibus sunt, siue unum principium componens compleri cetur ad aliud, siue esse dependens comparatione ad Deū, siue ab ipso deo. Nihil autem qđ dependet est sua dependentia: ideo nihil tale est summe simplex, quia omne simplicissimū est absolutissimum, &c.

QVAESTIO III.

An anima rationalis sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius.

Augu. de spiritu, et

VTRVM anima rationalis sit in toto corpore, ita ꝙ ī qualibet parte. Et ꝙ sic uidetur. Augu. dicit, ꝙ sicut deus est in maiori mundo, sic anima in minori: sed deus sic est in maiori mū do, ꝙ in qualibet parte totus, ergo anima sic est in minori. s. in corpore. ITEM, quod dat esse toti, & partibus: unitur toti, & partibus secundum essentiam: quia forma per sui essentiam dat esse, & hoc non nisi ei, cui essentialiter unit: sed anima dat esse toti corpori, & omnibus partibus: ergo etc. ITEM. in oculo est uidere, sentire, et uiuere. Quæro ergo utrum sint hęc unus actus uel differentes? Non unus, hoc cōstat, quia priuato uisu, adhuc sentit per tactum: priuato sensu, adhuc uiuit, sicut in paraliticō: cum ergo uiuere sit a substātia, uidere sit a potentia, in oculo est anima secundum substantiam: eadem ratione potest probari et in oībus partibus cē. ITEM. Anima operatur in toto corpore: ergo est per potentiā: sed potentia animę simplex est: ergo si potentia una est in manu, et pede, idem est in diuersis partibus: sed nō ē simplicior potētia, ꝙ substātia: ergo etc. ITEM aīa est in corpore, aut in qualibet parte, aut in una determinate, aut in puncto. Si in qualibet parte, habeo propositum. Si in una, cū illa habeat plures partes, et aīa sit simplex, erit ī pluribus partib. ergo non est incōueniens aīam esse in plurib. partib: sed qua ratione est in partibus partis, eadē rōne est in partib. totius. Si est in pūcto corporis: ergo cū punctus non habeat proportionē ad totum corpus, aīa est improportionabilis toti corpori: ergo nō pōt esse pfectio: cū

anima cap. 19

1. de anima 90.

proportio

Universidad de Deusto
Biblioteca

proportio sit perfectionis ad perfectibile. Similiter punctus est substãtia posita, siue habens positionem, ergo anima habet situm in corpore: sed nulla forma situalis est motor sufficiens: ergo, &c.

SED CONTRA. Forma quæ est in toto, & in partibus una, denominat partes, & totum rõne cõsimili: unde quelibet pars ignis, est ignis. ergo si anima est in qualibet parte, quælibet pars animalis dicitur animal. cũ quælibet pars est substantia animata sensibilis. ITEM. existentia animæ rationalis non dependebat ab aliqua parte corporis, cũ sit fixa in se, ergo nõ est in qualibet. ITEM, operatio eius non dependet ab aliqua parte corporis, nec alicui communicatur, ergo in nulla parte corporis est, nec inquantum perfectio, nec in quantum motor. Vnde Philo. dicitur, ꝙ anima nullius corporis est actus. i. nullius partis corporis; sed in quo est, est sicut actus. ITEM, corpus organicum est diuersarum rationum in partibus, & toto: ergo habet diuersam perfectionem: ergo cũ anima perficiat totum quantum ad essentiam perficit partes quãtum ad potentiam: ergo anima rationalis non est in partibus nisi solum quantum ad rationem potentię. & hoc etiam dicit Philosophus, sicut anima ad corpus sic partes aię ad partes corporis. ITEM. si ata ẽ tota i qualibet parte corporis; ergo tota est in manu: sed quando aliquod totum est in aliquo, mouetur, illo moto: ergo mota manu, mouetur anima: & similiter manu quiescente, quiescit: ergo cum manus una possit moueri altera existente in quiete, anima una & eadem numero simul quiescit & mouetur secundum idem.

ITEM, si anima est in pluribus tota, qua ratione in tribus, ea ratione in pluribus. & ita in infinitis, & quantuncunque extenda tur corpus: ergo anima nata ẽ esse ubique: & ita uidetur, ꝙ anima non sit limitata, sed immensa. ITEM, si tota anima est in manu, sicut in aliis partibus, ergo cum uita sit ab anima, non magis recipit motũ, & sensum manus a corde, quàm econuerso. Hoc autem est contra omnes philosophos: & sequitur ex hoc tale inconueniens, quòd sicut læso corde, perit uita, ita læsa manu.

RESOLVTIO.

Quidquid dicant alii: cum B. Augustino tuendam ducimus: animam totam in toto corpore esse, & totam in qualibet corporis parte.

RESP. Aliqui dicunt, ꝙ anima secundum essentiam est in aliqua parte determinate: secundum potentiam uero est, & fluit in toto corpore, sicut aranea est in tela. Vnde dixerunt, quod est in corde: quia cor est domicilium uitæ, & eius inhabitator ẽ anima. Et ad hoc ponendum mouit eos experimentum cum defectu rationis. Experimentũ, quia uisibiliter apparet, ꝙ læso corde, separatur anima: & ab ipsa influit sensus, & motus: & est membrum nobile existens in medio, sicut centrum corporis. Defectus rationis, quia non potuerunt intelligere, quomodo aliquid

aliquid limitatum sit unum, & idem totum in pluribus: & quia fides non cogit credere, & ratio non intelligit. ideo dicunt non esse ponendum, ꝙ sit in toto ratione cuiuslibet partis. Sed aliorum opinio est, ut Aug. ꝙ anima in qualibet parte corporis sit tota: & ad hoc ponendum mouet experimentum, exemplum, & rationabile argumentum. Experimentum, quia anima in partibus distantibus a corde ita cito sentit, sicut & in propinquis. Item, quia simul quasi in ictu oculi sentit læsionem in partibus distantibus: & cum anima separatur, dolor est in singulis partibus, & resolutio. Exemplum similiter mouet, sicut dicit Augus. Videmus enim ꝙ in animali perfecte sano est una sanitas in singulis partibus, nec maior in maiori, nec minor in minori. Si ergo hoc est in forma corporali, quanto magis in spirituali? Mouet rationis argumentum: quia anima est forma simplex, & motor sufficiens. Quia forma totalis corporis est in toto: quia uero simplex, non est secundum partem, & partem sui. Quia motor sufficiens, ideo non habet sitũ, & ideo nec est in puncto, nec in parte determinata. Et quia magis rationalis ẽ opinio, quæ fundatur supra rationem, quã quæ fundatur supra defectus rõnis, & quia Augus. hoc dicit: hanc approbo tanquam meliorem.

AD ILLVD, quod obiicitur, in contrarium, forma quę est in toto, &c. Dicendum. ꝙ triplex est genus formæ. Est. n. quædã quæ perficit, & extenditur: & hæc quia totum perficit, est in toto. Quia uero extẽditur, perfectionem totius cõmunicat partibus. Quia uero dependet, nec agit per se, operationem totius communicat partibus, ut patet in forma ignis, quia quælibet pars ignis est ignis, & quælibet calefacit. Est alia forma, quæ perficit, & dependet, sed non extenditur: & talis forma, quia totum perficit, est in toto, & qualibet parte. Quia uero non extenditur: ideo actum totius non attribuit partibus. Quia uero dependet, operationem totius cõmunicat partibus: & talis est anima uegetabilis, & sensibilis, qa nulla pars animalis est animal, tamen quælibet pars animalis uiuit, & sentit, Est iterum forma quæ totum perficit, tamen nec extenditur, nec dependet quantum ad operationem: & talis, quia perfectio est, est in toto, & partibus. Quia uero non extenditur, perfectionem totius non communicat partib. Quia non dependet, ideo nec operationem communicat: & talis est anima rationalis. Quia nulla pars hominis est homo: & nulla pars hominis intelligit: tamen, & si non communicet actum totius ut toti, communicat, ut partibus: quia quelibet pars hominis uiuificatur à perfectione hominis: & ideo perfectio hoïs, est in qualibet parte. Et sic patet respõsio ad illud, ꝙ nullius corporis est actus, quia nulli communicat propriã operationem, nec perfectionem totius, cum oẽs partes perficit in toto. Similiter ad aliud de forma: & quia forma quæ est in partibus, non denominat

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominat simul totum, & partes, nisi sit forma dependens, & extensa: & loquor hic de forma substantiali tantum, non de accidentali. AD ILLVD, q obiicitur, q non sunt eiusdem rationis totum & partes. Dicendum, q in partibus est considerare organi rationem, & complexionem. Rõne complexionis sunt uniformes toti, & sunt dispositę ad idem genus uitæ, & perficiũtur ab uno. Rõne organizationis sunt diuersę, & perficiuntur à potentiis. AD ILLVD, q obiicitur, q mouetur mota manu &c. Dicẽdum, q perfectio potest supra totum perfectibile, & quantum ad substantiam, & quantũ ad potentiam: & cum anima sit perfectio totius corporis, super totum potest, & ideo nullo minori quàm sit totum corpus diffinitur eius substantia, nec potentia: diffinitur autem corpore moto mouetur per cõsequens: partibus autem non diffinitur, quia sunt minores toto, & ita est in una, quod non est extra aliam. Etiam ideo quia in nulla parte est diffinitiue, nõ mouetur ad motum alicuius partis: sicut nec Deus mouetur ad motum alicuius creaturæ. ET per hoc patet sequens, quia totum corpus comparatur ipsi animæ tanquam unus locus, & ideo in pluribus partibus non est nisi inquantum in uno loco. Vnde si separentur, non erit in illis. Nec sequitur ex hoc q sit infinita, quia oium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmẽti & ita corpus humanum non põt cogi tari tam magnum corpus, quòd non possit uiuificari ab anima. AD ILLVD, q obiicitur ultimo, q tunc una pars non recipit ab alia. Dicẽdum, q sicut Deus in maiore mundo immediate est in omni creatura, ipsam continens, tñ per ordinẽ uniuersi influit aliq d una creatura in aliã, sic intelligendum, q anima per sui præsentiam est in qualibet parte immediate, quam cõtinet, & conseruat, non tamen omnino, sed influit i omnes partes p unã. & ideo cessante illa parte, & eius influẽtia, perit ordo corporis essentialis, & ita aïa separat.

9. de Anima. 4

QVAESTIO IIII.

An deus sit in aliquo determinato genere?

VTRVM Deus sit in aliquo determinato genere. Et q sit, ostenditur hoc modo. Quod distinguitur ab aliis entibus, est aliqua natura determinata: sed deus est huiusmodi, quia distinguitur à creaturis omnibus, qa nullum creatum est Deus, ergo est natura determinata: sed qđ est natura determinata est in genere determinato, ergo &c. ITEM. quod habet superius uniuocũ, et essentiale, hẽt esse in genere determinato, sed deus hẽt superius se, ut substãtiam, q dr de deo, et creaturis, et essentialiter, et uniuoce, quia secundum istã rationem quæ est res p se exñs, ergo etc ITEM. q sit i quolibet gñe uł. Q ia oẽ qđ est cõpletionis in creatura, attribuendum est Deo: sed oẽ prędicamẽtũ hẽt aliquid completionis, ergo res oium prędicamentorum sunt in Deo: sed quicquid est in deo, est deus, et econuerso: ergo deus

Deus essentialiter subiicitur tei ois p̃dicamenti: ergo est in quolibet. ITEM. Sũmo bono nihil deficit de bonitate: ergo summo enti nihil de entitate: ergo in DEO est ois entitas, & ois dita entitatis; ergo cũ drię entiũ sint decẽ prædicamenta, oia sunt in DEO.

CONTRA. Aug. i Li. 5. de Tri. Cap. 1. in fin. deus est bonus sine qualitate: magnus sine quãtitate: ergo magnitudo DEI non est in gñe quãtitatis, nec bonitas in gñe qualitatis: ergo nec substãtia in gñe substantiæ: ergo in nullo genere.

Hãc prima rõnẽ magni facit Sco. d. prę. q. 3. in 1 enco oppnio. ITEM. VT q non est i gñe determinato: quia omne qđ est in genere determinato, hẽt esse limitũ & limitatum, DEUS aũt est infinitus: ergo &c. ITEM. Quòd nõ in quolibet genere, uł: quia q habet in se res plurium generum, est compositius, DEUS autem est simplicissimus: ergo &c.

RESOLVTIO.

Vtrum aliquam, cum illimitatæ naturæ sit?

RESP. Dicendum, q non conuenit DEO esse in uno genere determinato, quia omne tale habẽs esse limitatum, & arctatum, & compositum, i pluribus generibus, non potest esse. Aut enim aliqd est in pluribus pp naturas, & proprietatũ diuersitatẽ, ut album inquãtum dicit subiectũ aliquod, huę rem albam est in genere substantiæ, sed inquantum dicit formam quæ est albedo, est in prædicamẽto qualitatis. Aut propter generalitatem, sicut unum, & ens. Et propter naturas multiplicitatem nõ põt DEUS esse in pluribus, quia omne tale compositum est, & multiforme: DEUS aũt est simplex. Non pp generalitatẽ: quia ens tale nihil est habẽs distinctu à rebus creatis. DEUS aũt est habens in se ens distinctũ à rebus, & habens esse simplex & ifinitũ: & ideo, nec i uno gñe, nec in pluribus esse potest. AD ILLVD ergo, quod obiicit, quod distinguitur ab aliis, est natura distincta &c. Dicendum, q uerum est: & si distinguatur per aliquid quod ipsum contrahat & arctat, sicut per differentiam cadentẽ in gñe, DEUS autem nõ sic distinguit sed seipso. AD ILLVD, quod obt, q DEUS habet superius uniuocum: Dicendum, q DEO non est superius: quia eo non est simplicius, nec uniuocũ, quia substantiæ ratio non conuenit uniformiter creatori. DEUS .n. est ens per se: qa nullo egens, creatura est ens per se. qa nõ est in alio ut in subiecto: eget tamẽ alio ad sui conseruationem. AD ILLVD, quod obiicit. q omne q est perfectionis & bonitatis, ponendum est in DEO. Dicendum, q hoc põt esse dupliciter. Vel p diuersitatem, & hoc facit esse in diuersis: uel ſm omnimodã unitatem, & hoc facit esse extra omne genus. AD ILLVD, qđ obiicitur ultimo, quòd DEO nihil deficit de bonitate. Dicẽdum quòd DEUS non dicitur non deficiens a bonitate, propter hoc, quòd omnis differentia boni particularis sitiin DEO per differentiam; sed quia est in eo per æquivalentiam: quia enim est summũ bonum, complectitur in se bonum omne: sic intelligendum est de entitate & sic paret illud.

DI-

DISTINCTIO IX.

De proprietatibus & conditionibus personalibus trinitatis,& unitatis.

NVnc ad distinctionem trium personarum accedamus. Teneamus ergo, ut docet Aug. in Lib. de fide ad Petrum, patrem, & filium, & spiritum sanctum unum esse Deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse, qui filius est: nec filium esse ipsum, qui pater est: nec S.S. esse ipsum, qui pater est, aut filius. Vna enim
Cap. 1. est essentia patris, & filij, & Spiritus Sancti, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus Sanctus: quamuis personaliter alius sit pater, alius filius, alius Spiritus Sanctus.

Hic de coæternitate filii cum patre.

Genitus est enim à patre filius, & ideo alius: nec tamen antè fuit pater, quàm filius: coæternæ enim sunt sibi tres personæ.

Argumentatio Arrianorum.

Cap. 5. Sed contra hoc inquit hæreticus, ut refert Ambr. in li. 1.
errame diuersi dem. de fide ad Gratianũ. Omne quòd natũ est, principiũ habet: & ideo quia filius natus est, principium habet, & esse cepit:
Cap. 1. quod hæreticorum ore sic dictum est. Nam ipse Arrius, ut meminit Aug. in 6. Lib. de Tri. dixisse fertur, Si filius est, natus est: si natus est, erat tempus, quando non erat filius.

Responsio Augustini catholica.

Qui hoc dicit, nõ intelligit etiam natum esse de Deo sempiternum esse, ut sit coæternus patri filius: sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coæuus est illi, & esset coæternus, si ignis esset.

Oppositio Augustini contra hæreticum.

Lib. 6. Item, Si Dei filius, inquit Augustinus, uirtus & sapien-
Ca. 1. 1 tia Dei est, nec unquam fuit Deus sine uirtute & sapientia:
Cor. 2. coæternus: est ergo Deo patri filius. Dicit autem Apostolus Christum esse Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Aut ergo non fuit, quando non fuit filius: aut aliquando Deus non habuit virtutem & sapientiam: quod dementis est dicere. Con-

stat enim quia semper habuit sapientiã: semper ergo habuit filium.

Responsio Ambrosij ad idem, authoritate fulta.

In 1. li. de fi. ad Gratianũ, circa me-diũc. 5.
Eidem quoque Arrianicæ quæstioni Ambro. in hunc modum respondet, Ego, inquam, filium esse natum confiteor: quod reliquum est impietatis horresco. Scriptum est enim in ueteri Testamento, ut uel unum è pluribus dicam, Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo hoc dicit? pater, an filius? Si filius, ante me, inquit, non fuit alius Deus. Si pater: post me, inquit, non erit: hic priorem, & ille posteriorem non habet. Inuicem enim se, & pater in filio, & filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem dixeris, eius etiam filium designasti: quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio: semper ergo pater, semper & filius est.

Inuectio Ambrosij contra hæreticum.

Li. et c. cimat. Item dic, inquam, mihi hæretice, fuit ne quando omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Nam si pater esse cœpit, Deus ergo primò erat, & postea pater factus est. Quo modo ergo immutabilis Deus est? Si enim antè Deus, postea pater fuit, utique generationis accessione mutatus est; sed aduertat Deus hanc amentiam,

Ineffabile est quomodo filius sit, & non habeat patrem priorem.

Sed quæris à me, inquit Ambrosius, quomodo si filius sit, non priorem habet patrem. Quæro item abs te, quando uel quomodo filium putes esse generatum; Mihi enim impossibile generationis scire secretum: Mens deficit, uox silet, nõ mea tantum. sed & angelorum: supra Potestates & supra Angelos, & supra Cherubin, & supra Seraphin: supra omnem sensum est: quia scriptum est, Pax Christi supra omnem sen
Phil. 4. sum est, Et si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori
Eccl. 5. manũ admoue, scrutari nõ licet superna mysteria. Licet scire quòd natus sit, nõ licet discutere qũo natus. Illud mihi negare non licet, hoc quærere metus est. Ineffabilis. n. est illa generatio. vnde Esaias, Generationem eius quis enarrabit?

Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quidam præsumunt discutere generationis seriem.

Esa.53 To.7.cõmẽtario ad3.Eccles. circa illud Quis enarrabit si spus. Leo Papa & Pion.

Quidam tamen de ingenio suo præsumentes, dicunt illam generationem posse intelligi, & alia huiusmodi: inhærentes illi authoritati Hier. super Ecclesiasten, In sacris scripturis, quis, sæpissimè non pro impossibili, sed pro difficili ponitur: ut ibi, Generationem eius quis enarrabit? Sed hoc non dicit Hiero. ideo quòd generatio filij æterna plenè intelligi uel explicari possit à quoquam mortalium: sed quia de ea aliquid intelligi, uel dici potest: quidam tamẽ hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

Vtrum debeat dici semper gignitur, uel semper genitus est filius.

Hic quæri potest cum generatio filij à patre nec principium habeat, nec finem, quia æterna est, utrum debeat dici, filius semper gignitur, uel semper genitus est, uel semper gignetur. De hoc Grego. super Iob ait, Dominus Deus Iesus in eo quòd uirtus & sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est: uel potiùs quia nec cœpit nasci, nec desiit, dicamus ueriùs semper natus: non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse uideatur. At uerò, ut æternus designari ualeat & perfectus, et semper dicamus & natus, quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & semper ad æternitatem; quamuis per hoc ipsum quod perfectũ dicimus, multum ab illius ueritatis expressione deuiamus; quod factum non est, non potest dici propriè perfectum: sed balbutiendo, ut possumus, excelsa Dei resonemus: Et dominus nostræ infirmitatis uerbis cõdescendens: Estote, inquit, perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Super illum locum etiam Psal. Ego hodie genui te. De hac generatione filij ita loquitur Aug. Quanquam per hoc quod dicit hodie, possit intelligi dies ille, quo Christus secundum hominem natus est: tamen quia hodie præsentiam significat, atque in æternitate neque præteritum quicquam est, quasi esse desierit: neque futurum, quasi nondum sit: sed præsens tãtum: quia quicquid æternum est, semper est: diuinitus tamen accipitur de sempiterna generatione sapientiæ Dei. Ecce his uerbis ostendit Aug. quòd generatio filij semper est, nec præ-

Lib.29 Moralium c.1.

Mat.5.

Psal.2. In to.8 in expositione psalmi secundi

præterijt, nec futura est, quia æterna est. Ideo dixit, genui, ne nouum putaretur, scilicet ne uideretur incepisse: hodie, dixit, ne præterita generatio uideretur. Ex his ergo uerbis Prophetæ, ut ait Ioannes Chryso. nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

Origenes uidetur dicere contrarium.

Origenes verò super Hieremiam dicit, quòd filius semper generatur à patre, his uerbis: Saluator noster est sapientia Dei: sapientia verò est splendor æternæ lucis: saluator ergo noster splendor est charitatis. Splendor autem non semel nascitur & desinit: sed quoties ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, toties oriatur etiam splendor claritatis: sic ergo saluator semper nascitur. Vnde ait in Lib. Sap. Ante omnes colles generat me Dominus: non (ut quidam male legunt,) generauit. His uerbis apertè ostendit Orig. sanè posse dici & debere, filius semper nascitur: quod uidetur contrarium illi uerbo Gregorij præmisso, scilicet, non possumus dicere, semper nascitur.

Exponit præmissa uerba Gregorii.

Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta uideãtur, uerba Gregorij benignè interpretemur. Dominus, inquit, Iesus ante tempora natus est de patre: uel potius, quia nec cœpit nasci, nec desiit: dicamus ueriùs, semper natus. Sed quomodo ueriùs dicitur hoc, scilicet quòd filius semper natus est, quã illud. s. quòd de patre ante tẽpora natus est? Illud enim syncera, & catholica fides tenet, ac prædicat, ut istud. Quare ergo ait, dicamus ueriùs, cũ utrunq; pariter sit unũ? nisi quia uolebat intelligi hoc ad maiorẽ euidẽtiã, & expressionẽ ueritatis dici, quã illud? His etenim uerbis oĩs calumniandi uersutis hæreticis obstruitur aditus: quibus Christi secundum deitatem generatio sine initio, & sine fine esse, ac perfecta mostratur. Nõ aũt adeo apertè semper manifestatur ueritas, cum dicitur, filius ante tempora genitus est de patre, uel filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit Greg. quòd non possumus dicere, semper nascitur. Non, inquã, ita conuenienter, non ita congrue ad explanationem ueritatis: potest tamen dici, si sanè intelligatur: sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per enim nascitur filius de patre, vt ait Orig. non quòd quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, idest, natiuitas eius sempiterna est.

Quòd filius semper generatur, confirmatio ex dictis Hilarii.

Hilarius quoque dicit filium nasci ex patre, in Lib. 7. de Trinitat. his verbis, *V iuens Deus, & naturæ æternæ viuentis potestas est: & quod cum sacramento scientiæ suæ ex eo nascitur, non potuit aliud esse quã viuens. Nã cũ ait Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: docuit vitam in se per viuentem patrem inesse. Ecce hic habes, quia filius nascitur ex patre. Item, in eodem cum dicit Christus, Sicut pater habet vitam in se, sic & filio dedit vitam habere in semetipso, omnia viua sua ex viuente testatus est. Quod autem ex viuo viuum natum est, habet natiuitatis profectum sine novitate naturæ. Non enim novum est quod ex viuo generatur in viuum, quia ex nihilo est: & vita, quæ natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturæ vnitatem, & perfectæ natiuitatis sacramentum, & vt in viuente viuat, & in se habeat vitam viuentem. Ecce & hic habes, quia generatur ex viuo viuens filius. Item, in eodem: In Deo totum quod est, vnit: Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquam esse nisi viuum: neque ex derivatione, sed ex virtute natiuitas est. Ac si dum totum quod est vnit, & dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet natiuitatem filius non demutationem. Et hic dicit, quia nascitur. Item, in nono Lib. de Trinit. Donat pater filio tantum esse, quantum est ipse: cui innascibilitatis esse imaginẽ sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in sua forma generat. Hic dicit, quia generat pater filium.*

Breviter docet, quid de hoc concedendum sit.

Dicamus ergo filium natum de patre ante tempora, & semper nasci de patre, sed congruentius semper natum: & eundem fateamur ab æterno esse, & patri coæternum, idest,

Hæc de auctori. Pater enim in generatione auctor filij est, vt in sequenti ostendetur. Vt ergo pater est æternus, ita & filius æternus, sed pater sine auctore, filius nero non: quia pater innascibilis, filius natus. Et ut ait Hilarius in 12. Libr. de Trinit. aliud est sine auctore semper esse æternum, aliud patri, idest auctori esse coæternum. Vbi autem pater auctor est, ibi & natiuitas est, quia sicut natiuitas ab auctore est, ita & ab eo æterno auctore aterna est natiuitas. Omne autem quod semper est, etiam æternum est, sed tamen non omne quod æternum est, etiam innatum est: quia quod ab æterno nascitur, habet æternum esse quod natum est. Quod autem non natum est, id cum æternitate non natum est: quod uero ex æterno natum est, id si non æternum natum est, iam non erit & pater auctor æternus. Si quid ergo ei, qui ab æterno patre natus est, ex æternitate defuerit, idipsum non est auctori ambiguum defuisse, quia gignenti est infinitum gignere, & nascenti etiam infinitum nasci est. Medium enim quid inter naninitatem Dei filij, & generationem Dei patris, nec sensus, nec ratio admittit, quia & in generatione natiuitas est, & in natiuitate generatio est, quia sine utroque neutrum est, utrumque ergo sine intervallo sui est. Vide 15. dist. Pone I medio libri.

Argumentatio Hæretici.

Sed inquiet hæreticus, Omne quod natum est, non semper fuit; quia in id natum est, ut esset. Nemo ambigit quin ea, quæ in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, quod semper nõ fuit, aliud est ex eo natũ esse, quod semper est. Ibi nec semp fuit, qui pater est, nec sẽper pater est: et qui nõ semper pater est, nõ semper genuit: ubi autem semper pater est, semper filius est. Quòd si semper Deo patri proprium est, quòd semper est pater, necesse est filio semper proprium esse, quòd semper est filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostram, ut non fuerit semper, cui proprium est semper esse, quod natum est? Natum ergo unigenitum Deum confitemur, sed natum ante tempora, nec ante esse quàm natũ, nec ante natum quàm esse, quia nasci quod erat iam, non nasci est, sed seipsum demutare nascendo. Hoc autem humanum sensum, & intelligentiam excedit mundi, non hoc capit ratio humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ fidelis professio est. Ratio Hilarij libr. supradicto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VERA egit Magister de proprietatibus, q̃ respiciunt essentiam. Hic agit de his, quæ r̃ spiciunt psonas. Et hæc pars hẽt duas partes. Quia.n. distinctio personarum attenditur fm duplicẽ emanationẽ.s.gnationis & pcessionis: ideo primo agit de generatione. Secũdo uero de processione infra Dist. 10. *Nunc post filij æternitatem de spiritu sancto, &c.*] Item prima pars habet duas partes. In prima ostendit quid de generatione filii est intendum, Secundo ex incidenti, quo sermone est ipsa exprimenda, ibi. *Hic quæri potest, cum generatio filij a patre, &c.*] Prima iterum pars habet quatuor partes. Primo ꝓponit ueritatem, quæ est a catholicis retinenda. i. q̃ generans, & genitus sunt per generationem distincti, & coæternitate quod generatio est distinctiua, & æterna. In secunda cõtra hoc opponit propositionem hæreticorum, ibi. *Sed contra hoc inquit hæreticus &c.*] In tertia determinat contra arguendo per rationes catholicorum doctorum Aug. & Ambr. ibi. *Qui hoc dicit, non intelligit etiam natum esse &c.*] In quarta, & ultima respõdet compescendo inquisitionem superfluam hæreticorum, & etiam catholicorum superborum, ibi. *Sed quæris a me (inquit Ambro. &c.*] ubi ostendit, quod inscrutabile est sacramentum generationis. Similiter secunda pars huius distinctionis, in qua Magister determinat quo sermone generationis æternitas congruentius exprimatur: habet quatuor partes. In prima ponit doctorum apparentem controuersiam. Nam quidam dicũt eam debere exprimi per uerba præteriti temporis: alii per uerba præsentis. In secunda prędictam controuersiam reducit ad concordiam, ibi. *Sed ne tanti auctores in re tanta sibi contradicere uidentur &c.*] In tertia per uerba Hilarii confirmat responsionem suam ne uideatur dictis Orig. inniti, ibi, *Hilarius quo que dicit filium nasci ex patre, &c.*] In quarta cõcludit summatim, quid dicendum, siue quomodo loquendum, & quomodo etiam de generatione ęterna sentiendum sit: ibi. *Dicamus ergo filium natum de patre &c.*] Vbi confirmat ueritatem per auctoritatem Hilarii, per quam etiam soluit obiectionem hæretici.

NOn est aliud pater &c.] Videtur falsum quod dicitur, q̃ bene sequitur. Petrus est albus homo: ergo est animal album: quia idem significant albus, & homo: ergo pari ratione, quia idem significant alius, & aliud: sequitur, est alius, ergo est aliud ens. Si tu dicas, quod non est simile de hoc nomine aliud, & de hoc nomine ens. Contra. Bene sequitur, est alius homo: ergo est aliud animal: ergo a simili illud sequitur. Respond. Dicendum, quod quia in Deo est singularis alietas: quia alietas est suppositi cũ omnimoda unitate naturæ: ideo singulari modo oportet exprimi, & quoniam masculinum genus importat quandam distinctionem, uel discretionem, ideo respicit personam: sed neutrum, propter indistinctionem respicit naturã: & ideo alius, importat alietatem in persona: aliud, alietatem in natura; & ideo in diuinis non idem significant. Posset etiam dici, q̃ in creaturis aliud significat, cũ dico iste est alius ab illo, & aliud dico cũ est aliud, & unũ sequit ad aliud: non sic in diuinis: & non est simile de albo, quia album imponitur a forma speciali, quæ est albedo.

Dub. 1.

Dub. 2. *Coæterna enim sunt sibi tres personæ &c*] Videtur hoc falsum, quia si coæternę, & æternæ: ergo tres æterni, quod est contra Symbolum, ubi dicitur non tres æterni. Et iterum, contra rationẽ, quia numerus pluralis multiplicat formam. Vnde non uere dicitur tres sunt Dii. Respon. Dicendũ q̃ nomẽ significãs substãtiam diuinis, reperit secũdũ triplicem modum. quędam. n. significant substantiam, & per modum substantiæ, ut nomen substantiuum, ut Deus: & tale nullo modo pluralificatur, nec dicitur pluraliter, siue sit substantiuum, siue substantiatum: & hoc nomen æternus sic accipit in symbolo. Quædam significãt substantiam per modum adiacentiæ, sicut nomina adiectiua adiectiue tenta: & talia, quæ trahunt numerum à substantiuis, dicuntur pluraliter: & de genere talium sunt uerba, & participia. Alia sunt nomina, quæ important substantiam in adiacentia, connotando intra relationem mutuam, qualia sunt coæterni: & talia ex duplici cã pñt dici pluraliter. tum rõne significationis, siue modo significandi: tum ratione connotationis: & sic patet, quod nulla est contradictio. Quod autem obiicit q̃ pluralis numerus pluralificat formam. Dicendum, q̃ hoc non est uerum in adiectiuis.

Qui hoc dicit, non intelligit, &c.] Hic ponit Magister quatuor rationes demõstrantes filium coæternum patri: & ita argumentum Arrii non ualere, quod est tale. Filius est natus: ergo non æternus. Dub. 3. Dub. 4.

Sicut splendor &c] Hic innuitur prima ratio, quæ sumpta est a simili, & est talis. Splendor est eiusdem durationis cũ igne siue æqualis, & tamen est generatus ab igne: ergo multo fortius, cum filius sit splendor patris: & quamuis ab ipso generetur, erit ei coæternus: ergo conclusio dictæ rationis est falsa, & illa consequentia inrerimenda: si natus est, erat quando non erat. Sed contra. si emanatio procedens à Deo est ei coæterna, sicut emanatio procedens à creatura, est ei coæqua: ergo cum res exierint a Deo; uidetur, quod ab æterno. Respondeo Dicendum, quod egressus splendoris a sole, a luce, uel igne, est egressus connaturalis, & talis est egressio filii à patre: non autem egressus creaturæ à creatore, imõ est uoluntarius, & argumentum est bonum in proposito.

Item si Dei filius, inquit Aug. &c] Hæc est secunda ratio Augustini: filius Dei est uirtus, & sapientia: ergo si non est æternus, aliquando fuit Deus sine uirtute & sapientia: sed hoc est impossibile: ergo &c. Sed cõtra hãc rõnẽ sic obiicit. Si.n. sequit, si pater non habet sapientiam Dub. 5. 6. de Tri ni. c. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genitam, non est sapiens, uidetur, q̃ sit sapiens sapientia genita, quod expresse negat Augu. in 6. de Trin. Respon. August. istam rationem redarguit in 6. de Trin. ostendens illam procedere ex malo intellectu uerbi: attamen, quia Magister adducit eam, potest dici q̃ ratio ualet, non quia p̃ sit sapiens filio, qui est sapientia genita, sed quia eadem est sapientia genita, & ingenita, & ita si una incipit, & alia.

Dub. 5 Ambr. li. 1. de fide ad Gratia. c. 5.

Eadem quoque Arriana quæstioni &c.] Hæc est tertia ratio q̃ adducit, & est Ambros. sumpta ab auctoritate Esa. Ante me nõ est Deus, & post me non erit: ergo nec pater ante filiũ, nec filius post patrẽ. Sed cõtra. In diuinis q̃ ordo est ordo: sed ordo nõ est nisi prioris ad posterius: ergo &c. Respond. Dicendum, quod sicut infra patebit non est ibi ordo durationis, quo alter est altero prius: sed ordo originis, quo alter ex altero.

Dis. 20 art. 2. q. 1.

Inuicem enim in se, & pater in filio &c.] Hæc est quarta ratio, & est talis. Relatiua simul sunt natura: sed pater & filius sunt relatiua: ergo simul: si pater est æternus: ergo filius coæternus: quia si prius fuit deus, & postea pater, mutatus est. Sed contra istam rationem potest argui pari ratione: prius fuit Deus, & postea dominus: ergo mutatus est. Respon. Aliqui uolunt dicere, q̃ ista ratio, ualet, quia generatio est de substantia generantis: & ideo si incipit generare, substantia mutatur. Sed hoc non uidetur, quia generatio in diuinis non dicit motum. Alii dicut, quod quia genitus est consubstantialis gignenti, si mutatur genitus, & gignens: sed genitus mutatur si de nouo generatur; ergo & generans per cõsequẽs. Alius modus dicendi est, quòd paternitas ueram dicit habitudinem in patre, non sic creatio uel dominatio: & ideo paternitas ueniens mutat, non sic dominatio. Sed nulla predictarum rationum dat uigorem huic rationi contra hereticos: quia hæreticus dicebat, quòd filius non erat coæternus patri, ac per hoc non consubstantialis, nec idem in substantia. Propter hoc notandum, quòd dicta ratio bona est contra hæreticum, facta eius suppositione, quia hæreticus dicebat patrem, & filiũ differentes in substantia, & natura sicut in generatione carnali: pari ratione contra eum dicit Ambrosius, cum ita sit, quod pater iste carnalis mutet, accessione generationis, qui generat alium in substantia, & in diuinis similiter pater generat aliũ in substantia: ergo accessione generationis mutatur & iste: Quocunque tamen modo dicatur, non est magnum periculũ, quia non omnia argumenta, quæ fiunt, ad ueritatem sunt necessaria.

v. bis se pro.

Dub. 7.

Vox fiet, non mea tantum, sed & angelorum &c.] Videtur male dicere, angelorum, quia uox non est nisi habentium organa, & respirationem, sed angeli hęc non habent. Si dicas, quod habent uoces spirituales, non prolatas, sicut dicit Damascenus, quòd tradant sibi intelligentias suas sine uoce prolatas: quæro q̃ sit necessitas uocis spũalis, & quomodus loquendi, & quis modus audiendi. Resp. breuiter hic dicendum est, quia hoc extra principale propositum est, quantum ad partem istam, quia in angelis & necessitas locutionis] qa sicut unicuique naturæ rationali data est uoluntas libera, sic cõscientia secreta. Vnde sicut non potest aliquis uoluntatem alterius in aliud uertere, sed solum inducere, nisi ipsa se inclinet, præter solum deum, in cuius manu sunt corda hominum, ita nemo potest conceptiones alterius cognoscere: sed solum conicere, præter deum, nisi ipsa intelligentia exprimat, & ipsa expressio locutio nuncupatur. Ratio autem huius est, quia solus Deus format mentem & quantũ ad intellectum, & quantum ad effectum: & modus loquendi simillis est modo addiscendi. Sicut enim nos p̃ sensum addiscimus, ita q̃ species p̃ interioré sensum peruenit ad intellectũ, sic exprimimus: quia uerbũ cogitationis internæ unitur uoci in excogitatione, & postmodum uoci sensibili in pronũciatione, & ex hoc fit expressio Actus. Angelus autem unica uirtute facit, quod nos pluribus. Vnde Augu. sicut per applicationẽ speciei innatæ ad ipsum cognoscibile ipsum cõgnoscit, sic ordinando speciẽ innatam ad alium angelum cognoscentem, conceptus suos aperit, similiter alius mutua conuertione recipit: & sic unus loquitur, alter audit. Simile est de duobus speculis sibi oppositis, si uoluntarie possent abscondere aliis, & auferre, quæ in se relucent.

Lib. 2. 3 Orth. fid. c. 3.

Dub 8. Li. 29. Moral. cap. 1.

Dicamus ueriat, semper natus, &c.] Gregorii ratio hæc est, ut deus æternus, & perfectus ualeat designari: Sed contra hoc est, q̃ inter omnia tẽpora præsens maiorem conuenientiam habet cũ æternitate: quia uerius dicitur, est, de deo, quàm fuit, aut erit, sicut exponit Aug. sicut habitum est in precedenti distinctione. Ratio huius est, quia præsens, dicit ens in actu, alia tempora nõ. Respon. Dicendum, q̃ sicut est supra tactum est, quod uerba diuersorum temporum dicta de deo non significant aliquos temporales actus; sed importãt durationem diuisi esse sine initio, ut p̃teritum sine interuallo, ut præsens sine termino ut futurum: & quia omnia ista æque uere reperiuntur in deo: ideo omnia eque uere dicuntur de Deo. Sed tamẽ quia multi errauerunt in generatione quãtum ad initium, pauci uel nulli quantum ad interuallum uel terminum: ideo sacri doctores, ut ora hæreticorum obturarent, eam per uerbum præteriti temporis quod semper significat, ut præteritum, & ita nunquã habere principium, expressẽrunt. Alia ratio est: quia nos generationem diuinam manuductione quadam intelligimus per generationem, quę circa nos est, & quia uidemus in hac generatione, quia genitus dũ generatur, est imperfectus, ne crederet posset aliquis, quòd dei filius esset imperfectus, ideo decreuerũt dici semper, genitus, Dicendum ergo, quòd quantum est ex parte rei, æque uere, ac proprie dicitur unum, sicut reliquum. Quod uero dicit Greg. dicit quũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad maiorem fidei explanationem, ne error habeat locum, & sic exponit Magister. Magis ergo conuenit dicere, semper genitus, quam semper generatur. Nec est simile de hoc uerbo, est, & fuit: quia hoc uerbum, est, significat per modum quietis: & ideo esse, dum est, perfectum est: sed hoc uerbum, generari, penes hæc inferiora, per modum fieri: & quia in pluribus hoc uerum est, q̃ aliquid dū fit, nō habet esse perfectum, ideo non est simile secundum rationem intelligentiæ.

Dub.9 *Ego hodie genui te, &c.*] Quærit quō hoc intelligit. Quia hoc pōt intelligi de die, quo ex matre natus est: sed hoc nihil uidetur ualere: quia ẽm hanc generationem non habuit patre, sed tm̃ matrem. Resp. Dicendum, ut dictū illud intelligendū est causaliter. Secundum n. generationem ex matre dicit genuisse, qa fecit generari. Similis expositio super illud Matth. 4. Potens est de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Glo. in huius testimonium rei Deus de Sara genuit filium, idest fecit generari.

Dub.10 *Splendor autem non semel &c.*] Contra Si hoc simile rectum est, uidetur quòd filius non semel nascatur: ergo quæritur, quare magis generatio filii assimilatur splendori, q̃ aliis rebus, maxime cum non genetetur a luce splendor, nisi ad præsentiã corporis obiecti? Præterea filius dicitur lux, non ergo splendor lucis. Resp. Dicendum, q̃ generatio filii habet in se perfectam cōformitatem, coæternitatem, & æqualitatem: & quia in creatura una simul hęc nō possumus tenere, & iō capimus ex multis, & ideo multa illi assimilamus. Quantum ergo ad conformitatem, similis est generationi uerbi quod est ples, perfecte repræsentat illum a quo est. Quantum ad coæternitatem, similis est egressui splendoris a luce, in quo est coæternitas, propter lucis actualitatem. Quantum ad æqualitatem, similis est generationi uiuentis ex uiuente, qui generat sibi æquale omnino: & hic diuersimode comparatur a Sanctis. Cōparat ergo Orige. ad egressum splendoris, non q̃ antum ad iterationis assimilationem; sed quantum ad priuationē intermissionis, siue interpollationis. Et nota, quod differunt splendor, radius, & lumen: cum omnia dicant influentiam a luminoso: quia radius dicit emissionem secundum diametrã diafanam: lumen, secundum circunferentiam: utrinque tamen in profundum trãsferentis: splendor dicit repercussionem ad corpus transparens, tersum, & limitatum; sed tamen hic Orige. notat splendorē, lumē progredientis a luce. Ad illud ergo qd obiicit, q̃ filius est lux, dicendum, q̃ lux habet in se naturam manifestandi: & ita respicit cognitionem, & appropriatur filio. Habet in se uim multiplicandi, siue generandi splendorem, & ita appropriatur patri.

Dub.11 *Et quod cum sacramento scientiæ suæ, &c.*] Videtur enim male dicere: quia secũdum hoc q̃ pater ẽm sacramentũ scientię generat filium: ergo scientia est ratio generandi. Respon. Dicendum, q̃ Hilarius uocat hoc sacramentum sacrum secretum, dicit autem filium nasci cum sacramento scientiæ, quia filii generatio non tantum sacra, sed ẽt secreta est: non (inquã) deo secreta, sed nobis: quia nos eam nō cōprehẽdimus, ipse aũt pse ẽt nouit eam: ideo dicit cum sacramento, &c.

Dub.12 *Quod autem ex uiuo &c.*] Videtur hoc falsum, quia puer nascitur de patre, & matre uiuentib. & tamen utrunque habet. s. imperfectionem, & nouitatem. Resp. Ratio Hilarii. sicut patet per literam sequentẽ intelligenda ẽ de uiuo per essentiam: ubi. n. est uiuens per essentiã, non fit ex non uiuo uiuens, sicut fit in uiuẽte per participationẽ, ubi nō generatur uiuum ex uiuo, nisi per non uiuum, ut patet: quia homo non generatur ex homine nisi mediante semine.

Dub.13 *Neque ex derivatione, sed ex uirtute naturalis est &c.*] Videt male dicere, quia secundum Dionysium, & Anselmum, pater se habet ad filium, & spiritumsanctum, ut fons, & illi ut riuuli: sed riuus est a fonte per derivationem. Resp. Dicendum, q̃ natiuitas quę est per derivationē, attenditur quantum ad transmutationē aliquã circa illud qd trasmutatur, & ita dicit passionem quandã, ac per hoc infirmitatem: sed uiuens quod est uita, est actus purus, & ita est uita pura, in qua non est infirmitas, sed pura actualitas, & ideo uult Hilar. dicere q̃ pater generans est tota uita, & quod generat non est per passionum demutationem, seu diminutionem, q̃ attenditur in derivatione, sed per omnimodam uirtutem, ergo filius genitus est uirtus, non per mutationem natus.

Vbi autem pater auctor est &c.] Videtur q̃ improprie dicat, qa auctoritas dicit causalitatem, sed hæc non recipitur in diuinis: ergo &c. Dicendum, q̃ auctoritas dicit quandam principalitatem, siue auctoritatem in psona, quæ nihil habet ab alio, sed ab ipso oẽs: & ista auctoritas in patrẽ est innascibilitas, unde non dicit causalitatem, sed priuationem principii, & per hoc summam principalitatem. Dub.14

Quod ab æterno &c] Innuit Hila. hic tale argm̃. Si filius nō est generatus, siue natus ab æterno, generatio eius non est æterna: & si hoc, pater non gñat ab æterno, ergo pr̃ nō est æternus, ergo q̃ derogat æternitati filii, derogat æternitati patris. Sed ista ratio non uꝫ ualere, quia sic militer ego arguam ex parte creatoris, & creaturę: sed creatura non est æterna, non. n. ab æterno creauit deus, & ita non ẽ creator æternus. Resp. Dicendum, q̃ non est simile, sicut patet ex sequenti eius, quod Hilarius supponit, q̃ esse patrem sit proprie propriũ illius personæ, ergo cũ tale semper conueniat, Aut aliter res non habet esse p̃fectum: sequitur de necessitate, aut filius est æternus, aut pater ab æterno non habet esse perfectum: creare uero. & si solius dei sit, tamen ratione connotati habet imperfectionẽ coniunctam, ẽm quam non tm̃ impossibile, sed ẽt non intelligibile est aliquid ab æterno creari. Dub.15

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dn.16 *Sed seipsum de mutare nascendo ere.*] Contra, quia secundum hoc cum filius Dei prius esset, & postea ex uirgine natus, sic ergo esset mutatus. Rñ. Dicendum, quod Hila. intelligit secundum eandem naturam, secundum quam prius erat: si enim secundum eandem naturam prius erat, & postea natus est, necesse est ꝙ secundum illam naturam mutatus sit: sed si secundum aliam naturam, oportet mutationem fieri in illa natura: sed non in persona: cum illa natura non dicat aliquid in persona, sed magis aliquid cum persona. Vnde nulla sit mutatio in illa natura.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis ponenda sit generatio?

AD intelligentiam eorum quę dicit Magister de generatione æterna, in præsenti dist. quatuor principaliter quæruntur. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ponenda gñatio. Secundo, dato ꝙ sit, utrũ gñatio in diuinis sit ponenda personarũ distinctiua. Tertio quæritur, utrum illa gñatio sit æterna. Quarto & ultimo, quærit, utrũ illa generatio sit terminata.

QVod generatio sit in diuinis, ostenditur primo a minori. Multofortius debet esse generatio in eo qui gñationẽ aliis tribuit, q̃ in his q̃ recipiũt, sed generatio est in creaturis, ergo & in deo qui tribuit. Et hoc est qđ dr in Esa. ult. Si ergo qui gñationem aliis tribuo, ſt ceteris creo? dicit dominus, quasi dicat non. ITEM. Ostenditur illud idem a posteriori. Per prius. n. est paternitas in Deo, quam in creatura, sed paternitas, & gñatio uere est in creatura, ergo & in Deo. quod prius sit ibi, dicit Apostolus Eph. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. ITEM, ostenditur hoc ipsum a simili. Quia omne qđ perfectionis est, attribuendum est deo, in quo est summa omnis perfectionis: sed generatio est perfectionis in creatura, ut uult Philosophus, quia perfectũ est quod potest generare quale ipsum est, ergo &c. ITEM. 2. De Anim. 34. illud idem ostenditur illa rõne. Diuina natura est summe bona, & actualissima, ergo summe potest, & uult se communicare, sed prima, & summa ratio cõicãdi est in generatione, ergo necesse est in diuinis ponere gñationẽ.

CONTRA. Generatio in creaturis, aut est perfectionis, aut imperfectionis. Si perfectionis, tunc ergo cum substantiæ spirituales, & incorporales sint nobilissimæ, debet in eis generatio esse, ergo cum non sit in eis, nõ est nobilitatis, sed quod non est nobilitatis non est in deo, ergo &c. ITEM. ubi est gñatio, ibi est uariatio: generatio. n. est species motus: & inter omnes species motus maior est uariatio in motu ſm substantiam, quia est entis in potentia, minor in motu ſm locum: ergo cũ in deo non sit uariatio, nec aliqua species motus, etiam illa quæ minima est, ut loci mutatio, ergo nec gñatio. ITEM, ubi ẽ gñatio, ibi est corruptio. Vnde Auctor de Prem. posſ. 36.

de causis, ꝙ pp longe stare a principio reliquo modo compleuit esse deus, continuam et iã in his faciens generationem: & hmõi signum est ꝙ sola corruptibilia generant. & generãtur in creaturis, sed in deo nulla cadit corruptio, ergo nec gñatio. ITEM. ubi est generatio, ibi nutritio. Vnde ad tot, & plures se extendit uis nutritiua, quam generatiua, sed in deo non est uis nutritiua, ergo nec generatiua, ergo nec nutritio, nec generatio, ergo generatio non est in diuinis.

RESOLVTIO.

Cum natura diuina sit in pluribus communicata per cõformitatem in natura, non nisi per generationem esse potest: cum hæc emanatio sit per conformitatem naturæ.

RESP. Dicendum, ꝙ generatio ponenda est in diuinis esse: huius ratio potentissima est, ut credo, quia ois natura est communicabilis, & quia in deo pp sui nobilitatem est aptitudo actui cõiuncta, immo ipse actus, oportet quòd natura sit pluribus communicata, sed non possunt esse plures ab una natura, quin unus sit ab alio, uel ambo à tertio, ergo cum ante diuinas personas nihil sit, oporteat ꝙ una sit ab alia, & qñ sunt conformes in natura, & generatio est emanatio secundum conformitatem naturę, ideo credo ꝙ necesse est in diuinis ponere gñationem. Vt aũt intelligatur per quem modum. Notandum, ꝙ generare de sui propria rõne est similem sibi in substantia, & natura producere. Sibi uero similem in natura producere tripliciter est. Aut per impressionem suæ similitudinis in alio, & sic generatur caracter à sigillo, lumẽ à luminoso, species ab obiecto. Alio modo per eductionem speciei consimilis ab alio, & sic generatur elementum ab elemento. Tertio modo per ꝙductionẽ similis de simili, siue de seipso, & sic generatur animatum ab animato, & iste tertius modus est perfectior. Vnde non reperitur nisi in substantiis habentibus formam nobilem quæ est uita. Et iste modus generationis est secundum naturam, & est in deo, & creaturis: sed differenter, quia producere alium ex seipso, potest esse dupliciter, uel ex se toto, uel ex parte sui. Ex se toto, non potest producere, nisi ille cuius essentia potest esse in pluribus una, & tota. Nam si non potest esse in pluribus una, & tota, si generans dat totam suam substantiã generato, tunc substantia tota transit in generatum, & generans perdit substantiam totam generando, quod esse non potest. Ideo adhuc necesse est ꝙ talem habeat substantiam, quæ una, & tota sit in pluribus, talis aũt substantia non est nisi substantia habens summam simplicitatem, hæc autem est sola diuina essentia, in qua propter summam simplicitatem suppositum non addit ad essentiam. unde nec ipsum coarctat, nec limitat, nec formam multiplicat. & ideo in eo potest esse generatio communicans eandem substantiam totam, & talis generatio est omnimodę perfectionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in solo deo reperitur, ratione iam dicta. Alio modo contingit aliquem ex se producere quantum ad partem sui, sic pater naturalis generat filium partem substantiæ transmittendo, & decidendo: & hæc generatio necessario est cũ transmissione, quia n. pars decisa nõ habet actũ totius, necesse est ꝙ p mutationem acquirat, sed qđ acquirit quod non habet, uariatur, iõ hæc gñatio est muratio, & hẽt uariationẽ coniunctã, & ẽt cũ corruptione adnexa. Quia n. ali qua pars gñantis deperditur, generans est à quo põt fieri ablatio, & ita corruptio. Est ẽt cũ cõseruatione adiuncta, quia n. fit deperditio, necesse est ꝙ per nutrimentum fiat restauratio, & ideo gñatio in creatura & perfectionis, & imperfectionis est.

Perfectionis a parte uirtutis ꝓducentis, imperfectionis à parte subiecti diuisibilis: & ideo est in solis animatis quæ habent formã perfectionis. s. aiam, & ipsum. s. corpus, & animam, defectibile, & restaurabile. Generatio uero in diuinis est omnimodæ perfectionis. Quod enim non est ex parte, ideo est, quia habet actu specie. Et ideo nec ibi ẽ in natura imperfectio, nec uariatio, quia nihil nouũ acquiritur. Nec corruptio, quia nihil adimitur, Nec nutritio, quia nihil restituitur.

Et ex hoc patet solutio obiectorũ, qa gñatio de toto est tantæ pfectionis, ꝙ nõ põt esse in creatura aliqua: gñatio uero ex parte, tantã hẽt imperfectionẽ adiunctã, ut non possit esse circa substantiã inuariabilem, & incorruptibile, & simplicẽ, non solũ in natura increata, uerũetiã in natura creata. Alię rõnes ꝓbãt de gñatione, q̃ ẽ ex ꝑte &c.

QVAESTIO II.

An generatio in diuinis distinguat inter gignentem, et genitum.

VTRVM generatio in diuinis sit personarũ distinctiua. Et ꝙ sic ostenditur hoc modo. Augu. dicit circa principiũ de Tri. Nulla res ẽ q̃ seipsam gignat, ut sit: si ergo gignit, aliam gignit: sed inter aliam rem, & aliam, est distinctio, ergo &c. ITEM. gñatio est emanatio, sed ubi est emanatio, ibi est multiplicatio, siue plurificatio, ubi aut multiplicatio, ibi & distinctio: ergo ubi generatio, ibi necessario est distinctio. ITEM. generatio in diuinis est relatio, sed relatio importat respectum, & ordinẽ: sed ubi respectus, & ordo, ibi suppositorũ & relatorũ, siue ordinatorũ distinctio, & sic &c. ITEM, minor diuersitas sustinetur à supposito, uel in supposito cõposito, & multiplici, q̃ in substãtia simplici, & uniformi: sed relatiua opposita nõ stãt simul in eodẽ in diuiduo creato: ergo nec in simplici hypostasi. Probatio medię. Bene sequit, Sortes est pr̃ Platonis: ergo non est filius eius, uel est distinctus ab eo: ergo multo fortius in diuinis.

CONTRA, Pater generando filiũ, dat ei totũ qđ hẽt: sed hẽt essentiã, & personã, ergo dat ei essentiam, & personam, ergo sicut filius nõ distinguitur à patre essentialiter, ita nec persona liter, ut uꝫ. ITEM, Pr̃ eõicat filio essentiam

Aug. 1 de Tri. c. 1. & li. 2 de natura diuina c. 8. & Arri. de Anathe. & Athan. & Hilario.

essentiam suam pp summã suã simplicitatem; sed æque simplex est psona: & essentia: ergo qua ratione communicat essentiã, communicat & personam. ITEM. In patre idem est natura, & persona: ergo impossibile est ꝙ communicet unum, quin communicet aliud: ergo si dat naturam; & personam. ITEM. Videtur ꝙ relatio non distinguat aliqua ratione: quia unus, & idem pũctus est principium, & finis, respectu diuersarum linearu; ergo si istæ relationes nõ sunt distinctiue, ut detur similiter ꝙ nec paternitas & filiatio. SI DICAS ꝙ non omnes relationes distinguunt, sed solum naturæ ut principium, & & principiatum, finis, & finitum. Contra, pater & filius se habent, ut intelligens, & intellectum, ut dicit Anselꝫ sed idem non potest esse intelligens, & intellectum, ergo &c. ITEM. Maior est repugnantia in contrariis q̃ in relatiuis; sed albedo, & nigredo, q̃ sunt contraria, non faciunt distinctionem circa Petrum: quia idẽ potest modo esse albus, modo niger: ergo multo fortius unus in diuinis modo erit pater, mõ filius. ITEM. Quæritur, quare potius relationes faciut distinctione psonæ q̃ essentiæ, cum æquẽ bene possint esse plures essentiæ, uel naturæ in una persona, sicut econuerso.

RESOLVTIO.

Distinguit realiter personaliter: sed non realiter essentialiter.

RESP. Dicendum, quòd generatio in diuinis, sicut ostensum est, facit realem distinctionem inter generantem, & generatũ, non rationalem, uel intellectualem solum, sicut dixit Sabellius, & realem quantum ad personã, non quantũ ad essentiã, sicut dixit Arrius. Quod sic paret. Generatio in creaturis, dicit emanationem per modum actionis, siue mutationis; in Deo emanationem per modum relationis, inquantum talis emanatio dicit distinctionem in persona. Rõne emanationis est distinctio. qa sicut dicit Anſel. Nec intellectus capit, nec natura pmittit, illũ q̃ est ab alio, esse illũ a quo est, ſm ꝙ politiue dr̃ aliqs esse ab alio. Na pr̃ priuatiue dicitur esse a se, ideſt non ab alio: inquantum talis emanatio ponit distinctionẽ in persona. Generatio enim est productio conuenientis in natura. Ratione naturę non potest esse distinctio: ergo uel erit ratione suppositi, uel proprietatis. Si proprietatis, aut absolute, aut respectiue. Non absolute: quia tũc esset distinctio in natura. Nec respectiue, utputa relationis, quia in relatione ſm se nõ est motus in creaturis, nec origo in diuinis. Vnde filiatio non generatur nisi in alio, ergo necesse est ꝙ sit distinctio in supposito. Similiter ratione relationis est distinctio, quia nihil ad se refertur, nec ordinatur. Ratione uero talis relationis est distinctio personalis; qa gñare, & gñari, cũ dicãt relationem per modum actionis, & passionis, dicunt eam in supposito, & respectu suppositi. Et ideo. quia relatio est inter extrema, notat distinctionẽ, patet ꝙ distinctio est ibi suppositorũ. His uisis, patet facile soluere ad obiecta.

QVOD ergo obiicitur, pater communicat filio totum quod habet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet, uerum est præter generationem, & generationis distinctionem. Ipsa enim ratio communicandi dat intellgere distinctionem: quia nullus communicat sibi, sed alii: & ideo id in quo distinguit, nõ communicat. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ æque simplex est persona, ut essentia. Dicendum, quòd simplicitas essentiæ est q̃ sit in pluribus: sed simplicitas suppositi est, q̃ non sit in pluribus. Nam suppositũ, siue individuum quantum est de se, dicitur esse quod est in uno solo: ideo non est simile. AD ILLVD, quod obiicitur q̃ idem est essentia, & persona. Dicendum, quamuis sint idem, non tamen sunt ad idem: quia persona est ad alium, ideo generatur, & refertur: essentia uero non, ideo essentia communicatur, & persona distinguitur. Sicut ergo, quamuis idem sit in patre essentia, & persona, tamen persona generat, essentia non: sic econuerso, essentia communicatur, & persona nõ. AD ILLVD, quod obiicitur de principio, & fine in puncto, patet responsio: quia ille nõ sunt mutuæ relationes, quod proprie requiritur ad distinctionem, unde non ualet. QVOD obiicitur de telligente, & intellecto. Dico, q̃ ibi non est relatio secundum esse; sed secundum dici: ad hoc autem q̃ relatio distinguat, oportet quòd sint relationes mutuæ: quia aliter nõ distinguunt, oportet etiam quòd dicant relationẽ secundum esse. AD ILLVD, q̃ obiicitur de albedine, & nigredine. Dicendum, q̃ nulla est oppositio formarum, nisi considerentur respectu eiusdem temporis, & impossibile est q̃ idem subiectum eodem tempore sit album, & nigrum: relationes autem in diuinis simul sunt. AD ILLVD, quod ultimo queritur, quare magis relationes faciunt distinctionem in personis, quàm in essentia: patet ex iam dictis responsio. Potest etiam alia ratio reddi: q̃ pluralitas naturarum impedit simpliciratem personæ; sed non sic econuerso, quod patet sic. Plures naturæ sunt in una persona. Aut ergo per gratiam, aut q̃ naturam. Si per gratiam unionis, sic: quia natura unica consequit unitatem personę, non impedit: Sed si naturaliter, ut in Petro est pluralitas essentiarum, siue naturarum: tunc cum intellectus naturæ præcedit personam: & non natura ex personis, sed persona ex natura, sic necesse est personam esse compositã, & inde est quòd in diuinis magis est unitas naturæ, cum pluralitate personarum, quam econuerso.

QVÆSTIO III.

An generatio in diuinis æterna sit?

VTRVM diuina generatio sit æterna. Quod sic, ostenditur hoc mòdo. In creaturis operans naturaliter operatur quàm citius potest, & de perfectione agẽtis est, q̃ citissime possit operari: ergo cum productio filii à patre sit per naturam, & summam potentiam, quàm cito fuit pater, genuit: sed fuit ab æterno: ergo &c. ITEM. De perfectione generationis est, ut quod generatur æquetur generati: ergo cum diuina generatio sit perfectissima, filius erit patri per omnia æqualis; sed pater est infinitus duratione, ergo & filius. ITEM. Intelligere

telligere se coæternum, est mentis diuinæ. Nunquam enim est ponere quòd deus factus intelligens. Sed uerbum est coæternum menti intelligenti: & hoc enim q̃ mens se intelligit, uerbum gignit. Si ergo propriissime filius est uerbũ, est coæternum patri: & hoc est q̃ dicit beatus Ioa. In principio erat uerbum. ITEM. Idem ostenditur per impossibile, omne quod cœpit esse, est mutatum secundũ substantiam: sed omne quod incipit generari, est mutatum secũdum substantiam: sed generatio est de substantia generantis: ergo ubi incipit esse generatio, substantia generantis mutatur; sed substantia dei patris secundum esse est immutabilis: ergo generatio non incipit ĩ diuinis.

CONTRA. Sicut si habet corruptio ad nõ esse ex parte finis: sic generatio ex parte principii: sed omne quod corrumpitur, desinit esse: ergo omne quod generatur incipit esse: sed nullum tale ẽ eternũ: ergo &c. ITEM. Quicquid producit diuina essentia, est ipsũ posterius tempore, siue duratione: ergo pari ratione quicquid producit diuina persona: cũ essentia, & persona sunt idem. ITEM. In deo idem est suum esse, & sua duratio: sed filius habet principium durationis; sed q̃d habet principium essendi, incipit esse, ergo &c. ITEM. Pater caret principio & caret initio: ergo qua ratione communicat filio non habere initium, eadem ratione communicat ei non habere principium, aut si nõ hoc, nec illud.

Ex 5. Phy.

Ex 9. Met.

Ex 12. Met.

RESOLVTIO.

Æterna quidem; & propter generatis summam fœcunditatem: & propter genti perfectam æqualitatem: & propter utriusque expletam actualitatem.

RESP. Dicendum, q̃ generatio filii est æterna, tum ratione generantis, tum ratione geniti. Ratione generãtis, propter summam, & perfectam fœcunditatem. Ratione geniti, propter summam, & perfectam æqualitatem: quarum uteraque conditio tollit, ne filius sit posterius patre, sicut ui sum est in opponendo. Alia ratio est propter summam in utroque actualitatem: in qua non dicitur actusa potetia, nec posse antecedit esse.

AD ILLVD, quod obiicitur quòd corruptio ponit terminũ finalem. Dicendum, q̃ corruptio semper dicit uariationem & mutationem, & ita cõuersionem entis in non esse, & ideo ponit terminum finalem. Sed generatio aliquando dicit mutationem, ut in creaturis, & sic ponit terminũ initialem: sed in diuinis non dicit mutationem ex nõ ente; sed emanationem ab ente. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ essentia nihil producit nisi ex tempore. Dicendum, quod sicut persona producit aliam personam, sic essentia aliam essentiam. Aliã autem creaturam essentia ex seipsa non producit, cum ipsa sit immutabilis. Nec ex alia, quia similiter esset quærere, unde produceit illam aliam: & sic necesse est in productione prima creaturæ, quòd producat ex nihilo, & omne sic producẽs, habet esse post non esse, & ita initium. Persona autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

aũt nõ de nihilo ꝓducit ꝑsonã, & ideo non facit de nõ ente ens, & ideo nullum ponit initium talis productio. AD ALIVD ꝙ obiicitur, quòd filius habeat principium essendi. Dicendum, quòd principium dicitur duplex, scilicet originale, & initiale. Secundum ꝙ principium dicitur originaliter, sic filius tam quantum ad esse, q̃ quàtum ad durationẽ, habet principium: quia utrũque habet ab alio. Si autẽ principiũ dicatur initium, sic dico, ꝙ nec habet principiũ essendi, nec durandi. Primum principium non aufert rationem æterni: secundum uero sic. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, quare pater communicat filio carentiam initii, non principii: patet tam responsio, quia temporale, & æternum differũt de necessitate per essentiam: principium & principiatũ nõ sic: ideo nõ est simile de hoc, & illo: quia ergo quod habet initium, est temporale, quod caret est æternum, ideo cum pater, & filius sint unius essentiæ, patet &c. Rursum cum habere principium, & non habere dicat differentiam personæ, & hoc est inter patrẽ, & filium, ideo sicut pater non communicat filio personã, sed tantum naturam, siue essentiam, sic cõmunicat ei non habere initium; sed non cõmunicauit non habere principium.

QVARSTIO IIII.

An generatio filij terminata sit.

VTRVM generatio filii sit terminata. Et ꝙ sic uidetur. Augustin. in Libr. 83. q. Qui semper nascitur, nũquam est natus, ac ꝑ hoc nunq̃ est filius. Nullus ergo per generationem dicendus est filius, quousque generatio sit terminata; sed uerbum patris recte dicitur perfectus filius, ergo generatio est terminata. ITEM. Ratione ostendit sic. Produci terminatur ad productum esse: ergo generari ad generatum esse; sed filius DEI est generatus & natus: ergo eius productio, siue generatio est terminata. ITEM. Nobilius est esse generatum, quàm generari: quia gñari est uia ad generatum esse, & non econuerso: sed quod nobilius est, deo est attribuendum: ergo magis dẽt ei attribui generatum esse, q̃ gñari: ergo generatio filii dr in terminatione. ITEM. Generatione, q̃ semper est in generado, semper aliquid, uel aliqs producit: sed non producit id quod productum est: cm id, quod est productũ: ergo oporteret uel ꝙ iteret, uel ꝙ succedat generatum in tali gñatione: sed in filio DEI nec ẽ successio, nec ibi iteratio: ergo nec continua gñatio: ergo filii DEI generatio est terminata.

CONTRA. Dam. DEus infinite & sine tẽpore ens, infinite, & inquiescibiliter generat: ergo gñatio nunquã terminat. ITEM. Ratione uũ hoc idem posse mõstrari: æternũ non hẽt se aliter nunc q̃ prius; sed semper omnino uniformiter: ergo si semp pr a principio gñat, adhuc gñat: alioquin aliter se haberet nunc q̃ prius, & ita generatio æterna mutaretur. ITEM. Simplex & infinitũ caret omni termino: sed generatio filii est simplex, & infinita: ergo generatio filii caret omni termino. Quod sit infinita patet, quia filius est infinitus, & iterũ ipsa generatio

neratio est æterna, & æternum est durationẽ infinitum. ITEM. Perfectior est potentia semper actui coniuncta, quàm quæ non semper: ergo perfectior est fœcũditas semper actui generationis coniuncta, maxime cum fœcunditas generandi nõ perdatur; sed perficiatur, si ergo in DEO est fœcunditas perfecta, semper ergo generat: sed non generat alium nisi filium: ergo filius semper generatur.

RESOLVTIO.

Terminata est quò ad perfectionem interminata quo ad durationem.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam, notandum, quòd quædam sunt, in quibus idem est esse, & factum esse, differt tamen fieri & esse, ut sunt illa quorũ esse est permanens nec dependet omnino a principio producẽte, & hoc proximo producente in facto esse, immo habent rationem subsistendi aliquam intra se, siue per principia propria sui subiecti, ut substantia & accidentia innata. Quædam sunt in quibus differt esse, & factum esse, idem tamen est fieri & esse, ut sunt successiua, quorum esse dependet omnino a principio producente existẽte in sua actualitate, ut sunt motus, & mutationes. Quedam sunt, in quibus est idem fieri, & esse, & factum esse, ut sunt illa quæ habent esse permanens, & totaliter dependent a principio producente, existente in sua actualitate per eũdem modum, per quem sunt in principio, non tantum in se; sed etiam respectu producti: ita ꝙ consimilis modus actualitatis attendatur quantum ad utrunque & talia sunt influentiæ, siue corporales, siue spirituales. Vnde Augustin. 6. super Genes. ad literam dicit, ꝙ lumen semper nascitur, & dum nascitur est: unde aer semper est illuminatus & semper illuminatur. Similiter omnino dicendum de lumine spirituali quod est gratia. Si igitur filius DEI habet esse permanentissimum, & esse coniuncti simum principio productiuo, ut in sui actualitate existenti; quia ipse est filius, & purus actus, omnino idem est in ipso nasci, & natum esse, & ideo semper nascitur, & semper est natus, & semper est, & nunquam definit nec cessat generari, nec pater generare. Cum ergo quæritur, an generatio filii sit terminata, distinguendum est terminatum, quia aut excludit imperfectionem, & sic generatio filii est terminata; quia perfecta; cum similе, immo idem sit generari, & gñatũ esse. Si uero excludat durationem, falsa est: qa semper durat. Cõcedo ergo ꝙ generatio filii est interminata rõne desitionis: quia nunquam definit generari, sicut probant rationes ad secundã partem adductæ.

AD ILLVD, ꝙ obi in cõtrariũ, ꝙ q semper nascit, nunq̃ est natus. Dicẽdum, ꝙ verũ est in illa generatione in qua differt nasci & natũ esse; sed nõ talis est generatio diuina; attamẽ qa generatio diuina intelligit per generationẽ creatam, & in creaturis de perfecto nato non dicit nasci, sed natũ esse, ideo ault Aug. ꝙ melius dr filius natus esse: qa intelligibilius est, nõ quia ei nõ cõ

ueniat nasci. AD ILLVD, quod obiicitur quod produci terminatur ad productum esse, & similiter nobilius est generatum esse quàm generari. Dicendum, quòd omnia ista tantum ibi habent locum ubi differt generari, & generatum esse. In illa autem generatione locum non habent. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur in generatione, quæ semper est in generando &c. Soluendum est per interemptionem, non enim est uerum quòd generatio semper ens, semper de nouo aliqd producat: quia radius semper oritur a sole, nec tamen semper eius productio iteratur, nec succedit; sed a sua origine continuatur in esse.

DISTINCTIO X.

De æterna processione Spiritus Sancti quantum ad personam, quæ procedit.

Ca. 17. NVnc post filij æternitatem de Spiritu Sancto, quantum Deo donante uidere conceditur: differamus. *Spiritus Sanctus amor est, siue charitas, siue dilectio patris, & filij. Vnde Aug. in 15. Li. de Trinit. Spiritus Sanctus nec patris est solius; nec filij est solius sed amborum, & ideo communem, qua inuicem se diligunt pater & filius, nobis insinuat charitatem.*

Quòd Spiritus Sanctus propriè dilectio dicatur.

Ioannes autem in epistola canonica ait, Deus charitas
1. Ioã. 4 *est: non dixit, Spiritus Sanctus charitas est. Quod si dixisset absolutior esset sermo, & non parua pars quæstionis de ea sit: sed quia dixit, Deus charitas est, incertum est, & ideo*
Aug. li. 6 de fide ca. 1 *quærendum est, utrum Deus pater sit charitas, an filius, an Spiritus Sanctus: an Deus ipsa Trinitas, quia & ipsa non tres Dij, sed unus est Deus. Ad hoc Augustinus in eodem Libro ita dicit. Nescio cur sicut sapientia & pater dicitur, & filius, & Spiritus Sanctus, & simul omnes: non ita & charitas dicatur pater, & filius, & Spiritus Sanctus, simul omnes una charitas. Non ideo tamen quisquam nos inconuenienter æstimet charitatem appellare Spiritum Sanctum: quia & Deus pater, et Deus filius potest charitas nuncupari: sicut propriè uerbum Dei etiam sapientia Dei dicitur, cum & pater & Spiritus Sanctus sit sapientia.*

Quòd

Quòd spiritus propriè dicatur charitas.

Si ergo propriè a iquis horum trium charitas nũcupari debet, quis aptius quàm Spiritus Sanctus? ut scilicet in illa summa simpliciq; natura non sit aliud substantia, & aliud charitas: sed substantia ipsa sic charitas, ipsa sit substantia, siue in patre, siue in filio, siue in Spiritu Sancto: & tamen Spiritus Sanctus propriè charitas nuncupatur. Ecce his verbis apertè dicit Augustin. quod in Trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam, quæ communis est trium personarum et tota in singulis: aliquando specialiter ad personam Spiritus Sancti: sicut sapientia Dei aliquando pro substantia diuina, aliquando pro filio propriè accipitur, & hoc in multis fieri reperitur.

Exemplis superiora comprobat.

Pluribus enim exemplis doceri potest, multa rerum vocabula & uniuersaliter doni, & propriè quibusdam rebus adhiberi: sicut Legis nomine aliquando simul omnia Veteris Testamenti significantur eloquia: aliquando autem propriè vocatur Lex, quæ data est Moysen. Multa alia suppetunt exempla: sed in re aperta uitanda est longitudo sermonis. Sicut ergo unicum Dei uerbum propriè vocamus nomine sapientiæ, cũ sit vniuersaliter & Spiritus Sanctus & pater ipse sapientia: ita Spiritus Sanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur, cùm sit pater & filius uniuersaliter charitas.

Authoritatem ponit quòd filius propriè dicitur sapientia.

Sed Dei uerbũ, id est, vnigenitus Dei filius, apertè dictus est Dei sapientia, ore Apostoli dicentis Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Spiritus autem sanctus vbi sit dictus charitas, inuenimus: si diligenter Ioannis Apostoli eloquium scrutemur: qui cùm dixisset, Diligamus inuicem: quia ex Deo est dilectio: adiunxit, Et omnis qui diligit, ex Deo natus est; quia dilectio Deus est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionem esse Deum, quam dixit ex Deo. Deus 1. Ioã. 4.
ergo ex Deo est dilectio: sed quia & filius ex Deo patre natus est, & spiritus sanctus ex Deo patre procedit, quem po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius eorum hic debeamus accipere, dictũ esse dilectionẽ, meritò quæritur. Pater. n. solus ita Deus est, ut nõ sit ex Deo: et ideo dilectio; quæ ita Deus est vt ex Deo sit, nõ ipse pater est: sed aut filius, aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus cùm Dei dilectionem commemorasset Ioannes: quia dilexit nos, & hinc hortatus esset vt & nos inuicem diligamus, atque ita Deus in nobis maneat: quia utique dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertiùs aliquid eloqui, inquit. In hoc cognoscimus: quia in ipso maneamus, In eodi & ipse in nobis: quia de suo spiritu dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere: & ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse ergo Deus est dilectio. Deus ergo spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, significatur vbi legitur, Deus dilectio, & dilectio ex Deo est. Ecce his verbis apertè dicit Augustin. Spiritum Sanctum esse charitatem patris & filij: & in tantum quoque sermonem produxit, vt videatur dixisse spiritum sanctum non solùm esse dilectionem patris & filij, qua se inuicem & nos diligunt: sed etiam qua diligimus Deum. Sed vtrum ipse sit charitas, qua nos diligamus Deum, in sequenti explicatur.

Rursus, quòd spiritus sanctus sit amor, quo pater a filio, & quo filius a patre diligitur.

Nunc verò quod incæpimus ostendere curemus, scilicet Spiritum Sanctum dilectionem esse, siue amorem patris & filij: quo scilicet pater diligit filium & filius patrem. De hoc Hieron. super 17. Psal. ait, Spiritus Sanctus nec pater est, nec filius: sed dilectio, quam habet pater in filium, & filius in patrem. Aug. quoque in 6. Lib. de Trin. ca. 5. ait, In omnibus æqualis est patri filius, et est vnius eiusdemque substantiæ. Quapropter etiam Spiritus Sanctus in eadem unitate substantiæ, & æqualitate consistit.

Quid sit spiritus sanctus.

Siue enim sit vnitas amborum, siue sanctitas, siue charitas, manifestum est, quod non aliquis duorum est, quo vterque coniungitur: quo genitus a gignente diligatur, genitoremq; suum diligat, sintq; non participatione, sed essentia sua:

neque dono superioris alicuius, sed proprio suo seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritum sanctum esse, quo filius diligitur à patre, & pater à filio: & quo illi duo seruant unitatem pacis. Spiritus ergo sanctus, ut ait, Aug. in eodem, commune est aliquid patris & filij, quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis, & coæterna est, quæ si amicitia conuenienter dici potest, dicatur: Sed aptiùs dicitur charitas, & hæc quoque substantia: quia Deus substantia est, & Deus charitas est. Tria ergo sunt, & non amplius: unus diligens eum qui de illo est, & unus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio, quæ si nihil est, quomodo Deus substantia est? Ad Eph. 4. Lib. 6. de Tri. cap. 5.

De nomine spiritus sancti.

Hic notandum est, quòd sicut spiritus sanctus in Trinitate specialiter dicitur charitas, quæ est patris & filij unio: ita & nomen tenet propriè, quod patri & filio communiter quodam modo congruit. Vnde Aug. in 15. Lib. de Trinit. Si charitas, inquit, qua pater diligit filium, & patrem diligit filius, ineffabilem communionem demõstrat amborum, quid conuenientius, quàm ut ille propriè dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur & intelligitur, ut non solùm spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate. Sed non frustra propriè charitas nuncupatur, propter illa quæ dicta sunt: sicut non solus in illa Trinitate, uel spiritus est, uel sanctus: quia & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus: & tamen ipse non frustra dicitur spiritus sanctus. Qui enim est communis ambobus, id uocatur ipse propriè, quod ambo communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus spiritus sanctus est charitas, profectò & filius non solius patris, sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Ait enim Apostolus de Deo patre, Transtulit nos in regnum filij charitatis suæ. Si ergo non est in ista Trinitate charitas Dei, nisi spiritus sanctus, filius est etiam spiritus sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat ut non solus ibi sit Charitas spiritus sanctus: sed propter illa, de quibus satis disserui, propriè sic uocatur. C. 18 circa fi nem c. C. 19 circa fi nem c. Colos. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVPRA egit Magister de generatione filii, hic autem agit de processione spiritus sancti. Et quia gemina est processio spiritus sancti, æterna, & temporalis, primo agit de processione æterna, secundo de temporali infra dist. 14. *Præterea diligenter animadvertendum est, &c.*] Et quoniam processio spiritus sancti tripliciter potest comparari, scilicet ad personam ad quam est, & ad principium a quo est, & ad generationem a qua differt, ideo hæc pars habet tres. In quarum prima Magister agit de processione spiritus sancti quantum ad personam quæ procedit. In secunda quantum ad principiū a quo infra dist. 11. *Hic dicendum est spiritum sanctum, &c.*] In tertia uero agit de ipsa per comparationem ad generationem, a qua distinguitur, infra Dist. 13. *Post hæc considerandum est, &c.*] Item. Prima pars quæ continet præsentem distinctionem habet quatuor partes. In prima dicit ꝙ spiritus sanctus procedit ut amor, siue charitas, uel dilectio, & hoc probat auctoritate Aug. In secunda uero: quia hic erat dubium ꝙ spiritus sanctus erat charitas, mouet quæstionem, & soluit ibi. *Et ideo considerandum utrū Deus pater &c.*] In tertio uero solutionem per auctoritatem cōfirmat, tum quantum ad distinctionem, quæ est per communē acceptionem, & propriam, tum etiam quantum ad ueritatem, ibi. *Pluribus exemplis docti &c.*] In quarta uero, & ultima præmissæ solutionis assignat rationem, ostendens quòd spiritus sanctus proprie dicatur charitas, cum charitas sit nomen commune, & hoc ibi *Hic notandum est, quòd spiritus sanctus, &c.*]

Spiritus sanctus amor est, siue charitas, &c.] Quæritur, utrum charitas & dilectio differant: & ꝙ sic uidetur per Isid. dicētem. Amor est rationalium & irrationalium: dilectio rationalium tātum. Sed contra Diony. de diuin. nom. cap. 4. Mihi uidenti theologi commune quid dicere dilectionis & amoris nomine: & ibi dem reprehendit distinguentes, dicens: ꝙ faciunt uim in leuibus sonis, quasi nos non possimus quatuor per bis duo, & patriam per natale solum significare. Respon. Aliqui uoluerunt dicere ꝙ differunt: quia dilectio dicitur illa proprie, quæ est ex uoluntate ordinata, sed amor est affectio libidinosa. Sed hæc distinctio est contra Diony. & contra Aug super Ioan. & contra Canonem sacræ scripturæ: quia dominus primo quæsiuit à Petro, Simon Ioannis diligis me? & postea dicit, amas me? & ita pro eodem accipiuntur, & hanc differentiam reprehendit Diony. Potest tamen nihilominus aliqua differentia assignari. Quamuis enim de una & eadē possint dici affectione, tamen alia, & alia ratione. Amor enim dicit affectus adhæsionem respectu amati. Vnde Diony. amorem mutuum dicimus, Dilectio uero, ultra hoc addit electionem, unde dilectio ex diuersis electio. Vnde. Cant. 5. Dilectus meus electus ex millibus. Charitas autē ultra illa addit magnam appretiationem. Charum enim dicitur illud quod magni precii estimatur, secundum ꝙ Apostolus Epistolis suis uocat fideles charissimos 2. ad Thimo. 1. &c. Dub. 1

Propriè uerbum Dei, etiam Dei sapientia dicitur, &c.] Dubitatur de hac uoce Proprie, qa aut accipitur proprie, quia soli conuenit aut proprie, quia appropriate. Quia si soli, hoc est falsum: qa sapientia nullo modo dicit proprietatē personalem. Si proprie: quia appropriate, hoc nihil facit ad propositum: quia Magister uult inquirere proprietatē spiritus sancti, non appropriatū. Et iterum. Charitas uidet magis appropriari patri sm ꝙ dicitur in illa prosa, *charitas pater est*. Item. Hoc uidetur p Richar. ꝙ amor gratuitus est in patre, in spiritu sancto debitus, in filio ex utroque permixtus: ergo cū charitas dicat amorem gratuitum debet ergo appropriari patri. Resp. Dicendū, ꝙ non est omnimoda similitudo, sed in hoc est similitudo, nam congrue potest appropriari manēte unitate uocis, uel significationis. Pōt similiter aliquod nomen simul dici per proprietatem, & per essentiam, manente unitate uocis, & significationis, & tamen est de se cōe, & tale est hoc nomen, charitas. Aliter pōt dici, ꝙ charitas est cōmune, & proprium, & appropriatum, & Aug. primo ostēdit, ꝙ est appropriatū per similitudinem ad sapientiam: & post ostendit ꝙ est proprium. infra ea. Dist. *Nunc uero quod intendimus ostendere, &c.* Vnde ex hac auctoritate non habetur ꝙ charitas sit proprium, sed solum ꝙ appropriatū. Sed tamen ex aliis Dub. 2.

uerbis Aug hī, ꝙ charitas non solum est appropriatum, sed etiā proprie proprium spiritus sancti. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ charitas appropriatur patri, Dicēdum, quòd charitas habet duplicem comparationē ad uirtutes alias. Comparatur enim ut mater, ut dicit Amb. comparatur ut uinculum, ut dicit Apostolus Colos. 3. Charitas est uinculum perfectionis: ratione primi appropriatur patri, rōne secūdi spiritui sancto. Ad illud quod obiicitur de Richar. Dicendum ꝙ [gratuitum] non dicit proprietatem amoris, siue amandi, sed proprietatem personæ, quæ dat & non recipit.

Spiritus sanctus est dilectio quæ pater &c.] Quæritur utrum pater, & filius diligant nos spiritu sancto. (Vtrum. n. se diligant spiritu sancto, quæritē Dist. 32. ubi istam quæstionē specialiter mouet) sed prima uidet omnino falsa, & impropria. Cum enim dī, pater & filius diligunt nos &c. constat ꝙ uerbum diligendi tenetur essentialiter: ergo si diligant spiritu sancto, sunt spiritus sanctus. Et iterum dicit Aug. ꝙ hoc nullo modo conceditur, pater diligit se. s. s quia diligere tenet essentialiter: ergo similiter ꝙpposito. Resp. Quod quidam dicunt ꝙ ablatiuus ille exponitur p hāc præpositionem, per, cum accusatiuo i. per spiritum sanctum: & regula est, ꝙ hæc præpositio Per, cum uerbis transitiuis dicit subauctoritatem, cum absolutis autem, auctoritatem. Vnde cum diligere sit transitiuum, sensus est, quòd pater, & filius diligunt nos per spiritum sanctu, Dub. 3. *Vide distinct. immediate allegata.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi diceret, pater operatur per filium. Sed hæc expositio non uidetur conueniens: quia similiter potest dici pater, & filius punisit, siue odiit nos. s. s. quod nō uult dicere Augu. Propterea notandum, ꝙ diligere aliquando tenetur pure essentialiter, ut cū dī: pater, & filius diligunt se: aliqñ pure notionaliter, ut cum dicit pater, & filius diligunt se spiritu sancto, sicut patebit. Aliquando partim essentialiter, partim notionaliter, sicut cum dicit diligunt nos. s. s. & ex hoc patet: qa idem est patrem, & filium diligere nos. s. s. scilicet spiritū sanctum nobis mittere, siue inspirare. Mittere, siue inspirare autem importat actum notionalem, & essentialem: qa sensus est quòd spiritum producunt, & donum eius nobis conferunt: unde dicit simul. s. s. productionem, & gratiæ collationē: & q̄uis respectu actus essentialis non recipiatur habitudo ablatiui, recipitur tamē ratione notionis, sicut & hic pater dicit se suo uerbo, dicit ēt creaturas uerbo: simili mō intelligendum est in proposito. Dist. 32

Siue enim sit unitas, &c.] Quæritur quid dicatur per hoc nomen, unitas. Aut unitas dicit unitatem essentialem, aut notionalem, aut personalem. Non essentialem: quia tunc non esset amborum, sed trium. Non notionalem: quia s. s. non est cōis spiratio. Non personalem: quia pater, & filius non sunt unum in persona. Item. Quæritur, quomodo hęc distinguantur unitas, sanctitas, charitas. Respon. Dicendum, ꝙ unitas personaliter tenetur. Sed attendendum, quòd unitas aliquorum dicitur dupliciter. Aut qua aliqui sunt unū, & sic patris, & filii non est unitas personalis. Aut qua aliqui sunt uniti, & sic pater, & filius unica persona uniuntur, sicut persona spiritus sancti, quæ est amor, & uinculum nectens. Ad illud, quod quæritur, quomodo differunt illa tria, dicendum, ꝙ unum addit supra alterum. Nā unitas dicit conditionem omnis amoris: quoniā omnis amor est uis unitiua. Sanctitas dicit conditionem amoris casti, contra libidinosum, qui non est purus. Charitas dicit conditionē amoris præcipui: ideo enim charitas dicitur: quia est amor inæstimabiliter habēs charū amatū. Dub. 4.

Simil: non participatione &c.] Videtur non bene dicere: quia seruare unitatem spiritus, est ꝓducere spiritum sanctum: ergo secundum hoc pater, & filius spiritum sanctum sua essentia producunt, & ita uidetur essentialiter spirare. Itē, uidet etiam falsum, ꝙ dicitur, non participatione: quia pater, & filius participatione spirationis seruant unitatem. Respon. Dicendum, quod Augu. uult ostendere duplicem modum unitatis esse inter patrem, & filium, qui est inter mēbra Christi. s. naturæ, & uoluntatis, sed differenter: quia in nobis est unitas naturæ per participationem unius cōmunis essentiæ, sed non sumus ipsa essentia. Pater enim & filius non participant essentiam quasi diuersum, imo sunt ipsa essentia. Similiter in nobis est conformitas uoluntatis per donum Dei, quod unit nos: sed pr̄ & filius unitur non dono accepto ab alio, sed spiritu proprio, & sic patet responsio. Dubs.

Qui enim communis est ambobus, &c.] Contra ergo ꝑm hoc, pari ratione spiritus sanctus dicitur Deus proprie, cum Deus sit cōmune ambobus. Resp. Dicendum, ꝙ æquiuocatio est in communitate. Nam Augu. non uocat commune, quod est in pluribus, & de pluribus, sed quod à pluribus: & ita commune dicit magis à cōione, q̄ a communitate, ut fiat uis in uerbo, sicut fit inter unionem, & unitatem. Et quoniam charitas non tantū dicit communitatem, quia in pluribus: sed cōmunionem per unitatem distinctorum, ideo quamuis dicatur essentialiter, potest nihilominus dici personaliter. Dub. 6.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An necessario ponenda sit in diuinis persona procedens per modum liberalitatis?

AD euidentiam eorum quæ dicuntur de spiritu sancto, in hac parte, duo principaliter quæruntur. Primo quæritur de modo procedēdi ipsius spiritus. Secundo de proprietate ipsius. Circa primum quæruntur tria. Primum est utrum in diuinis sit necesse ponere ꝑsonam procedē tem per modum liberalitatis. Secundū, utrum sit necesse ponere personam procedentem p modum amoris. Tertium, si sit necesse ponere personam procedere per modū mutuæ charitatis.

QVOD sit necesse ponere personam procedētem p modum liberalitatis ostenditur hoc modo. Perfectior est dilectio mutua, q̄ reflexa, & pfectior adhuc mutua communicata, q̄ non cō municata: quia talis. s. non communicata, uiderur sapere amorē libidinosum: ergo si in Deo est summa dilectio, & summa delectatio, & summa beatitudo, non est ibi persona quæ mutuo non ametur, nec cui amor mutuus non communicetur: sed communicatio amoris mutui est per liberalitatem, ergo &c. ITEM. In his inferioribus duplex inuenit modus ꝓducendi nobilis. s. per modum naturæ, & per modū uoluntatis: primo modo emanat filius à patre, secundo modo, donum à datore. Sed omne qd nobilitatis est in creatura, est attribuendum Deo, ergo &c. ITEM. In Deo est ponere naturam, & uoluntatem: & sicut naturā perficit fœcunditas, ita uoluntatem summa liberalitas; sed natura pfecta fœcūditate persona producit aliam personam, ergo pari ratione uoluntate perfecta liberalitate, producit aliam personam, & sic &c. ITEM. Omnes creaturæ à Deo ꝓcedunt aut p cognitionē, aut uoluntatē: sed ante creaturarū ꝓductionē, ponere fuit i diuinis emanationē uerbi ab ęterno, in quo pr̄ oīa fīēda disposuit: ergo pari rōne necesse fuit emanare personā i qua oīa uellet, & donaret, sed talis ꝓcedit per modū liberalitatis, ergo &c.

CONTRA. Non est similis modus procedendi in creaturis respectu Dei, & in personis. Nam creaturæ sunt extrinsecus; personæ uero in essentia unum, sed exitus creaturarum à Deo est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est per modum liberalitatis: ergo non est ponere personā hoc modo procedere. ITEM. Exiens per modum uoluntatis ab aliquo, non assimilatur in substantiam producenti, nec æquatur, nec necessario producitur: sed persona si procedit in diuinis, est in substantia similis, & in potestate æqualis, nec potens se aliter habere: ergo &c. ITEM. In his inferioribus non tantū sunt ista principia nobilia. s. natura, & uoluntas, uerumetiam ratio, siue operans per artem: ergo si ponuntur duæ personæ his duobus modis procedētes, debet poni tertia, quæ tertio modo procedat, sed illa non ponitur, ergo nec per modum uoluntatis ponitur aliqua, pari ratione. ITEM. Quanto pluribus communicatur dilectio, tanto perfectior: qa omne bonum in commune deductum, pulchrius eluceſcit. ergo non solum est ponere tertiā personam cui amor secundæ cōmunicetur, sed etiam quartam, cui amor communicetur tertiæ, & sic in infinitū: sed hoc est impossibile in diuinis, ut ostensum est supra: ergo est stare in prima persona producente: ergo nō est persona procedens per modum liberalitatis.

RESOLVTIO.

Vtique & ex perfectione dilectionis, & ex perfectione manationis; tum tertiā ex perfectione uoluntatis.

RESP. Dicendū, q̄ sicut probatū est, in diuinis est ponere tertiā personam procedentem per modū liberalitatis, q̄ de donū. Et ratio huius, est ꝓfectio dilectionis, perfectio emanationis, & perfectio uoluntatis: qua existente liberalissima, non pōt nō producere personam: sicut natura existente fœcundissima, non potest non producere personā, & hęc est ratio ꝓpria huius emanationis.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium, q̄ creaturæ emanant per modum liberalitatis, Dicendum, q̄ per modum liberalitatis emanare, est dupliciter: aut sicut uolitum, aut sicut ratio uolendi: siue sicut datum, siue sicut ratio donādi. Primo modo emanant creaturæ quæ sunt extra. Secūdo modo emanat tertia in trinitate persona. Quia ratio uolendi, & donandi est intrinsecæ perfectissimæ uoluntati.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ uoluntas nō est principium assimilans, nec necessario emanans, Dicendum, q̄ uoluntas, siue liberalitas dupliciter est principiū. Vno modo distinctum in natura, & sic non assimilat in substātia. Alio modo cum cōiicante natura, & sic in substantia assimilat: q̄n ergo persona sic procedit per modum liberalitatis, ut cōiicetur naturæ: ideo similis est in substantia, quamuis ipse modus producendi non sit per modum similis, & sic patet illud.

AD ILLVD, quod obiicitur, quare non procedit aliqua persona per modum rationis, dicēdum, q̄ omnis modus producendi nobilis ad istos reducitur duos: qa omne agens, aut agit naturaliter, aut per uoluntatem. Agens enim per uiolentiā, aut per fortunam, est agens imperfectum, & modus ꝓducendi minus nobilis. Vnde rō non distinguitur cōtrā naturam, & uoluntatē, & quantum ad modū agendi, & ideo nō est persona tali modo procedēs. Sed sī hoc non uidetur plene soluere: quia nos distinguimus in his creaturis ēgressum ꝓ modum liberalitatis, ab egressu per modum artis. Propterea dicendū, q̄ processus per modum liberalitatis est dupliciter, aut sicut ratio liberalitatis siue ipsa liberalitas, aut sicut liberaliter factum. Similiter & in arte, aut sicut ipsa ars, siue ratio artificiādi, aut sicut artificiatum: & primo modo potest cadere in diuina persona, secundo modo non, & primo modo procedit filius q̄ est uerbum, & ars plena omnium rationū uiuentium: Sed iste modus emanandi, non distinguitur à modo emanandi per modū naturæ: quia emanat ut omnino similis, & per modum similitudinis perfectæ. Alius autē modus nō pōt esse: quia duas personas necesse est cōicare in eadem natura: & quia necesse est q̄ omnis modus emanandi qui est in diuinis, sit per modum naturæ principaliter, uel illā communicāte: unde cum processus per modū uoluntatis possit esse intrinsecus, sic procedit amor ab amāte. Per modum uero artis, semper est extrinsecus inquantum huiusmodi: ideo impossibile est q̄ cadat in Deo respectu personæ, sed cadit solum respectu creaturæ. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, si est ponere tertiam personam ob communicationē, pari rōne & quartam. Dicendū, q̄ omnis ratio, & natura concordat, q̄ non sint ꝓ plures, qđ pōt sufficienti signe fieri per unum, alioquin esset ibi superfluum. Si ergo mutua dilectio nō pōt esse minus q̄ ad unum, & communicatio illius mutui ę non minus q̄ ad unum, & in uno est mutua dilectio, & in altero mutuæ dilectionis communicatio perfectissime, cum utrinque accipiat totum infinite patet q̄ non est ultra procedere, sed ibi est stare. Vnde ipsa eadē ratio quæ ponit personarū pluralitatem, aufert infinitatem, & ponit Trinitatē.

Ex 1. Phy. 51

QVAESTIO II.

An necesse sit ponere in diuinis per sonam, per modum charitatis & amoris procedentem?

VTRVM in diuinis sit necesse ponere personam procedentem per modū amoris, siue charitatis. Et q̄ sic, uidet. Nō est, n. perfecta cognitio sine dilectione: ergo nec perfectum uerbum sine amore, ergo nec pfecta emanatio uerbi sine emanatione amoris: ergo necesse est ponere emanationē per modum amoris: ergo &c. ITEM. Amor est donum in quo alia dona donātur. Nihil. n. proprie donatur nisi ex amore: si ergo persona ꝓcedit ꝓ modum liberalitatis, cum ipsa procedat non per aliud, sed per se: ergo per modum amoris, siue charitatis. ITEM. Omnis & summa perfectio pluralitatis est in unitate: ergo & distinctionis in unione: sed inter omnes uniones quæ sunt inter distātes, summa, & iocundissima est unio charitatis, si ergo est ibi distinctio, est unio, & si unio, est charitatis emanatio. ITEM. Spiritus sanctus in nobis existens, & habitans, facit nos similes illi summę Trinitati, sicut dicit dominus

Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 17. ut sint unum, sicut, & nos, sed spiritus sanctus in nobis existens, ꝓducit primo amorem charitatis Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Ergo necesse est in illa summa Trinitate reperiri per prius emanationem charitatis.

SED CONTRA. Personæ diuinæ sunt hypostases ꝓfectæ, ut pater, & filius: nullus aũt amor dicit hypostasim, sed eius ꝓprietatem, siue habitum: ergo nulla ꝑsona in diuinis procedit ꝑ modum amoris. ITEM. Amor est eius in quo requiescit affectus: ergo semper accipitur ut in aliũ tendẽs: sed omnis persona est in se perfecte ens, & distincta: ergo nulla persona procedit per modũ amoris. ITEM. Non ob aliud ponitur in diuinis emanatio ꝑ modum amoris, nisi quia pater amat filium, cũ ergo filius amet spiritum sanctum, pari rõne erit ponere ulteriorem personã emanantem per modum amoris, & sic in infinitum, & hoc est incõueniens: ergo &c. ITEM. Cum in natura intellectuali ex parte motiuæ potentiæ sit accipere iram scibilem, quæ respicit honorẽ, sic cõcupiscibilis amorẽ: Quæstio est, quare in diuinis non accipitur persona secundum actũ irascibilis, sicut ſm actum cõcupiscibilis. ITEM. Cum sint aliæ affectiones in anima, ut gaudiũ spes, & huiusmodi, quare solum per modum amoris procedit ꝑsona in diuinis. Si tu dicas, ꝙ amor non tenet rationem affectionis. Tunc obiicio: quia sicut amor diuinus non est affectio: ita nec gaudium. ITEM. Cũ sint alii habitus in anima importantes complementum, cuiusmodi sunt. s. dona spiritus sancti, ut intelligentia, & sapientia, quare magis procedit persona per modum amoris, q̃ per modum alterius habitus, ꝙ si non alius, nec iste debet poni, ut uidetur.

RESOLVTIO.

Si ponitur persona per modum liberalitatis procedens: igitur & per modum amoris: cum affectio hæc plus teneat de ratione liberalitatis.

RESP. Dicendũ ꝙ sicut probatum est supra, necesse est aliquã personã in diuinis ꝓcedere per modum liberalitatis, & illam dicimus spiritum sanctum: hanc aũt necesse est ꝓcedere per modum amoris: quia si ponatur in diuinis emanatio per modũ uoluntatis, necesse est ꝙ inter omnes sit prima, & nobilissima; emanatio autem per modum amoris est huiusmodi: quod patet si respiciamus in anima. Affectio enim amoris est prima inter omnes affectiones, & radix omniũ aliarum, sicut dicit Aug. in pluribus locis, maxime in 14. de Tri. Et ista affectio nobilissima est inter omnes, quoniã plus tenet de ratione liberalitatis. Vnde hoc est donum in quo omnia alia dona donantur, & in quo cõsistunt omnes deliciæ substantiæ intellectualis: unde nihil in creaturis est considerare sic deliciosum, sicut amorem mutuum, & sine amore nullæ sunt delitiæ: ꝓpter hoc dicit Philosophus, ꝙ amicitia aut est beatitudo, aut nõ sine beatitudine. Si ergo emanatio est per modum liberalitatis in diuinis, necesse fuit esse primam, & summam, & sic necesse

Quæst. præced.

Arist. 8. Eth. cap. 1. & 2. Rhet. cap. 5.

esse fuit per modum amoris.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, ꝙ amor nominat habitũ, non substãtiam. Dicendũ, ꝙ est loqui de amore rõne eius quod nominat, & sic non dicit substãtiã: uel rõne eius circa quod ponitur, & quia ponitur in Deo, in quo nullũ est accidens, sed totũ in deo substantia est: ideo nõ dicit habitũ, uel proprietatem: sed magis substantiam, & cum dicat egressum, dicit hypostasim, siue personam. Similiter dicendũ est de uerbo, quamuis enim uerbum in nobis sit accidens, est tamen substantia in Deo. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ amor charitatis semper in alium tendit, & ita procedit in alium, & non stat in se. Dicendum, ꝙ procedere in alium est dupliciter, aut quia aliud respicit, ut obiectum: aut quia in aliud tendit, & recipit. Primo mõ bene conuenit personæ in diuinis: quia bene conuenit habere respectũ ad aliã personam, unde spiritus sanctus est amor quo pater amat filium. Si aũt dicat tendere secundo modo, sic non het locum in proposito: quia quãdo ego amo alium, amor non exit à me, ita ut recipiat in alio, sed tñ a uoluntate procedit: & qa est accidens: ideo non recedit, sed in uoluntate subsistit. In diuinis uero quia hypostasis est, ideo in se subsistit. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ similiter filius amans spiritum sanctum produceret aliam personam. Dicendũ, ꝙ hoc non tñ facit ꝙ pater, & filius producant aliam personam qu est amor: quia se amant, sed ẽt quia in eis uoluntas est fœcũdissima. Ratio huius dicetur infra, & illa non est in spiritu sancto. Nihilominus tñ põt dici, ꝙ status sit in primo amore. Nam primo amore producto, cũ ille seipso amet alium, & ametur, nõ oportet alium amorẽ produci, sic ue aliam personã per modũ amoris. AD ILLVD, quod quæritur, quare non est emanatio quantũ ad actum irascibilis. Quidam respondent, ꝙ hæc uis non habet locũ in substantia pure spirituali: tñ supposito ꝙ sit in substantia ĩtellectuali, adhuc actus eius non competit productioni personæ, tum quia naturaliter sequitur actum concupiscibilis: ira. n. est uindex læsę concupiscentię, ut dicit Damascenus etiam: quia actus eius consistit aut respectu superioris, & hoc non põt esse ubi nihil est superius: aut respectu inferioris & hoc similiter nõ, quia nulla est inferioritas in respectu patris, non similiter põt esse in Deo: quia sic est cum quadam disconuenientia in uictoriosa repulsione. In personis aũt diuinis summam unionem, & cõuenientiam esse necesse est. Et si tu obiicias, quòd non omnis actus irascibilis est respectu disconuenientis, quod patet in spe, & qa in beatis habebit irascibilis actũ. Dicendum ꝙ uel cõsistit respectu disconuenientis uincendi, uel respectu ardui aggredienda, & ita uel gradum, uel disconuenientiã dicit, sed neutrũ põt esse in diuinis personis. AD ILLVD, quod obiicitur de aliis affectibus, & habitibus, ita n patet responsio: quia amor est affectus in timus, & primus, & nobilissimus: quia origo omnium aliorum: ideo cõ lectitur in s. tã nobi-

Lib. 2. de fide Ortho. ca. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobilitatē emanationis per modum liberalitatis: ideo nulla persona debuit emanare per modū alterius habitus, cum talis modus non sit principalis.

QVAESTIO III.

An necesse sit ponere in diuinis tertiam personā per modum mutuæ charitatis procedentem.

VTRVM sit necesse ponere tertiam personam procedentē per modum mutuæ charitatis. Et ꝙ sic uidetur Ioā.17. Vt sint unum, sicut & nos: dñs orat, & petit discipulis unitatem, nō naturæ, sed dilectionis per consortem ad illam summam unitatē: sed membra Christi uniuntur per amorem mutuum: ergo in diuinis est exemplar huius, sic &c. ITEM. Hieron. super Ps. 14. Spiritus sanctus est amor, quē habet pater in filium, & filius in patrē, ergo est amor mutuus. ITEM. Rōne ostendit hoc ipsum: quia perfectior est dilectio, qñ est mutua: quia si nō est mutua, ex altera parte claudicat: sed in illa dilectione est summa perfectio & nulla claudicatio: ergo, &c. ITEM. Qui non amat uicissim amantem se recte, & liberaliter, aut est iniquus, aut ingratus: cum ergo in diuinis nulla sit iniquitas, nulla ingratitudo, necesse est ibi esse amorē mutuū.

CONTRA. Si est amor mutuus, ergo filii in patrem, & patris in filium: ergo pater aliquid recipit à filio, quod absurdū est. ITEM. Qui amat amantem, facit quod debet, quia hoc est debitū quod rependendum est: ergo si est in diuinis amor mutuus: ergo est debitus: ergo non est liberalissimus: quod absurdum est. ITEM. Nullus amor mutuus est amor unicus, hęc per se nota est: ergo in spiritus sanctus est amor mutuus, unicus amor non est. ITEM. Si amor est mutuus: ergo est amor patris ad filiu: sed ille, ut dicit Richar. est amor gratuitus: ergo similiter erit filii ad patre: & ille, ut ipse dicit, est amor debitus: ergo in tertia persona ꝓcedit per modum amoris gratuiti, & debiti: ergo est amor ex utroque permixtus, ergo nō est amor purus. Et iterum, cum iste amor sit filius, ut ꝙ filius sit spiritus sanctus: qa (ut dicit) in illo est amor ex utroque permixtus.

RESOLVTIO.

Et quidem; cum perfectio charitatis in reciprocatione consistat.

RESP. Dicendum, ꝙ cum amor perfectionem delectationis, & unionis, & rectitudinis habeat ex mutualitate: aut non est personam ponere in diuinis procedere per modum amoris, aut si procedit, procedit per modum mutuæ charitatis.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, ꝙ tunc filius aliquid dat patri. Dicendū, ꝙ ex hoc, ꝙ amans per amorem tendit in amatum, nihil dat ei: alioquin nos daremus aliquid Deo, cum ipsum amamus. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ amor mutuus est debitus. Dicendum, ꝙ debitus est quia rectus, sed tamen amor non cōsiderat debitum. Vnde quantumcunque debeatur, dū tñ debitū nō attendat no minuit rō liberalitatis, imo ostendit rō rectitudinis. AD ILLVD quod obiicit, si mutuus, nō unicus. Dicendū, ꝙ uerum est in amantibus, quorū affectus sunt diuersi, non sic est in Deo. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ non est amor purus: Dicendū, ꝙ ex utra que parte liberalis est: & iō omnino purus. Et ꝙ dicit est amor debitus, & gratuitus. Dicendū, ꝙ illæ conditiones nō dicūt modum emanādi circa amorē, sed dicunt modum emanandi, siue originis circa personas.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An amor sui charitas proprium sit spiritus sancti?

SEcundo principaliter quæritur i secūda parte. s. de proprietate spiritus sancti, & circa hoc quæruntur tria. Primo quęritur utrum amor, siue charitas sit propriū spiritus sancti. Secūdo utrum spiritus sanctus sit proprie nexus. Tertio utrum spiritus sanctus proprie sit spiritus.

QVOD charitas sit proprium spiritus sancti, sic ostendit Aug. 15. de Trin. Sicut in illa Trinitate, non solus S.S. est spiritus, tamen proprie dr spiritus sanctus: ita quāuis pater sit charitas, & filius charitas: tamē proprie charitas dicitur illa persona, sicut proprie dr spiritus sanctus. ITEM. Hoc idē ostendit per eundē super canonicam Ioā. ubi intendit proprietatē s.s. inuenire, & ad hoc perducit sermonē, ꝙ spiritus sanctus est charitas. ITEM. Rōne ostēdit illud idē, ꝙ illud est ꝓprie proprium personæ, qd dicit modū emanandi ipsius, sed amor est huiusmodi, ut probatum est, ergo, &c. ITEM. Sicut uerbū se het ad filium ita amor ad spiritum sanctū: sed uerbum est proprium filii, ergo & amor proprium s.s.

Cap. 7. et inde & 17.

CONTRA. Augustin. in 15. Lib. de Trinita. Pater est charitas, & filius est charitas, & spiritus sanctus est charitas, & simul oēs una charitas: ergo charitas non dr proprie s.s. ITEM. Amor non ꝓcedit aliter, q amādo: ergo cū amor de necessitate insit amanti: & pr, & filius amādo producunt s.s. impossibile uidetur, ꝙ ei conueniat proprie. Aut ergo s.s. nō est persona, aut non est amor proprie, siue nō ꝓcedit per modū amoris. ITEM. Sicut se habet sapientia ad filiū, ita amor ad spiritum sanctū: sed sapientia non est filii proprium, imo appropriatum solum: ergo amor, & similiter s.s. ergo &c. ITEM. Omne illud quod dicit proprie, importat aliquā relationē: ergo si amor, proprie dicit, importat relationem. Si ad amātem: ergo amans non est amor. Similiter si ad amatū: tunc ergo s.s. aut nō amaret, aut nō amare tur: hoc autem est impossibile.

Ca. 17

RESOLVTIO.

Vtique personaliter accepta.

RESP. Dicendum, ꝙ dilectio in diuinis pōt accipi, & accipitur necessario essentialiter, notionaliter, & personaliter. Essentialiter: quia quilibet diligit se. Notionaliter uero: quia pater & filius concordant in spirando spiritum sanctum, quæ concordia amor, siue dilectio est. Personaliter uero, quia ille, qui producitur per modum perfectæ liberalitatis, nō potest esse nisi amor, siue dilectio: unde essentialiter dictum, dicit complacentiam, notio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

notionaliter uero cõcordia inspirando: personaliter uero, processum in illa concordia. Huius autem exemplum potest poni in amore creato, quo sponsus, & sponsa se diligunt. Nam diligunt se amore sociali ad conuiuendũ, diligunt se ulterius amore coniugali ad prolem procreãdam: & illa si produceretur ex sola concordiæ uoluntate amor esset, nunc uero est amatus, nisi dicatur amor per emphaticum loquendi modum. In diuinis uerò, uere, & proprie amor est, habens rationem amoris, & hypostasis. Amoris propter hoc: quia ex uoluntate liberalissima primo procedit per modum perfectæ liberalitatis: Hypostasis: quia cum distinguatur a producente, & non possit distingui essentialiter, distinguitur personaliter: non sic aũt est in amore creato. Ex hoc patet illud quod obiicitur primo, & secundo, cum dicitur, quòd est proprietas amantium, siue producentium: quia accipitur notionaliter: nam prout ab eis procedit, nõ potest esse proprietas, sed persona distincta: unde nõ omnino est similis processus amoris creati, & amoris increati: quia hic est proprietas, ibi hypostasis, & substantia. Ad illvd, quod obiicitur de sapiẽtia: Dicendum, ꝙ non est simile: quia sapientia non dicit respectum ad alium, & ideo semper de se, dicitur ad se, & est essentiale, nisi approprietur, sed amor respectum dicit ad eos, qui amore nectuntur: unde sicut uerbum est proprium filii, & non appropriatur: quia connotat respectum ad dicentem: sic etiã amor, siue charitas non tantum est appropriatum, uerumetiam proprium s. s. Et sicut procedit filius a patre per modum uerbi, ita s. s. per modum amoris. Et ex hoc est (sicut melius patebit infra) quod hæc admittitur pater, & filius diligunt se s. s. non autẽ quòd pater sit sapiens sapientia genita. Ad illvd, quod ultimo obiicitur, ad quid, dicit respectum. Dicẽdũ, quòd ad amãtes secũdum hoc quòd est amãtes, tenetur notionaliter, sicut prætactum est. Vno enim modo diligere se, idem est ꝙ concorditer spirare. hoc modo spiritus nõ est amans: quia non spirat: ip se autem obiicit de essentiali: ꝙ non dicit egressum ab amante, sed solum dicit complacentiam uoluntatis, qua quilibet amat, & amatur. Dist. 31

Qvæstio II.

An spiritus sanctus sit unitas, & nexus amborum patris. s. filij?

Vtrvm spiritus sanctus proprie sit nexus, uel unitas amborum. Et quòd sic, uidetur hoc modo. Aug. 6. de Trin. ca. 5. Non est aliquis duorum, quo uterque coniungitur: sed coniũgitur nexu, ergo nexus non est aliquis duorum: ergo est tertia persona proprie. Item. Amor in creaturis est nexus, sed (sicut ꝓbatum est) spiritus sanctus est amor perfectissimus: ergo &c. Quod autem amor sit nexus, patet per Dionys. Amorem siue diuinum, siue intellectualem, unitiuam dicimus uirtutem. Item. Spiritus sanctus secundum Grecos, procedit a patre solum. secundum Latinos a patre, & filio. De diuinis. c. 4. p. 2. ex sententia Lincol. lib. 1.

filio. Sed quocunque istorũ modorum procedit, unitur in spiritu pater, & filius, sed ille i quo uniuntur, est nexus amborum: ergo s. s. est nexus. Item, aut spiritus patris est spiritus filii, aut non. Si non: ergo cum nemo sciat, quæ sunt in homine nisi spiritus eius, qui est in illo, sicut dicit Apostolus, pater non nouit uoluntatem filii, nec filius patris: ergo si idem est spiritus amborum, in spiritu uniuntur.

Contra. non est nexus nisi separatorum. Quæ enim non separata sunt nõ indigent aliquo cõnectente, sed pater non est separatus a filio, nec econuerso: ga filius in patre & pater in filio: ergo &c. Item. Nexus est, in quo duo aliqui conueniunt, sed pater, & filius non conueniunt in persona: ergo nulla persona est nexus patris, & filii, Item. necti dicuntur illa, quæ conueniunt in aliquo, in quo uniunt. Si ergo filius & spiritus sanctus originaliter conueniunt in patre, ergo pater est nexus filii, & s. s. nõ ergo s. s. est nexus. Item. nexus dicitur aut quia nectitur aut quia nectit. Si ergo spiritus sanctus est nexus, aut ergo quia nectitur, aut quia nectit. Non quia nectitur, quia tunc similiter alia persona esset nexus, similiter ꝑ esset nexus. Si quia nectit patrem, & filium: ergo dat aliquid patri, & filio: sed hoc est inconueniens: ergo &c.

Resolvtio.

Si amor nexus est, & Spiritus Sanctus amor est, consequenter & nexus erit.

Resp. Dicendum, quòd nexus proprie dicitur spiritus s. sue unitas amborum. Rõ aũt huius est, quia pater, & filius cõiungant in spiritu: & ideo amborũ est unitas. Et rursum, ille spiritus est amor, & ideo cõicant in eo ut in uno amore: & ga amor ꝓprissime nexus est: io s. s. proprie nexus est: quia amor mutuus est amor unicus, & substantificus.

Ad illvd ergo, quod obiicitur in contrarium, quòd non est nexus nisi separatorum. Dicendum, ꝙ separatio dr tripliciter. Secundum distantiã, & sic dr separatio localis: & secundũ differentiam, & sic dicitur separatio substantialis: & secundum differentiam proprietatis relatiuæ, & sic nõ dicit separatio proprie, sed distinctio. In quolibet istorum modorum contingit esse nexum: quia ergo pater, & filius sunt distincti, & ideo rectè dicuntur connecti. Ad illvd, ꝙ obiicitur, ꝙ nexus est in quo aliqui duo conueniunt. Dicendum, ꝙ est conuenientia essentialis, & conuenientia originalis, & nexus utroq; modo potest dici esse: & quamuis pater, & filius non cõicant formaliter in persona una: tamen originaliter conueniunt: quia una persona orit ab utroq; uno & eodẽ modo. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ filius, & spiritus s. cõueniunt in patre, Dicendum, ꝙ conuenientia originis dr dupliciter: aut quia oriunt ab uno, aut ga ab eis orit unus. Si ga ab uno, sic non dicitur nexus, quia nexus est unio consequens distinctionem, sed unitas in origine antecedit distinctionem. Si uero quia a duobus unius origo

P sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, cum ibi sit distinctio, & consequens unio, propriissimè est nexus: & sic est in patre & filio respectu S.S. Aliter tñ potest dici, ꝙ non est simile, quia filius, & s.s. non eodem modo producũtur a patre, sed pater & filius eodem modo spirant s.s. Et iterum patris, & filii conuenientia est in s.s. ut in amore, cuius est nectere, sic nõ cõueniunt filius & s.s. in patre. ADILLVD, quod obiicitur, ꝙ nexus dicitur, aut quia nectit, &c. Dicendum, ꝙ quædam sunt uerba, quæ in uoce actiua significant passionem, ut uerba ad sensum pertinentia, ut uideo, audio, & similia. Quædam in uoce actiua significant actionem, ut facio, & percutio, similiter in passiua. Dicendum, igitur, quòd hoc quod est nectere, cum nectere dicatur spiritus, quia ab utroque procedit, recte in uoce actiua passionem significat, & in passiua actionem: & ideo nõ significatur, quòd aliqd det patri & filio, sed quòd magis recipiat.

QVAESTIO III.

An Spiritus Sanctus propriè spiritus sit?

VTRVM spiritus sanctus proprie sit spiritus. Et ꝙ sic uidetur hoc modo, quia persona spiritus sancti isto nomine propriissimè designatur, ꝙ dicitur, Spiritus sanctus: sed hoc nomẽ Sanctus non coerctat hoc, ꝙ est Spiritus, cum sit æquè commune: ergo spiritus proprie dicitur illa persona. ITEM. Spiritus dicitur quod spiratur: sed quod spiratur, non gñatur, nec econtra: ergo cum spirari non conueniat patri nec filio, ergo conuenit spiritui sancto. ITEM. Homines concordes in uno malo dicuntur conspiratores, non qa idem cogitent, sed quia idẽ malum appetunt, & ad idem malũ unus alium ẽ colligatus affectus ergo cũ spiratio a spiratione ueniat, nõ dr spirari nisi amor: ergo nec s.s. dr nisi amor: ergo &c.

CONTRA. spiritus est deus, & eos, qui adorãt eum in spũ & ueritate oportet adorare. Ioan. 4. sed tota trinitas est adoranda; ergo tota trinitas est spiritus: Hoc idem dicit Aug. ITEM. Ratione ostẽditur hoc idem sic. Spiritus diuiditur contra corpus, ergo quod non est corpus, est spiritus: ergo est nomen absolutum, non relatiuum: ergo &c. ITEM. spũs dr, aut a spiritualitate, aut a spiratione. Si à spiritualitate, sic diuiditur contra corpus, & constat ꝙ conuenit trinitati. Si a spiratione. Contra. spirare actiue dictum, conuenit toti trinitati, quia tota trinitas dicitur inspirare: ergo actiue dictũ, nõ dicitur relatiuè, ergo nec passiuè. ITEM. fm ꝙ dicitur a spiratione, uidetur ꝙ magis propriè conueniat filio: & hoc patet ꝑ auctoritatẽ Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intellectum: sed hoc appropriatur filio, ergo &c. ITEM. Spiratio est actus naturalis: sed solus filius procedit per modum naturæ: ergo solus filius spiratur.

RESOLVTIO.

Si Spiritus a spirando dicatur; solus spiritus sanctus propriè spiritus dicitur: Si à spiritualitate, sic tota Trinitas spiritus dicitur.

RESP. Dicendum, ꝙ hoc nomẽ spiritus, reperitur in corporalibus, in substãtiis rationabilibus, & in Deo: & licet in Deo sit ꝓpriissimè: quia propriissime est in eo spũalitas, & spiratio: tamẽ ratio cognoscendi, & dicendi, tã quam a posteriori incipit a substantia corporali. In substantia autẽ corporali spũs dicitur dupliciter, aut a spualitate, contra corpulentiam, & sic dr absolute, & uocat spiritus corpus subtile, sicut accipitur in Lib. de spiritibus. Sufficientia spiritus, & animæ. Aut a spiratione, & sic dicit spiritus flatus, sicut accipit Chrys. in Homilia sup Ioã. 3. Spiritus ubi uult spirat, &c. Et Psã. 148. Ignis grãdo, spiritus, &c. Sedm modum hunc duplicem, accipitur in substantia spũali, siue rõnali: aut a spiritualitate contra corporalitatem: & sic substantia rationalis, uel eius potentia interior dicit spiritus. Eccle. 3. Quis nouit, si spũs filiorũ &c. Aut a spiratione, & sic affectus, uel amor dicitur spiritus. Et ratio huius est, quia actus spirationis i corpore est actus internus, actus cõtinuus, actus uiuificus; & habet originem a calore: quia ergo egressus amoris, ut amor est, uenit ab intrinseco, & amor est actus uiuificus, quia amor ẽ uita. Et i. rum, amor est actus continuus, quia continuè debet reddi amor: & tunc est perfectus quando hõ sic amat. Rursus, est calor spiritualis, ideo solus amor dicitur spiritualiter spirari, & sic accipitur. 1. ad Thess. 5. Vt integer spiritus, &c. Secundum hunc duplicem modum accipiendi ẽ in diuinis. Nam secundum quòd spiritus dicitur a spiritualitate, sic conuenit toti trinitati: nam tota trinitas caret corporeitate, & materialitate: & sic est nomen absolutum. Ioan. 3. Spiritus est Deus. Secundum autem quòd dicitur a spiratione, sic conuenit illi soli personæ, quæ procedit ut amor, ratione iam dicta. Spirare enim in spiritualibus totius est amoris: & quoniã amor potest spirari rectè. & ordinatè, & sic ẽ purus: uel indirectè, & immundè, & sic est libidinosus: ideo ꝓsona illa, quę est amor, non tantum dicitur spiritus, sed spiritus sanctus. Nõ sic filius dr spiritus sanctus: quia generatio est motus naturalis, circa quem non attenditur sanctitas, uel puritas, sicut attenditur circa amorem uoluntatis.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ spirare est totius trinitatis, dicẽdum, quòd spirare dicitur dupliciter. Vno modo est spirare, idẽ quod spiritum sanctum producere, & sic non conuenit toti trinitati. Alio mõ est spirare idem quod inspirare, & illa conuenit toti trinitati: quia inspirare dicit effectum spiritus, qui est a tota trinitate: dicitur enim inspirari, ꝙ in spiritu nostro spiritualiter immittitur, siue affectio siue cognitio. ADILLVD, quod obiicitur, ꝙ motus est naturalis. Dicendũ, ꝙ sic est in corporalibus, quæ inspirant propter naturæ indigentiam: sed non sic in spiritualibus substantiis, quæ spirãt ex liberalitate uoluntatis: unde ratione huius, non transferuntur, sed ratione aliarum proprietatum.

Arist. in li. de spiritu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIO XI.

De æterna processione Spiritus Sancti quantum ad principium, à quo procedit.

HIC dicendum est Spiritum sanctum a patre esse, & filio: & procedere a patre, & filio, quod multi hæretici negauerunt. Quòd autem de utroque procedat, multis diuinorum eloquiorum testimonijs, cõ
Gala. 4 Rom 8. probatur. Dicit enim Apostolus: Misit Deus spiritum filij
Ioa. 14 sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spiritus filij, & alibi.
Matt. 10 Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse
Ioa. 14. etiam filius de spiritu sancto dicit in euangelio. Quem ego
Ioã. 15 mittam uobis a patre. Patris autem spiritus dictus est, ubi legitur. Si spiritus eius, qui suscitauit Christum a mortuis, habitat in nobis. Et ipse Christus dicit, Non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur, Et in alio loco, Quem mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de spiritu sancto ait. De patre procedit. His & alijs auctoritatibus pluribus ostenditur, quòd spiritus sanctus a patre, & filio procedit.

Opinio Græcorum de processione Spiritus Sancti.

Græci tamen dicunt spiritum sanctum procedere tantũ
Ioã. 15 à patre, & non a filio. Quod ideo dicunt, quia ueritas in euangelio fidem integram continente, de processione spiritus loquens, solum patrem commemorat dicens, Spiritus, qui a patre procedit. Et etiam ideo quia in principalibus conciliis, quæ apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum, subiunctis anathematibus sancita sunt, vt nulli de trinitatis fide alind docere, nel aliter prædicare, quàm ibi continetur, liceat. In quibus quidem symbolis cum spiritus sanctus commemoretur procedere a patre, & nõ a filio, Quicunque (inquiũt) à filio eum procedere addunt, anathema incurrunt: vnde & nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suæ opinionis, & in testimonium nostræ damnationis, de symbolo fidei, quod secundum traditionem præfatorum conciliorum Leo III. Romæ transcriptum in tabula argentea post altare Beati Pauli posita posteris reliquit, pro amore (ut ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. In quo quidem

quidem symbolo in processione spiritus cõmemoratur pater his uerbis; Et in spiritũ sanctũ dominũ, & uiuificatorẽ, & ex patre procedentem: cum patre & filio coadorandum, & glorificandum, &c. Illud est symbolum quod in missa cãtatur, editum in Niceno concilio: in fine cuius, subiunctum est. Qui alind docuerit, nel aliter prædicauerit, anathema sit. Ideoque Græci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus: S. S. a filio procedere, quod ibi non continetur. Quod. n. secundum nos ibi dicitur, Qui a patre filioque procedit: alterum a Latinis est additum, scilicet, filioque. Niceno Ephesino Caldonẽsi, Constãtinopolitano.

Responsio, ubi determinantur prædicta.

Nos autem illa uerba ita determinamus. Qui alind docuerit, nel aliter prædicauerit, ideſt, contrarium docuerit, nel contrario modo prædicauerit, anathema sit. Alind ergo posuit, pro opposito, qualiter & Apostolus in epistola ad Gal. Si quis aliud euangelizauerit, ideſt, cõtrarium, anathema sit. Nõ dicit, si quis addiderit. Nam si illud diceret; sibi ipsi, ut ait Aug. præiudicaret, qui cupiebat uenire ad quosdã, quibus scribebat, sicut ad Thess. ut suppleret, quæ illorum fidei deerãt. Sed qui supplet, quod minus erat, addit: non quod inerat, tollit. Qui autem præteregreditur fidei regulam, non incedit in uia, sed recedit a uia. Ad illud autem quod de euangelio opponunt, respondemus ita: quia cum dicat in eo ueritas, spiritum sanctum a patre procedere, nõ addit solo, & ideo etiam a se procedere non negat; sed ideo patrem tãtum nominat, quia ad eum solet referre etiam quod ipsius est, quia ab illo habet. Gal. 1. Thes. 3.

Quòd Græci in sensu nobiscum conueniunt, & si uerbis differant.

Sciendum est tamen quòd Græci confitentur spiritũ sanctum esse filij: sicut & patris: quia et Apostolus dicit. Spiritum filij. Et ueritas in euangelio. Spiritum ueritatis. Sed cũ non sit alind spiritum sanctum esse patris, nel filij, quàm esse a patre & filio, etiam in hoc in eãdem nobiscum fidei sententiam conuenire uidentur, licet in uerbis dissentiant. Gal. 4. Io. 16.

Græcos græcis conuincit.

Vnde etiam quidam eorum catholici doctores intelligen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes vnam eandemque fore sententiam prædictorum uerborum, quibus dicitur spiritus sanctus procedere a filio, & esse filij, professi sunt spiritum sanctum etiam procedere a filio, Vnde Athanasius in symbolo fidei. Spiritus sanctus à patre, & filio, non factus, nec creatus, sed procedens. Ecce spiritum sanctum aperte dixit procedere a patre et a filio. Didymus etiam eorum maximus doctor in Libr. 2. de Spiritu sancto, spiritum sanctum à filio procedere dicit. Saluator, inquit, qui est ueritas, Non enim loquetur a semetipso: hoc est, non sine me, & sine meo, & patris arbitrio, quia inseparabiliter est a me, & a patris voluntate: quia ex se nō est, sed ex patre, & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit, & loquitur, a patre, & a me illi est. Item spiritus sanctus, qui est spiritus ueritatis, spūsq; sapientiæ, non pōt audire à filio loquente, quæ nescit, cū hoc ipsum sit quod profertur à filio. i. procedēs Deus de Deo, spūs veritatis procedēs a ueritate, consolator manans ex consolatione. Nam Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa ait. Spiritus intelligitur per se secundum quod spiritus est, & non filius: sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim ueritatis nominatur, et
1. Cor. 12. *profluit ab eo sicut ex Deo patre. Ioannes quoque Chrisost. in homilia quadam de expositione symboli sic ait: Iste spiritus procedens de patre, & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idem in alia homilia. Credendum & spiritum sanctum patris esse, & filij: istum spiritum sanctum dicimus patri, & filio coæqualem, & procedentem de patre filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mo*
1. Cor. 15. *res. Ecce à doctoribus Græcorum aperta habemus testimonia, quibus spiritus sanctus a patre, & filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritum sanctum procedere a patre, & filio.*

SVPRA egit Magister de processione Spiritus Sancti in comparatione ad ipsum procedētem: hæc est secunda pars, in qua agitur de eadem comparatione ad principium à quo. Et diuiditur hęc pars in duas. In prima ostēdit ꝙ spiritus sanctus procedit a patre, & filio. In secunda determinat, qualiter procedit ab eis infra Distin. 12. Item

Item, quæritur cum spiritus sanctus procedat a patre, & filio &c.] Prima pars habet quatuor. In prima ostendit Magister per multas auctoritates, ꝙ procedit à patre, & filio. In secunda uero econtra per rationes Græcorū ostendit, ꝙ a solo patre. ibi. *Græci tamen dicunt spiritum sanctum tantū procedere a patre &c.*] In tertia auctoritates, & rationes Græcorum soluit, & determinat ibi. *Nos autem illa uerba ita determinamus &c.*] In quarta ostendit confessionē fidei Græcorum implicitè cōuenire cum nostra, ibi. *Sciendum tamen quòd Græci confitentur.*

Dub. 1. *IN principalibus concilijs &c.*] Quæritur quę sūt illa quatuor principalia concilia, & dicendum, ꝙ fuerunt quatuor concilia Apostolorum in ecclesia primitiua, ut dicit quędam Glossa super actus. Primum fuit ad electionem Mathię. Act. 10. Secundum ad electionem septem diaconorum Act. 7. Tertium fuit ad non imponenda legalia gentibus. Act. 15. Quartum ad tolerādum legalia ad tempus. Act. 22. Concilia uero patrum principalia apud Græcos similiter fuerunt quatuor. s. Nicęnum, Ephesinum, Calcedonense, & Constantinopolitanum.

Dub. 2. *Qui aliud docuerit, &c.*] Exponit ista uerba. i. contrarium docuerit, uel contrario modo &c. Non uidetur ista expositio probabilis, eo ꝙ ipse qui contradicit articulis, excommunicatus ē ipso iure. ergo non oportebat per contrario dare sententiam, ergo uidetur ꝙ pro diuerso tulerunt tuiam. Præterea unde uenit ista expositio? & queritur quare non dixerunt. Quisquis contradixerit? Resp. dicendum ꝙ sicut Anſ. Omnis ueritas, sacræ scripturæ potest dici, quę sacræ scripturæ non contradicit, pp suam gñalitatem & dignitatem: & ideo prædicta expositio habet hic locum. Nec fuit inconueniens exprimere excōicationem hæreticorum, quia sancti patres in Conciliis ordinabant quæ iuris erant: & præterea ad terrorem est dictum, & maluerunt dicere aliud, q̄uis intellexerunt contrarium, ut magis compescerent ora præsumptuosorum, ne adinuenirent nouitates in fide. Secundum ueritatem aūt excommunicationis sententia non se extendit nisi ad contradicentes, quia non fuit eorū intentio præcludendi uiā, ad explanationem fidei faciendam maiorem, si deus alios magis illuminaret: & si hoc dixissent, cōstat ꝙ nō bene moti fuissent, & sñia eorū merito abolēda esset.

Sed cum non sit aliud &c.] Cōtra, aliud est dicere cappa Sortis q̄ cappa facta à sorte, ergo similiter uī in proposito. Aut si nō, quæritur ratio. Resp. dicendum ꝙ genitiuus, quamuis denominetur ab habitudine principii, tamen aliam habitudinem importat, ut possessionis: sed cū in diuinis nō cadat diuersitas, nec habitudo nisi originis, rōne materiæ in diuinis determinatur ad habitudinem principii: & ideo in Deo idem est dicere spūs filii, quod spiritus procedit à filio. Præterea alia est ratio, quia Spūs, ſm ꝙ est nomen absolutum, sicut hoc nomen Deus, nō Dub. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet proprie construi cum genitiuo, quia tunc idem esset dicere spiritus filii, quod deus filii: ergo oportet, ꝙ accipiatur spiritus, secundum ꝙ dicitur à spiratione, & sic est nomen importans originem: ergo sicut sequitur, filius patris, ergo filius qui est a patre: ita est dicere spūs filii. i. spūs qui est à filio.

Dn. 4 *Non sine me, & sine meo & patris arbitrio &c.*] Videtur male dicere, quia qui habet arbitriū super aliquid, habet dominium super illud: ergo uidetur secundum hoc, ꝙ spiritus sanctus sit inferior filio: Si tu dicas, ꝙ arbitrium dicat uoluntatē. Hoc nihil est, quia similiter cum una uoluntas sit trium, similiter filius non loquitur sine arbitrio spiritus sancti, & pater similiter: quod nō dicitur proprie. Resp. Dicendum, ꝙ spiritus sanctus est patri, & filio consubstantialis: ita quòd à patre & filio procedit operatio, ergo spiritus sanctus communis est patri, & filio & similiter æque habet esse à patre, & filio: ita ꝙ non est dicere ꝙ habeat locutionē propriam, nec ꝙ habeat locutionem à se. Et hęc duo uoluit excludere dominus, cum dixit, non loquitur a semetipso, ut excludatur ratio proprii, & ratio primi principii: & hoc exponēs Didymus, contra proprium dicit. Non sine me. Contra rationem primi principii, dicit sine meo, & patris arbitrio, & arbitrium non importat dominium, siue causa litatem, sed solum auctoritatē in patre, & filio respectu spiritus sancti, uel eius operationis.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An spiritus sanctus à patre & filio procedat

AD intelligentiam huius partis duo principaliter quærunt. Primo quæritur de processione spiritus sancti quantum ad principium, & quæritur utrum s.s. procedat à patre, & filio. Secō uerū ꝓcedat à ꝑre & filio inquātum sunt unum, aut inquātum sunt differentes.

QVòd solū a patre procedat probant Græci ratione, & auctoritate. Ratione sic: Emanatio spiritus sancti est processio, sed processio est motus ab uno in alium, ergo si recte processio est in diuinis, spiritus sanctus æterna processione procedit ab uno in alium. Si ergo procedit à filio, aut procedit in patrem, aut in aliam personam: non in patrem, quia pater nihil accipit à filio, nec in aliam personam, cum non sit dare quartam: ergo non procedit a filio. ITEM, alia ratione sic, quia spiritus sanctus procedit per modum spirationis, sicut uerbum per modū locutionis: sed ita uidemus in creaturis ꝙ exitus locutionis non præcedit spirationem, nec egressus spiritus est a uerbo: ergo nec in diuinis. s.s. à filio. ITEM, spiritus sanctus (ut omnes dicunt) procedit per modū nexus, sed nexus tenet rationē medii: sed si procederet à filio, teneret rationem tertii, & extremi, non medii: ergo non procedit à patre, & filio, sed à patre in filium. ITEM, spiritus sanctus procedit a patre: aut sufficienter aut non. Si non sufficienter, & plene: ergo pater imperfectus in spirando. Si sufficienter: ergo superfluum est fieri per duo, qđ potest fieri per unum sufficienter: ergo si a filio procedit, cum procedat plene a patre, in illa sūma trinitate est superfluitas, qđ absurdum est. ITEM, hoc ipsum nituntur græci ostendere per auctoritatem, sed non possunt per sacræ scripturę introductionem, ideo arguunt per priuationem in euangeliis, & maxime in euangelio Iohannis, & epistolis, ubi integre traditur nostra fides: sed in nullo dicitur ꝙ spiritus sanctus procedat nisi a patre tantum. Io. 15. Spiritum ueritatis qui a patre procedit: ergo aut euangelia insufficienter fidem docent, aut spiritus sanctus tantum procedit a patre. ITEM. ī quatuor Cōciliis apud græcos celebratis, ubi fides à patribus sufficienter est explicata, dicitur, ꝙ spiritus sanctus procedat a patre, & nihil dicitur de filio, ergo si deus illis sufficienter fidem reuelauit: ergo &c. ITEM. hunc errorem tutari nituntur per Doctores, qui non solum apud eos, sed etiam apud nos celebres sunt. Et primo per Gregorium Nazanzenum: qui dicitur theologus: filius, & spiritus sanctus geminus patris radius, usque ad nos miserunt claritatem suam: ergo exeunt a patre, ut duo radii. Et Diony. etiā dicit ī Lib. de diui nomi. Ex immateriali, & impartibili bono, cordialia exorta sunt lumina (loquitur de patre) ergo exeūt, ut lumina: sed talia sic se habent quòd unum non est alterō, ergo &c. ITEM. Dama. expresius. Spiritum sanctum ex patre dicimus, & spiritū patris nominamus: spiritum uero sanctum ex filio non dicimus, & tamen spiritum filii nominamus. ITEM. si latini hoc cognouerunt, tamen greci non cognouerunt, aut fuit hoc scripturæ auctoritate, aut prædicatione, aut ratione, aut reuelatione. Scripturę auctoritate non, quia eandem per omnia scripturam habet græci. Similiter nec prædicatione, quia idem doctor græcorum qui est & latinorum, qui eis fidem perfecte tradidit, scilicet Paulus Apostolus. Si ratione, sed ratione non sufficit aliquid affirmare in his, quæ sunt fidei. Vnde Dion. & Dam. dicunt ꝙ nihil est dicēdum, nec cogitandum de illa summa trinitate, prēter id quod nos sacra eloquia docuerunt. Et Hier. Nil credatur mihi nisi cōfirmauero per nouum, & uetus testamētū. Si reuelatione, queritur cui fuerit reuelatum, & cum deus uelit oēs hoīes saluos fieri, quare hoc non reuelauit græcis? Et iterū, quo cōstat ꝙ hoc fuerit a deo.

CONTRARIVM arguitur rōne ostensiua sic. Spiritus sanctus fm omnes fideles procedit ut donum, sicut ex multis locis scripturę probatur: & iterum omnes tam greci, quàm latini dicunt s.s. a filio nobis donari, ergo omnes concedunt procedere ab utroque, cum non detur nisi à quo procedit. ITEM. spiritus sanctus fm oēs, & sicut supra ostensum est, procedit ut amor, sed amare nō tm ē patris, sed

Lib. 1. de Orthodoxa fide Cap. 12 nō procul a fine.

Dion. de diui. nō. cap. 1. in primis fere uerbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed etiam filii:unde & per omnia amat filius, sicut & pater, ergo si à patre amante amor procedit, eadem ratione a filio.

ITEM, spiritus sanctus secundum omnes procedit ut nexus, sed perfectior nexus est qui ab extremo utroque procedit, quã q ab altero: ergo si spiritus sanctus est nexus pfectissimus, nõ solum à patre procedit, sed etiã a filio. ITEM. hoc idem ostendi tur rõne ducente ad impossibile sic. Omnis distinctio personarum in diuinis attenditur secundum relationem, & originem: ergo si spiritus sanctus non procedit à filio, nec econuerso, nulla est ibi origo: ergo nulla est ibi mutua relatio, ergo nec distinctio ITEM. maior germanitas est inter duos, quando unus procedit ab altero, & ambo à tertio, quàm si unus nihil habeat ab altero: hæc est per se nota: ergo si Spiritus sanctus non est a filio, nec econuerso, nec ẽ perfecta unio: ergo nec summa, nec perfecta beatitudo. ITEM, perfectior est expressio, quando gñans cõicat genito non tantũ substantiã, sed et actum, qui naturæ geniti non repugnat: sed actus spirandi non repugnat filio, quia nullum ex hoc inconueniẽs sequitur si spiret, ergo si pater hunc actum ei nõ cõicat, filius non est perfecta imago. ITEM, hoc ipsum ostenditur auctoritatibus, & primo auctoritate Apostoli Gal. 4. Misit Deus spiritum filii sui, &c. ergo cum pater non mittat spiritum nisi filii, idem est spiritus patris & filii: sed eius ẽ spiritus a quo procedit: ergo spiritus procedit à patre & filio. Si dicas, q̃ non sequitur, quia non dicitur filii, quia procedit a filio: sed quia ẽ in filio: ergo eadem rõne cum filius sit in spiritu sancto, potest dici filius s.s. ITEM. Io. 15. Quem ego mittam uobis spiritum ueritatis. Ex hoc arguitur sic. Nullus mittit alium, nisi habeat auctoritatem supra illum: nullus autem habet auctoritatem supra alium, nisi aliquid tribuat ei: sed nulla persona tribuit nisi ab ipsa ꝓcedat: ergo a primo, spiritus sanctus procedit à filio. Si dicas, q̃ a filio mittitur ex tẽpore, & ex tempore procedit. Contra. Filius non ideo habet auctoritatem, quia mittit: sed ideo mittit, quia habet auctoritatem: ergo ante habet auctoritatem, quam mittat temporaliter: ergo antequam mittat temporaliter, necesse est spiritum sanctum procedere a filio: ergo &c: ITEM. Io. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Ex quo arguitur sic. Quisquis ẽ omne quod habet, est omne q̃ accipit: sed spiritus sanctus cum sit deus summe simplex, est oẽ quod habet: ergo omne quod accipit: ergo si accipit aliq̃d ab aliquo, accipit esse: sed a quo accipit esse, ab illo ꝓcedit: ergo si aliq̃d accipit a filio, ꝓcedit a filio. Si dicas, q̃ accipere illud, ẽ tpaliter: tunc obiicitur ex hoc: quia omne q̃ tpaliter accipit aliquid ab aliquo, mutatur &c.

Cum hic a S. o. qui dist. 11. q. 2. tenet oppo. Concordat. cum D. Bonau. S. Th. 4 sent. gẽ til, ca. 24. & 1. part. q. 36. arti. 2. Qui dicit propter actum generãdi, qui filio repugnat

RESOLVTIO.

Quidquid dicant Græci, spiritus sanctus ab utroque procedit.

RESP. Dicendum, q̃ sicut ostẽsum est auctoritatibus, & rationibus fidei, ueritas est, q̃ s.s. procedit

Omnia fere ex Alexandro de Ales 1. part. q. 43. mẽb. 4.

cedit a patre & filio. Ad intelligentiam autem controuersiæ Latinorum, & Græcorum, & originem eius notandum est, q̃ circa processionem spiritus sancti de filio est duo considerare, s.s. articuli cognitionem, & eiusdem cogniti profectionem. In primo tota est differentia. In secundo autem controuersia. Cognitio autem huius articuli fundamentum habet a scriptura: profectũ uel incrementum a ratione: sed conseruationem a reuelatione. In scripturæ auctoritate, Græci & Latini conueniunt: quæ dicit spiritum sanctum esse filii, & mitti a filio: sed in rõne, & reuelatione differunt. In rõne quidem intelligendi. Nam cum scriptura dicat Spiritum sanctum procedere, Græci ad intelligendum usi sunt alio modo, & alia similitudine processionis, alio modo Latini. Nam cum processio dicatur in creaturis motus localis ab uno in alium, & dicatur motus causalis vnius ex alio: Græci intellexerunt processionem primo modo, ab uno in alium: Latini uero secundo modo. Et in hoc melius intellexerunt Latini quam Græci: q̃ comparauerunt processionem æternam, processioni magis spirituali: & ideo magis simili cõparauerunt, & sic melius. Similiter scriptura dicit spiritum sanctum per spirationem procedere. Sed cum duplex sit spiratio .s.flatus exterioris, & amoris interioris: Græci comparant spiritum spirationi flatus exterioris: sed Latini spirationi interioris amoris: & ideo Latini melius, quia spiritualiori, & similiori similitudini aptauerũt. Similiter cum scriptura dicat Spiritum sanctum procedere ut nexum, & communionem: & cum duplex possit esse nexus. s. uel sicut medium iungens alteri, uel sicut extremum in quo coniunguntur: Græci comparauerunt primo modo, Latini secundo modo: & ideo spiritualiori, & similiori, quia ille nexus magis habet similitudinem personæ: Quia ergo differentiam habuerunt in ratione, & Latini spiritualius, & conuenientius comparauerunt: ideo ex ratione sua sunt eleuati, & per hoc ad intelligentiam scripturę dispositi, & ideo manifesta reuelatione edocti sunt de Spiritus sancti processione. Græci uero quia similitudines differentes, & minus proprias aptabãt; ideo sunt sua rõne depressi, & non ualentes intelligere spiritum a uerbo procedere, nec in aliũ ab æterno, procedere, arctauerunt scripturam ad intelligendum de processione temporali, & ideo sibi uiam reuelationis clauserunt. Hæc est ergo ratio diuersitatis in huius articuli cognitione.

CONTROVERSIA uero uenit, ex huius articuli professione. Professio uero articuli uenit ab ecclesia latinorum ex triplici causa, uidelicet ex fidei ueritate, ex periculi necessitate, ex ecclesiæ auctoritate. Fides dictabat hoc: & periculi & necessitas imminebat, ne forte aliqui hoc negarẽt in quod periculum inciderunt Græci. & ecclesiæ auctoritas aderat: & ideo sine mora exprimi debebat. Negatio uero huius articuli uenit ex tripli

ci

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei causa. s. ex ignorantia, ex superbia, & pertinacia. Ex ignorãtia, quia nec scripturam intellexerunt, nec habuerunt congruam rationem, nec apertam reuelationem. Ex superbia. qa cum reputarent se sciolos, & uocati non fuerint, noluerunt ꝓficeri, qđ non erat per eorũdẽ tũ Ex pertinacia, ne conuincerẽtur, & irrationabiliter moueri uiderentur, inuenerunt pro se rõnes contra ueritatem, & ideo suam sententiam defendere ausi sunt, & auctoritati ecclesiæ Romanæ obuiare, & ideo facti sunt hæretici: quia negant fidei ueritatem, & schismatici, qa recesserunt ab ecclesiæ unitate. Sed quia mos est hæreticorum & schismaticorum. cum se non possunt rationibus communire. aduersam partem accusare, ideo nos accusant, & redarguũt tanq̃ curiosos, & tanq̃ excõicatos, & chismaticos. Curiosos, qa si sine huius articuli ꝓfessione salus erat quare ergo intromiserunt se Latini hoc perquirere, quod nõ fuit necessarium. Sed ad hoc pat et rñsio, quia oportunum fuit ꝓ ꝓ periculũ in qđ ipsi ineiderũt. Similiter dñr nos ex cõicatos, qa symbola corrumpimus in quibus ꝓ sanctos patres sub excõicationis pœna hoc erat prohibitũ. Et ad hoc patet rñsio per prædicta, quia non corrũpimus, sed perficimus: nec sententia lata est contra ꝓficientes, sed cõtra corrũpentes. Vel põt dici sicut dicit Anſel. ꝙ nouum edidimus, qđ quidem facere potuimus: quia Romana ecclesia plenitudinem ptãtis a Petro apostolorũ principe acceperat, in quã nulla patrũ snã, nec interdictũ ponere, nec arctare potuit nec ei ꝓiudicare, nec ligare eam ad aliquid. Similiter dicunt nos schismaticos, quia a nobis incipit diuisio. Cum enim hoc uellemus asserere, noluimus eos uocare. Et ad hoc responderi põt pro Latinis, ꝙ eos uocare non fuit opportunum, quia ecclesia sine eis hoc poterat: & quia erat laboriosum propter distantiã, erat infructuosum ꝓp insipientiam, quia iam non erat in Græcis sapientia tanta; sicut fuerat, imò ad Latinos transierat. Erat nihilominus periculosũ, qa qđ ꝓ certo habendũ erat, periculũ erat ducere in dubiũ: & sic patet ꝙ friuolæ sunt eorũ accusationes. Ad rõnes aũt, intellectis quę dicta sunt, facile est rñdere.

AD ILLVD, ergo ꝙ obiicitur, ꝙ processio est ab uno in aliũ, Dicendum, ꝙ uerum est de ꝓcessione locali, sed non est uerum de processione causali, sicut infra melius patebit: Cum procedere in alium, est dupliciter, aut quia in alium tendit sicut obiectum, & sic spiritus sanctus est amor, quo filius amat patrem: sicut econuerso. Si aũt dicatur sic procedere in aliquẽ, ut ab eo recipiatur, omnino stultus est intellectus. Est n. dicere, ꝙ amor, qui ẽ spiritus sanctus: oriatur a patre, & subsistat in filio, sicut riuus oritur à fonte, & requiescit in lacu profundo. AD ILLVD quod obiicitur de spiratione, ꝙ præcedit uerbum, Dicendum ꝙ uerũ est de exteriori uerbo, & nõ de interiori: & ió nõ est simile. AD ILLVD, qđ obiicitur de nexu: Dicẽdũ, ꝙ nexus non habet rationẽ medii, ed rationem tertii: q̃q̃ aliq uoluerũt dicere, ꝙ locum tenet & medii, & tertii: & uoluerunt isti sustinere opinionem Græcorũ, & Latinorum: & distinguũt duplicem modũ ꝓcedendi. s. in alium, & sic procedit a patre: uel ab alio, & sic procedit a patre, & filio, & illud est exsufflandum hodie: quia non habet intellectum sanum, imo omnino eodẽ modo procedit ab utroque, & tamen utriusque nexus est, sicut ponitur exemplum de duobus lignis, ex quibus ꝓcederet una flamma. AD ILLVD quod obiicitur, ꝙ ab altero sufficienter, ergo &c. Dicendum, ꝙ istud uerum esset, si essent diuersa principia f. i. quod non est uerum, sicut infra patebit. Vnde sicut nõ ualet hoc argumentum, pater creat & filius similiter, & pater est sufficiens in creando: ergo filius superfluit: quia sunt unum principium in creando, similiter soluendum est in proposito.

Trium hæret. non reperitur in scriptura. Dicendum, ꝙ licet uerba non reperiãtur: reperitur tñ sensus, sicut in multis obiiciendo monstratum est. Tamen argumentum non ualet: non reperitur in scriptura: ergo non est uerum: quia scripturæ mos est, quædam tacere propter insinuandam humilitatem: unde Dominus uolens nos erudire ad humilitatẽ, omne quod suũ est, patri attribuit, sicut Ioan. 7. Mea doctrina non est mea. Similiter dicit Ioan. 16. Qui à patre procedit, loquens de spiritu sancto, & tamen ipse subiungit: omnia quæ pater habet, mea sunt, & ideo argumentum non nãlet. AD ILLVD, quod obiicitur de conciliis. Dicendum, quòd nec in conciliis illis sunt omnia institutа, quæ spectant ad mores. nec etiam omnia dicta, quæ ad fidem pertinent, sicut in symbolo, quod cãtatur in Missa, nihil dicitur de descensu ad inferos. Sed nunquam latuit sanctos patres processio spiritus sancti a filio: & si non latuit quare non dixerunt? Credo quòd non latuit, sicut per antiquos Græcorum, quorum Magister adducit auctoritatem in litera: sed tamen non fuit expressum; quia non erat opus. Nullus enim negabat, nec negare uolebat: Sed hæretici multa, quæ erant implicita fidei nostræ, sua importunitate compulerunt explicare, & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur de auctoritate Dionysii, & Gregor. Dicendum, quòd non est omnimoda similitudo; sed maior dissimilitudo. Attenditur autem dissimilitudo in hoc, scilicet quantum ad plenitudinẽ fontalitatis in patre, & in diuisione personarum emanantiũ ab eo, & in receptione influentiæ in creatura: non tamen est omnimoda similitudo quantum ad modum emanandi, & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur de Damascen. Dicendum, quòd non est in illa parte ei assentiendum: sicut enim intellexi, ipse fuit in tempore, quando orta est contentio: unde non est in hoc sustinendus: quia simpliciter fuit Græcus, Tamen ipse caute loquitur: unde non dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit q̄ spiritus nō sit a filio; sed dicit. Nō dicimus a filio:qa Greci non confitebantur, nec tamē negabāt. Sed modo eorum male dicta progenies addidit ad paternam demētiā, & dicit, quòd non procedt a filio nisi temporaliter; & ideo tāquam hæreticos, & schismatos Romana damnat ecclesia.

QVAESTIO II.

An spiritus sanctus procedat à patre & filio tanquam ab uno principio, uel tanquam à duobus?

VTRVM Spiritus sanctus procedat a patre, & filio inquantum sunt unum,aut inquantum differētes. Et q̄ inquantum unū, uidetur per Ausel. in Li de Processione Spiritus Sancti. Nullus intellectus capit S. S.esse patris, & filii, secundū q̄ alter est pater, alter filius; sed secūdum q̄ uterque est idem DEVS. ITEM. Rōne ostenditur sic.unitas effectus est ab unitate actus,& unitas actus, ab unitate potētiæ, uel subiecti: ergo cum una sit p̄sona producta a patre & filio: ergo per unū actum producit,& per unam potentiā : ergo spirant inquantum sunt unū. ITEM .Quod est a duobus inquantū duo,aut est insufficienter a quolibet, aut ab altero superflue: sed Spiritus Sanctus a nulla persona est insufficienter, nec superflue: qa neutrum cōuenit naturæ perfectæ:ergo &c.

ITEM.Quod est a duobus inquātum duo,est cōpositum,si substātialiter est ab illis:quia a duobus inquantum duo procedit unū, & ita oportet, quod illud unum habeat differentiam:sed s.s.non est compositus;ergo &c. ITEM . Nihil unum procedit a duobus similibus in natura inquantum duo , nisi alter sit sicut principiū actiuum, alter sicut principium passiuum:siue alter,ut pater, alter,ut mater : sed hoc non est in diuinis: ergo &c.

CONTRA. Qui p̄cedit a duobus,ita q̄ ab uno principaliter, q̄ ab alio , procedit inquantum sunt duo;sed spiritus sāctus principaliter procedit a patre , sicut dicit Aug. & habetur in sequēti Distin.ergo &c. ITEM. Qui procedit a duobus inquantum sunt distinēti , procedit a duobus inquantū sunt duo;sed nexus non est nisi distinctorum: ergo qui p̄cedit,ut nexus, procedit ab eis, ut a distinctis,& ita ut adiffereti bus. ITEM. Ab unitate subiecti, est unitas actus: sed pater , & filius sunt duo:ergo spirant dupli ci spiratione: ergo spirat.S.S.ab eis inquantū sunt duo:ergo &c. ITEM. Si spirat S.S.inquantum sunt unum,aut inquantum sunt unum in substantia,aut in notione,aut in persona.Si inquantum sunt unū in substantia: ergo cū S. S.sit idē in substātia, S.S.procedit a se. Si inquātum sunt idē in notione,hoc nihil est: quia nō ideo spirāt,quia sunt spiratores: sed econuerso. Nec inquantum sunt unū in persona: quia in persona non uniuntur.

RESOLVTIO.

Tanquam ab uno; quia unica uoluntate fœcunda.

RESPON. Dicendum,q̄ S.S.procedit a patre,& filio inquantum sunt unum fœcunditate uoluntatis. Vna autem est in patre,& filio uoluntas, quia pater , & filius sunt una substantia: si ergo est in eis uoluntatis fœcunditas, una est fœcūditas in eis. Volūtatis aūt fœcūditas est in p̄re,& filio;qa uterq; neus improcessibilis. Sicut .n. superius dictū fuit de numero personarum,& infra melius patebit, cum agetur de innascibilitate, quæ idem est in patre quod primitas: q̄ primū , & principium sunt idem , & ratio primitatis est ratio principiā di;siue fœcunditatis . Quoniam ergo pater prior est i omni emanatione.i.processione, & generatione:quia nec generatur,nec p̄cedit.hinc est,q̄ utroque modo est principium.Quia uero filius prior est emanatione processionis,non generationis:quia generatur,tamē est inspirabilis:hinc est, q̄ est principiū spirandi,non generandi .Quia uero.S.sanctus neutro modo se habet , neutro modo est principium. Inde est ergo,quòd quamuis,spiritussan. a duobus procedat, quia tamen procedit non ut sunt differētes; sed ut est in eis una fœcunditas uoluntatis, patet quod spiritussan. procedit ab eis inquantum sunt unum.

AD ILLVD , quod obiicitur q̄ principaliter procedit ad patre. Dicēdū q̄d pricipaliter pōt dici dupliciter,aut respectu secūdarii,& sic importat ordinē prioris, & posterioris,& sic ponit diuersitatē: & hoc mō non accipit hic. Alio mō ut principalitas dicit quādā auctoritatē, sicut p̄dicitur operari p filium.unde una creatura producitur a patre per filium inquantum sunt unum , & sic intelligendum est in proposito. AD ILLVD,quod obiicitur quod nexus procedit a pluribus

Dist.2.

Dist.28

1 Ioan. 5.

Titus ca.3

&c. Dicendum , quod ratio nexus incipit a distinctione, & tendit,siue procedit i unitatem. Vnde ultima , & completiua ratio est unitas . Licet ergo nexus sit duorum, & a duobus,si est perfectus nexus , est ab eis inquātum sunt unum,non inquantum sunt plures . AD ILLVD,qd̄ obiicit, quod ab unitate subiecti est unitas actus, & a pluralitate pluralitas. Dicendum,quod istud non habet instantiam secundum modum loquendi: quia si duo sunt termini copulati,actus numeratus debet ei reddi: Sed secundū rem distinguendum est:quia subiectum dicitur dupliciter , aut per se & primo,aut nō primo:& illud uerum est de subiecto per se & primo,non de alio:& sic accipiendo,pater & filius non sunt unum principium, seu primum subiectum spirationis; quia non spirant secundum quod pater & filius; sed secundum quod in eis est una fœcunditas uoluntatis , & ita inquantum unum. Vel aliter dicendū, q̄ est loqui de actu, ut est actus uel origo: & de actu ut est accidens . Si loquamur de actu ut est accidens,de necessitate numeratur ad numerum subiecti ; quia non est unum accidens in duobus subiectis. Si autem loquamur de actu, ut est actus uel origo , sic cōparatur ad subiectum ut ad principiū:& sic non numeratur ad numerum subiecti secundum quod subiectū; sed secundum quòd principiū . Quoniam ergo in diuinis spiratio non est accidens: sed productio , uel relatio , ideo sequitur unitatem subiecti, ut est principium: quare pater & filius, quā-

uis

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis duę sint personę, tamen sunt principium unum, quia per eandem uirtutem spirãt, ideo actus non numeratur in illis, ideo spirant una spiratione, quãuis sint duo. AD ILLVD, quod quæritur ultimo, aut inquãtum unum in substantia &c. Dicendum, q̃ inquantum unum in fœcunditate uoluntatis, prout illa uoluntas est ad notionẽ per fœcunditatẽ quæ fœcunditas est ratione primitatis: quæ primitas significatur per hoc quod est improcessibilis. Et hoc é quod dicit Anselm. quod pater & filius spirant secũdum quod uterque est idẽ deus non secundum quod deus simpliciter: sed secundum qđ deus utroque, hoc est considerate uoluntatem in personis. Si ergo q̃ras utrum inquantum unum in substantia, aut notione, aut persona, Dicendum, quod respondẽti potest dupliciter, secundum duas opiniones prius positas de potentia generandi. 7. Dist. quia potentia generandi non differt a generatione siue paternitate, nisi in modo loquendi, & ita dicit notionem, scilicet personalẽ proprietatem, ut generatio, licet alio modo. Similiter isti dicunt quod fœcunditas uoluntaris, siue uis spiratiua, dicit eãdem notionem quam spiratio, licet alio modo: quia uis spiratiua dicit ut in ratione aptitudinis, sed spiratio in ratione actus, & ita secundum hos inquãtum sunt unum notione. Alii dicunt qđ sicut potentia generandi dicit naturã in persona, ita essentiam personali terisic uis spiratiua uoluntatem dicit, ut uoluntas est in psonis i qbus est fœcunda, & pater & filius spirant inquãtum unum in essentia, siue natura, siue uoluntate considerata in personis. Quælibet illarum positionum mihi uidetur satis probabilis.

DISTINCTIO XII.

De æterna processione Spiritus Sancti, qualiter à patre & filio procedit.

ITem quæritur, *cum Spiritus Sanctus a patre procedat & a filio, utrum prius, uel magis processerit a patre quam a filio, Quod nititur hæreticus ostendere, ita dicens: Si procedit spiritus Sanctus a patre, processit utique, aut nato iam filio, aut non nato. Si uero iam nato filio præcessit, ante natus est filius, quàm processerit spiritus sanctus: præcessit ergo natiuitas filij processionem s.s. Si autem processit a patre non genito filio, ante processit quàm filius genitus fuerit.*

Responsio Augustin. ad proposita.

His & huiusmodi quæstionibus magis laboriosis, quã fruc-

tuosis respondet Aug. in 15. Lib. de Trinit. dicens: In illa summa trinitate, quæ Deus est interualla temporum nulla sunt, per quæ possit ostẽdi, aut saltem requiri: utrum prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Nunquid ergo possumus quærere, utrum iam processerat de patre Spiritus Sanctus, quando natus est filius: an nondum processerat, et illo nato de utroq; processit? Non possunt prorsus ibi ista quæri: ubi nihil ex tẽpore inchoatur, ut ex consequenti perficiatur in tempore. Ca. 26.

Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus Sancti de utroque. Ecce his uerbis absoluta est quæstio illa, qua quærebatur, utrum prius processerit Spiritus sanctus a patre, quàm a filio.

De eo, quod secundò quærebatur, scilicet, an plenius uel magis processerit a patre, quàm filio.

Nunc tractandum est, quod secundo quærebatur, scilicet an plenius, aut magis procedat Spiritus Sanctus a patre, quã a filio. Ad quod dicimus, quia sicut non ante procedit a patre, quàm a filio, ita non plenius, uel magis procedit a patre, quàm a filio. August. tamen in 15. de Trinit. dicit, quod Spiritus Sanctus principaliter procedit de patre, Non frustra, inquit, in hac trinitate non dicitur uerbum Dei, nisi filius: nec donum Dei, nisi Spiritus Sanctus, nec de quo genitum est uerbum, de quo procedit Spiritus Sanctus principaliter, nisi Deus pater. Ecce audistis, quia Spiritus Sanctus principaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret, ipse continuo ex quo sensu hoc dixerit, aperit dicens: Idco addidi principaliter, quia & de filio Spiritus Sanctus procedere reperitur: sed hoc quoque illi pater dedit, non iam existẽti, & nondum habenti. Sed quicquid unigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum comune procederet, & Spiritus Sanctus Spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet quomodo Spiritus principaliter procedat a patre: non quia prius, uel magis procedat a patre, quam a filio: sed quia cum procedat a filio, hoc ipsum habet filius a patre. Ca. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex eodem sensu etiam dicitur spiritus sanctus proprie procedere a patre.

Ex eodem sensu etiam dicitur procedere proprie de patre. Vnde Hieron. in expositione catholicæ fidei Nicænique symboli ait: Credimus in spiritum sanctum, qui de patre procedit proprie. Item Spiritum sanctum verũ Deum inuenimus in scriptura, & de patre esse proprie. Et item, De patre filius, & spiritus sanctus proprie, & verè de patre procedit. Ecce apertè dicit spiritum sanctum proprie esse de patre, & proprie procedere a patre. Quòd non est ita intelligendum, tanquam prius, vel plenius a patre procedat, quam a filio: sed quia hoc habet pater a se, non ab alio, vt de ipso sit, & procedat spiritus sanctus. Filius autem non a se, sed a patre hoc habet, vt de seipso sit, & procedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spiritus sanctus esse, & mitti a patre per filium.

Forte etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritus sanctus mitti per filium, & a patre per filium. Vnde Hi-
In fi. 12 libri. *larius ad Deum patrem de spiritu sancto, & filio loquens in 12. Lib. de Trin. ait. In spiritu sancto tuo ex te profecto, & per eum misso. Item: Ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet, & ita quòd ex te per eum spiritus sanctus tuus est: quòd & si sensu non percipiam, tamen teneo*
Ibid. *cõscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem: Conserua hanc oro fidei meæ religionem, vt quod in regenerationis meæ symbolo professus sum, semper obtineam, te patrem scilicet, & filium tuum vna tecum adorẽ: spiritum sanctum tuum, qui ex te per vnigenitũ tuum est, promerear. Ecce apertè dicit spiritum sanctum a patre per filium & mitti, & esse: quod non est intelligendum quasi a patre per filium minorem mittatur, vel sit: sed quia ex patre, & filio est, mittieur ab utroque: sed hoc ipsum habet filius a patre, ut ab ipso sit, & mittatur spiritus s. Hoc ergo voluit significare Hilar. Distinctionem facies in locutione, vt ostenderet in patre esse auctoritatem. Inde est et, quòd ve ritas ostendens patrem esse auctorem processionis, qua pro-*

cedit spiritus a filio, dixit in euangelio, De patre procedit, cum & de patre, & filio procedat spiritus sanctus. Vnde Aug. in 15. Lib. de Trin. quærit, Si de patre & filio procedit Spiritus sanctus: cur filius dixit, De patre procedit? Cur putas, nisi quia solet ad eum referre et quod ipsius est, sicut & de quo ipse est: sic ait, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me? Si ergo hic intelligitur eius doctrina, Io. 15. *quam tamen non dixit suam sed patris: quanto magis illic intelligendus est spiritus sanctus de ipso procedere, vbi sic ait, De patre procedit, vt non diceret de me non procedit. A quo autem hẽt filius, ut sit Deus (est enim Deus de Deo) ab illo vtique habet vt etiam de illo procedat spiritus san-* Ca. 27. Ioan. 7 *ctus. Et ideo spiritus sanctus vt etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Quapropter, qui* Ioan. 5 *potest intelligere in eo quod ait filius: Sicut habet pater vi-* Augu. *tam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semet-* libr. de *ipso: non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedis-* Tri. 15. *se, sed ita eum sine tempore genuisse, vt vita, quam pater fi-* c. 26. *lio gignendo dedit, coæterna sit vitæ patris, qui dedit: intelligat etiam sicut habet pater in seipso, vt de illo procedat spiritus sanctus: sic dedisse filio, vt etiam de illo procedat idem spiritus sanctus, & utrumque sine tempore. Ita ergo dictum est spiritum sanctum de patre procedere, vt intelligatur quod etiam procedit de filio, de patre esse, & filio. Si enim quicquid habet de patre habet filius, de patre habet vtique, vt de illo præcedat spiritus sanctus, sed nulla ibi tempora cogitentur, quæ habeant prius, & posterius: quia ibi omnino nulla sunt.*

HAEC est secũda pars in qua Magister determinat, qualiter spiritussan ꝓcedit a patre & filio. Et hæc pars hẽt quatuor partes secundum quatuor, quæ determinat. In prima quærit utrum spiritus s. prius procedat a patre, & determinat quod non. In secunda quærit utrum principalius, & p'enius, ibi. *Nõ tractandum est &c.*] Tertio utrũ proprie a patre procedat, ibi. *Ex eodem sensu dicitur etiam proprie procedere a patre &c.*] Quarto determinat utrum spirituss. proprie procedat a patre per filiũ, ibi. *Forte etiam iuxta hanc intelligentiam &c.*] ubi confirmat auctorit. Hilar. qd spirituss. mit

Universidad de Deusto
Biblioteca

titur a ꝑe per filiū, & ꝓcedit.

Vt à nato tam filio, aut, &c.] Videtur istud argumentum Dub.1 necessarium, quia cuiuslibet cō tradictionis necessarium est alterā partem esse ueram: sed natum, & non natum opponuntur cōtradictorie: ergo necesse est alteram partem dare quod s. s. procedat aut nato iam filio, aut non nato: cum ergo Magister, & Aug. respondeant interimendo utranque partem, uidentur male respondere. Respond. Dicendum, quòd hæreticus in in sua quæstione querebat de ordine generationis filii ad processionem s. s & querebat de ordine secundum durationem & tempus, non ſm rationem intelligendi: & quærebat utrum prius natus est filius, quam ꝓcesserit s. s. aut econuerso: & utrunque falsum erat: ideo Magister & Aug. considerantes intentionē hæretici, siue interrogationem ſm sensum, in quo eam proponit, simpliciter, & bene respondent, eam interimendo. Ad illud ergo, quod obicitur, quod diuisio hæretici est per contradictoria. Dicēdum, ꝙ falsum est: quia propositio contradictoria accipitur negando compositionem principalem, sed ipse fert negationem ad compositionem non principalem, sed intellectā in hoc quòd est [nato] & ideo causa falsitatis semꝑ remanet: hęc enim est falsa S, S. procedit nato filio, quia notatur quod natiuitas filii præcedat processionem S. S. Hæc iterum est falsa, Processit non nato filio: quia notatur quod natiuitas filii non fuerit simul cum processione s. s. sed hęc est uera S. s. non ꝓcessit nato prius filio, quia simul fuit natiuitas filii, & processio s. s.

Quicquid unigenito uerbo deest, &c.] Videtur male dicere, quia Dub.2 si hoc esset uerum, dedit ei ſpirationem: ergo dedit eam gignendo: ergo ſpiratio est genita: sed quicquid dicitur in diuinis concrete, dicitur & abstracte: sed non conuertitur ergo si ſpiratio est genita, ſpiratio é generatio: quod est contra modernos omnes. Respon. Dicēdum, quòd defectus est in utroq; argumento, nam illud non ualet Dedit generando ſpirationem: ergo generauit ſpirationem: sicut non ſequitur, generando dedit filio essentiam: ergo essentia est genita. Aliqua enim per gñationem dicuntur dari, quæ non dicuntur gñari. Et iterum alia ratio non ualet. Spiratio est genita: ergo ſpiratio est generatio. Sicut enim infra patebit, de duabus notionibus unius personæ, uerum est dicere quod una prædicatur de altera denominatiue, non in abstractione: & ideo non ualet illa ratio, imò est ibi accidens. Quod ergo dicitur quicquid prædicatur denominatiue, & abstracte: uerum est de essentia: sed non est uerū de proprietate personæ, & hoc infra patebit. Dist. 33 q. 3. & 4. 33. q. 1.

Credimus in S. S. qui de patre &c.] Videtur falsum dicere, qꝛ Dub.3 ꝓprium est quod conuenit uni soli: ergo si de patre procedit ꝓprie: non ergo de filio. Si tu dicas quod non dicitur [ꝓprie] cōtra cōmunitatē, sed contra improprietatem: & ergo uī ꝙ impropriè procedat a filio. Respo.

Dicendum, quod Proprie. nō dicit ꝓprietatem siue solitudinē, sed ſonat auctoritatē, sicut principaliter: sicut enim pater principaliter dicitur ſpirare, quia hoc non habet ab alio: ita etiam proprietquia hanc conditionem nō habere ab alio, nulli cōicat, ita dicere uidetur Magister. Potest tamen dici, quod uno modo ꝓprium dicitur contra communitatem. Aliomodo contra improprietatem. Tertio modo accipitur pro appropriatione, & sic accipitur hic. Quamuis enim ſpiratio æquè uerē & propriè conueniat patri & filio: tamen filius appropriat eum patri, propter auctoritatem.

Per eum S. S. &c.] Videtur Hilarius hic referens uerba Dub.4. ad Deum, male dicere, dicendo ꝓ eum, quia (ut di. Priſc.) Per, cū uerbis trāſitiuis ſignificat ſub auctoritatem: ſed cum absolutis auctoritatem: ut patet cum dī. Ego ſum ſapiens ꝓ Deū, in Deo notatur auctoritas: cum ergo dī quod s. s. est a patre per filium, in filio notatur ſubauctoritas. Respon. Dicendū quod aliqui uoluerunt dicere, quod hæc est impropria, Spiritus ſanctus est a patre per filium, siue procedit, & debet resolui in hanc, Spūs ſanctus ſpiratur a patre per filium: & consentiunt rationi prędictę: ſed cum iſta ſit uera, creatura procedit a patre per filium: & hæc ſimiliter, exit, uel procedit: non uideo rationē quare ſimiliter illa uerba Hilar non poſſint proprie dici. Propterea est dicendum, quod quamuis [procedere] non ſit uerbum tranſitiuum quantum ad modum ſignificandi, quia non conſtruitur cum accuſatiuo, quia tamen æquiualet tranſitiuo, ut cum dicitur procedit a patre per filiū: iudicādū est ſicut de uerbo tranſitiuo, & iō dicit ſubauctoritatē.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Spiritus Sanctus prius à patre quàm a filio procedat?

VPPOSITO ex præcedentibus, quòd ſpiritus ſanctus procedat a patre & filio. Ad intelligentiam huius partis quatuor quæruntur de proceſſione ſpiritus ſancti in comparatione ad utrumque. Primo quę ritur utrū ſpiritus ſanctus prius procedat a patre quàm a filio. Secundò, utrum plenius a patre quàm a filio. Tertiò, utrum procedat a patre mediante filio. Quartò, & ultimò, utrum proceſſio filii prior ſit ſecundum ordinem intelligendi, proceſſione ſpiritus ſancti econuerſo.

QVOD prius est a patre, quàm a filio ſic oſtendit. Cauſa prima est, i qua est ſtatus: ergo & principiū primū, in quo est ſtatus: ſed ſtatus est in ꝑe: ergo pater est principiū primū, ſed primum ſupponit prius: ergo prius ꝓcedit a ꝑe ꝙ a filio. ITEM. cauſa prima est, q agit, alia nō ſuppoſita: ergo ſi p. ꝓducit non ꝓ ſuppoſitionē alterius principii, filius ꝓ ſuppoſitionē, prius producit ꝑſ ꝙ filius. ITEM. qđ hēt aliquis ex ſe; ꝓ prius habet, quā quod habet ex alio: ſed ꝓducere s. s habet pater a ſe, & filius a patre: ergo per prius habet pater, quam filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTRA. Vbi non est ponere posterius, nec prius: qa prius respectu posterioris dicit: sed in trinitate non est ponere posterius: ergo nec prius. Si ergo processio spiritus sancti a patre, & filio est æterna, patet &c. ITEM. Vbi est ponere prius & posterius, est ponere diuersitatē principiorum: sed pater & filius producunt spiritum sanctum inquātum unum, ut supra monstratū est: ergo nō est ibi ratio prioris. ITEM. Si per prius procedit a patre quā à filio, aut a filio nō procedit, aut bis procedit: sed ꝓcedit a filio, & non ꝓcedit bis: ergo &c. ITEM. Contingit intelligere prius, non intellecto posteriori: ergo si per prius procedit à patre: ergo contingit intelligere quod procedit, non cointellecto filio: at Spiritus sanctus est amor quo deus, & amor nectens: sed nō est accipere mutuum amorem ad minus quam inter duos: ergo nec spiritus sanctus eēt nisi a duobus: ergo nec per prius procedit ab uno, quā ab alio.

RESOLVTIO.

Prius quidem à patre quàm à filio: ueruntamen non tempore, causalitate, uel origine; sed auctoritate solu.

RESP. Dicendum, quod prius dicitur multipliciter. Dicitur enim prius duratione, prius causalitate, prius origine, prius auctoritate. Et primis duobus modis prius nullo modo cadit in Deo, quia prius duratione contrarium est æternitati: prius causalitate contrarium est essentiæ unitati. Sed prius origine quo alter ex altero: & prius auctoritate, quo alteri accipit ab altero, cadit ibi. Sed prius origine cadit respectu producentis & ꝓducti, cum alter oritur ex altero: cum uero unum oritur a duobus, non cadit ibi prius origine, quia tunc ambo sunt unum originale principium: tamen cadit ibi prius auctoritate, quia quamuis pater, & filius sint unum in producendo, tamen hoc accipit filius a patre. Si ergo quæritur utrum per prius procedat spiritus s. a patre quàm a filio: si intelligatur duratione, falsum est: similiter si prius causalitate, sicut probāt primæ rationes ad hoc inductę. Si autem prius auctoritate, ut prius idē sit quod principium, ueritatem habet.

AD ILLVD, quod primò obiicitur, quòd pater est primum principium & causa. Dicendum, quod illæ rationes habent ueritatem ubi est pluralitas causarum, uel principiorum; sed respectu spiritus s. nec est pluralitas causarum, nec principiorum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod prius habet, quòd habet ex se. Dicendum, quòd si intelligatur prius, idest principalius, uerum est: si autem alio modo, falsum, quia unum & idem potest haberi a pluribus personis, ita quod ab una per aliam, nec talis est prioritas aliquorum predictorum modorum.

QVAESTIO II.

An spiritus sanctus plenius à patre, quam a filio procedat?

VTRVM plenius procedat a patre, quā a filio. Et quod sic uidetur: quia propter unumquodque, & illud magis: ergo cum filius spiret per patrem, quia hoc habet a patre: ergo ꝑ magis spirat. ITEM, Omnis causa prima plus influit quam secunda: sed pater est primum principium spirandi: ergo plus influit quam filius. ITEM. Plenius procedit aliquid a quo procedit proprie & principaliter, quam a quo nec principaliter, nec proprie: sed spiritus sanctus procedit a patre ꝓprie & principaliter, sicut dicitur in litera, & Aug. dicit: ergo &c. ITEM, plenius procedit aliquis ab eo, a quo habet quicquid habet, scilicet substantiam & proprietatem, quam a quo non habet: sed spiritus s. sanctus habet a patre & quòd sit, & q̄ procedat a patre & filio: a filio autem non habet quòd procedat a patre, quia tunc filius daret aliquid patri: ergo &c.

Auctor De causis. pro Positione 1.

CONTRA, si plenius a patre, ergo perfectius: ergo a filio non procedit perfectissime: ergo in trinitate est aliquid imperfectionis. ITEM. Si plenius a patre quam a filio, plus accipit a patre, quam a filio: sed ubi est ponere plus & minus, ibi est diuersitas: ergo in persona spiritus sancti est diuersitas: ITEM. uidetur quòd nec principalius a patre, quia qui perfecte dat aliquid alicui, dat ei ium & iurisdictionem, siue auctoritatem: si ergo dat pater filio posse spirare: ergo dat ei auctoritatem spirandi: ergo æque principaliter procedit a filio, ut a patre.

RESOLVTIO.

Cum Plenius, ponat gradum perfectionis, significetque compositionem substantiæ in producto: ne uti quam dicendum est spiritum sanctum ab alterutro procedere.

RESP. Dicendum, q̄ s. s. dicitur procedere a patre principaliter & per se. Principaliter, quia auctoritas est in patre. Per se, quia non tantum mediante filio, sed etiam immediate: non tamen plenius procedit a patre, nec ꝑfectius: quia Plenius, ponit gradum perfectionis, ponit etiam compositionem substantiæ in producto: quorum neutrum est in diuinis. Vnde si ponat hæc, quod illud quod procedit ab alio quo, plenius procedit, aut non principalius; simpliciter est neganda.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur de causa prima, & propter quod &c. Dicendum, q̄ sicut dictum est prius, illud solum habet locum ubi pluralitas causarum est: hic autem non est pluralitas, nec causarum, nec principiorum, ideo non habet hic locum. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non habet s. s. à filio quod procedat à patre. Dicendum ad hoc, quod non habere a se, uel ab alio, nō ponit gradū plenitudinis. Vnde quamuis filius diuinitatem habeat a patre, tamen est perfectus Deus, ut pater: & ideo non sequitur, q̄ plenius a patre procedat, qa principalius. QVOD obiicitur plenius habet, quod habet essentiam & proprietatem. Respondeti potest interimendo minorem, habet n. s. s. à filio proprietatem, licet non habeat in om-

Addunt hæc in contradictionē Scot. in 1. d. 12. q. 2. in respon. ad arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem respectum: habet enim processionem a filio, sed non ut a patre. AD ILLVD, quod obicit, q̃ pater dat filio auctoritatem, Dicendum quod dando auctoritatem super s.s. nihilominus ex ipso habet auctoritatem, quia ex hoc debet filius eam referre ad patrem, quia habet a patre: & inde est, quod in filio est auctoritas, & subauctoritas. Vnde et principaliter producit filius, sed pater principalius, quia in eo est tantum auctoritas, non subauctoritas: principalitas aũt, auctoritas dicatur in diuinis.

QVAESTIO III.

An spiritus sanctus procedat a patre mediante filio.

VTRVM spiritus sanctus procedat à patre mediante filio. Et quod sic, uidetur per Hila. 12 de Tri. qui loquens ad patrem ait. Spiritus sanctus qui ex te per eum est, promereat: ergo spiritus sanctus est a patre per filium, ergo mediante filio,

Ricar. 5. de Trinit. cap. 8.

ITEM. Richar. dicit quod in diuinis est processio immediata tantum, & mediata & immediata: mediata tantum esse non potest. Et dicit quod mediata & immediata est processio s.s. ex patre: ergo cum non posset cadere medium nisi filius. s.s. procedit a patre mediante filio.

ITEM. similis est processus in illa trinitate processui imaginis creatę, sed amor procedit a mẽte mediante intelligentia, ergo spiritus sanctus procedit a patre mediante filio. Si dicas quod non est similitudo quantum ad hoc, ergo destruitur ratio imaginis, quia imago debet representare ordinem, & originem personarum, non tantum numerum in personis, quia hæc etiam est in uestigio.

ITEM si solus filius spirat, ita quod non pater, tunc pater dicetur spirare, sed mediãte filio, ita quod esset processio mediata tantum: ergo cum spiratio cõueniat patri per se, & conueniat ei per hoc quod est principium filii spirantis, ergo conuenit ei & mediate, & immediate: sed si hoc s.s. procedit à patre mediante filio.

CONTRA. nobilius est immediatum principium, quam mediatum: sed omne nobilius est deo tribuendum, ergo si pater est nobilissimum principiũ. fi. ergo tantum immediate, non mediate producit per ipsum. Si tu dicas, q̃ producit simul mediate & immediate. Contra mediatum & immediatum sunt opposita, sed opposita non sunt simul uera de eodem & respectu eiusdem, ergo impossibile ẽ quod simul producat mediate & immediate.

ITEM. sicut se habet per se ad per accidens, ita mediatum ad immediatum, sed Deus nullius: cuius est causa per se, est causa per accidens, ergo nullius, cuius est principium immediatum, est principium mediatum.

ITEM. magis est immediatum, quod nullo modo recipit medium, quam quod recipit medium: sed filius nullum mediũ recipit inspirando, ergo immediatius producit quam producat pater: non ergo uniformiter omnino producunt pater & filius spiritum sanctum.

Et

RESOLVTIO.

Et mediante filio, & non mediante filio ille procedit: ut summa germanitas ei sit cum utroque.

RESP. Dicendum, q̃ sicut uult Richar productio. s.s. est mediata simul, & immediata. Mediata inquantum est a filio, & filius a patre: sed immediata inquantũ ipse spiritus. s. ab ipso patre spiratur. Et huius exemplum ponitur in exitu Abel de Adam. Abel immediate exiit de Adã: quia ipse ex lumbis suis genuit eum, nihilominus exiit mediate: quia exiit ab Eua, quæ fuit ab Adam siue de Adam deducta; & hunc modum oportuit esse in deo propter summam germanitatem. Si enim tantum mediata esset processio s.s. ut tãtum esset a filio, non esset summa germanitas s.s. cum patre. Similiter si omnino immediata, ut esset a patre tantum, non esset summa germanitas cum filio, & sic concedendum quod mediante filio.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium, q̃ nobilius est immediatum principium, Dicẽdum, quod mediatio est tribus modis: quædam enim est mediatio quæ excludit immediationem tantum, ut quando effectus ultimus non continuatur influentiæ causæ prioris, sed per medium omnino producitur, priori non cooperante, & hæc dicit ordinem, & diuersitatem agentium, & separationem. Alio modo dicitur mediatio prout dicit ordinem causarum adinuicem, non separationem in agendo, sed solum diuersitatem agentium, & ordinem. Tertio modo prout dicit ordinem, non tamen separationem uirtutum agentium, nec diuersitatem. Prima mediatio non cadit in Deo: quia Deus est causa simpliciter prima. cuius influentia est tanta, quod nulla creatura agit aliquid, eius influẽtia remota, & ideo nihil exit de Deo mediate tantum. Secunda mediatio cadit in Deo respectu effectus producti a causa creata, quia ibi est ordo causarum, & diuersitas uirtutum: sed tamen non est separatio, quia Deus intime agit, quia per seipsum agit: nihilominus per uirtutem creatam: quæ ab ipso est. Tertia mediatio cadit in operatione diuina, in qua sunt agentes personæ, in quibus attenditur ordo: quia una habet ab alia q̃ agat: sed tamen nec est ibi uirtutum diuersitas, nec separatio, uel distantia aliqua, immo una uirtute, & eque ĩtime agũt: & sic pater mediante filio producit spiritum sanctũ: non quia sit medium distantiæ uel differentiæ, sed quia quod filius producat hoc habet a patre, ita quod est ibi quidam ordo. Et sic patet responsio ad sequens, cum dicit: quod mediatum & immediatum sunt opposita: uerum est enim primo modo, & secundo, sed non tertio. AD ILLVD, q̃ obiicitur, quòd Deus nullius est causa per accidens, ergo nec mediate: dicendum quod per accidens aliquid causare derogat ueritati causæ supremæ. Illius enim dicitur aliquid causa esse per accidens, cuius est causa per aliquid aliud, quod non est ab ipso, sed aliun

de,

Universidad de Deusto
Biblioteca

de, si ergo deus alicuius esset causa per accidens, non est causa uniuersalissima & prima: & ita nec nobilissima: sed mediatio non repugnat nobilitati causæ supremæ. Cauare enim aliud per se, & per id quod ab ipso est, non dicit indignitatē: imo dignitatem, quia dignitas est non tantum per se aliquid posse, sed posse alii communicare ita tñ quod ille sine eo nihil possit. AD ILLVD, qđ vltimo obiicitur qđ filius est immediatior causa. Dicēdum, ꝙ non uallet, quia ista mediatio quæ prædicta est, non repugnat, immediationi, & iō non diminuit eā.

QVAESTIO IIII.

An prior sit secundum rationem intelligendi generatio filii, quàm spiratio spiritus sancti.

QVAE istarum duarū emanationum. s. generationis, & processionis, sit prior ſm rōnem intelligendi. Et quod generatio filii, ostenditur sic. In imagine creata sic est, quod ſm ordinem intelligendi, prior est emanatio notitiæ a mente, quā amoris: sicut uult Augustinus: quia incognita non possumus diligere, sicut dicit Augustinus in 10. de Trin. ergo si ordo attēditur in imagine ſm conformitatem ad trinitatem increatam, ergo ſm rōnē intelligēdi prior est processus uerbi quam amoris in diuinis, maxime cum per imaginem creatā intelligamus Trinitatem increatam. ITEM. sicut uult Philosophus, uoluntas est, cuius principium est in ipso cognoscēte singularia: ergo uoluntas ut uoluntas præsupponit, ergo emanationem uerbi emanatio amoris. ITEM, omne principium ſm rōnem intelligē di prius est, q̄ principiatum: sed filius ē principium. s. s. ergo ſm rōnem intelligendi oportet p̄ intelligere filium, q̄. s. s. ergo & generationem, quæ est emanatio filii, prius q̄ processionem, q̄ est. s. s. ITEM, in omni agente p̄ modum naturæ, & uoluntatis, productio per modum naturæ intelligitur ante productionem uoluntatis, ergo cum pater sit natura intellectualis produceens filiū connaturalē, & per modū naturæ, & s. s. per modū uoluntatis, ut supra tactum est, ergo emanatio filii prior est ſm rōnem intelligendi, emanatione spiritus sancti.

CONTRA. Aug. de Trin. partum mentis precedit appetitus, quod id quod nosse uolumus, quærendo nascitur proles ipsa notitia, ergo ante est in imagine creata appetitus, q̄ sit proles notitia: ergo ante amor quam uerbum, ergo & processio ante generationem. ITEM. nullus uidens rem cognoscit ipsam, nisi intentio uoluntatis applicet uim cognoscentem ipsi cognoscibili, ut patet de homine eunte per uiā, qui eū iuit, & alibi cogitauit, perfecte nescit quò transierit, sicut dicit Aug. in 9. de Tri. ergo uoluntas præcedit ipsam cognitionem, ergo amor uerbū in creaturis, ergo pari rōne in Deo talē ſm intellectū. ITEM. Sicut uult Philosophus, primū, & immediatū est idem. Vnde ip se in lib. Posteriorum diffinies propositionem immediatam, dicit, ꝙ immediata propositio est illa, qua non est altera prior sed

Cap. 2 & 2. in primis verbis.

Arist. de motibus Aial.

Arist. sensu & sensi.

1. de tex. 13.

sed æque immediate. s. s. procedit a patre, ut filius: ergo æque primo: ergo nec ſm rem, nec ſm rōnē intelligēdi gñatio filii p̄cedit processionem. s. s. ITEM. quāto aliquid eōius, tāto prius est secundum rōnem intelligendi: sed ſpiratio est cōior quam gñatio, quia conuenit patri, & filio, sed gñatio soli patri: ergo prior est secūdum rationem intelligēdi gñatio, quam ſpiratio.

Causa dicto de primo conclusio.

RESOLVTIO.

Generatio filii prior est: tum quidē quia filius est principium. S. S. tum uero quia eius processio per modum naturæ est.

RESP. Dicendum, ꝙ quicquid sit de ordine reali, de quo infra dicetur, ſm rōnem intelligendi prior est emanatio uerbi, tum quia uerbū est s. d. principium: tum etiam, quia uerbum procedit per modum naturæ, sed. s. s. per modum liberalis uoluntatis: tū etiam, quia intelligimus emanationes in personis p̄ emanationes repertas i imagine. In imagine autem constat, ꝙ cognitio, & intelligentia p̄cedit amorē, & uoluntatē: nō tñ uolo dicere, ꝙ i diuinis sit emanatio natura posterior emanatione, sicut reperimus i imagine creata.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrariū, ꝙ appetitus præcedit partum mentis, Dicendum, ꝙ ille appetitus habet ſm statum duplicem considerari. Vno modo ſm rationem inhiantis, ante habitam cognitionē. Alio modo ſm rōnem complectentis, & hoc est post habitā cognitionē: & ſm primū statū est imperfectionis, quantum uero ad secūdum, est perfectionis: & ideo quia quod perfectionis ē in deo ponimus, nō quod est imperfectionis, ideo appetitus secundo modo assimilatur. s. s. & hic tenet rōnem tertii. Et quòd primus imperfectionis: patet, quia est ignorantis, & deficientis scientiam acquirere, quod non conuenit Deo. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ intentio præexigitur ad cognitionem, Dicendum ꝙ uerum est ad cognitionem acquirēdam: sed notitia prout est in acquirendo, nō habet plenitudinem cum illo uerbo, ut uult Aug. in 13. & 15. de Trin. AD ILLVD, ꝙ obiicitur ꝙ æque immediate procedit. s. s. Dicēdum, ꝙ uerum est, sed tamen ſpiritus sanctus ita procedit immediate, quod etiā mediante filio, & ita ex ratione oportet præintelligi emanationem filii. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd quanto aliquid communius, tanto prius: Dicendum, ꝙ uerum est in absolutis: sed non tamen in respectiuis, ut in generatione, & creatione. Potest tamen dici, ꝙ istud intelligitur de eo quod est commune communitate prædicationis, sed communis ſpiratio est communis communitate non tantum prædicationis, quia dicitur de patre, & filio, sed etiam communitate cuiusdam concordiæ, & connexionis: & tale commune secundum rationem concordiæ, & amicitiæ, præsupponit concordantes, & connexos non præit. & sic patet illud.

DISTIN

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIO. XIII.

De æterna processione spiritus sancti quantum ad generationem, a qua distinguitur.

POST hæc considerandum est, quantum a talibus, quales nos sumus, intelligi potest, cum spiritus sanctus procedat de patre, & sit de substantia patris, cur non dicatur esse natus, sed potius procedere, & cur dicatur filius. Quare autem spiritus sanctus
Cap.27 non dicatur, uel sit natus, & ideo non sit filius. Aug. ostendit in 15. lib. de Trin. dicens: Si spiritus sanctus filius diceretur, amborum utique filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris, & matris. Absit autem ut inter Deum patrem, & Deum filium tale aliquid suspicemur. Absurdissime ergo filius diceretur amborum, id est, patris, & filij. Amborum enim filius diceretur, si eum ambo & genuissent, quod abhorret omnium sanorum sensus. Non ergo ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amborum spiritus. His uerbis ostenditur, cur spiritus sanctus, cum sit de patre, non tamen dicatur genitus, uel filius.

Cum spiritus sanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere.

Cum autem spiritus sanctus non dicatur genitus sed tantum procedens, quæri solet cur filius non dicitur tantum
Ioa.15 genitus, sed & procedens: sicut ipse in euangelio Iohannis ait: Ego ex Deo processi, uel exiui, & ueni in mundum. Non ergo tantum spiritus sanctus procedit a patre, sed etiam filius. Ad quod dicimus, quod eum uterq; procedat a patre,
Cap.16 dissimiliter tamen. Nam spiritus sanctus, ut ait Aug. in 5. lib. de Trin. procedit à patre, non quomodo natus, sed quomodo datus, uel donum. Filius autem processit nascendo, exijt ut genitus. Ac per hoc illud elucescit, ut potest. s. cur spiritus sanctus etiam non sit filius, cum & ipse a patre exeat. Ideo spiritus non dicitur filius, quia neque natus est: sicut unigenitus, neque factus, ut per Dei gratiam in adoptionem nasceretur, sicut nos.

Quòd

Quòd non potest distingui a nobis inter generationem filij, & processionem Spiritus Sancti.

Inter generationem uero filij, & processionem Spiritus, Sancti, dum hic uiuimus, distinguere non sufficimus. Vnde Aug. Maximino præmissam quæstionem refricanti. s. quæ- To. 6. li. cõtra Maxi. 3. c. 14. Responsio. Aug. quod pater õ auctor processionis filij sit. Ioa. 15 Ioa. 20
renti cur S. S. non diceretur filius, cum de patris esset substãtia respondens sic ait. Quæris a me, si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam S. S. cur unus filius sit, & alius non sit filius. Ecce respondeo, siue capias, siue nõ capias. De patre est filius, de patre est S. S. sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patris, de quo est genitus: iste autem spiritus est utriusque, quoniam de utroq; procedit: Sed ideo cum de illo loqueretur ait, De patre procedit: quoniam pater processionis eius auctor est, qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit, ut etiam de ipso procederet Spiritus Sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret discipulis. Accipite S. S. eumq; in insufflando daret, ut a se quoque procedere significans, aperte ostenderet flando, quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur non tantum de patre, nec tantum de filio; sed de ambobus utiq; nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc; quia filius amborum nullo modo esset: nõ oportuit nasci eum de ambobus. Amborum est ergo S. S. procedendo de ambobus.

Hic dicit quòd non ualet inter illa duo distinguere.

Quid autem inter nasci, & procedere interest, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? Non omne quod procedit, nascitur, quamuis omne procedat, quod nascitur. Sicut non omne quod bipes est, homo est: quãuis bipes sit omnis qui homo est: Hoc scio: distinguere autẽ inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc quia & illa, & ista est ineffabilis, sicut Prophetа de filio loquens ait, Generationẽ eius Isa. 53
quis enarrabit? ita de S. S. uerissime dicitur Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis, quia nõ est a seipso filius; sed ab illo, de quo natus est: non est a seipso spiritus Sãctus; sed ab illo, de quo procedit. Et quia de utroque procedi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, sicut iam ostendimus. De spiritu sancto quomodo ipse de Deo sit, nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo non nascendo legitur esse de Deo: tam superius, quantum visum est, disputauimus.

An spiritus sanctus debeat dici ingenitus.

Nunc considerandum est, cum spiritus sanctus non sit genitus, utrum debeat dici ingenitus. Ad quod dicimus, spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum debere dici. Vnde Augu. ad Orosium ait, Spiritum Sanctum nec genitum, nec ingenitum fides certa declarat; quia si dixerimus ingenitum, duos patres uidebimur affirmare: si autem genitum, duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus, ita & solus pater dicitur ingenitus, eo quòd ab
Ca. 26. alio non sit. vnde Augustin. in 15. Lib. de Trini. Pater, inquit, solus non est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonē qualem valuerint proferentium. Filius autem de patre natus est, & spiritus Sanctus de patre principaliter, & communiter de utroque procedit. Ideoque cum spiritum sanctum genitum non dicamus, dicere tamen ingenitum non audemus, ne in hoc vocabulo uel duos patres in illa Trinitate, uel duos, qui non sunt de alio, quispiam suspicetur. Ecce his verbis aperte ostendit spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum debere dici.

Quòd Hieronymus uidetur prædictis aduersari.

Hieronymus tamen in regulis definitionum contra hæreticos, dicit spiritum sanctum ingenitum esse, his verbis, Spiritus sanctus pater non est; sed ingenitus, atque insactus. Pater non est: quia patris est, & in patre est: processionem habet ex patre, & non natiuitatem. Filius autem non est: quia genitus non est. Ecce ys verbis dicitur spiritus sanctus esse ingenitus: quod uidetur aduersari præmissis verbis Augustini.

Determinatio.

Li. 5. de Trini. cap. 7. Sed vt istam (quæ videtur) repugnantiam de medio tollamus dicimus quòd Hierony. aliter accepit nomen ingeniti, & aliter Augustin. Accepit enim Augustin. ingenitum

tum, qui, vel quod de alio non est, & secundum hoc de solo patre dicitur. Hieronymus uero ingenitum dicit, non genitum, & secundum hoc de spiritu sancto potest dici quòd spiritus sanctus non sit genitus.

Declaratio Hierony. ex Hieronymo.

Quod autem Hieronymus ita acceperit, ostenditur ex uerbis eius, quibus in eodem tractatu utitur, faciens talem diuisionem. Omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Est ergo quod nec natum est, nec factum: & est quod natum est: & factum non est: & est quod nec natum est, nec factum est, & est quod factum est, & natum non est: & est quod factum est, & natum est, & renatum est: & est quod factum est, & natum est, & renatum non est. Nunc præsuppositorum singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum, nec factum est, pater est: non enim ab alio aliquo est. Quod autem natum est, & factum non est, filius est: qui a patre genitus est, nō factus. Quod iterum nec factum, nec natum est, spiritus sanctus est, qui a patre procedit. Quod etiam factum est, & natum non est, cœlum, & terra, cæteraque quæ insensibilia sunt. Quod autē factum, & natum, & renatum est, homo est. Quod uero factū est, & natum est, & renatum non est, animalia sunt. Ecce his uerbis ostendit Hieronymus se ingenitum accipere, non genitum. Aliter enim non esset præmissa diuisio uera, scilicet omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Atque in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingeniti, vbique ponit non natum. Diuisio notatu digna.

SVPRA egit magister de processione per cō parationem ad illum ad quem, & a quo est. Hic tertio loco agit de ipsa secūdum comparationem, & generationē, a qua differt. Et hæc pars habet duas partes. In prima Magister quærit, & determinat utrū spiritus sanctus debeat dici genitus. In secunda utrum debeat dici ingenitus. ibi. *Nunc considerandum est, cum s.s. non sit genitus, &c.*] Item, prima pars habet quatuor. In prima ostendit, q̄ s.s. nō debeat dici natus, uel genitus, uel filius. In secunda ostendit, q̄ cum s.s. nō dicatur genitus, cur filius, qui dicitur genitus, etiam dicitur procedere. ibi. *Cum autem s.s. non dicatur genitus, &c.*] Et ratio est, q̄ aliter dicitur filius procedere, quam s.s. In tertia uero tentat assignare differē

tiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam inter generationem,& processionem. ibi. *Inter generationem uero filij, & processionem, &c.*] In quarta uero, & ultima ostendit humanam insufficientiam ad illam differentiam indagandam ibi. *Quid autem inter nasci & procedere interfit &c.*] similiter secunda pars, in qua Magister querit, & determinat, utrum s. s. debeat dici ingenitus. habet quatuor partes. In prima ostendit Magister, & probat auctoritate Aug. quòd spiritus sanctus non debet dici ingenitus. In secunda uero ostendit contrarium auctoritate Hieron. & ponitur. ibi. *Hieron. tamen in Regulis distinctionum, &c.*] In tertia uero prædictam controuersiã determinat per distinctione. ibi. *Sed ut ipsum, quæ uidentur, repugnatia, &c.*] In quarta auctoritate Hiero. confirmat suam solutionem. ibi. *Quod autem Hieron. ita acceperit, &c.*]

Dub.1 *Si spiritus sanctus filius diceretur, &c.*] Videtur ista ratio Aug. magis ad oppositum, q̃ ad propositum: ex hoc enim similior esset generationi in creaturis, quę est ex duobus. Respon. Dicendum, quod quamuis similior sit quantum ad dualitatem producentium, non tamen quantum ad modum producendi posset esse similitudo; quia sic oporteret, quòd altera personarum esse principium passiuum, quantum autem ad hoc non potest esse similitudo.

Dub.2 *Nam spiritus sanctus, &c.*] Videtur male dicere; quia cum nõ sit datus nisi ex tempore, uidetur quòd non procedit nisi ex tẽpore. Respõ. sicut infra patebit, si intelligitur de processione temporali, datus dicit actum. Si autem de æterna, datus dicit aptitudinẽ. Item. Quæritur de hoc, unde Aug. respondet Maximino præmissam quæstionem restricanti sic. Spiritus san. est deus, & non est deus nascendo: ergo nõ deus naturaliter: ergo adoptiue. Et quòd hoc argumentũ sit bonum, uidetur: quia quod inest alicui naturaliter, inest ei a natiuitate: ergo quod non inest a natiuitate, non inest naturaliter: ergo cum. s. s. non procedat ut natus, non inest ei esse deum a natiuitate: ergo non est deus naturaliter. Respon. Dicendum ad hoc secundum Aug. q̃ argumentum illud non ualet, nisi in eis, quæ generantur. in aliis non. Et hoc patet, quia Adam erat homo natura, sicut unusquisq; nostrum, & tamen ipse habuit per creationem, quod nos habemus per generationẽ: sic deus pater communicat naturam suam s. s. per spirationem, sicut filio per generationem.

Pater processionis eius, &c.] Dub.3 Videtur male dicere: quia aut hoc quod est [auctor] dicit essentiam, aut notionem. Non essentiam: quia tunc diceret de s. s. Si notionem, quæro quam. Non innascibilitatem: quia illa non dicit respectum ad processionem. Item. non ad generationem, nec ad spirationem: quia nihil esset dictu, ut uidetur. Item. quæritur utrũ pater posset dici auctor generationis. Et quòd nõ, uidetur: quia pater dicitur auctor filii: ergo sicut supra dixit Hila. distin. 9. sensus est, ideò genitor filii: ergo tunc idẽ esset

Hila. Dist. 9. sensus est, ideò genitor filii: ergo tunc idem esset dicere, est auctor generationis quod genitor. Resp. Dicendum, q̃ auctor dicit i patre fontalem plenitudinem, quia ipse non est ab alio; sed alii ab ipso: & inde dicit (ut credo) eandem notionẽ, quam dicit [innascibilis] sed differenti nullo modo. Quia innascibilis dicit priuationẽ prioris: sed [auctor] dicit fœcunditatem, & plenitudinem respectu procedentium ab ipso. quam habet non aliunde, & ideo dicitur auctor ab auctoritate. Auctoritas autem est i patre: quia quod habet ab alio non habet, & hoc est, quòd est innascibilis: & ita patet, quòd potest dici auctor omnium personarum, quæ sunt ab ipso. ex his patet responsio. Dico enim quòd dicit eandem notionem, quam innascibilitas, sed alio modo. Ex hoc patet, qd nunquam dicitur filius auctor spirationis, quamuis spiret: quia non habet a se, sed ab alio: unde auctor proprie dicitur principium alterius non ab alio.

Distinguere inter illam generationem, &c.] Dub.4 Videtur talis ignorantia esse peccatum: quia distinctio personarum de necessitate est fidei, & salutis: sed qui ignorat ea, quæ sunt de necessitate fidei, damnabiliter ignorat, ergo &c. Respon. Dicendum, quòd duplex est scire, scilicet si est, & sicuti est. Scire si est, hoc modo certitudinaliter credere distinctionem, de necessitate salutis est large sumpto scire. Scire autem sicut est, non pertinet ad statum meriti, sed præmii: & de hac scientia loquitur hic Magister & Augustinus. Et nota, quòd tria dicit [Nescio] quantum ad habitum scientiæ [non ualeo] quantum ad ingenium [non sufficio] quantum ad utrunque. Ideo obiicitur de hoc quod dicit Appellatur ingenitus, non quidem in scripturis: sed in consuetudine disputantium. Contra. Dionys. Non est audendum aliquid dicere de illa super substantiali, & sancta Trinitate præter ea, quæ diuinitus nobis ex sacris eloquiis claruerunt: ergo male fecerunt, qui nomen hoc innuerunt. Respond. quamuis istud uerbum nõ dicatur in scripturis, dicitur tamen uerbi huius intellectus: & quia uerbum non est profanum; nec errori coniunctum, cum intellectus uerbi ex scriptura, & fide habeatur, non fuit contra fas & illud Deo attribuere, ut ipsam Trinitatem conferendo, apertius possimus intelligere. *Lib. de Diuin. Nom. 1 primus ferè uerbis.*

Et aliter Augustinus, &c.] Dub.5 Hoc non uidetur uerum, quia hoc modo [ingenitum] cõuenit essentiæ: ergo non est patris proprium. Respond. Dicendum, quòd licet Magister dicat intellectum Augustinus tamen non totum. Ingenitum enim secundum quòd dicitur proprietas patris priuat esse ab alio, nec hoc sufficit ad hoc ut sit notio, nisi etiam consequenter dicat, quòd alius sit ab ipso, quia sicut obiectum est, non esse ab alio, siue non generari, conuenit essentiæ.

Et est quod natum est, & factum non est, &c.] Dub.6 Obiicit Arrius, q̃ duodecim sunt modi gñationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum quolibet dato, sequitur, quòd filius non tantum natus, sed etiam factus est: & hos modos ponit disputans contra Victorianum. Primus modus est p defluxum lineæ a puncto. Secundus est penes emissionem radii a sole, uel ab alio luminoso corpore. Tertius est penes sigillationē characteris, sicut figura fit in cera a sigillo. Quartus est penes immissionem, ut quando a deo datur bona uolūtas. Quintus est penes exitum proprietatis, uel accidentis a principijs subiecti, quę sunt materia & forma. Sextus est penes intentionis, siue speciei abstractionem, sicut species rerum generatur in anima. Septimus est penes excitationē, sicut iterum arbitrium excitatum a gratia procedit in bona opera. Octauus est penes transfigurationem, sicut exære fit statua, uel sicut in figura incisionis. Nonus est penes productionem, sicut a primo mouente immobili producitur motus. Decimus, est penes exitum specierum in genere per differentias diuidentes genus & constituentes speciem. Undecimus, est penes ideationem, sicut arca exterior, ab arca quæ est in mente artificis.

Duodecimus, est penes nascentiam, ut homo generatur ab homine. Quocunque autem prædictorum modorum generetur filius, non tantum genitus est: sed etiam factus est. Ad hoc est respondeo: quia aut Arrius accipit generationem communiter ad creatam, & diuinam: aut specialiter in creatura. Si communiter, tunc dico, quod insufficienter diuidit: quia ultra istos modos est generatio filii a patre secūdum modum singularem, qui est de tota substantia generantis, sicut supra dictum fuit. 9 Dist. in. ubi, quia non potest esse mutatio, nullo modo potest esse factio. Si autem, diuidat generationem ut est in creaturis. Dicendum, quod diuisio illa insufficiens est adhuc: quia omittit generationem æquiuocam, quæ est secundum putrefactionem. Sed ello quod comprehendat eā sub generatione, quę est secundum nascentiam, tamen adhuc non ualet ad propositum, quod si non generatur sicut creatura dicitur generari, nullo modo generatur: quāuis enim creatura sit deo similis: tamen plus est dissimilis quam similis, sicut dicit Aug. 15. de Trin. & Hilarius. Similiter cum omnis comparatio inferiorum plus habeatur hominibus utilis quam deo apta; & ideo hęretici errauerunt qui credebant omnino esse in deo, sicut uidebant in creaturis: & hoc bene tangitur in Glo super primum ad Hebræ. ubi dicitur. Non possunt temporalia comparari æternis integra collatione; sed aliqua tenui similitudine: & ideo sicut supra ostensum est, secundum diuersas conditiones, diuersæ generationes illa representant. Ratione enim conformitatis est similis generationi uerbi a mente. Ratione coæuitatis, similis generationi splendoris a sole, siue de luce. Ratione æqualitatis, generationi iuuentis de juuente.

AR-

ARTICVLVS. I.

QVAESTIO I.

An in diuinis sit ponere processionem?

AD intelligentiam eorum quę dicuntur in litera, quatuor quæruntur. Primo quæritur utrum in diuinis sit ponere processionem. Secundo utrū processio Spiritus sancti sit generatio. Tertio utrū processio Spiritus sancti realiter differat a generatione. Quarto utrum s.s. debeat dici ingenitus, aut non.

QVOD processio sit ponenda in diuinis, ostenditur primo auctoritate Ioan. 15. ubi dicit saluator. Mittam uobis spiritum ueritatis qui a patre procedit. Si ergo ueritas non dicit nisi uerū, & uerba dei nō loquunt nisi proprie uera: ergo ꝓprie est processio in diuinis. ITEM. In diuinis uerissime est origo: ergo & productio; sed omni ꝓductioni actiuæ rūdet ꝓductio passiua: sed productio passiua est ꝓcessio: ergo a primo ad ultimum in diuinis uere & proprie est processio. ITEM. Amor noster & est, amor & ab alio: & exitus eius ab alio, uere & proprie exprimit in uerbo procedēdi: cum ergo amor diuinus, qui est s.s. uere & ꝓprie amor sit, & ab alio sit: sicut nomē amoris ei cōpetit ꝓprissime ita uē ei cōuenire & processio. ITEM. Ad cōpletam rōnem processionis ista duo requiruntur, q̄ sit ab alio, & in alium tendat: sed amor qui est s.s. nō procedit a patre inquantum amat se, sed inquantū unus amat alterū; quia nexus est ergo s.s. est amor quo amans tendit in aliū: & ista duo complectuntur rationem processionis perfecte: ergo processio est in diuinis.

CONTRA. Processio de rōne sui nois dicit elongationē & recessionē. Vnde processio quasi ꝓ cul cessio, sicut prœcessio dicit antecessionē. Sed sicut i djuinis nō est antecessio pp summam simultatē, ita nō est elongatio pp summam uniratem: ergo sicut in diuinis nō ponit nomē ꝓcessionis, ita non dēt poni nomen ꝓcessionis. ITEM. In creaturis ꝓcessio de rōne sui generis dicit motū, & ita indigētiā, & iperfectionē: sed nullū tale nomē dēt trāsferri ad deum: ergo nec processio. ITEM. Creatio dicit specialem dīam processionis, & dignam ad deum nobilitatē: q̄a dicit egressum rei a creatore q̄ est causa nobilissima; sed creatio passiua nullo modo reperit in diuinis, nulla enim persona dī creari: ergo pari rōne nec ꝓcessio. ITEM. Processio in creaturis non dicit nisi dupliciter, uidelicet localis, & causalis. Localis q̄ est i motu ꝓgressiuo. Causalis q̄ est effectus a causa: sed localis non pōt trāsferri ad diuina: quia nulla mutatio fm locum nec in gñali, nęc i speciali, cadit in deo: & ꝓterea cum talis sit ab uno in aliū, oporteret: ponere, q̄ s.s. ęternaliter nō ꝓcederet a pre & filio: nō ergo inuenitur processio localis: sed hęc nobilior est quàm causalis, quia ista est entis completi & a principio intrinseco: ergo per locum a maiori, nec causalis inuenitur in deo, & ita nullus modus processionis reperitur.

R 2 RE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Cum in diuinis sit respectus principij a quo, & respectus termini ad quem; uere inibi processio ponenda est.

RESP. Dicendum, ꝙ processio in creaturis dicit respectum ad principium a quo: ut radius dicitur procedere a sole: siue flos ab arbore: & ꝙ dicit motū, hoc accidit ei. Et similiter ratione nominis dicit respectum ad terminum ad quem: & quòd dicit elongationē, hoc accidit ei. Quoniam ergo in diuinis uterque respectus reperitur: Nam persona procedens respectum habet ad principium a quo; ut amor procedens ab amante respectū habet ad amatum: amor ille, qui est nexus & charitas; ideo uere, & proprie, & perfecte ratio processionis inuenitur in diuinis; unde concedendæ sunt rationes ad hoc adductę.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, ꝙ processio dicit elongationem. Dicendum quod hoc uerum est ī creaturis, in quibus ꝓ appropriationē ad terminum ad quem fit elongatio a termino a quo, propter ui finitatem, & circunscriptionem, & distantiam, & sic non est in DEO. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ processio dicit motū in creaturis, dicendum, ꝙ non transfert rōne motūs; sed rōne duplicis respectus, qui ꝙuis non posse esse in creaturis sine motu ꝓp imperfectionē, nihilominus est ī creatore. AD ILLVD, qđ obī de creatione. Dicēdū, ꝙ creatio de principali impositione dicit exitum de nihilo, & iō nullo mō significatū eius pōt in DEO saluari, nec ꝓprie, nec trāsumptiue, non sic de gn̄atione, & processione. AD ILLVD, qđ obī, ꝙ nec causalis, nec localis. Dicendum, ꝙ immo ad modum causalis. Et causalis uno modo conuenientiam hēt cum locali; nā causalis ꝓcessio uno mō terminatur in procedente, & ita, ꝙ nihil ultra respicit, ut cum dī, filius procedit a patre. Alio modo prout effectus respicit aliquē ut terminū, & sic ꝓcedit amor ab amante ī amatum, & aliquo mō conuenit cum processione locali; qa respicit terminū ad quem. Alio modo differt, qa non respicit tanquā in illo respiciatur; sed tanquā obiectū: & qm respectus, & emanatio uere reperiuntur in diuinis, hinc est, ꝙ illa emanatio dicitur ad similitudinem emanationis causalis; sed similitudo localis ꝓcessionis ibi nō cadit, nisi lōginque, & iō Græci decepti sunt. Et ad illud, ꝙ ꝓcessio localis est pfectior. Dicendū, ꝙ processio localis semꝓ hēt imperfectionē coniunctā ratione nominis, nō sic originalis: & uerum est, ꝙ perfectior est in ter motus; sed ꝓcessio in diuinis nō dicit motū; sed originē sine motu, & mutatione, sicut supra dictum est de generatione.

QVAESTIO II.

An processio idem sit quod generatio?

VTRVM ꝓcessio s.s. sit generatio. Et ꝙ non, uidetur. Aug. de Trin. 15. Sicut filio prǽstat essentiā sine ullo initio tēporis, & sine ulla mutatione generatio; sic spiritui sancto processio: Ergo si non est idem quod pōstat essentiam duabus personis &c. ITEM. Hoc ipsum uī rōne; quia

Dif. 10 generatio est emanatio ſm modū fœcūditatis naturæ: sed sicut supra probatū est, s.s. ꝓcedit per modum liberalitatis & amoris: ergo nō gn̄atur: ergo gn̄atio nō est processio. ITEM. Nihil unū exit a duobus similibus ꝓ uiā generationis, uisi alter sit ut pr̄, alter ut mater: alter ut principiū actiuū, alter ut principium passiuum: sed s.s. procedit a duobus similibus: ergo si per uiā generationis, alter est ei ut pater, alter ut mater, qđ omnino absurdum est. ITEM. Filius est sua generatio, & s.s. est sua processio: ergo si ꝓcedere esset generari, spiritus sanctus esset filius: sed Spiritus sanctus procedit a filio, & dī spiritus filii, sicut filius dicit patris: ergo si filius non est pater, nec spiritus s. est filius: ergo nec processio est generatio.

CONTRA. In his inferioribus generatio est motus ad substantiam. Vnde generatio est substātię productio. sed processio spiritus s. est substantiæ ſm hypostasim productio: ergo est generatio. ITEM. Generare sic diffinitur a Damas. Generare est sibi similē in substātia producere: sed spiratione uel processione producit spiritus similis in natura: ergo & processio est generatio. ITEM. Actiones & mutationes denominantur a termino: ergo quæcunque cōueniunt in eo qđ habet per emanationem, conueniunt in modo emanandi, sed filius, & spiritus s. conueniunt in substantia quam habent ꝓ emanationem: ergo conueniunt in emanatione: ergo si modus emanandi filii est generatio, & spiritus s., similiter. ITEM. Productio est superius ad generationem: sed quæcunque producuntur, ꝓcedunt: ergo processio est superius ad generationem: ergo generatio est processio: ergo pari ratione processio est generatio.

Lib. 2. cap. 8. Arist. 5 Phy. 4.

SI DICAS, quod processio appropriatur spiritui s. Quæro rationē, & uidet quod magis debeat appropriari filio, quia si rō procedendi secundum rationē intelligēdi per prius est in filio, ergo processio magis debet ei appropriari. ITEM. Si generās est spirans: ergo genitus est spiratus, & ecōuerso: sed spiratio pas siua est processio, ergo &c.

RESOLVTIO.

Si spiritus sanctus non est idē, quod filius: nec spiratio erit idem quod generatio.

RESP. Dicendū, ꝙ sicut spiritus sanctus non est filius, ita nec processio spiritus sancti est generatio filii.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in cōtrarium, ꝙ generatio est productio substantiæ. Dicendū ꝙ est ꝓducere substantiā similē ſm uoluntatē, & est ꝓducere substantiā similē prǽter naturā, & est ꝓducere substātiā similē per modum naturæ. Isti tres modi distinguunt, & diuersi, & seperabiles sunt quantū est de se: quod patet, quia in productione Adam fuit substantię ꝓductio, & tamen nō fuit gn̄atio. Deus. n. nō gn̄auit Adā, sed creauit. In ꝓductione Euę de Adā, fuit similis substātię ꝓductio: nō tā generatio: quia Adā non genuit Euam. Sed in productione Abel fuit substātiæ ꝓductio ſm uiam naturæ, & ideo fuit ibi generatio ſdm rem: ergo isti tres

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi distinguuntur in Deo. Tamen in actione creaturæ non distinguuntur; quia creatura non potest substantiam producere nisi similem, & hoc per uirtutem naturalem. Et ratio huius est imperfectio potentiæ, & limitatio in creatura, sed in Deo est summa potentia, & ideo in eius operatione isti tres modi habent distinctionem. Ideo quamuis in istis inferioribus gratia materiæ sit completa ratio generationis, productio substantiæ similis, uel productio substantiæ: non tamē in diuinis: imo oportet addi, per modum fœcunditatis naturæ. Et quia ista conditio defecit in productione spiritus sancti, patet, q̄ non sequitur. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ simile habet utique emanationem: dicendū, q̄ differt emanatio in his inferioribus, & in DEO: quia in his inferioribus terminatur ad essentiam uel substantiam, quæ multiplicatur: sed in diuinis terminatur ad hypostases: quoniā ergo hypostasis ad quam terminatur processio, est amor: hypostasis, ad quam terminatur generatio, est imago: & amoris, & nexus est spirari, non generari: ecō uerso imaginis est generari, non spirari: eum non sit consimilis ratio propria hypostasim secundū se, nec erit consimilis emanatio, ipse uero procedit, ac si ad substantiam proprie terminaretur. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ processio est commune generationi. Dicendum, q̄ est commune generationi, & processioni propriæ dictæ: & nos hic loquimur de processione prout tantū spiritui sancto conuenit, hic autem non est communis, nec hoc modo prædicatur, nec subiicit, nec est intelligenda ibi communitas rei, sed solum proportionis, siue modi loquēdi. Quod ergo quæritur, quare magis spiritui sancto appropriatur. Quidam uoluerunt dicere, quod sicut hoc nomē [proprium] commune est diffinitioni, & propriæ passioni: tamen quia diffinitio addit supra nomen proprii, propria passio non, ideo diffinitio habet nomen, propria passio non, sed nomen commune retinuit: sic & dicunt in proposito. Sed hoc est absurdum dicere. quod spiritus non habet proprium, & singulam modum emanandi sicut filius. Ideo uolunt alii, quod addit alium modum, sed quia ille modus in creaturis non est: quia aut raro, aut nunquam procedit aliqua hypostasis aliter quā per generationem, ideo, sacri docto res nolunt nomē proprium, uel nouum fingere, sed magis cōmune appropriare. Sed illud adhuc non uidetur uerum: quia sicut emanatio filii rectē exprimitur uerbo generandi, ita emanatio spiritus uerbo spirandi. Et propter hoc aliter dicendum: quia sicut pater dicitur ingenitus: q̄a ab eo remouetur omnis generatio: quia nec generatur, nec est a generato: similiter econuerso, processio proprie de eo dicitur, in quo est omnino ratio procedendi, & talis est f.f. quia procedit, & est a procedente: non sic autem filius: ideo spiritui sancto attribuitur. Aliter potest dici, q̄ completa ratio processionis cōsistit in comparatione ad principium a quo, & ad terminum ad quē, & quia spiritus in sua emanatione, quia nexus est, utrunque respicit, filius alterum, ideo completissima ratio huius nominis reperitur in spiritu sancto, quamuis aliquo modo reperiat in filio: & ideo spiritui sancto appropriat. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, quòd generans est spirans. Dicendum, q̄ illa prædicatio non est formalis, sed solum ratione suppositi: & quia una persona, siue unum suppositum pōt generare & spirare, ió hæc est uera, generans est spirās, sed nulla p̄sona unica pōt simul pluribus modis emanare: ió non sequitur, q̄ genitus sit spiratus.

QVAESTIO III.

An etiam re, uel tantùm ratione differat processio spiritus sancti a generatione filij?

VTRVM processio spiritus sancti realiter differat a generatione filii, an solum secundū rationem intelligēdi. Et, quòd realiter, uidetur. Personæ differunt ſm suas emanationes, cum personæ realiter differant, non tantum intellectualiter: quia omni intellectu circūscripto, adhuc remanet Trinitas: ergo emanationes, quæ sunt processio & generatio, differunt realiter. ITEM. Quæ sunt a diuersis principiis, realiter differunt, sed generatio est ab uno in diuinis, processio spiritus sancti a duobus. quia a patre & filio: ergo realiter differunt. ITEM. Secundum rem & ueritatem aliquorum est principium diuina substantia, ut uoluntas, quorum non est principium, ut natura: sicut patet: q̄a creaturæ sunt a Deo agente per modum uoluntatis, non per modum naturæ, si ergo processio est uoluntatis per modum uoluntatis, generatio per modum naturæ, ut naturæ: processio & generatio realiter differunt. ITEM. In imagine creata egressus uerbi, & egressus amoris distinguuntur: quia differunt realiter: hoc enim p̄ fectionis est: quia ex hoc faciunt imaginis trinitatem: sed secundum quòd differunt essentialiter, hoc est imperfectionis, sed omne quod perfectionis est, ponendum est in diuinis: ergo processio & gñatio realiter differunt, quāuis non essentialiter.

CONTRA. Pater spirat, & generat: aut ergo inquantum unus, aut inquantum plures, uel plura. Si inquantum plures, uel plura sic pater est compositus. Si inquantum unus, sed quia pater & filius spirant inquantum unum, nō sunt duæ spirationes, sed una: ergo similiter si pater spirat, & generat inquantum unū, spiratio & generatio est una productio. ITEM. Secūdum omnes uerum est, q̄ pater ratione fœcūditatis naturæ intellectualis generat, rōne fœcunditatis uoluntatis spirat: sed in DEO idem est uoluntas & natura: ergo &c.

ITEM. Emanationes patris penes terminos distinguuntur; sed pater omnino idem, totū quod dat filio p gñationē, dat spiritui sancto p̄ processionē: ergo spiratio & gñatio sunt omnino una emanatio. ITEM. Hoc ipsum ostēditur per impossibile. Si differunt, aut seipsis, aut aliis. Non seipsis, q̄a emanationes nec sunt a se, nec ad se, ergo si unū quodque distinguitur per illud quod est, uel a quo, emanationes hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusmodi seipsis non distinguun tur. Si aliis, aut essentia, aut notione, aut persona. Nō essentia, constat: quia illa nō distinguit, nec distinguit. Non persona, qa eius est distinguere, non distingue re: ergo si differunt, hoc erit aliis notionibus: & similiter erit quæ rere de illis aliis, & sic in infinitum, ergo &c. ITEM. Si differūt, aut differentia substantiali, aut accidentali. Non substantiali, qa talis differentia non est in diuinis. Non accidentali quia i DEO non est accidēs, ergo &c. ITEM. Plus differt filius a creatura, quā a spiritu sancto, ergo plus differt generatio a creatione, quā processione. Sed generatio non distinguitur a creatione: ergo nec a processione. Probatio mediæ, creatio est diuina essentia, sed persona & essentia non distinguūtur abinuicem, ergo nec generatio & creatio.

RESOLVTIO.

Et ratione, et re; quia nedum secundum rationem dicendi; sed etiam secundum differentiam originis & habitudinis.

RESP. Dicendum, quod generatio & spiratio siue processio, differunt non tantum secūdum rōnem dicendi, sed ēt secundū differentiam originis, & habitudinis, quia diuersus est modus se habendi, & differens modus originis, talis autem differentia unitati essentiæ non repugnat. Si autem quæratur ratio differentiæ harum emanationum, dicendum, qđ prima rō differēdi non pōt assignari a parte terminorū. Termini.n. sunt personę q̄ nō importāt rōnē differēdi actiue, sed passiue. Si ergo personæ differunt, quare, & in quibus differant, si ostendere uoluerimus, necesse est redire ad emanationes, & relationes, quæ sunt generatio & processio, & ita in hac assignatione erit circulus. Similiter ex parte principiorum. Si enim dicatur quod differant hæ duæ emanationes fm fœcunditatē duplicē, naturę & uoluntatis, quæro, qūo differat fœcunditas a fœcundicate. Si dicas, qđ fœcūditas naturæ est in solo patre, uoluntatis in patre & filio: Hoc ulteriorem habet qōnem, unde uenit hæc differentia: & oportet ad hoc uenire, qđ fœcūditas naturæ est in uno: quia imago procedens per illam, nata est esse solum ab uno, fœcunditas uoluntatis in duobus: quia nexus siue processio per modum nexus est in duobus, & ita redit differēria in primū, & est ibi rō circularis: ergo patet fm hoc, qđ harū emanationū differētia prima, nec est sumenda a parte termini, nec a parte principii. ET IDEO notandum, qđ est loq de hmōi emanationibus quātū ad esse, & quātum ad distingui. Si quantum ad esse, sic habent rationem essendi a suis perfectis principiis, & fœcundis. Quia.n. in DEO est perfectissima natura, & natura uera: ideo perfecta, & uera fœcūditas in hypostasi quę habet rōnem principii. Et quia uera, & perfecta, & propria est fœcunditas naturæ, iō ueram, & propriam habet emanationē, & hæc est generatio: similiter intelligendum est de spiratione quārum ad uoluntatem. Vnde ratio quare huiusmodi uerē sunt in Deo, est uera fœcūditas naturę, & uoluntatis. Si autem loquamur quantum ad differre. Dicēdum, quod seipsis differunt, sicut ostensum est: quia omnis distinctio in diuinis uenit a modis originis & relationis. Vnde sicut duæ differentiæ seipsis differunt, ut rationale, & irrationale: similiter in diuinis hæ duæ emanationes. Et sicut differentiæ differentiarum innotescunt nobis per alias differencias, quæ ab illis oriuntur: sic & in diuinis: Quia enim seipsis distinguūtur generatio & spiratio, ad eas consequitur secundum rationem intelligendi differentia duplex. Vna quia generatio est ab uno, sed spiratio a duobus. Quia.n. generatio est emanatio per modum perfectæ assimilationis, iō ad unum principium respicit. Quia uero spiratio est emanatio per modum connexionis: ideo est a duobus. Alia differentia est in comparatione ad nos. Quia enim spiritus. s. spiratur ut nectens, & ita in alterum tendens: ideo spiritus. s. ut donabilis: filius uero generatur, & generatio nō respicit tertium. Per has differētias necessario elicitur harum emanationū concomitantia. Quia spiratio dat præintelligere generationem: non.n. nectuntur nisi distincti, & similes: & ita illi, quorū unus est ab alio per generationē. Similiter generatio dat consequenter intellige re spirationē: Necesse est enim distinctos, & omnino similes p̄ delitiosum amorem coniungi. Concedendæ ergo sunt rationes probantes quod differunt, sicut est manifestatum in rationibus: sed illæ rationes non sunt sumptæ a priori. Aliqui tamen noluerunt assignare alias differentias: & quidam per nim spirationem, & generationem dicunt differre: sed hæc differentia declarat ignotum per ignotius. Alii ēt dixerunt, qđ filius procedit per modum esse. s. s. per modum bene esse, sed hæc uerba non sunt sana, nec tali materię conueniencia.

Hanc sententiam sequitur S. Tho. q. de pot. qō. 10. arti. 2.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, utrum pater spiret inquantū unus &c. Dicēdū, quod nec inquantum unus, nec inquantum plures, sed inquātū alio, & alio modo se habens: qa alio modo se habet ad filiū, alio modo ad spiritū. s. Iste aūt alius & alius modus se habendi, non repugnat unitati substantiæ uel personæ, sed pater & filius spirāt in eo, quod unum, uno modo se habēs. Inde est quod duplex est processio filii & spiritus. s. a patre, sed una est spiratio, siue processio spiritus. s. a patre & filio. AD ILLVD, quodobr̄, q̄ natura & uoluntas in DEO sunt idem. Dicendum, quod & si natura & uoluntas in DEO considerata absolute sint idem, tamen aliquid respicit uoluntas ut uoluntas in rōne principii, qđ nō respicit natura ut natura. Et inde est, qđ sicut non sequitur creatura est a DEO per modū uolūtatis, q̄ iō sit et p̄ modū naturæ. Similiter qa natura & uolūtas cōparātur ad has emanationes sub rōne principii, ideo nihil prohibet has emanationes differre, quamuis idem sint in substantia natura, & uoluntas. AD ILLVD, q̄ obiicit qđ emanationes differūt penes terminos. Dicendum, qđ in hu

Universidad de Deusto
Biblioteca

his inferioribus est uerum, ubi emanatio dicit ens in potentia: & ita imperfectum: non autem est uerum in deo: quia ibi non dicunt ens in potentia, nec imperfectionem. Vnde in diuinis sunt ratio distinguendi. Tamen si uelimus dicere, quod differūt penes terminū, non accipiemus terminū pro subsistatia, uel essentia, sed hypostasi, ut prius habitū est. AD ILLVD, quod quærit, utrum seipsis, uel aliis? patet qđ seipsis. Et ad id qđ obiicit, q̄ nō habet esse a se: ergo nec distingui. Dicendum, qđ illud non tenet in esse originali: quamuis. n. a genere differentiæ habeāt ortū, tñ non distinguuntur a gñe, sed a seipsis. AD ILLVD, quod obiicitur, qūo differunt, aut substantiali, aut accidentali differentia. Dicendū qđ insufficienter diuidit: quia in diuinis est relationū differētia, ut dicit Aug. in 5. Lib. de Trin. quæ nec accidentalis, nec substantialis est, sed magis dr̄ originalis. AD ILLVD, qđ obiicitur de creatione. Dicendū, quod ratione connotati, magis differt creatio: sed ratione principalis significati, non tñ differunt: quia non tñ differt essentia a persona, quantum persona a persona. Vnde prædicatur essentialiter de persona, nec facit aliquo modo aliquem numerū psona, erge, distinguitur ab alia persona. & ideo non ualet argumentum.

Cap. 5.

QVAESTIO IIII.

An spiritus sanctus sit ingenitus?

SVpposita differentia generationis & processionis. Quæritur hic quarto, utrum spiritus sanctus sit genitus. Et quòd sic, uidetur auctoritate Hieronymi quam Magister ponit in litera. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ratione Hieron. Quia omne qđ est, aut est ingenitum, aut genitum, aut factum: sed spiritus sanctus non est genitus, aut factus: ergo est ingenitus. ITEM. Negatio priuatiua cum constantia subiecti, æquipollet priuatiuo termino. Vnde nō par circa numerum, idem est quod impar, & sic cum spiritus genitus non sit: ergo est ingenitus. ITEM. Plus differat a ratione generationis spiritus. s. quàm pater: quia pater generat, quamuis non generetur, spiritus. s. uero sanctus, nec generat, nec generatur, ergo æque uere priuatur generatio a spiritu. s. ut a patre: ergo sicut pater dicit ingenitus, sic & spiritus sanct.

CONTRA. Aug. ad Orosium dicit, quod solus pater est ingenitus: ergo secundum hoc non conuenit spiritui. s. ITEM. Ingenitus, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum relationem. Si secundum relationem: ergo est notio, ergo spiritus sanct. habet duas notiones, & ita essent sex: quod est contra communem opinionem. Si secundū substantiam: ergo pari ratione diceretur de filio, cum illud q̄ secundum substantiam dicitur, conueniat tribus. ITEM. Cum diuina essentia non sit genita, nec spiritus sanctus sit genitus, nec pater sit genitus, nec etiam aliquod istorum ut factum: ergo ratio ingeniti secundū Hieronymum omnibus conuenit. Quæritur ergo quomodo differunt.

Rsi

RESOLVTIO.

Vtique priuatiue: sed non prout ingenitum tantum ualet quantum nō ens ab alio, & à quo alio.

RESPON. Dicendum, quod aliqui uoluerūt distinguere de hoc nomine ingenitū, quod potest scribi per unum N. & sic tantū ualet quantum increatum: uel p duo N. & sic opponitur ei quod est genitum proprie dictum. Sed hæc distinctio, & si ualeat apud Græcos, non tamen ualet apud Latinos, quia ingenitum p duo N. est uox nō significatiua apud nos. Damascenus autē assignat hanc differentiam in lingua sua: quia Græcus erat. Præterea non ualet ad propositum: quia nihil quæritur hic de ingenito, prout tantum ualet quantum increatum: sed ut tantum ualet quantum non genitum, siue innascibile. Et propterea aliter dicendum est, & breuiter, quod ingenitum uno mō dr̄, prout accipitur priuatiue. s. pro eo quod nō generatur: & hoc modo dicitur de. s. & de essentia. Alio modo prout ingenitum tantum ualet quantum non ens ab alio, & a quo alio: & hoc modo dicit notionem solius patris: quia dicit proprietatē, & dignitatem in patre. Et secundū primum sensum loquitur Hieron. secundū aliū loquitur Augustin. Vnde aliī habeant ortum isti sensus. & quare Innascibilis sit notio, & nō Improcessibilis, infra dicetur.

Reclamat Scot. in 4. dist. 28. q. 2 ar. 2.

Dis. 28 & 31.

EX HIS patet solutio contrarietatis: patent etiam obiecta. Quod ergo obiicitur, quod negatio cum cōstantia subiecti æquipollet termino priuatiuo, uerū est, si sit uere priuatiuum: sed illa ratio concludit solum de hoc nomine secūdum quod priuat, non secundum quod aliquid ponit. AD ILLVD, quod obiicitur, aut priuat essentiam, aut relationem. Dicendum, quod secundum quod dicitur de essentia, solum priuatiue, siue negatiue tenetur. Et ideo non prædicat aliquid: sicut quando dr̄, essentia non generat. Cætera manifesta sunt, &c.

DISTINCTIO XIIII.

De temporali processione spiritus sancti quantum ad principium à quo.

PRæterea diligenter adnotandum est, quòd gemina est processio spiritus sancti: æterna uidelicet, quæ ineffabilis est, qua a patre & filio æternaliter & sine tempore processit: et temporalis, qua à patre & filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab æterno communiter ac simul procedit à patre & filio: & ita, & in tēpore cōiter & simul ab utroq; procedit ad creaturā, non diuisim à patre in filium, & à filio ad creaturam. Vnde Augustin. in 15. Lib. de Trinit. ait Spiritus sanctus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de utroque procedit, quamuis hoc filio pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat.

Quæ & qualis sit hæc temporalis spiritus sancti processio.

Lib. homilia. 1. homil. 11. *De temporali autem processione, Beda in homilia Dominicæ primæ post ascensionem ita loquitur, Cum gratia spiritus sancti datur hominibus, profecto mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio: quia & eius missio est ipsa processio. His uerbis aperte ostendit, donationem gratiæ spiritus sancti dici processionem uel missionem eiusdem. Sed cùm donatio vel datio non sit nisi temporalis, constat quia & hæc processio, siue missio temporalis est. Hanc quoque temporalem spiritus sancti processionem Augustin. in 15. Lib. de Trinit. insinuat dicens, Spiritus sanctus* Ca. 26. *processit à Christo, quando post resurrectionem insufflauit* Io. 20. *in discipulos, his uerbis. Cum resurrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis insufflauit, & ait, Accipite spiritum sanctum: ut etiam eum de se procedere ostenderet: & ipse est uirtus, quæ de illo exhibat (ut legitur in Euangelio) & sanabat omnes. Et ut ostenderet hanc processionem spiritus sancti non esse aliud, quàm donationem vel dationem ipsius spiritus sancti, addit: Post re-* Luc. 6. *surrectionem dominus Iesus bis dedit spiritum sanctum: semel in terra propter dilectionem proximi: & iterum de* Ioã. 10 *cælo, propter dilectionem Dei: quia per ipsum donum dif-* Act. 2. *fundi tur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum & proximum.*

An spiritus sanctus detur, uel eius dona?

Sunt autem aliqui, qui dicunt spiritum sanctum ipsum Deum non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse spiritus: & vt aiunt, spiritus sanctus dicitur dari cum gratia eius, quæ tamen non est ipse qui datur hominibus. Et hoc dicunt Bedam sensisse in superioribus verbis, quibus dicit spiritum sanctum procedere, cùm ipsius gratia datur hominibus: tanquam non ipse detur, sed gratia eius. Sed quod ipse

ipse spiritus sanctus, qui Deus est, & tertia in Trinitate persona, detur, apertè dicit Aug. in 15. Lib. de Tri. ita dicens, Ca. 26. *Eundem spiritum sanctum datum cum insufflasset Iesus: de* Matth. *quo mox ait, Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris,* 28. *& si ij, & spiritus sancti, ambigere non debemus. Ipse est ergo. qui etiam de cælo datus est die Pentecostes. Quo ergo* Act. 2. *Deus non est, qui dat spiritum sanctum? imo quantus est Deus, qui dat Deum? Ecce his verbis aperte dicit spiritum sanctum, ipsum scilicet Deum dari hominibus a patre & a filio. Et quod ipse spiritus sanctus, qui Deus est ac tertia in* Tom. 2 & c. 4. *Trinitate persona, nobis detur, nostrisque infundatur atq;* Ps. 103 *illabatur mẽtibus, aperte ostẽdit Ambr. in 1. Lib. de Spiritu* Act. 9. *sancto dicẽs, Licet multi dicãtur spiritus: quia legitur, Qui* Lib. de spiritu *facit angelos suos spiritus: unus est tamen Dei spiritus. Ip-* cap. 5. *sum ergo unũ spiritũ & Apostoli, & Prophetæ sunt cõsecutisicut ẽt vas electionis dicit, Quia vnum spiritum potauimus: quasi eum qui nõ queat scindi, sed infundatur animis, & sensibus illabatur, ut sæcularis sitis vestringat ardorẽ: qui spiritus sanctus nõ est de substãtia rerum corporalium, nec de substantia inuisibilium creaturarum. His uerbis aperte dicit spiritum sanctũ ipsum, qui creatura nõ est, infundi mẽtibus nostris. Item in eodẽ, Omnis creatura mutabilis est, sed non mutabilis spiritus sanctus. Quid aũt dicere dubitẽ, quia datus est spiritus sanctus, cum scriptum sit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ, qui da-* Ad Ro. 5. *tus est nobis? Qui cũ sit inaccessibilis natura, receptibilis ta-* Eisdem li. & c. 1. Cor. 12. *mẽ propter bonitatẽ suã nobis est, cõplectẽs uirtute omnia: sed qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulens uirtutibus, unicuique præsens, diuidens de suo singulis, & vbique totus. Incircunscriptus ergo & infinitus est spiritus sanctus: qui discipulorum sensus separatorũ infudit, quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebãtur, spiritus sanctus aũt populis infundebatur. Quis ergo dubitet quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus, nec uidetur? Vnus est ergo spiritus. s. qui datus est omnibus, licet separatis Apostolis. Et hic aperte dicit Ambros. quod spiritus sanctus, qui est substãtia simplex, cũ sit unus, datur pluribus.*

Alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alia quoque auctoritate hoc idem astruitur, scilicet quod
Sermone 43. in to. 10 Ad Ro. 5. *spiritus sanctus qui est æqualis filio, hominibus detur. Ait enim Augustinus de verbis Apostoli sic, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui dedit dona hominibus. Quæ dona? Spiritum sanctum: qui tale donum dat, qualis est ipse. Magna est misericordia eius: donum dat sibi æquale, quia donum eius spiritus sanctus est. Præmissis his & aliis pluribus auctoritatibus, aperte monstratur quod s.s.*
Ca. uls. circa fi. *æqualis patri, & filio nobis datur: nec ideo tamen minor est patre & filio. Vnde Augustinus in 4. Lib. de Trin. ait, Non ideo, inquit, minorem spiritum sanctum, quia & eum pater misit & filius, arbitrandum est.*

An uiri sancti, & ecclesiæ prælati dent Spiritũ sanctum.

Hic quæritur, utrum & uiri sancti dent vel possint dare aliis spiritum sanctum. Quem si alijs dant, cum eius donatio supra sit dicta processio, uidetur ab eis procedere spiritus sanctus, vel mitti: sed creator a creatura non mittitur vel procedit. Restat ergo vt spiritum sanctum ipsi non
Ca. 27. Act. 8. *dent, nec possint dare. Vnde Augustinus in 15. Lib. de Trinitate, Non aliquis discipulorum Christi dedit spiritũ sanctum. Orabant quippe ut ueniret in eos, quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique & Simon magus offerens Apostolis pecuniam, non ait, Date mihi & hanc potestatem, vt dem spiritum sanctum: sed cuicunque, inquit, imposuero manus accipiat spiritum sanctum: quia nec scriptura superius dixerat, Videns autem Simon quia Apostoli darent spiritum sanctum: sed dixerat. Videns autem Simon quia per impositionẽ manuum Apostolorũ daretur spiritus sanctus. Ecce his verbis ostendit Augustinus nec Apostolos, nec alios ecclesiæ prælatos dedisse, vel dare spiritum sanctum.*

Quod ne dum non dent, sed nec dare possint.

Ca. eo. loã. 1 & lohe hs 3. *Et quod plus est, non posse ẽt dare dicit in eodẽ libro, subdens, De Christo scriptũ est quod acceperit a patre promissionẽ spiritus sancti, & effuderit, in quo vtraque natura mon-*

monstrata est humana, scilicet & diuina. Accepit quippe vt homo, effudit ut Deus. Nos aũt accipere quidem hoc donũ possumus pro modulo nostro: effundere vero super alios nõ vtique possumus: sed ut hoc fiat, Deum super eos, a quo id efficitur, inuocamus. His verbis expresse dicit, nos spiritũ sanctum non posse super alios effundere, id est, alijs dare.

Quod uidetur contrarium.

Sed huic uidetur contrarium, quod Apostolus ad Gal. de se loquens ait, *Qui tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in uobis. Ecce euidenter dicit se tribuisse spiritum.* Cap. 3
Tom. 4 i expla natione terti ad Gal. Act. 2. 89. 10. & 11. *Sed intelligendũ est hoc dixisse Apostolum, non quia haberet potestatem & auctoritatẽ dandi spiritũ sanctum, sed quia ministerũ habuerit, in quo dabatur a Deo spiritus sanctus. Vt enim ait Aug. super eundem locũ, exponens illud Apostoli uerbum, Ab Apostolo prædicata est eis fides: in qua prædicatione aduentum & præsentiam spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in nouitate inuitationis ad fidem, ẽt sensibilibus miraculis præsentia spiritus sancti apparebat, ut in Apostolorũ Act. legitur. Aperte hic ostendit qũo illis spiritũ sanctũ Apostolus tribuerit: nõ utique ipsum mittendo in eos, sed prædicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, quod spiritus sanctus in eis esset, aliquibus signis uisibilibus monstrabatur. Non ergo homines quantumcunque sancti dare possunt spiritum sanctum.*

Erminata parte, quæ est de processione ęterna: hic incipit secũda pars, quæ est de processione temporali. Et quoniam in hac processione est tria considerare. s. principium a quo procedit spiritus. s. & modus secundum quem, & proprietas: p quam aptus natus est ꝓcedere, ideo hæc pars habet tres partes. In quarum prima agit Magister de processione temporali p cõparationẽ ad principium a quo. In secunda agit de ipsa in cõparatione ad modũ secundũ quẽ. infra Dist. 15. *Nunc de spiritu. s. uidendum est* &c. In tertia per cõparationem ad proprietatẽ per q̃ natus est tẽporal ter ꝓcedere, & hoc est donũ, siue donabilitas. infra Dist. 18. in princ. *Hic quæritur, cum spiritus s. per quem* &c.] Prima pars iterum habet duas. In prima parte ostẽdit, qđ spiritus. s. temporaliter mittat, siue procedat a patre & filio. Secundo quæritur, utrum mittatur, siue procedat a se, infra. distin. 15. in priñ. *Hic considerandum est, cum spiritus. s.* &c. Prima pars est præsentis distinctionis, & ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& habet duas partes. In prima ostendit, q̃ procedit tẽporaliter a patre & filio. In secunda quæritur, utrum spiritus sanctus detur a sanctis hominibus, ibi. *Hic quæritur, utrum & sancti, &c.*] In prima iterum parte tria facit, ſm tres partes. In prima ostẽdit, q̃ gemina est processio spiritus. ſ. In secunda, q̃ utraque processio est a patre & filio, ibi. *De temporali autem processione, &c.*] In tertia, quia spiritus. ſ. tẽporalis processio eius est donatio, ostendit ipse, q̃ ſ. ſ. in ꝓpria persona donetur, non tantum in effectu, ibi. *Sunt aliqui qui dicunt spiritum sanctum, &c.*] Similiter secunda pars, quæ incipit, ibi. *Hic quæritur, utrum & sancti mirabilia uel &c.*] In qua ostenso, q̃ spiritus sanctus procedat temporaliter, hue donetur à patre, & filio, quærit Magister: utrũ donet ab aliquo sancto uiro. Et hæc pars hẽt tres partes ſm tria, quę ostendit. Primo nanque declarat, & probat, q̃ spiritus. ſ. nõ detur ab aliquo sancto uiro. Secundo uero ostẽdit auctoritate Augusti. q̃ non põt dari, ibi. *Et quod plus est non posse etiam dari &c.*] In tertia opponit ad contrariu: quia uidetur datus a Paulo, ibi. *Sed hunc uidetur contrarium quod Apostolus. &c.*] ubi soluit, quod non est datus ab ipso, sed ab eius ministerio.

Dub. 1. *Præterea diligenter &c.*] In parte ista sunt dubitationes circa literam, & primo de situ huius partis: quia non uidetur, quòd hic deberet agere de processione temporali, quia in hac parte agit de his quæ ęternaliter deo conueniunt. Præterea, cum generatio filii æterna & temporalis in alio, & alio Libro determinetur: quia æterna in Primo, sed temporalis in Tertio, quare non similiter facit de processione spiritus sancti. Respon. Dicendum, quòd processio temporalis & æterna ab eodem principio sunt, sicut dicit Magister, & iterum est ibi quodammodo modus producendi conformis, & ideo una facit ad declarationem alterius, & ideo incidentaliter ponitur hic tractatus de processione temporali, ad manifestationem processionis æternæ. Sed sic non est de generatione filii temporali, quia non est ab eodem principio, imo à matre tantum, & respicit duas naturas, scilicet diuinam, & humanam: ideo debuit de ea determinari post diuinam, de qua agitur in Primo, & post humanam naturam, de qua in Secundo.

Et tempore alio, qua a patre & filio &c.] *Dub. 2.* Videtur dicere falsum: quia processio tẽporalis est eius missio, sed spiritus sanctus est missus in columba, & in linguis igneis quas non sanctificauit. Si tu dicas, quòd non est missus ad linguas, sed in linguis missus ad Apostolos, quos sanctificauit. Contra, missus est in columba super Christum, nec sanctificauit columbam, nec Christum. Respond. Potest ad hoc dici, quòd Magister non generaliter diffinit hic processionem temporalem, sed specialiter: prout est idem quod missio inuisibilis, in qua datur spiritus sanctus, & sanctificat creatura. Vel põt dici, q̃ generaliter accipit sanctificationem. Sanctificare enim tripliciter accipitur. Vno modo ſm q̃ est de non sancto sanctum facere. Secundo modo iam sanctum in sanctitate confirmare. Tertio modo iam sanctum confirmatum manifestare: & secundum aliquem istorũ modorum reperitur sanctificatio in omni spiritus sancti missione ratione termini ad quem, & sic accipit Magister.

Et ipse est uirtus, quæ de illo exibat &c.] *Dub. 3.* Videtur hoc de spiritu sancto male dicere, quia aut uirtus accipitur proprie, aut appropriate. Primo modo non, constat: q̃ non secundo mõ uidet. quia 1. Corin. 1. dicimus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam, &c. Ad hoc potest dici, quòd spiritui sancto non appropriatur uirtus simpliciter, sed uirtus sanatiua: & hoc, quia gratia sanitatum est donum spiritus sancti, & gratia eius est ipsius animæ medicina, sed filio appropriatur uirtus operandi, quia omnia ꝓ ipsum facta sunt. Aliter potest dici, quòd uirtus uel habet comparationem ad illud quod est, & sic tantum rationem principii: uel ad id cuius est, & sic tenet rationem complementi, uel ad utrumque, & sic tenet rationem medii. Sicut ergo ex ipso, appropriatur patri: per ipsum filio: in ipso spiritui sancto, ita uirtus inquãtum tenet rationem principii: appropriatur patri: inquantum tenet rationem medii, filio: inquantum rationem completionis, spiritui sancto: quia completio est in bonitate, & delectatione ſ. ſ. sed hoc infra melius dicetur.

Post resurrectionem dominus Iesus &c.] *Dub. 4.* Videt enim q̃ ter dederit, q̃a primo dedit eis ante passione, cum dedit eis potestatem eiiciendi demonia, & curare languores. Matth. 10. Item. post resurrectionem. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum. Item. post ascensionem. Act. 2. ergo insufficienter enumerat Augus. *15. de Trin. c. 26.* Respondeo Ad præsens dicendum, quòd possunt numerari dationes spiritus ſ. quantum ad actum, & effectum: & sic numerat Rabanus: & fuerunt tres, q̃a ter dedit, quia ad tria dedit. Primo ad miraculorum operationem. Secundo ad peccatorum absolutionem. Tertio ad infidelium conuersionem. Possunt etiam alio modo numerari, quantum ad locum, & signatum: & sic dedit bis, scilicet in terra, & in cœlo. In terra q̃dam ad commendandum præceptũ dilectionis ad proximum. In cœlo ad commendandum affectum dilectionis ad Deum: & sic patet controuersia.

Vnum spiritum potauimus etc.] *Dub. 5.* Quæritur quo tropo dictum est. Et uidetur quod conueniat magis filio, quia Eccl. 15. dicitur. Aqua sapientię salutaris, &c. Et Prou. 9. Venite, bibite uinum: & hoc dicit ipsa Sapientia, scilicet Dei filius: ergo &c. Respondeo Dicendum, q̃ spiritus sanctus dicitur potus inquantũ ſcularis sitis restringit ardorem. Hic autem appropriatur spiritui sancto: quia (sicut dicit Gregorius, gustato spiritu, desipit ois caro. Inquãtum autem per potum est delegatio nutrimenti ab singula mem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bra, sic appropriatur filio, cuius est sapientia, & prudentia appropriatum, quę quodammodo habent uim regitiuam, & ordinatiuam pastus omnibus uiribus animæ.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c.] Videtur improprie dictū, quia quod diffusum est, dispersum est, & uirtus dispersa, minor est: si ergo charitas potens est, non ergo debet dici diffusa. Respo. Dicendum, quòd infundi, & diffundi proprie dicitur humoris: ipsa autē charitas humori comparatur, quia sicut arbor fomentum, & uitam, & uiriditatem habet ab humore: sic tota spiritualis machina ab amore. Iste autem amor infunditur, inquantum intra recipitur. Diffunditur uero inquantum ex intimis procedens, dilatat affectum ad dilectionem multorum, & mouet omnes animæ uires ad bonas operationes, operatur enim magna, si ē: si uero operari renuit, amor non est: sicut dicit Gregorius. Et ideo dicit Dominus Ioan. 7. Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quod ergo dicitur, quod minuitur. Dicendum, quòd uerum est in his, quę habent ortum ab origine deficiendi, sicut est in puteis, in quibus nō uiuit aqua. Sed charitas habet originem in deficiētē, sicut fluuius.

Dub. 6.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An ponere sit temporalem processionem Spiritus Sancti?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in præsenti distinctione, duo principaliter quæruntur. Primō, quæritur de processione temporali Spiritus Sancti. Secundo, de eius notione. Quantum ad primum, quæruntur duo. Vtrum sit ponere processionem temporalem S.S. Secundò, utrum processio temporalis ponat in numerum cum æterna.

QVÒD sit ponenda processio temporalis, uidetur per Bedam, qui dicit in Homilia, & habetur in litera S.f. missio est processio, sed missio est temporalis: ergo est ponere processionem spiritus sancti temporalem. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ratione sic. Procedere est ab uno in alium: cum ergo f.f. sit a Deo, & sit in creatura, à Deo procedit in creaturam: hoc autem non est antequam creatura sit: sed hoc est ex tempore: ergo &c. ITEM. donum siue datum à dante procedit in accipiētem, cum datur: sed f.f. ex tempore datur: ergo ex tempore ꝓcedit à dante in recipiente: ergo est ponere processionem tpalē.

CONTRA. S.S. processio idem est, quod eius spiratio: sed non dicitur eius spiratio aliqua temporalis: ergo nec processio. ITEM. Sicut processio se habet ad spiritum sanctum, sic generatio ad filium: & quemadmodum spiritus sanctus mittitur

tur in mentem, ita filius, & utrūque ex tempore: sed generatio filii ratione talis missionis nullo modo dicitur temporalis: ergo nec processio spiritus sancti. ITEM. Processio f.f. non dicitur temporalis, nisi secūdum quòd est processio ab aliquo in aliquid, utpote in creaturam: sed processio ab aliquo in aliquid non est nisi dupliciter, aut ſm ꝓcessum ab agente in suscipiēs, aut ſm processum a loco in locum. Sed primo modo non est temporalis ꝓcessio, quia f.f. est persona in se fixa, & stans: ergo non producitur in suscipiente, sed in se. Secundo modo nō, qa quod tali modo procedit, a principio recedit, & ad terminum accedit: hoc autem non conuenit spiritui sancto. ITEM. Omne qđ temporaliter ꝓcedit ab alio, habet initium essendi ex tempore, si ergo f.f. temporaliter procedit: ergo esse incipit. ITEM. Processio temporalis, aut dicitur tēporalis ratione f.f. aut gratiæ. Non ratione spiritus sancti: qa persona æterna est. Similiter uidetur ꝙ nec ratione gratiæ, qa Aug. dicit 4. de Trinit. ſm ꝙ aliquid æternum mente capimus, non sumus in hoc mundo: ergo si gratia eleuat ad capiendum æternum, esse eius, & processio non est temporalis: ergo nec ꝓcessio f.f. ratione gratię. ITEM. In processione f.f. in creatura est ꝓcessio doni increati, quod est f.f. & doni creati quod est gratia: sed donum increatū est nobilius: ergo cum a nobiliori debeat fieri denominatio, processio spiritus sancti in creaturam debet dici processio increata: sed omnis talis est æterna nō temporalis: ergo &c.

C4.20.

RESOLVTIO.

Est quidem ponere temporalem processionem Spiritus Sancti, sed non ratione eius, a quo procedit: at ratione eius, in quem procedit.

RESP. Dicendum, quòd processio, secundum ꝙ coiter accipitur de filio, & de f.f. dicitur emanatio ab hoc. s. a patre. Secundū ꝙ dicitur de f.f. dicitur processio ab uno in alium. Sed procedere ab uno in alium, est dupliciter, aut sicut in obiectum, in qđ protenditur: aut sicut in susceptiuum, in quo recipitur. Et primus quidem modus est in processione æterna: quia enim f.f. procedit ut amor mutuus: ideo procedit a duobus, ita ꝙ ab uno in alium. Spiritus enim sanctus (ut dicit Hiero. & Augu.) amor est quo pater amat filium, & filius amat patrem. Secundus modus in illa esse non potuit: quāuis ita intellexerunt Græci, ꝙ in filio recipitur f.f. & a patre ꝓducitur: sed penes secundū modum (cum receptio f.f. sit perfluentiam boni gratuiti, quod ex tempore est) attenditur processio temporalis: secundum quod f.f. dicitur ꝓcedere ab aliquo in aliquem, non tantum sicut in obiectum, sed sicut in habitaculum. Et sic concedendum est, ꝙ processio temporalis spūs s. non ratione eius a quo, sed ratione eius, in quod procedit.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur de spiratione, & generatione: iam patet respon. quia neutrum horum nominum respectum dicit in terminum, in quē fit processio. AD ILLVD, quod

obiicitur, ꝙ processio s.s. nō potest esse ab aliquo, ut in recepti uum. Dicendum, quòd uerum est ratione ipsius personæ, sed tamen ratione connotati, quòd est gratia, in qua datur s.s. susci pitur: quia gratia est in aliquo sicut in susceptiuo. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd temporali ter procedit, incipit esse. Dicendum, quòd hæc est duplex, quia hæc determinatio, Temporaliter, potest poni circa actum ꝓcedendi per comparationem ad principium a quo, uel in comparatione ad terminum in quē. Primò modo uera est propositio: sed sic non dicitur spiritus procedere temporaliter, eo ꝙ ex tempore producatur. Alio modo per comparationem ad terminum in quem, sic non habet ueritatem, si procedit in hoc ex tempore, ꝙ habeat initium: sed solum quod incipiat esse ī hoc. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ gratia non procedit temporaliter, quia eleuat ad æternum. Dicendum, quòd temporale dicitur tripliciter. Vnō modo dicitur temporale quod habet initium, & uariationem, & actum in tempore: & hoc modo dicitur temporale, quod subiacet tempori, & est corruptibile, & uariabile. Secundo modo dicit temporale, quod habet initium in tempore essendi: sed non uariationem, ut anima. Tertio modo dicitur temporale quod hēt initium in tempore: sed actum extra tempus, & supra tempus eleuatum: & hoc tertio modo dī temporalis processio, uel grā donatio. Potest tamen dici, ꝙ gra habet esse temporale ratione eius in quo est. s.lib. arb. qā mutat & uariat: & uerbū Aug. quod dicit, ꝙ non sumus ī hoc mundo, est intelligendū quantū ad cōformitatē. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ denominatio debet esse a digniori. Dicendū, quòd totum copulatum: quia destruitur destructione cuiuslibet partis, habet denominationem a parte imperfectiori. Vnde si una pars copulationis est falsa, totum copulatū dicitur falsum. Si una contingens, totum iudicatur contingens. Si una temporalis, & totum temporale. Quia ergo processio temporalis inciu dit emanationem æternam personæ, & emanationem gratiæ, quæ temporalis est, ideo dicitur temporalis, & non æterna. Et quod dicit quòd denominatio debet fieri a digniori. Dicendum, quòd non est uerum, nisi in eo, in quo illud, quod minus dignum est, cōformatur digniori.

QVAESTIO II.

An processio temporalis Spiritus Sancti in numerum ponat cum æterna eiusdem processione?

VTRVM processio temporalis ponat in numerum cum æterna. Et quod sic uidetur per hoc, quod dicit Magister, quòd gemina est processio s.s. æterna, & temporalis. ITEM. Ratione uidetur similiter, quia plus distat temporale ab æterno, quàm æternum ab æterno: illud cōstat, sed ꝓcessio æterna facit numerū eū æterna, qa ꝓcessio filii, & ꝓcessio s.s. sunt duæ: ergo &c. ITEM, quæcumq; habēt ordinē, habēt numerum, & distinctionem: sed processio æterna, & temporalis habent ordinem, quia æterna ante temporalem: ergo habent distinctionem: ergo faciunt numerum: ergo processio temporalis, & æterna sunt duæ.

CONTRA. Numerata processione, numeratur procedens, quia unum, & idem nō procedit bis: ergo si sunt duæ processiones, sunt duo procedentes: ergo s.s. sunt duo: sed hoc est falsum, quia unus est s.s. procedens: ergo & primum. ITEM. processio tēporalis, & æterna si differunt, aut hoc est ex hoc quòd sunt diuersæ emanationes: aut quia diuersus modus emanandi. Non quia diuersæ emanationes: quia tunc essent diuersi emanantes. Nec quia diuersus modus, quia pater, & filius semper uno modo spirant: ergo s.s. uno modo procedit. ergo &c. ITEM. Homo pictus, & homo uerus non sunt duo homines, (non enim numerantur nisi uniuoca, & quod dicitur de duobus secundum unam naturam) sed temporale, & æternum minus communicant, quàm homo pictus, & homo uerus: ergo processio temporalis, & æterna non est dicenda gemina. ITEM. Processio temporalis non addit super æternā nisi respectum, uel effectum in creatura: sed respectus uel effectus, causæ additus, ipsam non numerat. Vnde sol lucens, & sol illustrans, siue illuminans non sunt duo: similiter Deus ens, & Deus creans; ergo nec ꝓcessio æterna, nec temporalis erit dupliciter.

RESOLVTIO.

Processio geminatur: ut procedens non geminatur?

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, ꝙ processio dicitur geminari, aut ratione procedentium, ut puta cū procedunt duo filii: aut ratione modi, ut amor, & uerbum dupliciter procedunt: uel ratione modi dicendi, ut dicatur processio gemina, id est, dupliciter dicta. Sed attendendum est, ꝙ modus dicendi est triplex, scilicet uniuocus, æquiuocus, & analogus. Cum est modus equiuocus, ibi est geminatio circa dici, & non circa esse. Vnde homo pictus, & homo uerus dupliciter dicitur homo: sed non est duplex homo, uel duo homines. Cum est modus dicendi uniuocus, est geminatio circa esse, & nō circa dicere. Vnde homo uerus ī Sorte, & Platone numeratur: quia sunt duo hoīes: sed non multipliciter dr. Vbi est modus dicendi analogus, quia partem tenet de natura uniuoci patrem de natura æquiuoci, ibi est enumeratio in essendo, & dicendo. Secundum hunc ergo modum dicendum, ꝙ processio secundum quod dicta est de ꝓcessione temporali, & æterna, non est uniuocè, nec æquiuocè, sed analogicè: quia unus modus clauditur in alio. Procedere enim ab hoc in hoc, ut in obiectū, est æternū. Sed ꝓcedere ab hoc in hoc, ut in habitaculū, est tpale. Qm̄ ergo analogū est, sicut dictum est, & sic ideo est ibi duplex dici, & una processio dicit dupliciter, & ita per consequens duplicitet esse, ut non in

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuenienter dicatur processio ſ.t. eſſe duplex.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, ꝙ multiplicata processione, multiplicatur ꝓcedens. Dicēdū, ꝙ uerū eſt, ſi accipiat de multiplicatione ſm unū modum dicendi. Vñ ſi gemina eſſet proceſsio, ſm ꝙ ꝓceſſio dr exitus ab aliquo, utique duo eſſent ꝓcedentes: nunc nō ſic, ſed gemina quia uno modo eſt ab aliquo in aliquem, ut in obiectum: alio mō ab aliquo in aliquem, ut in habitaculū. AD ILLVD, quod obiicit, ſecundo: aut eſt duplex ꝓceſſio, quia duplex emanatio, uel duplex modus. Dicendum, ꝙ non ſufficienter diuidit, debet enim tertium mēbrum addere. ſ. aut quia duplex modus dicendi non æquiuocus. Et per hoc patet ſequens de homine picto, & uero: qa ibi non eſt analogia, ſed æquiuocatio pura AD ILLVD, ꝙ obī, ultimo, ꝙ reſpectus additus non numerat, &c. Dicendum, ꝙ reſpectus additus ſubiecto nō numerat ſubiectum. Vnde non dicitur ſ.ſ. dupliciter, quia ſpirat, & inſpiratur: ſed quando reſpectus additur ſignificationi termini, tunc neceſſe eſt aliter, & aliter illum dici, & ſi ſit reſpectus non diſtrahens, ita ꝙ non faciat omnino diuerſam ſignificationem, ſed ad illam ordinatus facit analogiam i termino, & numerum ſm dici, & etiam numerum ſecundum eſſe. Vnde ſi hoc nomē [illuminatio] ſignificaret actum lucendi abſolutum, & actum lucendi comparatum; ſol dupliciter diceret illuminare, & eſſet illuminatio ſolis gemina: ſed tamen magis ꝙ prie ibi eſſet geminatio in dicendo, quàm in eſſendo Vnde Magiſter magis proprie loqueretur, ſi diceret proceſsio ſpiritus ſancti dicitur dupliciter: quàm cum dicit, quòd eſt gemina, quia non cadit ibi proprie geminatio.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO.

An Spiritus Sanctus in propria perſona vel in effectu detur?

CONSEQVENTER eſt ſecundo loco queſtio principalis de datione Spiritus Sancti. Et circa hoc quęruntur duo. Primò, quæritur, utrū ſpiritus ſanctus detur ī propria perſona hominibus: an tantum dicatur ideo dari, quia datur eius effectus. Secundò, utrum ſpiritus ſanctus detur ab aliquo ſancto uiro.

QVOD detur in propria perſona, ſic oſtenditur. Ad Roman. 5. Charitas Dei diffu a eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus ē nobis: ſed nihil diffundit charitatem, niſi ſpiritus increatus: ergo &c. ITEM. Auguſtin. dicit, 5. de Trinit. quòd ſpiritus ſanctus eſt donum, & eo dicitur donum, quia datur: ergo ſi perſonaliter eſt donum, perſonaliter datur. ITEM. Hoc ipſum oſtenditur ratione. Spiritus Sanctus eſt amor, & primus amor: ſed amor eſt donum primum, in quo alia dona donantur: ergo ſi non eſt poſterius ſine priori, non eſt ponere dona ſpiritus ſ. dari, quin detur proprie. ſ.ſ. ITEM. ſ.ſ. datur ad uniendum, & colligandum membra corporis myſtici, ſed membra corporis myſtici ſunt membra inuicem unita, ſicut ipſe dominus petit. Iohan. 17. ut ſint conſummati in unū: ſed perfecta unio non eſt niſi in uno ſimplici, ergo mēbra uniūtur per aliquod quod eſt unum & idem in omnibus, hoc autem nō poteſt eſſe donum creatum ſed increatum: ergo neceſſe eſt cum dono creato dari increatū.

CONTRA. Gratia eſt ars recte uiuendi: & gratia eſt donū ſufficienter dirigens animam in finem: ergo uī ꝙ aliud donum quam donum gratiæ creatę nō ſit animæ opportunum: ergo ſi non eſt in operibus Dei ponendum ſuperfluum, patet qđ non eſt neceſſe dari ſ.ſ. ITEM, cum aliquis ſanctificatur per gratiā, nihil eſt in eo quod non eſſet prius, niſi gratia, ergo cum dare ſit facere quod aliquid ſit in iſto, quod non erat prius, non datur niſi gratia. Si dicas quod ſ.ſ. eſt in eo ut ſanctus, prius erat ut ſpiritus: ergo nihil aliud eſt quam ſpiritus ſanctus faciens tem gratiam ſanctificantem in hoc. ITEM ꝙ datur poſt donationem, eſt in poteſtate accipiē tis, ſed ſ.ſ. ſub nulla poteſt redigi poteſtate, ergo non poteſt dari. ITEM. Quod datur alicui differenti per eſſentiam, aut de nouo creatur, aut multiplicatur, aut eius poſſeſſio transfertur: ut patet cum do alicui cappam: ſed perſona ſ.ſ. nō creatur, nec multiplicatur, nec poſſeſſio eius trāſfertur, quia Deus ſemper habet ſ.ſ. ergo ſ.ſ. non datur.

RESOLVTIO.

In utroque. ſ. & in propria perſona, & in effectu?

RESP. Dicendum ꝙ dare eſt ad aliquid habendum, uel poſſidendum: Habere autem aliquid uel poſſidere, eſt cum aliquid eſt in facultate habentis uel poſſidentis. Eſſe autem in facultate habentis, uel poſſidentis, eſt eſſe præſto ad fruendum uel utēdum. Perfecta autem poſſeſſio eſt, cum homo habet illud, quo poſſet uti, & quo poſſet frui: ſed recte frui non eſt niſi Deo, & recte uti non conuenit niſi per gratiam gratum facientem: ergo perfecta poſſeſſio eſt, in qua Deus habetur, & eius gratia; ſed perfectum donum eſt ad perfectam poſſeſſionem: ergo non eſt datum optimum, & donum perfectum, niſi detur donum in creatum ꝙ eſt ſ.ſ. & donum creatum quod eſt gratia. Concedendum ergo utrunq; dari.

AD ILLVD ergo, quòd obiicitur de gratia, quod eſt ars bene uiuendi: patet reſponſio, quāuis, n. ſit ars qua utimur: non tamen eſt poſſeſſio qua fruimur, ut obiecto: & ideo non eſt perfectum donum ſine illo. AD ILLVD quod obiicitur, nihil plus eſt in iſto quàm prius. Dicendum, quod dari non ordinatur ad eſſe, ſed ad habere: licet enim ſ.ſ. eſſet prius in peccatore, non tamen habebatur ab eo: quia peccator non habebat facultatem fruendi ipſo. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ datum eſt in ptāte accipientis. Dicendum, ꝙ aliqd datur alicui ut finiens, ſicut pręmium merenti. Aliquid ut perficiens, ut gratia conſentien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci. Aliquid ut subseruiens, ut equus militi. Quod autem dicitur, quod datum est in potestate accipientis, uerum est de donatione tertio modo dicta, nō primo, & secundo: quia illi sunt modi habendi, in quibus habēs & habet, & habetur. Vnde homo habetur a gratia: & habetur a dono quo fruitur. Ex hoc patet ultimum, quod illud uerum est de eo, ꝙ datur ut possessio limitata. Sed de eo, quod datur ut finiens, non; quia tale simul potest dari multis, & habere a multis, qa ad idem tendūt, & ideo cū datur, non transferf.

QVAESTIO II.

An spiritus sanctus à sanctis uiris detur?

VTRVM spiritus sanctus detur ab aliquo uiro sancto. Et quod sic, probatur hoc modo. Spiritum sanctum dari non est aliud, quam gratiam gratū facientē dari. Sed ostenditur qꝫ gratiam gratum facientem ab homine dari siue infundi, est possibile, & conueniens, & uerum. Et quod sit possibile, uidetur a minori. Quia maioris uirtutis est producere formam substantialem, quam accidentalem, & gratia, est forma accidentalis: cum ergo creatura habeat uirtutem producendi formam substantialem, multo fortius uidetur de gratia quæ est forma accidentalis. ITEM. hoc ipsum uidetur posse ostendi a simili, quia gratia est lumen spirituale: sed ita uidemus ī lumine corporali, quod aliquid est luminis datiuum, & aliquid datiuum, & receptiuum, aliquid tantum receptiuum: ergo si lumen spūale est eque potens, pari ratione uidetur de ipso. Sed datiuum cū sit deus, nō pōt esse receptiuū, quia nihil recipit ab aliquo: ergo hoc est reperiri in creatura, quod recipiat lumen spirituale, quod est gratia, & det ipsum, & sic de aliis. ITEM, duo sunt quæ faciunt creaturam hīe posse producendi sibi simile. s. corruptibilitas, ob quam indiget conseruari in alio: & perfectio in natura, ob quam potest in actū perfectum: qui est producere sibi simile. Perfectum n. dicitur unumquodque, quod potest generare tale, quale ipsum est: Si aūt gratia est forma, quæ citissime corrumpitur, & forma magnę perfectionis, ergo debet habere uirtutem producendi sibi simile, sed non in subiecto in quo est, ergo ī alio. ITEM. quod potest perfecte expellere contrarium, potest perfecte generare habitum contrarium. qa contrarium non expellitur perfecte nisi per contrarium: sed gratia potest perfecte expellere culpam: ergo gratia in homine pōt ex se gñare gratiam: sed non in habente: ergo in alio. OSTENDITVR. autem quod sit congruum, quod gratia procedat ab uno homine in alium. Et sic ostenditur. Ratio superbiendi, fuit ratio amittendi gratiam: ergo ab oppositis, humiliatio est ratio recuperandi. Sed si gratia datur ab homine, plus humiliatur homo, quam si tantum a Deo: quia si datur ab homine, humiliat; homo sub deo, & sub homine. Non autem si a solo deo datur, humiliatur sub utroque: ergo uidetur quod ille modus

Aris. de gen. animal.

modus conueniat magis. ITEM si cum actu iusticię (qui est punitio) subiicitur anima peccatrix creaturæ corporali, ut ordinetur in uniuerso: ergo in actu misericordiæ debet subiici alicui creaturæ ut reordinetur: ergo sicut ab aliqua creatura recipit pœnam, sic uidetur cōgruū ut recipiat & gratiam. ITEM, perfectum agens non tantū dat suscipienti formam, sed etiam dat potentiam consimilem: & hoc est in manifestationem suæ potentiæ: ergo si deus est agēs nobilissimum, & qui maxime debet laudari in sua actione, cōgruum est, ut non tantum det formam gratiæ, sed etiam potētiam dandi. ITEM, sicut a deo est esse, ita & bene esse: sed in nullo derogatur deo, cum dat potentiā creaturæ dandi esse: ergo in nullo derogatur eum dat potentiā dandi bene esse: ergo & esse gratuitū. OSTENDITVR autem, ꝙ sit uerum, quia Ioan. 20. dixit dominus. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittūtur eis &c. Item, act. 8. dicitur, ꝙ per impositionem manuum Apostolorū, dabaf S.S. non per impositionem manuum aliorum, ut dicit Gl. ibidem de Philippo discipulo: ergo aliqua uirtus erat in apostolis, quæ non erat in aliis: sed per illam dabatur. s. s. ergo ab homine dabatur spiritus S.

1. Esd. 1.7.

ECONVERSO ostenditur, ꝙ donum spiritus sancti dari ab hoīe, sit falsum, sit incōgruū, sit etiam impossibile. Quod sit falsum, uidetur per Aug. 5. de Tri. Non aliquis discipulorum dabat S. S. sed orabant ut ueniret in hominem. ITEM. Quicunque dat uel donat aliqd, habet posse aliquod actiuum supra illud: sed supra donum spiritus sancti nullus homo habet posse: ergo &c. ITEM, quod sit inconueniens uī, quia si anima ab alio quam a deo gratificatur, alius quam deus cadit medium inter animam & deum. Sed qñcunque aliquid cadit inter animam, & deum, anima hominis est peruersa: ergo ſm hoc dum daretur animæ gratia, peruerteretur. ITEM. Gratia potest supꝫ liberum arbi. ergo si posset homo dare gratiā, homo hīet posse super alterius arbitrium: sed arbitrium quod est alii subiectum, non est liberum: ergo talis donatio tollit arbit. libertatē. ITEM maxima est gloria dei de impii iustificatione, sed maxima gloria dei non debet alii communicari: ergo si communicatur, diuinæ gloriæ derogatur: sed si alius quam deus dat gratiam: alius quam deus iustificat: ergo talis donatio minuit dei gloriam. ITEM. iustum est in eo sperare, qui potest dare meritum salutis, sed si homo posset dare gratiam, posset dare meritum salutis: ergo iustum esset sperare in homine: sed homo est uanitas: ergo donatio talis daret fiduciam uanitatis. Ex his quatuor mediis patet, quòd donatio spiritus sanctus ab homine, tollit ordinem animæ ad deum, tollit arbi. libertatem; minuit gloriam dei, & inducit in uanam confidentiam: quæ omnia sunt in cōuenientia. OSTENDITVR ēr, quòd impossibile sit dari talem

potentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentiam creaturæ. Quia sicut dicit August. Magis est de impio facere pium, quàm creare cœlum &c. Sed potentia creandi non potuit a creatura recipi ergo nec potentia dandi gratiam. *Tract. 72. in Ioan. post medium.*

ITEM. productio gratiæ per præsentiã agentis ab anima suscipitur, sed solus deus potest animæ illabi, ergo solus Deus põt gratiam infundere in animã. ITEM gratia est forma simplex, & deiformis, & spiritualis, non habens ortum a principiis subiecti: ergo cum anima rationalis rõne deiformitatis & spiritualitatis non possit esse nisi a Deo: patet, ꝙ nec gratia, quæ æque spiritualis, imo spiritualior est ipsa anima. ITEM. gratia immediate unit deo: ergo non potest esse à Deo nisi immediate: ergo nullo cooperante: ergo creatura nõ potest producere gratiam. *To. 9.*

RESOLVTIO.

Et quidem impetratiuè, sed minimè effectiuè.

RESP. dicendum, ꝙ sicut istæ ultimæ rationes ostendunt, gratiam siue spiritum sanctum dari ab homine sicut a principio effectiuo, siue productiuo, oino est falsum, & impossibile. Tamẽ propter intelligentiam obiectorum in contrarium, est notandum ꝙ gratiam dari ab aliquo est tripliciter. Vel sicut a præparante, siue ministrante sacramẽta: seu sicut ab annunciante salutaria documenta. Vel sicut ab impetrante per orationem, siue per bona opera. Vel sicut a producente. Primo modo datur gratia a bonis & a malis. Secundo modo tantum à bonis. Tertio modo tantum à Deo: Et per hęc manifesta est responsio ad duo ultima obiecta, quæ probãt spiritum sanctum dari, quia ibi datio nihil aliud est quàm præparatio.

AD ILLVD ergo quod obiicitur primo, ꝙ agens creatum possit in formam substãtialem. Dico, ꝙ non potest in omnem substantialem, ut puta in eam quæ est deiformis, sicut est anima rationalis. Et quia gratia est deiformis, sicut est anima rationalis, ideo non potest ab agente tali produci. Si autem de aliis formis naturalibus arguat, nõ est locus a minori. AD ILLVD quod obiicitur de lumine corporali. Dicendum, ꝙ non est simile. Lumen enim corporale diffunditur per medium deferẽs, & per idem medium potest iterum generari, per quod defertur: gratia autem non est per dilationem, uel delationem, sed per illapsum agentis, & per omnimodam indistantiam: AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ creatura corruptibilis debet habere potentiam generandi: Dicendum, ꝙ uerum est de illa quæ corruptibilis est de se: sed gratia de se nunquam corrumpitur, uel senescit. Vel dic, ꝙ illa non est tota causa, maxime in his quæ non dicunt substantiã completam, sed magis dispositionem. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ gratia potest expellere culpam, Dicendum, ꝙ expellere culpam est dupliciter: uel effectiue, uel formaliter. Qđ põt expellere effectiue, potest efficere gratiam: sed non oportet, ꝙ illud quòd formaliter: quia illud seipso expellit: qñ ergo gratia expellit

expellit formaliter & seipsa, ió non sequitur, ꝙ possit generare illam gratiam. AD ILLVD quod obiicitur, quòd in iustificatione debet peccator humiliari: Dicendum, ꝙ uerum est quia humiliari debet & sub homine, & etiam sub uisibilibus signis: tamen aliter quam sub Deo: qa alius honor debetur deo quam homini: & hoc ió, qa sub Deo humiliatur ut sub principio salutis, & a quo saluatur. Et sic non debet sub creatura humiliari, ut a qua salus detur ei: sed ut a qua talis ministratur. Et sic patet etiam sequens de humiliatione in pœna: non enim est simile de humiliatione illa, qa ibi anima peruersa manens in sua peruersitate, ratione illius subiicitur inferiori per naturã, uel quia habet reliquias peruersitatis: sed in gratiæ donatione, anima peruersa a peruersitate mutatur, & ad Deum immediate ordinat. AD ILLVD, quod obiicitur quod agens perfectum dat potentiam agendi simile. Dicendum, ꝙ uerum est si patiens conuenienter posset suscipere: sed (sicut ostensum) est ex parte hominis nõ est possibile ut talis potentia ab eo recipiatur, ꝓp talis formæ nobilitatem, quæ non põt esse nisi à nobilissimo agente. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ dare potentiam ad bene esse non derogat deo, Dicendum, ꝙ ordo est in essentiis, quia aliquæ creaturæ sunt ita nobiles quod non decet eas nisi a nobilissimo agente produci, vt sunt illæ quę sunt ad imaginẽ. Quoniam ergo gratia est de nobilissimis, patet quòd non potest produci ab homine, sicut nec esse animę. Quæ ultimo obiiciuntur, soluta sunt supra per distinctionẽ dationis secũdum naturam trimembrem.

DISTINCTIO XV.

PARS PRIMA.

Vtrum temporali processione procedat spiritus sanctus a seipso.

HIC considerandum est, *cum spiritus sanctus detur hominibus a patre & filio, quod est ipsum tẽporaliter procedere ab utroque uel mitti, utrũ etiam à seipso detur. Si datur à se, & procedit uel mittitur à se. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus & Deus est, & donum siue datum: & ideo dat, & datur, Dat quidem inquantum Deus: & datur inquantum donum, siue datum. Cum autem donatio siue datio spiritus sancti sit operatio Dei, & communis sit & indiuisa operatio trium personarum: datur itaque spiritus sanctus non tantum à patre & filio sed etiam a seipso. Vnde Augu. in 15. lib. de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.de Tri.dicit quòd seipsum dat. Sicut, inquit, corpus carnis nihil est aliud quàm caro: sic donum S S. nihil est aliud quàm S S. Intantum ergo donum Dei est, inquantum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, etsi nemini datur: quia Deus erat patri, et filio coæternus ante quam cui quam daretur: nec quia illi dant & ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut Dei donum, vt etiam seipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest non esse suæ potestatis, de quo dictum est, Spiritus vbi vult spirat. Ecce aperte dicit quòd S S. seipsum dat. Si enim S S. seipsum dare non potest, & eum pater dare potest, & filius: potest vtique pater dare aliquid & filius, quod non potest S S. Item, Si pater & filius dant spiritum sanctum, nec ipse dat: aliquid ergo pater operatur & filius, quod non operatur spiritus sanctus: dat ergo spiritus sanctus seipsum. Si autem seipsum dat, tunc à seipso procedit & mittitur: quod vtique verum est. Nam processio temporalis spiritus sancti, vel missio, ipsius est donatio, et ipsa Dei operatio. Procedit ergo spiritus sanctus temporaliter à se, & mittitur à se: quia datur à se.

Ioan. 3

Nil mirum, si spiritus sanctus dicatur mitti uel procedere a se.

Cap. 5. circa med.

Ne autem mireris quod S S. dicitur mitti vel procedere à se. Nam & de filio dicit August. in 2. lib. de Trinit. quòd non tantum a patre missus est, sed etiam a seipso, & a spiritu sancto: quærens quomodo filius vel S S. sit missus, cum vterque sit vbique tanquam Deus. Nam vterque, inquit Aug. legitur missus. De spiritu sancto enim legitur, Quem mittet pater in nomine meo. Et iterum, Si abiero, mittam eum ad vos. Et filius de se dicit, Exiui a patre, & veni in mundum. Et Apostolus dicit: Misit Deus filium suum. In propheta autem scriptum est ex persona Dei, Cœlum & terram ego impleo. Itaque, si vbique Deus est, vbique ergo est filius, vbique etiam est spiritus sanctus. Illuc ergo missus est filius & spiritus sanctus, vbi erant.

Ioa. 14
Ica. 16
Ibidem
Gal. 4.
Hier. 23.

Quomodo intelligenda sit missio utriusque.

Cap. 5.

Quocirca quærendum est, quomodo intelligatur missio filij, vel spiritus sancti. Pater enim solus, inquit Aug. in eodem, nusquam legitur missus: sed filius, & S. S. Et de filio primo videamus quo missum eum Apostolus dicat, Misit Deus filiũ suum factum ex muliere: vbi satis ostendit eo ipso missum filiũ, quo factum ex muliere. Proinde mitti a patre sine S S. non potuit: quia pater intelligitur misisse eum, cum fecit ex fœmina: quod vtique non fecit sine S. S. Ecce hic dicit filium missum a patre & spiritu sancto.

Quod a spiritu sancto filius sit missus, auctoritatibus confirmatur.

Li. et c. eisdem. Esa. 49 Cap. 1

Et quod a spiritu S. filius sit missus, vt ait Aug. in eodẽ, auctoritatibus confirmatur. Ipse Christus dicit per Esa. Nunc misit me dominus, & spiritus eius. De hoc Ambr. in Lib. 3. de S. S. ita ait, Quis est qui dicit, Me misit dominus & spiritus eius: nisi qui venit a patre, vt saluos faceret peccatores, id est, Christus? ergo & pater filium misit, & Spiritus Sanctus. Idem in eodem, Datus est a patre, vt Esa. dicit. Puer natus est a nobis, & filius datus est nobis. Datus est, audeo dicere & a spiritu: quia & a spiritu sancto missus est. Dicit enim filius De, spiritus domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionẽ, &c. Quod cum de Lib. Esa. legeret, ait in euangelio, Hodie completa est hæc scriptura auribus vestris, ut de se dictum esse signaret. Bene autem dixit, super me: quia quasi filius hominis, & vnctus est, & missus ad prædicandum. Nam secundum diuinitatem non super Christum est spiritus, sed in Christo. Ecce his verbis ostendit Ambrosius filium esse missum & datum nobis, non tantum a patre; sed etiam a spiritu sancto.

cap. 2.

Quòd filius sit datus etiam a seipso.

Deinde ostendit esse datum etiam a seipso, ita dicẽs in eodem Li. Cum.n. non definitum fuerit per prophetam a quo datus est filius, ostenditur datus gratia Trinitatis, ut etiam ipse filius se dederit. Ecce hic dicit quòd filius se dedit: quia Trinitas eum dedit. Si autem filius a se datus est, a se ergo missus est, & a se processit. Et hoc utique uerum est, & concedi oportet, cum eius missio sit diuina operatio.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod filius sit missus à se.

Quod autem a se mitatur Aug. astruit in Lib. 2. de Tri.
Cap. 5. *dicens, Forte aliquis cogitat, vt dicamus etiam à seipso missum esse filium: quia & Mariæ conceptus & partus, operatio Trinitatis est. Sed inquit aliquis, quomodo pater eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo quærens vt dicat, quomodo eum pater sanctificauit, si et ipse se sanctificauit? Vtrunque enim dominus ait. Quem pater, inquit, sanctificauit, & misit in hunc mũdũ. Et alibi, Ego pro eis sanctifico meipsum. Item quæro, quomodo pater eũ tradidit, si ipse se tradidit? vtrunque enim legitur. Credo respondebit, si probe sapit: quia vna voluntas est patris, & filij, & inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat, illam incarnationem, & ex virgine natiuitatem, in qua filius intelligitur missus, vt eademque operatione patris & filij inseparabiliter esse factam, non inde separato Spiritu Sancto. Ergo à patre & filio missus est idem filius: quia à patre & verbo eius factum est vt mitteretur, id est, incarnatus hominibus appareret. Nõ enim missus est mutando locum: quia in mundo erat. Quapropter pater inuisibilis, unà cum filio secum inuisibili, eundem filium visibilem faciendo, misisse eum dictus est, qui si ita visibilis fieret, vt cum patre inuisibilis esse desisteret, id est, si in substantia inuisibilis verbi in creaturam visibilem mutata, & transiens verteretur: ita missus à patre intelligeretur filius, vt tantùm missus, non etiam mittens cum patre inueniretur. Cum verò sic est accepta forma serui ut maneret*
adVbil. 3. *incommutabilis forma Dei: manifestum est, quod à patre & filio non apparentibus, factum sit quòd apparet in filio, id est, ab inuisibili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius visibilis mitteretur.*

Summatim colligit quæ ex prædictis astruuntur.

Ex prædictis aperte monstratur quòd filius missus est a patre, & Spiritu Sancto, & a seipso, & quæ sit ipsa missio, scilicet incarnatio, id est, quòd factus est homo, per quod visibilis apparuit, quod est opus commune patris, & filij, & Spiritus Sancti.

Quæstio

Quæstio cur dicit, a meipso non veni.

Sed ad hoc opponitur, si filius a seipso missus est, cur ergo Cap. 8. *ait, A meipso non veni? Ad hoc Aug. respondet in 2. Li. de* Capi. *Trin. dicens, Hoc dictum esse secundum formam serui: secu* primi ci *dum quam non fecit vt mitteretur, id est, non operatus est in* tato. *carnationem: sed secundum formam Dei.*

SVPRA egit Magister de processione temporali ipsius S.S. secũdum quod est à patre & filio. Hic secundo ostendit, q̃ temporaliter procedit a seipso: & hoc intẽdit i tota ista parte usque ibi. *Hic quæritur, utrum semel tantum sit missus filius, &c.*] Vbi incipit agere de modo processionis seu missionis filii, qui est uisibilis & inuisibilis. Et hoc quodammodo accidentaliter; cũ ista missio & filio conueniat, & S.S. Hẽt aũt hæc pars quatuor partes. In prima ostendit, quod S. S. temporaliter a se mittitur, datur, & procedit, & hoc deducendo ad impossibile: quia aliter non essent indiuisa opera Trinitatis. In secunda ostẽdit a minori per auctoritatem, quod pater misit filium una cum S.S. ita quod spiritus s. misit filium, in quem nullo modo habet auctoritatem: ergo multofortius mittit se, & hoc facit ibi. *Ne autem miremur, quod s. s. dicitur mitti uel procedere a se, &c.*] In tertia uero parte ostendit hoc a simili. Si enim filius misit se: pari ratione & s. s. se. & hoc facit ibi. *Deinde ostendit datum etiam a seipso esse, &c.*] in quarta uero & ultima opponit contra prædicta, & hoc. ibi. *Sed adhuc opponitur; si filius a seipso, &c.*] Vbi etiam soluit, & breuiter epilogat prædeterminata.

Donatur itaque s. s. non tantum a patre, &c.] Videtur dicere falsum: quia supra fecit argutum, quod non potest dari a sanctis uiris: quia non potest ab ipsis procedere; sed non potest a seipso procedere: ergo pari ratione non potest dari a se. Respon. Dicendum, q̃ Magister arguebat de processione temporali, & de hac bene concedit ipse quòd procedit a se, eo quòd propriæ potestatis est, ut spiret in eum, in quem uult; sed sancti uiri nõ habent posse in eum. Dub. 1.

Sicut (inquit) corpus carnis nihil aliud est quàm caro, &c] Videtur, si similitudo bona est, ut oẽ qd̃ est donũ. s. s. sit spiritus s. Sed contra. Timor est donum spiritus s. & non est spiritus s. Resp. Dicendum, q̃ donum cum dicat relationem, ac per hoc quodammodo distinctionem: potest illam importare tripliciter. Aut secundum modum intelligendi, aut secundum modum essendi: aut secũdũ essentiã. Primo modo idem est dans & datũ. sicut idem intelligens, & intellectum: sed differens ratione modi dicẽdi: quia datur idem a se: & sic intelligit Aug. Alio modo secundum modum essendi, siue se habendi, qui alius est & alius in personis; & sic dicit relationem personæ ad personam. Tertio modo importat distinctionẽ secundum Dub. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum essentiam,& respectū creaturę ad essentiam increatam,& hoc modo amor dicitur donum spiritus s. sed hoc infra melius patebit.

Dub. 2 *Si pater, & filius dant, &c.*] Quia ista ratio, ut supra dictum est non ualet, Pater potest generare filium, & filius non potest: ergo pater potest aliquid quod filius non potest; ergo pari ratione,cum s.s. dicit personam ut filius,non ualet. Si tu dicas,q̄ nō est simile propter actum dandi, qui est operatio in creatura. Cōtra,sicut dicit Magister in litera. spiritus sancti donatio est eius processio:sed illud argumentum non ualet: spiritus.s.procedit, & pater non: ergo aliquid facit spiritus s.quod non pater;ergo similiter nec in proposito.Si tu dicas mihi, q̄ non est simile de actiua & passiua.Contra,inflexio nominis per casus,non uariat significationem; ergo similiter uidetur, quòd nec ibi sit uariatio per actiuum. Et si tu dicas,quòd non est simile,ostenditur,quòd sic; quia omnis actiua infert passiuam; ergo uidetur,quod si in uoce actiua tenetur essentialiter, quòd similiter in passiua. Respon. Dicendum,quod(sicut prędeterminatum est)rationes Magistri bonæ sunt,quia ipse accipit Dare, secundum quòd dicit effectum in creatura, & sec̄m hoc cōmune est ribus personis necessario, & hoc in actiua significatione. Dare enim spiritum sanctum alicui,est facere,quòd inhabitet in eo:& ideo non est simile de potentia generādi. Ad illud, quod obiicitur, quòd Magister dicit, q̄ donatio idē est quod processio.Dicēdum, q̄ loquitur de donatione passiua, secūdum quod arctatur ad spiritum sanctum,& argumentum suum bonum est: quia ab eodē principio est actio, & passio: ergo si donatio actiua est a patre, similiter & donatio passiua:similiter si donatio actiua est a s.s.& passiua. Ad illud quod obiicitur, q̄ in actiua tenetur essentialiter:ergo & in passiua:similiter ergo potest dici, q̄ pater procedat,dicendum,q̄ argumentum istud non ualet: quia spirare in uoce actiua conuenit duobus, in uoce passiua conuenit uni soli. Sic mittere potest conuenire tribus: procedere uero, siue mitti duobus tantum.

Dub. 3 *Si autem seipsum dat, &c.*] Videtur falsum:quia procedere est produci: ergo si spiritus.s.procedit a se,producitur a se.Si tu dicas, q̄ non dicitur sine determinatione,uidelicet temporaliter: Contra Tēporaliter, est determinatio nō diminuens: ergo sequitur de necessitate, si tēporaliter procedit a se, q̄ procedat a se. Respon. Dicendum, q̄ sicut dictū est supra, processio rōne cōparationis ad terminum,in quo suscipitur a creatura, scilicet, q̄ sanctificatur, de ratione nominis, connotat temporale:& ideo dicitur temporalis:& q̄m ille effectus tēporalis est a spiritu sancto,ideo & processio: licet non ita proprie sicut de patre. Et nō ualet de productione:quia productio solum dicit comparationem ad principium a quo non & connotat effectum. Vnde sicut non ualet, procedit temporaliter, ergo producitur temporaliter:sic & in proposito.

Dub. 5. *Ne autem mireris, quod spiritus sanctus &c.*] Videtur, q̄ male, q̄ bet missionem spiritus sancti q̄ missionem filii, quia missio dicit subauctoritatem i missō,sed plus est de subauctoritate in spiritu sancto, quam in filio: ergo plus de ratione missionis: ergo uidetur q̄ potius deberet procedere e contrario.Item,missio dicit manifestationem: sed missio filii manifestata est per missionem s.s.ergo uidetur quod probet ignotum per ignotius: Ivxta hoc quęritur,de quo dicitur mitti propriūs.de filio,an de spiritu sancto. Respond. Dicendū, q̄ Magister probat missionem s.s.per missionem filii, quia magis expressas habet auctoritates. Adhuc potest tamen nihilominus alio modo dici,quod etiam ratiocinando bene procedit. In missione enim personæ est duo considerare.s.emanationem,rationem cuius est subauctoritas in missio: & quantum ad hoc magis conuenit spiritum sanctum mitti:& quantum ad hoc arguit Magister a minori,quod si filius mittitur a spiritu sancto a se, multofortius & s.s. Est etiam cōsiderare manifestationē,& rōne huius conuenit filio magis: quia magis euidenter apparuit mundo: & quantum ad hoc arguit Magister a manifestiori, & ita p̄ optime procedit. Ad illud, quod obiicitur: quod s.s.manifestat filium, & eius missionem. Dicendum, q̄ hoc nō est ,ppter defectum euidentiæ a parte missionis filii, sed propter cęcitatē a parte uidentium quam remouet s.s.gratia: & sic patet de quo prius. Vno enim modo magis competit filio, alio modo spiritui sancto, secundum duas prædictas conditiones.

Satis ostendit &c.] Secundum hoc uidetur,quod cum s. s. non sit factus ex muliere uideturquod non sit missus. Præterea si filius est factus ex muliere: ergo est factus.Contra,in symbolo, Nō factus. Respon. ista non est communis ratio missionis, sed solum missionis uisibilis ipsius filii,& ideo non ualet de se. Ad illud quod obiicitur, quod non est factus.Dicendum,quod illud non est intelligendum secundum humanam naturam:& ideo oportet addere determinationem:ut dicatur factus ex muliere, uel s̄m humanā naturā: quia simpliciter propter errorē Arrii uitandum, nō recipit eam ecclesiasticum. Dub. 6.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis sit missio?

AD intelligentiam huius partis quatuor quæruntur. Primò quęritur,utrum missio sit in diuinis.Secundo, dato quòd sit, utrum sit ex tempore, uel æterna.Tertio, quæritur cuius sit missio ut missi. Quartò, cuius sit missio ut mittentis.

QVOD missio sit in diuinis, ostenditur primo per scripturam ue.test. Sap.9. Mitte illam de cœlis, & loquitur de sapientia, q̄ est Dei filius. ITEM p̄ scripturā no. te.ad Gal.4. Cū uenit plenitudo t̄pis, misit deus filium suum:& post. Q̄m est is filii Dei,misit Deus spūm filii sui in corda uestra. ITEM.hoc ondit p

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonium ueritatis. Ioan. 16. Cum autem abiero, mittam uobis spiritum ueritatis. ITEM. Ratione uidetur istud idem, quia mittere non est aliud quam ex se aliquem ꝓducere in alium, sicut sol radium mittit in aerē: sed s.s. a patre & filio procedit in creaturam: ergo ab eis mittitur. ITEM, quandocunq; datur aliquid alicui, ut abūti; conuenienter dicitur mitti: sed tota trinitas est abūs peccatoribus quantum ad gratiam in habitantem: ergo qñcunque datur s.s. quantum ad gratiam inhabitantem, non incongrue dicitur mitti: si ergo dari est in diuinis hoc modo, ut dictum est: ergo & missio.

CONTRA Vbicunque est missio, ibi est separatio. Vnde Hier. super Ezech. Quod cōiunctum est, & in uno corpore copulatū, mitti non potest, sed quod extra est. Vnde non mittitur manus, sed iaculum. Sed in diuinis est omnimoda indiuisio, & nulla separatio: ergo &c. ITEM. Vbicunque est missio, est missi ad mittentem subiectio: quod patet: dominus enim mittit seruū, & non seruus dominum. Sed in diuinis est omnimoda equalitas & nulla subiectio: ergo ibi non est missio. ITEM. Vbicunque est missio, ibi est mutatio, quia non dicitur aliquid mitti, ubi est: sed in diuinis, nulla omnino cadit mutatio: ergo &c. ITEM. Missio passiue dicta inquantum talis, est opus ministerii: sed in nobilissima natura inquantum talis, non cadit ministerium: ergo &c.

RESOLVTIO.

Si in diuinis reperitur mittens, missus, & terminus missionis: igitur & inibi missio reperietur.

RESP. Dicendum, quòd missio est in diuinis, sicut ostendunt prædictæ auctoritates & rationes, & transfertur a creaturis ad Deum. Secundum autem quod missio in his inferioribus consideratur, habet respectū ad tria, scilicet ad principium, & ad terminū, & admissum. Ad principium siue ad mittentem, sub triplici habitudine comparari conuenit. Vt ad dantem esse, & sic mittitur radius a sole. Vt ad dātem uirtutem, & sic mittitur iaculum a proiectore. Vt ad dantem iurisdictionem siue auctoritatem, & sic mittitur nuncius a prætore. Secundum oēm hāc cōparationem est i diuinis missio: quia spiritus mittitur a patre & filio tāquam habens esse, & uirtutem, & auctoritatem in operando ab eis: & ideo missio secūdum hunc respectum, est completissimè in diuinis. Non.n. est ponere quod una persona recipiat auctoritatem, nisi a quo recipit uirtutem: nec uirtutem, nisi a quo recipiat esse. Similiter ad terminum sub triplici habitudine comparatur. Mittitur enim aliquid alicui, ubi uidelicet quietāt, ut lapis mittitur deorsum. Mittitur etiā alicui, ut a quo habeatur, sicut aliquis mittit alicui donum. Mittitur etiam alicui ut ad aliquid, scilicet quod operetur. Secundum hanc triplicem comparationem est missio in diuinis. Mittitur enim filius, uel s.s. ut alicui ad inhabitandū, ut alicui ad possidendum, ut donum; ut ad aliquid. s.ad effectum operandum: & ideo missio per comparationem ad terminum reperitur completissimè in diuinis, multomagis quā in creaturis. Si autem loquimur de missione i comparatione ad missum, sic in his inferioribus ponit triplicem cōditionem imperfectionis, scilicet separationē, subiectionem, & mutationem: quæ quidem non sunt in diuinis: est tamen aliquid perfectionis ibi istis correspondens, & ratio huius patet sic. In istis inferioribus separatur missus a mittente propter distantiam termini ad mittentem, ut patet cum mitto aliquē Romam: quia Roma distat à me, si ille debet esse Romæ, oportet quod separetur a me. In diuinis uero, quia deus mittens est ubique, nulla est distantia, & ideo nulla est separatio: loco tamen huiusmodi est missa a mittente egressio, siue emanatio. ET SIC patet responsio ad illud quod obiicitur de conditione separationis.

SIMILITER in his inferioribus est in misso subiectio, propter differentiam mittentis ad missum, quia enim missus recipit a mittente, uel esse, uel uirtutem, uel operationem, & est separatus ab eo in substantia: quia substantia omnino eadem non participatur a pluribus: necesse est quod aliam uirtutem recipiat ab eo, & aliam iurisdictione illa inferiorem: sed in diuinis nō ē substantialis differetia, & ideo omnia sunt equalis nobilitatis in mittente & misso: sed tamen loco huius est inb auctoritatis origo, & sic patet secunda obiectio. Similiter in his inferioribus est in misso mutatio, ꝓp distantiam missi a termino: cum enim non sit in termino ad quem mittitur, ideo oportet quod muret locum, & quod sit i eo mutatio: qa uero in diuinis missus nulli loco abest: non oportet quod personaliter accedat, & ideo non est ibi mutatio. Sed tamen loco eius est alicuius effectus de nouo productio: & sic patet tertia obiectio. Quamuis enim in diuinis non sit separatio, subiectio, & mutatio: tamen loco horum est emanatio, subauctoritatis origo, & noui effectus productio. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur ꝙ pertinet ad mysterium. Dicendum, ꝙ hoc uerum est, ubi missio dicit subiectionem: sed hoc nō est in diuina natura, sed i creaturis.

QVAESTIO II.

An missio in diuinis ex tempore tātum, uel etiam ab æterno sit?

VTRVM missio in diuinis sit ex tēpore tantū, an etiā ab æterno. Et quod ab æterno ostēditur auctoritate, & ratione. Auctoritate sic. Greg. eo mittitur filius quo generatur: sed generat ab æterno: ergo mittitur ab æterno: ergo missio in diuinis est ab æterno. ITEM. Beda in Homil. Spūs sancti missio est processio, sed ꝓcedit ab æterno, ergo mittitur ab æterno. ITEM. Ratione sic. Missio, siue actiue, siue passiue dicta est Deus, sed omnis actio, quæ actiue, & passiue est Deus, ē ab æterno: ergo &c. ITEM. Ois actio quæ habet deū ut terminū, & ut principium: est ab æterno, ut patet cum dicitur Deus intelligit, Deus generat: sed

Homil. 26. in Euang. Paulo post ini tium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed missio est huiusmodi, quia Deus mittit Deum: ergo missio est æterna. Si dicas, quod missio requirit duplicem terminum. s. eum qui mittitur, & eum ad quem mittitur, & ille ad quem fit missio, est temporalis.

CONTRA. Deus potest esse qui mittit, Deus qui mittitur: ergo pari ratione Deus ad quem mittitur. Et uidet quod istę cõparationes principii & termini maxime Deo conueniant. Deus enim est alpha & o, principium & finis: ergo magis propriè dicitur Deus ad quem mittitur, quam Deus qui mittitur. ITEM. Quicquid est Deus est æternũ, missio est Deus: ergo est æterna: sed præmissiæ sunt ueræ: ergo & conclusio. Contra. Ioan. 16. Si non abiero, paracletus nõ ueniet ad uos: cum autem abiero mittam uobis eum. Cum ergo spiritus s. possit mitti, & promitti: ergo &c. ITEM. Ca. 20 August. 4. de Trin. Mittitur filius uel s. s cum ex tempore cuiusquã mente percipitur. ITEM. Omnis missio est aliquid posterius mittente: sed ubi cadit posterius, necessario interuenit rõ principii, & temporis: ergo &c. Prima ꝓpositio per se est uera: quia mittẽs per prius het ipsum quod mittit, q̃ habet ille ad quẽ mittit. ITEM. Ois missio est uel ratione mutationis, uel ratione operationis: sed in diuinis non est mutatio: ergo ad hoc quòd missio sit, necesse est, ꝓ interueniat operatio, & si operatio & effectus, & si effectus & tẽpus: ergo omnis missio est ex tempore.

RESOLVTIO.

Temporalis tantum: quia et eius terminus temporalis est.

RESP. Dicendum, ad prædicta, quòd missio in diuinis nullo modo dicitur nisi ex tempore. Et ratio huius est: quia dicit comparationem, non tantum ad principium, nec tantum ad missum: sed etiam ad terminum; sed terminus ille de necessitate creatus est: quia missio in Deo cum non dicat mutationem, dicit aliquam circa terminum operationem, & ita aliquem effectum: & quia omne quod recipit effectum est creatum, & temporale, ideo missio de necessitate est temporalis.

AD ILLVD ergo, quod dicit Greg. eo mittitur, filius, quo generatur. Dicendum, quòd ipse loquitur præsupposita manifestatione in creaturis, pater enim manifestatur in creatura: sed nõ mittitur: sed filius mittitur: & Grego. reddit rationem, quia nulla alia causa est, nisi ꝓ ille generatur, ille non, idest pater. AD ILLVD, quod obicitur, de Beda. Dicendum, quòd Beda loquitur de processione spiritus sancti, prout est in creatura, & ita semper est temporalis ut missio. AD ILLVD, quod obiicitur ꝓ omne, quod actiue & passiuè in Deo ponitur, æternum est. Dicendum, quòd uerum est, ni si habeat ulteriorem respectum ad creaturam: sed missio præter respectum, qui est mittentis ad missum, importat aliquem effectum in creatura. AD ILLVD, quod obicitur, ꝓ missio actiuè & passiuè est deus. Dicẽdum, ꝓ est quædã actio, q̃ solum respicit passum, ut percutio te: quædam, quæ passum, & aliũ terminum, ut docco te grãmaticam: similiter & mitto te ad illũ. Et ꝓ obicit, uerum est in actione, & passione, quę nihil aliud respiciunt nisi principium, & obiectum: sed non in aliis, quę requirunt aliũ terminum: & ideo habet tantam in proposito. Similiter soluendum est ad sequens, ꝓ uerum est si actio illa omnino terminaretur in deũ. Sed quod obiicit, quod missio respicit Deum, ut terminum ad quem. Dicendum, quod si terminus ad quem est missio, esset ipsum in rõne finiendis; sic uerũ esset: nũc aũt nõ est sic, sed magis in ratione suscipientis. AD VLTIMVM obiectum. Dicẽdũ, ꝓ ibi est paralogismus accidentis, sicut hic. Omne ęs naturale, statua es: ergo &c. quia q̃ erat materiæ, attribuitur statuę rõne artificii. Similiter hic, ꝓ erat diuinæ essentiæ attribuitur missioni ratione connotati.

QVAESTIO III.

An patris sit mitti?

Ca. 20 circa med. QVæritur cuius sit missio, ut missi. Et uidetur, ꝓ sit totius trinitatis. Aug. 4. de Trini. Mittitur filius, cum ex tempore cuiusquam mente percipitur. Sed tota trinitas ex tempore mente percipitur: ergo tota Trinitas mittitur: ergo pater. ITEM. Mitti personam, est ipsam de nouo uenire ad habitandum: sed tota Trinitas de nouo uenit ad habitandum in peccatore, cum gratia datur ei: ergo &c. Minor patet Iohann. 14. Ad eum ueniemus, &c. ITEM. Missio connotat effectum in creatura: sed ita est quòd omne connotans effectũ dicitur essentialiter: ergo missio passiue dicta dicitur essentialiter: sed quod essentialiter dicitur, conuenit toti trinitati: ergo &c. ITEM. Quando aliquid mittit, mittit cũ eo oe, quod inseparabiliter est cõiunctum: sed pater est inseparabiliter coniunctus cum filio: ergo qũ mittit filius mittitur & p. ITEM. Mittere, & mitti, aut sunt æqualis nobilitatis, aut non. Si æqualis: ergo qua ratione dicitur mittere de patre, eadem ratione & mitti. Si est inæqualis: ergo mittens est maior missio: ergo filius est inęqualis patri.

CONTRA Aug. 4. de Trin. pater nusquã legitur missus: sed nõ debemus aliq̃d asserere de deo, q̃d nõ habemus ex scriptura: ergo mitti non conuenit toti trinitati. ITEM. Augu. dicit, ꝓ pater absurdissime dicitur missus: sed sermones ueri non sunt absurdissimi, sed potius falsi: ergo mitti non uerè dicit de patre. ITEM Aug. dicit ꝓ mitti est cognosci esse ab alio: sed pater nõ cognoscit esse ab alio: ergo pater non mittitur. ITEM. Omne mobile reducit ad immobile: ergo missibile ab immissibile: ergo in diuinis est aliqua ꝑsona immissibilis, sed nõ nisi pater: ergo &c.

Cap. 5. paulo post initium.

4 de Trini. c. 20

RESOLVTIO.

Cum pater omnino principio careat omnino & missione passiua carebit.

RESP. Dicendum, quòd missio (sicut patet ex ratione Aug. & medius infra patebit) semp duo habet ex suo intellectu. s. emanationem, & manifestationem

q̃s. seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per effectum, Quia ergo importat emanationem passiuè missio dicta, hinc est, ꝙ cum pater omnino careat principio, ꝙ de ipso nullo mō potest dici missio passiua: unde nō inuenitur: & si inueniretur, esset tanquam falsa, & uelut impropria exponendā.

AD ILLVD ergo, quod obijcit primò, & secundo, ꝙ missio est perceptio ab intellectu, uel inhabitatio de nouo. Dicēdum, ꝙ non dicit totā rōnem missionis, sed solum a parte termini in quem, unde dēt addi cum illis, emanatio ab alio, & tunc nō ualet. AD ILLVD, quod tertio obijcitur, ꝙ connotat effectum: ergo est essentiale. Dicendum, ꝙ nomen cōnotans effectum, aut dicit solū respectum ad effectū, & tunc est pure essentiale, ut creare: aut dicit ēt cum hoc respectū ad personam, & sic potest esse notionale, sicut creare per filium, solius est patris: sic est de hoc quod est, mitti. Quia non dicit tantum comparationem missi ad susceipientem effectum, sed ēt ad principium. Significat .n. ipsum esse ab alio, & in alium, & sic pater. AD ILLVD, qđ obijcitur, ꝙ inseparabilia simul mittuntur. Dicēdum, ꝙ illud est uerum de illa missione, quæ est p̄ separationem: sed de illa missione, quę est per distinctionem, non est dicere, ꝙ sic mittantur necessario illi, qui distinguunt: sicut nec in alia missione illa, q̄ separantur: & qm̄ pater distinguitur a filio, & missio in diuinis dicit distinctionem, ideo nō oportet, ꝙ cum mittatur filius, mittatur pater. AD ILLVD, qđ obijcitur ultimo ꝙ æqualis nobilitatis est mitti, ut mittere. Dicendum, ꝙ mitti non remouet a patre quia dicit ignobilitatē, sed quia dicit emanationem, & subauctoritatem: quæ quamuis non sit ignobilitatis, tamen non conuenit patri.

QVAESTIO IIII.

Cuius est mittere?

VLTIMO quęritur, cuius sit missio, ut mittentis. Et ꝙ sit totius trinitatis, ostenditur sic: Missio idem est ꝙ temporalis donatio: sed temporaliter dare conuenit toti trinitati, quia tota trinitas dat spiritum sanctum ut dicit Aug. &c. ITEM. Aug. 4. de Trinit. Mitti a patre filius sine spiritu sancto non potuit: ergo missio filii conuenit spiritui sancto: ergo eadem ratione missio sui. SI DICAS sicut dicunt quidam, ꝙ illud intelligitur de missione fm̄ humanam naturam, qua missus est ad prædicandum, secundum illud Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me: non autem de missione secundum diuinam naturam. CONTRA. missio secundū diuinam naturam, est missio in mētem, uel in carnem: sed Aug. intelligit de missione in carnē, unde statim subditur: quia pater intelligitur eum misisse cum fecit ex fœmina: ergo constat ꝙ loquitur de missione secundum diuinam naturam. ITEM. Magister facit tale argumentum. Si pater potest dare, uel mittere spūm s. & hoc non facit s. aliquid facit pater quod non facit spūs s. ergo diuisa sunt opera trinitatis.

CONTRA. Datum dicitur relatiue ad dantem, sicut dicit Aug. 15. de Trin. ergo S.S. non dat nisi ab his, ad quos relatiue dicitur, sed non dicitur relatiue ad se, ergo non dat se, ergo nec mittit se. ITEM. sicut pater est prima persona in trinitate, ante quam non est alia: ita s. s. post quem non est alia. Sed pater qa non habet personam ex qua sit, nullo modo dicitur missus, ergo cum. s. s. non habeat personam ex se emanantē, nullo modo dicitur mittere. ITEM. Vbi cunque est missio passiua, ibi ē sub auctoritas respectu alicuius principii in misso; sicut dicitur ab Augus. & Magistro: ergo ubi est missio actiua, ibi notatur auctoritas respū personæ: sed. s. s. nō hēt auctoritatēre spectu sui, nec alterius p̄sone, ergo &c. ITEM. Vbicūq, ē missio, ibi uere notatur distinctio, sicut in creaturis separatio: sed persona. s. s. non distinguitur a se: ergo a se non mittitur, nec filium mittit, cum non habeat auctoritatem in ipsum, ergo non mittit. ITEM, oīs actus, fm̄ quē persona reflectit supra se, est essentialis, & essentialiter dictus: si ergo filius mittit se, uel. s. s. se, ergo mittere, uel mitti essentialiter dicit: sed oīs talis actus dī de tribus, ergo pater mittit se.

RESOLVTIO.

Si mittere dicatur idē, qđ manifestare sicut mitti manifestari: sic totius Trinitatis est: etiam eiusdem personæ respectu sui. Sin aūt dicatur emanare, secus: nec totius s. Trinitatis est; nec eiusdē respectu sui; sed patris tantum respectu filij, patris & filij respectu spiritus sancti.

RESP. Dicendum, ꝙ in hac quę

stione sapientes opinantur contrarie sapientibus. Nam Magister dicit expresse, & nititur probare auctoritate, & ratione, ꝙ Spiritus S. mittat se, & dat se: Nec oportet secundum ipsum, ꝙ inter mittentem, & missum cadat personalis distinctio, sed solum quantum ad rationem intelligendi, ut ipse sit mittens inquantum deus, & idem ipse sit missus inquantum donum. Aliorum Magistrorum, & antiquorū fuit positio, ꝙ mittere, & mitti de ratione sui nominis important subauctoritatem, & auctoritatem, & distinctionem: & ideo nullo modo potest dici, ꝙ una p̄sona mittat se, uel mittatur a se: unde locutiones istę sunt impropriæ, & exponendæ, quæ hoc dicere uidentur: & positionem suam confirmant per Augus. qui dicit, ꝙ pater nullo modo mittitur, nec legitur missus: hoc non est ob aliud, nisi quia hoc, quod est [missus] importat subauctoritatem, ergo ꝙ oppositū [mittere] importat auctoritatem, & una persona non habet auctoritatem supra se. Et rident rōnibus Magistri, ꝙ nō est simile de hoc, quod est dare: & de hoc, quod est mittere. Quia dare uno modo est ex liberalitate, siue amore communicare, & sic est essentiale omnino, & nullam connotat distinctionem: & sic conceditur ꝙ tota trinitas dat seipsam, & pater similiter. Alio modo dare est alicui donum communicare, tantum ex liberalitate, sed etiā ex auctoritate: & sic dare dicit notione, siue tenetur notionaliter: & hoc non modo non ualēt

Dissentiunt Theo. a Magistro in hac positione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illæ rõnes, si pater dat spiritum sanctum, & spiritus sanctus nõ dat se, ergo aliquid facit pater quod non f. s. quia dicit notionem, & in hoc sensu equipollet ei, quod est mittere: similiter do natio passiua, et quod est procedere. Similiter ad simile quod inducit Magister de filio, dicunt ꝙ non est simile, quia in filio duplex est natura, s. diuina & humana. Et quantum ad humanam potest mitti, & mittitur a tota Trinitate, quia minor est Deo, & inferior, & non tantum subauctoritatem habet, sed etiã seruiturem, quia est seruus dei, quamuis per unionem sit deus. Quantum ad diuinam autem mittitur a solo patre, quia a solo patre producitur. Quia ergo spiritus sanctus producitur & a patre, & a filio, & non a seipso: hinc est, quod non mittitur nisi a patre, & a filio: & propter hoc rationes Magistri non ualent, quia omnes auctoritates, quæ dicunt filium mitti a spiritu sãcto, uel a se secundum humanã naturam intelligũtur. Sed licet hæc positio rationabilior uidea tur, & facilior ad sustinendum: tamen quia nõ debemus auctoritates sanctorum ad nostram trahere rationẽ, sed magis eõ uersõ rõnem nostram auctoritatibus sanctorũ subiicere, ubi non continent expressam abstractitatem: & Sancti dicunt & Magister dicit, & maxime Aug. ꝙ plus super hac materia locutus est, filium mitti a spiritu sancto, & a se: quod non possunt exponere secũdum humanam naturam: ideo alia positio tum ob reuerentiam Sanctorum, tum ob reuerentiam Magistri, uidetur magis esse tenenda. Illud enim uerbum Aug. quod dicit ꝙ filius est missus in carnem a spiritu sancto secundum humanam naturam, nullo modo potest intelligi ut uidetur, quia missio hæc fuit ad humanitatis, siue cărnis assumptionem: ergo secundum rationem intelligendi præcedit humanam naturam, ut iam unitam: ergo si filius hoc modo dicitur missus, oportet quòd attribuatur diuinæ naturę, & ita ratione diuinę naturæ missus est a spiritu sancto, multo fortius ergo a se, ac per hoc & spiritus sanctus a se.

Et propterea ad intelligentiam obiectorum in contrariũ notandum est, ꝙ missio de se duo importat. s. emanationem & manifestationem, & principaliter de ratione suæ significationis importat manifestationem. Et hoc patet per August. in 4. de Trinit. qui dicit quòd mitti est cognosci esse ab alio, & habetur in præsenti Distin. quia tunc filius mittitur, cum ex tempore cuiusquam mente percipitur. Quia ergo principaliter importat manifestationem, & connotat in misso emanationem, ideo manifestatio significatur phoc quod est [mittere] ꝑ modum actionis, & per hoc quod est [mitti] per modũ passionis, sed emanatiõ utrobique uniformiter. Vnde sensus est, pater mittit filium, idest declarat, siue manifestat filii emanationẽ, siue filium emanare. In passiua uero, sensus est, filius, siue spiritus sanctus mittit. i. manifestatur ab alio emanare. Et quoniam

niam ablatiuus respectu passiui, & nominatiuus respectu actiui, important rationem principii: & significatio huius uerbi mittere, & mitti, est manifestatio, & emanatio: ideo illa est propriissima, quãdo ablatiuus, uel nominatiuus importat habitudinem principii respectu utriusque, ut cum dicitur pater mittit filium, & filius mittitur a patre, quia filius emanat a patre, & manifestatur a patre. Quia uero principale significatum horum uerborum est manifestatio, non emanatio, quoniam nominatiuus, uel ablatiuus est principiũ manifestationis, quis nõ emanationis ꝓpria est, sed minus prædicta, & i hoc sensu conceduntur istæ. Filius mittit se, & s. f. mittit se. Quia vero tam mittere, quàm mitti important emanationem circà missum, & persona patris non emanat ab aliquo, similiter nec trinitas: ideo persona patris nusquam legitur missa: nec ipsa trinitas. Ex hoc patet, quòd hæc est simpliciter, & omnino impropria, pater mittit se, siue ipsa trinitas: quia recedit a proprietate personarum, & trinitatis. Illa uero est simpliciter, & omnino propria. Pater mittit filium, cum a nullius proprietate recedatur.

Ad illvd, quod obiicitur in contrarium de dato, quod dicitur relatiue, Dicendum, ꝙ uerum est, secũdum ꝙ dare dicit per quandam auctoritatem cõmunicare, hoc modo non accipit Magister, sed inquãtum dare idem est quod liberaliter, & uoluntarie communicare.

Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ pater non mittitur, quia non ab alio, Dicendum, ꝙ non est simile: quia tam mittere, quàm mitti important emanationem in misso, ut patet exponenti: sensus enim est, hæc persona mittit illam, idest manifestat eius emanationem: & hæc, mittitur ab illa. i. eius emanatio manifestatur ab illa: sed hæc emanatio non semper importat respectum omnis personæ mittentis, quia ab aliquo potest esse manifestatio emanationis, a quo tamen non est ipsa emanatio. & ideo sic non ponitur productio in mittente, sicut emanatio in misso: & ideo non sequitur, quod si pater non mittitur, quòd spiritus sanctus non mittatur. Ad illvd, ꝙ obiicitur ubi est passiua, ibi est subauctoritas, dicẽdum, ꝙ uerum est nõ rõne qua passiuum, sed ea ratione qua tam passiuum, quàm actiuum notat emanationem in misso, sicut patuit in expositione. Et quia emanatio non semper est respectu mittentis, ideo non oportet, quòd semper importetur auctoritas in mittente: sed ratio ista ualeret bene si ita esset, ut principale significatum eius quod est missio, esset emanatio, siue productio.

Ad illvd, ꝙ obiicitur ꝙ mittere importat distinctionẽ, Dicendum, ꝙ mittere uno modo importat differentiam substantialem, ut cũ importat dũium, ut cum dicitur, Deus mittit angelum: Alio modo distinctionẽ personalem, ut cũ importat auctoritatem in mittẽte, & subauctoritatem i misso respectu mittentis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentis, ut cum dicitur, patet mittit filium. Tertio modo importat distinctionem solum quantum ad modum intelligendi. Sicut cum dicitur uoluntas est instrumentum seipsum mouēs, quia idem est mouens, & motum. Similiter cum dicitur. Spiritus sanctus mittit se, idem est mittens, & missum, ratione differens. Mittens (inquam) secundum q̄ Deus, sed missum secundum quod donum, sicut prædictum. AD ILLVD, q̄ obiicit ultimo de reflexione actus. Dicēdum, q̄ uerum est quo ad principale significatum, sed nō oportet quantum ad connotatū: & ratione principalis significati est reflexio personę mittentis supra se, ut dicatur, mittens est missus.

DISTINCTIO. XV.

PARS SECVNDA.

De missione filij, & S.S. quantum ad modum, qui duplex est, uisibilis. s. & inuisibilis.

Hic quæritur, utrum semel tantum missus sit filius, an sæpe mittatur? Si enim missio filii ipsius tantum incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, & semel tantum uidetur missus. At si sæpe mittitur, est & alia eius missio quàm incarnatio. Sed quæ est illa; nunquid æterna genitura missio eius dicenda est, an etiam alia missio quærenda est.

Quòd duobus modis dicitur filius mitti.

Ad quod dicimus, quòd duobus modis dicitur filius mitti præter illā æternam geniturā, quæ ineffabilis est, secundū quam etiam missus posset dici, ut uidetur quibusdā; sed melius, ac uerius secundū eā dicitur genitus. Præter eā ergo duobus modis dicitur mitti. s. uel cū uisibiliter mūdo apparuit carne indutus, uel cū se in aīas pias sic trāsfert, ut ab eis percipiatur, ac cognoscatur. Hos duos missionis modos
Sap. 7. *aperte Au. distinguit in 4. lib. de Tri. dicēs, nō eo ipso quòd*
Cap. 20 *de patre natus ē, missus dicitur filius: sed eo, quòd apparuit huic mūdo, uerbū caro factū. Vnde dicit. A patre exiui, &*
Ioh. 16 *ueni ī mūdū: Vel eo, quòd ex tpe cuiusquā mēte percipitur,*
Sap. 9. *sicut dictū est de sapia, Emitte illā de cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ, ut mecū sit, & mecū laboret. i. doceat me laborare: & tūc unicuiq; mittitur, cū a quo quā cognoscitur atq; percipitur, quātū cognosci, & percipi pōt, pro captu, uel proficiēs ī deū, uel perfectæ ī deo aīæ rōnalis.*

Quo-

Quotiens missionibus his dicatur missus.

Ecce, distincti sunt duo modi missionis filij, & secundum alterum semel tantum missus est dei filius, secundum alterum sæpe missus est, & mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est, ut sit homo, quod semel tantum factum est: secundum alterum uero mittitur, ut sit cum homine: quomodo quotidie mittitur ad sanctos, & missus est etiam ante incarnationem, & ad omnes sanctos, qui ante fuerunt, & etiam Angelos. Vnde Aug. de filio, ideſt de sapientia pa Cap. 2.
tris loquens 4. lib. de Trin. ait, Aliter mittitur sapientia, Sap. 7.
ut sit cum homine: aliter missa est, ut sit homo: In animas sanctas se transfert, & amicos Dei, & prophetas constituit, sicut implet etiam sanctos angelos. Sed cum uenit plenitudo temporis, missa est, non ut impleret angelos, nec ut esset angelus, nec ut esset cum hominibus, uel in hominibus, ut antea in patribus erat, & in prophetis: sed ut ipsum uerbum fieret caro, id est, homo.

Quòd altero modorum tantum dicitur missus in mundum.

Præterea notandum est: quod cum his duobus modis mittatur filius, secundum alterum dicitur missus in mundum: secundum alterum uero non. Eo enim modo missus dicitur in mundum, quo uisibilis mundo apparuit. Vnde August. in eodem lib. ait. Cum de tempore cuiusquam mente
percipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum. Ca. 20
Non enim sensibiliter apparet, ideſt, corporeis sensibus præ Vbi su
sto est. Nam & nos secundum quòd mente aliquid æternum pra.
capimus, non in hoc mundo sumus, & omnium iustorum spiritus etiam in carne uiuentium, inquantum diuina sapiūt, non sunt in hoc mundo. Ex prædictis liquet, quod præter ineffabilem genituram, duobus modis mittitur filius. s. cum uisibiliter apparuit, uel inuisibiliter percipitur mente.

Cur pater non dicitur missus, cum ab aliquo cognoscitur, ut filius.

Hic quæritur cur pater non dicitur missus, cum ex tempore a quoquam cognoscitur, sicut filius. Ad quod dicimus quia in eo est principij auctoritas, quæ non habet de quo

sit, à

sit, a quo filius, & spiritus sanctus. Pater enim est, ut ait Aug. in eodē lib. principiū totius diuinitatis, uel si melius dicitur, deitatis; quia principium est filij, & spiritus sancti. Nam ut ait Aug. in eodem, Si uoluisset etiam Deus pater, per subiectā creaturam uisibiliter appareret, absurdissime tamen aut a filio quem genuit, aut a spiritu sancto, qui de illo procedit, missus diceretur. Congruenter autem ille missus dicitur, qui in carne apparuit: misisse autem ille, qui in ea non apparuit.

Vana quorundam opinio circa hæc.

Ideoque putauerunt quidam hæretici, cum pater non sit missus, sed filius, & spiritus sanctus, patrem esse maiorem, ac filium minorem esse, & spiritum sanctum, atque patrē, quasi maiorem, misisse utrumque quasi minorem. Quod Aug. improbat in 4. lib. de Tri. illis contradicens. Nō ideo, inquit, arbitrandum est minorem esse filium, quòd missus est à patre: nec ideo minorem spiritum sanctum: quòd et pater eum misit, & filius: siue enim propter uisibilem creaturā, siue potius propter principis auctoritatem, uel commendationem, non propter inæqualitatem, uel imparilitatem, uel dissimilitudinem substantiæ, in scripturis hæc posita intelliguntur. Non ergo ideo dicitur pater misisse filium, uel spiritum sanctum, quod ille esset maior, & illi minores; sed maxime propter auctoritatem principij commendandam, & quia in uisibili creatura non sicut ille apparuit. Ecce ostensum est, quæ sit missio filij, & quibus modis mittatur.

SVPRA egit Magister de missione quantū ad principium, hic agit de missione quātum ad modum: qui duplex est .s. uisibilis, & inuisibilis. Et quoniam isti modi conueniunt missioni filii, & s. s. ideo Magister primo assignat eos circa missionem filii. Secundo circa missionē S.S. in principio. 16. distinc. *Nunc de s. s. uidendum est, &c.*] Prima pars habet quatuor partes. In prima [præmissa questione] ostendit auctoritate Aug. q̄ filius duobus modis missus est. .s. uisibiliter, & inuisibiliter. ibi, *Ad quod dicimus &c*] In secunda assignat duplicem differentiam istorum duorum modorū: unam ibi. *Ecce distincti sunt duo modi missionis filii &c*] Aliā ibi. *Preterea notandum &c.*] In tertia uero mouet dubium quoddam, quod habet ortum ex prædeterminatis. ibi. *Hic quæritur, cur pater non dicitur missus, &c.*] In quarta uero remouet, siue docet errorem cauere, procedentem ex illius dubii solutione. ibi. *Ideoque putauerunt, quidam hæretici, &c.*] Ex hoc enim quod dixerat patrem non mitti, posset quis credere, in diuinis non esse æqualitatem. Ad hoc respōdens Magister dicit, q̄ hoc non est propter æqualitatem; sed propter principij auctoritatem, huc connotationem.

Dub. 1. *Hic quæritur, utrum semel tantum, &c*] In parte ista sunt dubitationes circa literā, & primo dubitatur de situ. c. 1. huius partis. Videtur enim quòd Magister non debeat hic ponere tractatum de missione filii: qa missio filii est incarnatio; sed de eius incarnatione agitur in Tertio: ergo ibi deberet agere de missione, non hic. Resp. q̄ Magister incidenter introducit hunc tractatum de missione filii propter explicationem missionis. s. s. Posset tamen dici, quòd Magister hic agit de missione filii in mente principaliter; sed de missione filii in carnem per accidens, ut distinguat a missione filii in mentem. De illa autem missione, que est in carnem, specialiter, & principaliter agit in Tertio, & ideo aliter ibi, quām hic.

Dub. 2. *Non eo ipso, quod de patre natus est, &c*] Videtur dicere falsum, & contra Gregor. qui dicit, eo mittitur filius, quo generatur. Respon. Dicendum, quod Aug. loquitur cum præcisione, ut intelligatur non eo ipso tantum, Greg. autem cum præsuppositione manifestationis. Vel aliter, Aug. loquit de gñatione æterna, Greg. de temporali. unde nulla est omnino contradictio.

Missus est etiam ante incarnationem, &c.] Quæritur utrum post incarnationem plenius sit datus filius, & spiritus sanctus. Et q̄ sic uidetur: quia status legis fuit status imperfectionis: status euāgelii, status perfectionis. Lex. n. neminem ducit ad perfectionem; sed euangelium dicit. Estote perfecti. Matth. 5. ergo &c. Item, de s. s. uidetur hoc speciali ter: quia scribitur Io. 7. Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nōdum erat glorificatus: hoc nō dicitur, quòd nullo modo ante fuerit datus: sed quia nō ita abūdanter: ergo &c. Item, maior cognitio, & dilectio est tempore legis gratiæ, quām tempore legis scriptæ: ergo &c. Respond. Dicendum, quòd plenius dari, potest dupliciter intelligi. Aut intensiue, aut extensiue. Si extensiue, sic pluribus datus est s. s. tempore legis gratiæ, quia in omnem terram exiuit sonus eorū, &c. non tantum ad unam gentē Si intensiue, hoc est dupliciter. aut quantum ad generalem statum, aut quantum ad speciales personas. Quantum ad generalē statum in no te. quantum ad speciales personas in uete. te. & sic se habent, ut excedentia, & excessa: Quia in uete. te. fuerunt aliqui uiri euangelici, & sic procedunt rationes ad utranque partem. In uete. testa. fuerunt aliqui abundantes in sapientia, ut Salomon. Aliqui in patiētia, ut Iob. Aliq in mansuetudine, ut Moyses. Aliq in fide, ut Abrahā.

Aliqui

Dub. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliqui in deuotione, ut Dauid. Aliqui in miraculorum opere, ut Helias.

Et etiam ad angelos, &c.] Vide
Dub.4. tur falsum; quia angelus dicitur nuncius seu missus; sed ad missum non est missio: ergo &c. Si tu dicas quod alio modo mittitur. Contra, qui semper est præsens, non indiget missione; sed angelus semper contemplatur Deum ut præsentem: ergo &c. Respon. Dicēdum quod missio sapientiæ siue filii est ad creaturam illustrādam: sicut missio s.s. ad creaturam sanctificādam. Et quoniam angeli nec ex se fuerūt sapientes, nec ex se fuerunt sancti, ideo oportuit quod a principio mitteretur eis sapiētia, quæ est filius & s.s. Vnde Aug. loquitur pro statu glorificationis: proprie autem non dicit mitti, nūc, nisi dicatur large mitti ad manifestationem alicuius occulti.

Nam & nos secundum quod mē
Dub.5 *te aliquid, &c.*] Videtur falsum dicere. Quia aut dicit secūdum animam, aut secundum carnem. Non secundum carnem, hoc cō stat: ergo secundum animam: ergo uidetur quod anima quando Deum cognoscit sit in cœlo, siue extra mundum. Item, Hoc uidetur ratione; quia capere æternū est magis capi: ergo si quod capitur, a capiente locatur: ergo anima locatur in æternitate: ergo extra tempus. Præterea, quod cognoscit, & amat, aut trahitur a cognoscente & amante, aut econuerso; sed dum Deum amamus & cognoscimus non trahimus Deum ad nos, sed nos ad Deum, sicut dicitur in 4. de Diui. Nominibus. Respon. Dicendum, q̄ locus habet naturam continentis & quietantis. Esse ergo in hoc mundo est dupliciter. Aut quantum ad ueritatem & continentiam, aut quātum ad quietem. Augustinus autem loquitur non proprio modo, quod anima & corpus uere egrediatur hunc mundum, dum mente capit Deum; sed intelligit quantum ad quietem. Quia affectus animæ non requiescit in tēporalibus; sed æternis, quibus superfertur: & quantū ad hoc intelligitur Diony. & intelligitur secunda ratio, quod amatum trahit, nō localiter mutando: sed sibi conformando: qa amans transformatur in amātum, & cognoscens conformatur cognito.

Pater enim est, &c.] Videtur
Dub.6 male dicere; quia aut hoc est p gnationē aut p spirationē. Sed si hoc; ergo p̄ generat uel spirat deitatē, qd̄ est cōtra Magim supra Dist. 5. ubi dicit, quod essentia nec generat, nec generatur. Præterea quæritur, quare dicit, Vel si melius dicit deitatis. Respon. Dicendum, quod Aug. nō simpliciter dicit, quod sit principium diuinitatis; sed cum hac determinatione, totius. Et quoniam in simplicissimo non cadit aliqua totalitas, nisi extenso nomine totalitatis ad personarum pluralitatem, ideo deitas, siue diuinitas stat ut in personis: tamen quia non potest trahi ad personas, cum sit nomen abstractum, prędictus sermo exponendus est, sicut supra exponit Magister locutiones cō similes. Quod quæritur, quare dicitur, deitatis melius. Dicendum quod diuinū potest dici de creaturis, secūdum quod dicitur homo diuinus: sed Deus solius Dei proprium, ideo deitas magis p̄prie dicit formam Dei quam diuinitas, ideo melius dicit deitatis quam diuinitatis.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An missio Spiritus Sancti sit secundum dona gratiæ gratis datæ, uel gratum facientis?

AD intelligentiam eorum quæ dicunt in parte ista, tria quæruntur de missione filii inuisibili; quia de uisibili agetur in Tertio. Et quia missio inuisibilis filii, similis est missioni inuisibili s.s. ideo simul quæritur de utraque. Primo quæritur utrum hæc missio sit secundum dona gratiæ gratum facientis, uel gratiæ gratis datæ. Secundo quæritur utrum secundum eadē dona gratię, dicatur mitti filius, & spiritus sanctus. Tertio utrū utraque missio sit, secundum eadem dona gratiæ augmentata.

QVOD hæc missio sit secundum dona gratiæ gratis datæ, ostenditur sic. Rabanus dicit de s.s. quòd ter datus est spūs sanctus, & primo dicit ipsum esse datum ad miraculorum operationem, constat autem quod miraculorum operatio est gratia gratis data; ergo &c. ITEM. S.s. daē, cū daē donū p̄phetiæ, unde. 1. Reg. 11. Factus est spiritus domini super Saul & p̄phetabat: sed donum prophetiæ datur frequenter his, qui non habent gratiam gratum faciētem, sicut patet de Saul p̄ textum: ergo &c.

ITEM. Quod filius mittatur secundum dona gratiæ gratis datæ, uidetur. Tunc enim filius dicitur mitti, quando fit reuelatio occultorum; sed reuelatio occultorum potest fieri sine dono gratiæ gratum facientis: ergo &c.

ITEM. Aug. dicit & habetur in præsenti Dist. quod tunc sapientia mittitur, cum a cuiusquam mente percipitur, siue cum alicui innotescit: si ergo percipitur & innotescit p̄ dona gratię gratis datæ, ut per fidem informē; ergo uidē in illis dari: ergo &c. *Li.4.de Trinit. cap.20*

CONTRA. Aug. dicit; p̄ tunc datur s.s. alicui cum sic datur, ut eum faciat Dei & proximi dilectorem, hoc est dicere, quando datur hominibus charitas; sed charitas non est nisi gratia gratū faciens: ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur de filio: qa dicitur Sap. 7. In animas sanctas se trāsfert, & amicos Dei cōstituit; sed amici Dei nō dr̄ sine gr̄a gratū faciēte; ergo &c. ITEM. Ratione oñditur, tuc daē uel mittit s.s. qñ habitat in hoie, sed nō dē habitare in hoie sine gr̄a gratū faciēte: ergo &c. ITEM. Cū mittit filius uel s.s. ad aliquē, nō mittit ut sit ibiubi prius nō erat, sed ut sit in eo aliter q̄ prius; sed nouus modus essendi, addēs supra esse p̄ naturā, non est nisi per gratiā gratum facientem: ego &c.

RESOLVTIO.

Secundum utraque: secundum quidem dona gratiæ gratum facientis, cum datur quò ad usum & fructum. Secundum uerò dona gratiæ gratis datæ, cum non ad ad fructum, sed ad auxilium, & aliqualem usum datur.

RESP. Ad hoc distinguunt aliqui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui.q; ſ.ſ. dari uel mitti inuiſibiliter, poteſt eſſe uel inquãtum ſpiritus, uel inquantum ſanctus. In quantum ſpiritus datur per donum gratiæ gratis datę. Inquantum ſanctificans datur per dona gratiæ gratum facientis. Similiter ſapientia, uel filius poteſt mitti, uel prout faciens ſapere. & ſic per dona gratię gratis datæ: uel prout ſapientia dicta eſt a ſapore, & ſic per dona gratię gratum facientis. Sed iſtud non uidetur ſoluere: quia dantem oppoſitum illius ſolutionis eſt poſſibile adhuc ſoluere, & quærere de ſpiritu, & uerbo, quomodo dicatur dari, & non inhabitare. PROPTER hoc aliter dicendum tam de filio quam de ſpiritu ſ. quod dari uel mitti eſt dupliciter: uel ſimpliciter, uel ad hoc. Tunc datur ſimpliciter, quando ſimpliciter habetur: uidelicet non tm ad uſum; ſed ad fructum: hoc autẽ eſt ſolum per dona gratiæ gratũ facientis, & ideo in illa ſolũ datur ſimpliciter uel filius uel ſ. ſ. Alio modo dicitur dari ad hoc, quando non ad fructum; ſed ad auxilium, ſiue ad aliquem uſum aliqua dona donãtur, & hoc fit cum dantur aliqua dona gratiæ gratis datę, in quibus manifeſtatur filius uel ſpiritus ſanctus,

ET SIC procedunt rationes ad primam partem. Nam ſic intelligendum eſt uerbum Rab. Ipſe enim communiter loquitur de miſſione. Vnde dicit ſ. ſ. ter datur. Augu. autem loquitur de datione uel miſſione, quæ eſt ad habitandum, uel ſimpliciter habẽdum. AD ILLVD, quod obiicitur de prophetia, dicendum q; uno modo datur in ea ſ. ſ. ſimpliciter, prout ipſa dicit cognitionem ſecundum idoneitatem ſuſcipientis, & ſecundum pietatem exequentis. Alio modo prout eſt reuelatio, & ſic non datur in ea ſpiritus ſimpliciter, ſiue nõ mittitur niſi ad hoc. Vnde non dicitur in Lib. Reg. quod ſ.ſ. ſit miſſus ad Saul, uel factus in Saul, ſed ſuper Saul. AD ILLVD, quod obiicit, quòd mittitur filius, cum ſit reuelatio occultorum. Dicendum, q; hoc nõ eſt in quacunque reuelatione, nam aliqua fit reuelatio, non per miſſionem filii, ſed per miſſionẽ angeli: multa enim reuelantur angelis: ſed intelligitur de illa reuelatione, in qua eſt animæ illuſtratio per gratiam: & ſi per gratis datam, non ſimpliciter mittitur: ſed ſi per gratum facientem tunc ſimpliciter mittitur, & habetur. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quod tunc mittitur qñ percipitur, dicendum quod non ſufficit cognoſcere filium quod ſit ab alio, imo oportet quod cognoſcat quod ſit in ipſo ut in ſuo habitaculo. Hoc autem dico non cognitione neceſſitatis, ſed coniecturæ, nec de cognitione actuali, ſed de habituali.

QVAESTIO II.

An filius & ſpiritus ſanctus ſecundum eadem dona gratiæ ſimul dicantur?

VTRVM ſecundum eadem dona gratiæ dicatur mitti filius & ſ.ſ. Et quod non, uidetur hoc modo. Miſſio ſ.ſ. eſt eius donatio, & ſimiliter filii: ſed alia eſt miſſio filii & ſ.ſ. ergo alia donatio: ergo ſm aliud donũ. ITEM. Hoc ipſum uidet per ſimile: qa ſicut ſe habet miſſio uiſibilis filii ad miſſionem uiſibilem S. S. ita et & inuiſibilis: ſed miſſio uiſibilis filii & ſ. ſ. eſt ſm alium & alium effectũ, & ſignũ in creatura: ergo inuiſibilis ſm aliud & aliud donum. ITEM. miſſio eſt ad cognoſcendum emanationem & diſcernendum, ſi ergo filius diſcernitur ab effectu in quo mittitur, & ſ. ſ. & huiuſmodi ſunt dona gratiæ: ergo quantum ad aliud donum mittitur filius; quãtum ad aliud ſ. ſ. ITEM. non eſt idem appropriatum filio & ſ. ſ. ſed aliud increatura: ergo cum filius dicatur mitti in effectu ſibi appropriato, in alio effectu uel dono mittitur filius, quã ſ. ſ.

CONTRA, Omnis donorum diſtributio tam gratiæ gratis datæ quã gratiæ gratum facientis, attribuitur ſpiritui ſancto maxime dona gratiæ gratum facientis. Sicut patet 1. Cor. 12. ergo cum ſ.ſ. mittatur in donis ſibi appropriatis, in omnibus donis mittitur: ergo in eiſdem in quibus filius. ITEM. filius mittitur, cum ſapientia datur, & ſimiliter ſ.ſ. quia præcipuum donum ſ.ſ. ſapia: ergo &c. ITEM. qñcũque datur cognitio, dr mitti filius, ſed in hoc duo datur uel mittitur ſ. ſ. Iohan. 16. Cum uenerit ille docebit uos om. uc. ergo &c. ITEM. qñcunq; charitas daf, mittit ſ.ſ. ſed i hoc daf filius. Sap. 7. in aias ſanctas ſe trãsfert, & amicos dei conſtituit, & Auguſt. in 4. de Trin. exponit illud de miſſione filii: ergo &c.

Ca. 20.

RESOLVTIO.

Vbiq; quantũ ad donorũ radicẽ: ſed non omnino quantum ad habitus, uel effectus conſequentes.

RESP. Dicendum q; in miſſione inuiſibili eſt donorum collatio, in quibus eſt manifeſtatio & inhabitatio. Et ſm hoc intelligendum eſt quod eſt loqui de donis dei q̃tum ad radicem, uel q̃tum ad habitum, uel q̃tum ad actum conſequentem. Loquendo aũt q̃tum ad radicem, ſic qa una eſt gratia gratum faciens, p quam inhabitat filius & ſ.ſ. quæ eſt radix donorum gratuitorũ, ſic dãtur uel mittunt eodem dono. Loquendo autem quantum ad habitum: ſic diſtinguedũ, qa quidam habitus ſunt pure affectiui, quidã pure cognitiui, quidã medii. In habitibus pure affectiuis datur ſiue mittitur ſ.ſ. qa ei appropriat. In habitibus pure cognitiuis nec filius nec. ſ.ſ. proprie, ſicut dictum eſt, mittitur. In habitibus aũt partim cognoſcitiuis partim affectiuis, ſm quod diuerſa in ſe continent, & filius mittitur & ſ.ſ. Nã cognitiui ducunt in manifeſtationẽ uerbi, affectiui in manifeſtationem amoris. Si aũt loquamur quantũ ad actus conſequentes, qui ſunt illuminatio intellectus & affectus inflãmatio, ſic uo cãdo donũ, in aliis & aliis donis mittuntur, ſed qm̃ iſta cõiuncta ſunt, iõ miſſio filii & ſ.ſ. iuiſibiles ſunt idiuiſe.

Conſen tit S. Tho. 1. part. q. 43. ar. 3. ad 3

ET ſecundum hoc procedũt rõnes ad oppoſitas partes. Tm illud qđ adducit pro ſimili in miſſione ſenſibili, nequaquam eſt ſimile, qa nõ eſt tanta unio & cõnexio i ſignis exterioribus, quãta eſt in habitibus exterioribus.

QVAESTIO III.

An filius & S. S. mittantur ad eadẽ dona gratiæ augmentanda.

VTRVM miſſio filii & ſ.ſ. ſit ſm eadem dona gratię aug-

menta

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentata. Et quod sic, uidetur exemplo, auctoritate & ratione. EXEMPLO sic. Constat in die pentecostes apostolis esse s. s. missũ nõ tñ uisibiliter: sed ẽt inuisibiliter: qa missio uisibilis, sine inuisibili non cõfert; sed ipsi prius habebant gratiã: ergo &c. ITEM. Hoc uidetur auctoritate Rabani in baptismo datur. s. s. ad habitationem DEO consecrãda m; sed in confirmatione cum omni plenitudine sanctitatis uenit in hominẽ; ergo datur in cõfirmatione post baptismum: ergo &c. ITEM. Augmentum gratiæ est per gratiæ additionẽ; sed ubi est gratiæ additio, ibi gratiæ donatio: sed s. s. mittitur uel datur, cum datur eius gratia, ut dicit Beda: ergo in augmento gratiæ datur, uel mittittur s. s. ITEM. Non minus donũ est charitatẽ conseruare quàm inchoare: ergo si mittitur filius uel s. s. cum gratia inchoatur, multo fortius cũ conseruatur: sed conseruatur per augmentum: ergo mittitur in augmento.

CONTRA. Spiritussan. non mittitur in hominem ut de nouo sit ĩ eo, sed ut aliter sit ĩ ipso: sed in eo in quo augetur gra, nõ est aliter ut prius: ergo ad illud non mittitur. ITEM. Si mittitur in augmẽto gratiæ, aut ergo quia de nouo mittitur. aut quia abundantius mittitur, non quia de nouo: ergo quia abundantius. Sed contra. mitti est procedere: ergo abundantius mitti, cũ abundantius procedere; sed semper æqualiter procedit, ergo &c. ITEM. Si mittitur in gratiæ augmento, cum ergo gratia in nobis quotidie augeatur, etiam homine nesciente, uidetur quod s. s. uel filius mittatur, homine nesciente, & quod quotidie mittatur homini: quod non est dicendum. ITEM. Conuenit gratiam charitatis in aliquo per negligentiam remitti: ergo si s. s. mittitur in augmẽto, & recedit in remissione: ergo quando aliquis peccat ueniale, recedit spiritus sanctus, quod falsum est.

RESOLVTIO.

Ad solum profectum prioris gratiæ minimè dicuntur mitti s. d ad noui doni collationem; & ad prioris gratiæ nouum usum.

RESP. Ad hoc dicunt aliqui. q gratiam augeri est dupliciter. i. perceptibiliter, & imperceptibiliter. Si perceptibiliter, tunc dicunt in tali augmento dari uel mitti filium & s. s. Si autem imperceptibiliter, tunc dicunt ipsum non mitti. Et ratio huius est, quia tunc dicitur dari uel mitti cum mente percipitur. SED aliter potest dici, quod augmentum gratiæ est dupliciter, aut secundu profectum ĩ gratia prius habita, uel eius usũ: aut p collationem noui usus, uel etiam noui gratuiti. Si solum per profectum, sicut ostendunt ultimæ rationes, nõ dicitur mitti. s. s. Si autem per collationem noui doni, sicut fuit Apostolis in die Pentecostes, uel noui usus, sicut est in Confirmatione: tunc potest dici mitti uel dari s. s. quia aliquo mõ est ibi de nouo qnãtum ad illud donum uel usum doni, & quia abundantius est.

AD ILLVD quod obiicit, q nõ est ibi alio mõ essendi. Dicẽdum q & si hoc non sit alio modo essen i, est tamen perfectiori modo inhabitandi, & alio modo utẽdi, & ideo nouo modo. AD ILLVD, quod obiicitur, si abundantius mittitur, abundantius procedit, Dicendum quod mitti abundantius uel procedere; est dupliciter: uel ab hoc, uel in hoc: primo modo uniformiter est mitti, secundo modo nõ. AD ILLVD, quod obiicitur qd quotidie augetur, Dicendum, q quotidie augetur quantum ad feruorem; sed non quantum ad nouorum donorum, uel usuum collationem. AD ILLVD, quod obiicitur, quod gratia remissa debet recedere, dicendum q sicut infra patebit, gratia augetur quantum ad sublantiam; sed non remittitur nisi solum quantum ad feruorem: spiritum autẽ sanctum mitti non dicit in augmento feruoris sed solum subsistẽtię charitatis.

DISTINCTIO XVI.

De temporali processione uel missione spiritus sancti quantum ad modum secundum quem.

NVnc de spiritu sancto videndũ est, præter illam ineffabilem, & eternam processionem, qua procedit a patre & filio, & non a seipso: quæ sit eius tẽporalis processio, quæ dicitur missio siue datio. Ad quod dicimus, quia sicut filius duobus modis dicitur mitti: vno, quo uisibiliter apparuit: altero, quo inuisibiliter castis mentibus percipitur: ita & s. s. a patre & filio ac à seipso duobus modis procedere, siue mitti, siue dari dicitur: uno, visibiliter, altero, inuisibiliter. Datus est enim visibilis creaturę demonstratione, sicut in die Pentecostes, alijsq; vicibus, & datur quotidie inuisibiliter, illabendo mentibus fidelium.

De uisibili missione spiritus sancti.

Et primo agamus de illo missionis modo, qui fit uisibili specie. De hoc Augustinus in 2. de Trini. ait. In promptu est intelligere de Spiritu Sancto cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua uisibiliter ostenderetur Spiritus Sanctus: siue cum in ipsum dominum corporali specie columbæ descendit, siue cum in die Pentecostes factus est subito de cælo sonus quasi ferretur flatus vehemens, & uisæ sunt in illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Hæc operatio uisibiliter expressa et oculis obla- Cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta mortalibus, missio spiritus sancti dicta est: non ut appareret eis ipsa substantia, qua & ipse inuisibilis & incommutabilis est, sicut pater & filius: sed ut exterioribus uisis corda hominum commota à temporali manifestatione uenientis, ad occultam æternitatem semper præsentis, conuerterentur. Ecce his uerbis aperit Aug. illum modum missionis, qui uisibiliter exhibetur, cum tamen ipse spiritus in sua natura non uideatur, qui nec in illis creaturis magis erat, quam in alijs, sed ad aliud. In illis enim erat, ut per eas ad homines ueniens ostenderetur esse in illis, ad quos illæ creaturæ ueniebant. Non.n.s.s. temporali motu tunc uenit, uel in homines descendit, sed per temporalem motum creaturę significata est spiritualis, & inuisibilis S. S. infusio. Et ut apertius dicam, per illum modum missionis spiritus sancti corporaliter exhibitū, mōstrata est spiritualis & interior missio sancti spiritus, siue donatio, de qua agendum est.

Cum filius sit minor patre secundum formam creatam, in qua apparuit, cur non & spiritus S. similiter?

Sed prius quęrendum est, cum filius dicatur minor patre secundum missionem qua in forma creata apparuit, cur & S. S. non dicatur similiter minor patre, cum in forma creata apparuit. Nam de filio quòd minor sit patre secundum
Cap. 19 formam qua missus apparuit, aperte ostendit Aug. in 4. li.
Gal. 4. de Trin. dicens, Misit Deus filiū suū, factum ex muliere, factum sub lege: usq; adeo paruū, ut factū: eo itaq; missum, quo factū. Fateamur ergo factū, minorē: & in tantū minorē, inquantū factū: & in tantū factum, inquantū missum. Ecce habes, quia filius inquantum est missus. i. factus, minor est patre. Cur ergo s. s. non dicatur patre minor, cum & ipse creaturam assumpserit, in qua apparuit? quia aliter spiritus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter filius: Nā filius accepit per unionem personæ, spiritus uero non. Filius .n. accepit hominē, ita ut fieret homo. Spiritus uero sanctus non ita accepit columbam, ut fieret columba. De hoc Aug.
Cap. 6. in 2. lib. de Tri. Ait, Ideo nusquam scriptum est, quod Deus pater maior sit spiritu sancto, uel S. S. minor patre: quia nō

sic est assumpta creatura, in qua appareret spiritus sanctus, sicut assumptus est filius hominis: in qua forma ipsius Dei verbi persona repræsentaretur, nō ut haberet uerbū Dei, sicut alij sancti sapientes, sed quod ipsum uerbū erat. Aliud est enim verbum in carne, aliud verbum caro, ideſt, aliud
Ioan. 1 est verbum in homine, aliud uerbum est homo. Caro.n. pro homine posita est in eo quod ait: Verbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura, in qua apparuit spiritus sanctus: sicut assumpta est caro illa & humana forma ex virgine Maria. Non enim columbam, vel illum flatum, vel illum ignem beatificauit, sibiq́ue in unitatem personæ coniunxit in æternum; Ex prædictis aperte ostensum est, secundum quid filius dicatur minor patre: & quare filius dicatur minor patre, & non spiritu sancto.

Quod filius secundum quod homo factus est, non modò patre, sed spiritu sancto, & seipso minor est.

Notandum autem quod filius secundum quòd homo factus est, non tantum patre, sed spiritu sancto, & etiā seip-
Cap. 7. & 11. so minor dicitur. Et quòd etiam seipso minor dicatur secundum formā serui, Aug. ostendit in 1. Lib. de Tri. dicens, Erranerunt homines, ea quæ de Christo secundum hominē dicta sunt, ad eius substantiam quæ sempiterna est transferentes: sicut illud quod ipse dominus ait: Pater maior me est:
Phil. 2. quod propter formam serui veritas dicit: secundum quem modum etiā seipso minor est filius. Quomodo enim non etiā seipso minor factus est, qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiens? Non enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri. In forma ergo Dei unigenitus patris æqualis est patri: In forma serui etiā seipso minor est. Non ergo immerito scriptura dicit utrumque, scilicet, & æqualem patri filium, & patrem maiorem
Ca. 1. & simile de uerbis dei sermone 3. Tom. 2. filio, illud enim propter Dei formam, hoc aūt propter formam serui intelligitur. De hoc eodem in 2. Lib. de Trinita. Augustinus ait Dei filius est æqualis patri secūdum Dei formam, in qua est: & minor patre secūdum formam serui, quā accepit: in qua non modo patre, sed etiam spiritu sancto: nec hoc tantum, sed etiā seipso minor inuentus est. Propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epi. 69. ad Maxi. medicū quæ incipit Domino eximio. Cap. 7

quod, ut idem in Lib. epist. contra Maximinum ait, non tantum patre, sed etiam seipso, & spiritu sancto minor factus est, & etiam minoratus paulominus ab angelis. Est ergo Dei filius, ut ipse ait in 1. Lib. de Trin. Deo patri in natura æqualis, habitu minor in forma serui quam accepit. His auctoritatibus ostenditur aperte filius secundum formam serui minor patre, & seipso, & spiritu sancto.

Hilarius dicit, quod pater sit maior: nec filius tamen minor.

Ioa. 14 Phi. 2. Lib. 9. post libros medium.

Hilarius autem dicere uidetur, quòd pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter auctoritatem, quia in eo est auctoritas generationis: secundum quam dicit, Pater maior me est. Et Apostolus, Donauit ei nomen quod est super omne nomẽ. Cum ergo ait, Pater maior me est, hoc est ac si diceret, donauit mihi

Ioan. 1

nomen. Si ergo, inquit Hilarius, in 9. Lib. de Trin. donantis auctoritate pater maior est, numquid per doni confessionem filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est, cui unum esse donatur. ait. n. Ego & pater vnum sumus. Si non hoc donatur Iesu, ut confitendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autẽ in ea gloria ei donatur esse qua pater est, habes & in donãtis auctoritate, quia maior est: & in donantis confessione: quia unum sunt. Maior itaque pater & filio est, & plane maior: cui tantum donat esse, quantus est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento

Hilar. Ibid.

natiuitatis impartit, quam ex se in forma sua generat. Audisti lector quid super hoc dicat Hilarius: cuius uerba ubicunque occurrerint diligenter nota, pieque intellige.

SVPRA egit Magister de temporali processione s.s. qua procedit uel mittitur a seipso: hic agit de eadem quantum ad modum. Et qm̃ missio. s.s. duobus modis est s. uisibilis & inuisibilis sicut missio filii: ideo hęc pars habet duas partes. In prima agit Magister de missione spiritus sancti uisibili. In secunda agit de inuisibili, & hoc infra Dist. 17. *Iam nunc accedamus ad assignandum missionem*, S.S. &c.] Prima iterum pars habet duas. In prima Magister explicat missionem s.s. uisibilem. In secunda ad maiorem explanationem mouet & determinat dubitationẽ quandam ibi. *Sed primo quærendum est* &c.] Prima pars habet duas. In prima Magister assignat duplicem modum missionis spiritus sancti secundum duplicẽ modum missionis filii. Secundo uero prosequitur de altera. s. missione uisibili ibi. *Et primo agamus de illo modo missionis*, &c. ubi dicit q̃ missio est uisibilis apparitio facta in exteriori signo, per quod monstratur missio interior. Similiter secunda pars, in qua Magister mouet dubitationem quæ habet ortum ex comparatione missionis filii & s.s. cũ enim spiritus sanctus mittatur uisibiliter sicut & filius: quæstio est quare non dicitur minor patre ut filius: habet tres partes. In prima opponit & determinat, q̃ spiritus sanctus non debet dici ex missione minor sicut filius: quia spiritus sanctus non est unitus. Secundo occasione huius adiungit quoddam, uerũ huic annexum, scilicet, q̃ filius ratione missionis dicitur minor seipso, ibi. *Notandum autem quod filius secundum quod homo factus est* &c.] Tertio docet sane intelligere quoddam uerbum dubiũ quod est præsenti considerationi coniunctum, quod dicit Hilarius, sciiicet, q̃ pater secundũ diuinitatẽ est maior filio, filius secundum diuinitatem non est minor, ibi. *Hilarius autem dicere uidetur, quòd pater sit* &c.]

Dub. 1. NAm de filio &c.] Contra hoc, q̃ filius inquantum missus factus minor sit, sic obiicitur. Omnis actus secundum quem aliquem contingit fieri minorẽ, est indignitatis. Si ergo filius ratione missionis est minoratus: ergo missio pertinet ad Dei indignitatem. Item quandocunq; aliquis de æquali fit minor, mutatur: sed filius ante missionem erat æqualis, & modo est minor: ergo &c. Respon. Dicendum, quòd quædam dicuntur de filio Dei per essentiam, quædam per unionem, quæ tanta fuit ut faceret hominem, Deum & deũ hominem. Essentialiter loquendo, nullo modo filius Dei est minor, sed hoc dictum est per unionem: quia omnia quæ dicuntur de homine, possunt dici de filio Dei: & ita patet quod nulla ex hoc indignitas, nulla mutabilitas in eius persona: & sic soluit utrunque obiectum: quia utraque ratio procedit intellecto qd̃ secundum eandem naturam fieret minor, secundum quam æqualis erat, & ita desineret esse æqualis. Nunc autem simul est minor & æqualis.

Dub. 2. *Etiam seipso minor dicitur* &c.] Videtur male dicere, quia maior diuersitas importatur p̃ hoc quod est maior & minor: quam per hoc q̃ est, alius & alius: quia prima non cadit in diuina natura, secunda sic. Si ergo hæc est uera, filius est minor se: ergo & hæc, filius est alius & alius, & ita duę personæ, quod non conceditur. Respon. Dicendum qd̃ uerum est quod maiorem diuersitatem dicunt maior & minor: quia diuersitatem uirtutis & naturarum: sed ad diuersitatem naturæ quamuis sit maior, non sequitur diuersitas in p̃sona: quia plures naturæ possunt esse i una persona: quoniam ergo in Christo cadit diuersitas naturarum, & ita uirtutum, non autem personarum: ideo dicitur maior & minor ratione diuersarum uirtutum, non autem alius, & alius, cum non habeat diuersas personas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dub.3. *Minoratus paulominus ab angelis, &c.*] Videtur esse falsum. Quia super illud Heb.2. eum q modico ab angelis minoratus est, dicit Glos. Natura humanæ mentis qualem Christus assumpsit, quæ nullo peccato potuit deprauari, super omnes maior est. Item. Beata Virgo quæ est pure creatura, est super oēs angelos exaltata: ergo &c. Respō. Dicēdū, quod est loqui de Christo in comparatione ad angelos quantum ad quatuor. s. quantū ad gratiam, & quantum ad naturā mentis, & quantum ad naturam corporis, & quantum ad statum possibilitatis. Quantum ad gratiam est simpliciter maior. Quantum ad natura mentis fuit non fuit minor, quia sicut dicit Glo. Minor angelis fuit corpore non mente. Quantum ad natura corporis minor fuit. Quantum autem ad natura passibilitatis fuit minor & modico minoratus: quia status passibilitatis in statum gloriæ & honoris paulo post couertendus erat.

Dub.4. *Videtur quod pater sit maior filio, &c.*] Contra, si uerum est qd dicit, cū idē sit in deo sapiētia, potētia, bonitas, & magnitudo. ergo si maior est, & est potētior, & sapiētior & melior. Præterea in deo non est magnitudo molis sed uirtutis: ergo si pater est maior, est potentior, quod stare non potest. Item. Maior, aut dicit essentiam, aut notionem. Nō essentia: quia essentia sunt æquales. Si notionem, quæro quam. Si tu dicis, quod paternitatem. Contra Comparatio secundum maius aut minus non attēditur nisi in comparticipantibus, unde non dicitur cygnus est albior coruo: sed filius non est comparticipans paternitatem: ergo &c. Item. Quæritur, quare non dicitur maior s.s. Respon. Dicendū, q̄ in patre est auctoritas respectu filii, & s.s. in filio respectu s. s. & ideo in patre maior auctoritas, & maior fœcunditas: & qa nullum nomen ita competit ad exprimendum auctoritatem, sicut hoc nomen, magnus: ideo dicit Hilarius, qd pater est maior filio. Ex hoc patent obiecta quia maior non dicit essentiam, sicut potentia & sapiētia, sed dicit notionem. Si quæras, quam? dico dicit notionem communiter, sed tamen in ratione principii, sicut subauctoritas in rōne emanantis: & hinc est quod pater dicitur maior filio: quia & uterque habeat notionem in ratione principii, pater tamen in ratione principii tātum, & ideo plus habet de ratione auctoritatis: spiritus autē sanctus nullius personæ est principium: & ideo non comparatur eis secundum auctoritatem.

Maior itaque donans est, sed minor &c.] Videtur dicere falsum: Dub.5. quia quocunque modo accipiatur maior, dicitur relatiue ad minorē: ergo si est ponere patrem maiorem, est ponere filium minorem. Item, pater dicitur maior: quia habet auctoritatem supra filium: ergo cum filius habeat sub auctoritatem respectu patris, debet dici minor. Respō. Dicendum quod nihil impedit, quare filius non dicatur minor patre ratione subauctoritatis, sicut pater maior, nisi quia nomina indignitatis in Deo non debent ad usum trahi. Vel quia sancti doctores quantum possunt se elongant ab hæreticorum fallacia: ideo cum Hilarius dixisset patrem maiorem, noluit quod filius diceretur minor, ne uideretur illa maioritas, non tantum auctoritatis, sed etiam inæqualitatis: & quamuis Hila. diceret in patre auctoritatem, non tamē legitur in filio dixisse subauctoritatem: sed illud uerbum a magistris est additum in consuetudine disputantium.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIO I.

Quid sit missio uisibilis?

AD euidentiam huius partis quæruntur tria de missione uisibili, Primo quid sit Secūdo ad quid sit utilis, Tertio quæritur, quibus modis facta sit.

OStenditur primo, q̄ uisibilis missio non est aliud, quam apparitio exterior. Aug dicit, q̄ tunc spiritus sanctus, uel filius mittitur, cum ex tempore cuiusquam mente percipitur: ergo tunc uisibiliter mittitur, cum uisibiliter percipitur: sed uisibiliter percipitur, cum apparet in creatura uisibili: ergo uisibilis missio non est aliud quam apparitio. Item. hoc ipsum uidetur per simile: quia mitti inuisibiliter non est aliud quam per effectum inuisibilem inuisibiliter manifestari: ergo mitti uisibiliter, non est aliud quam per creaturā uisibiliter manifestari, hoc autem non est aliud quam uisibiliter apparere: ergo &c. Item. Hoc iterum uidetur exemplo: quia spiritus sanctus in columbæ specie dicitur missus ad filium, sicut dicit Augu. & habetur in litera: sed tunc non fuit facta aliqua donatio filio: quia plenus fuit semper spiritu sancto, sed solum exterior apparitio: ergo &cæt.

Ad 1. c. 20

SED CONTRA. Quōd missionis uisibilis non sit tota rō ipsa apparitio uisibilis, uī: quia, pater in subiecta creatura apparuit, & tamen non dicitur uisibiliter missus. ergo plus est missio, quā apparitio. Maior patet: quia Augus. dicit de Trin. Temerarium est dicere patrem prophetis & patribus p aliquas uisibiles formas nūquam apparuisse. Item. Filius, & spiritus sanctus in uetere testamento multotiens apparuerunt uisibiliter: & tamen tēpore illo neuter uisibiliter dicitur missus, sicut dicit Augu. 4. de Trinit. ubi hanc quæstionem mouet &c. Item Omne quod uisibiliter apparet, est corporale, cum sensu percipiatur: sed deus cum sit simplex, est omnino incorporalis: si ergo ad deū nō spectat uisibiliter apparere: ergo si uisibiliter mittitur, missio uisibilis nō est apparitio. Si dicas, q̄ nō appareret in se, sed in effectu. Cōtra, sic appareret in omni creatura, & ubique, & semper: ergo ſm hoc uisibiliter mittitur in omni creatura semper & ubique, qd stultū est dicere Item. Vbi est missio, ibi est manifestatio psonæ, ut dicit Aug. sed per solam apparitionē nunquam est manifestatio, nisi adsit reuelatio: ergo de ratione missionis uisibilis non tantum est apparitio: sed etiam reuelatio: ergo apparitio non est tota ratio,

Lib. 2. cap. 9. & de. inceps.

Lib. 4. de Tri. cap. 20

RESOLVTIO.

Missio uisibilis est apparitio, in qua manifestatur diuina persona ut ô perans, inhabitãs, & emanans.

RESP. Dicendum, ꝙ missio uisibilis præsupponit missionẽ tanquam superius; & superaddit differentiam, quæ est, uisibile. Missio autem cõmuniter (ut dictum fuit supra in præcedenti distinctione) præsupponit circa missum emanationẽ, & superaddit manifestationem. Et qm̃ manifestatio emanationis fm̃ quã attẽditur missio, nõ fit nisi super eũ, quem spiritus sanctus inhabitat per effectum gratiæ inhabitãtis, hinc est ꝙ missio de ratione generali dicit manifestationẽ emanationis & inhabitationis. Hæc autem differẽtia uisibilis superueniens missioni, contrahit ipsam quantum ad principale significatum, quod est manifestatio, ideo dicit manifestationem cum apparitione, siue apparitionem manifestantẽ personæ emanantis inhabitationem, uel personę inhabitantis emanationẽ. Vnde cõcedo quod uisibilis missio est apparitio, sed hæc non est tota ratio, sed apparitio in qua manifestatur diuina persona, nõ tantum ut operans, sed etiam ut inhabitans: nec tantum ut inhabitans sed etiam ut emanans, quasi ab alio ueniẽs. Per primũ excludit apparitionem Dei in qualibet creatura: per secundũ apparitionem in ue. te. per tertium apparitionem patris: quia pater non apparuit ut emanans, siue ab alio ueniens: filius uero uel s.s. in ue. te. non apparuit ut inhabirans, sed ut se inhabitaturum præmonstrans, unde angelus apparebat in illis creaturis in persona Dei. Et hoc probat Augustinus in 3. de Trin. dicens, Constat firmitate auctoritatis & probabilitate rationis, cum antiquis patribus dicitur deus apparuisse, uoces illas ab angelis esse factas. Et adducit auctoritates Apostoli ad Gal. 3. lex ordinata per angelos. Et ad Heb. 2. Si enim qui per angelos dictus est sermo &c. Nec tamen dico quod ista sit ratio, quare non est missus: quia apparitio fiebat ministerio angelico; quia sicut dicit Augustinus 4. de Tri. probabile est quod illa columba, in qua apparuit s.s. secundum ministerium angeli moueretur. Vnde idem in 4. de Trin. in fine dicit, Super hoc aliquid inuenire difficile est, & temere affirmare non expedit. Quomodo tamen ista siue rationali siue intellectuali creatura potuerunt fieri, non uideo. Et ita patet quod non quælibet apparitio est missio; patet etiam responsio ad duas rationes primas.

Art. 1. q. 3. & 4.

Cap. 15

Capa. 1

AD ILLVD, quod obiicitur tertio, quòd non sit apparitio: quia deus est inuisibilis. Dicendum, quòd apparere est dupliciter: uel in se, & sic conuenit corporali: uel in alio, & hoc dupliciter, uel sicut causa in effectu, uel sicut signatum in signo: & hoc tertio modo, missio est apparitio, & secũdum hunc modum non conuenit omni creaturæ. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quòd apparitio nõ est manifestatio, dicendum, quòd cum dicitur missio non est manifestatio, non intelligitur actu sed habitu, quia aliquid fit uel ostenditur, in quo potest personæ emanatio manifestari, & hoc quidẽ de se importat apparitio. AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium, ꝙ præcise sit apparitio. Dicendũ, ꝙ nõ accipit totam rõnẽ missionis: quia mitti non est tũ mẽte percipi, sed mẽte percipi, ut ab alio emanans, & in aliquo inhabitans. Similiter ad illud, mitti inuisibiliter, est manifestari per effectum inuisibilem, dicendum, ꝙ manifestari non dicit totam rõnẽ. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ in missione spiritus sancti in specie columbæ nõ fuit nisi apparitio. Dicendum, quòd quamuis ibi non fuerit donatio spiritus sancti, fuit tamen manifestatio prius dari, & tunc inhabitantis in Christo, & quiescentis, & ab alio procedentis: & ita tota & perfecta ratio missionis, sed ex hoc non sequitur, ꝙ qualiscunque apparitio sit missio uisibilis, omnis tamẽ uisibilis missio est apparitio &c.

QVAESTIO II.

Ad quid profecit uisibilis missio spiritus sancti?

AD quid fit utilis missio uisibilis. Et constat, ꝙ ad efficiendum nihil confert: quia exterior apparitio, nihil interius operatur. Quod etiam nõ sit utilis ad innotescendum ostenditur sic. Aut est ad manifestandum personæ alicuius emanationem, aut inhabitationem. Non inhabitationem: quia nemo scit utrum odio uel amore dignus sit, & ita nemo utrum deus in eo habitet cognoscit. Et iterum quæ utilitas est, esto quòd sciat deũ aduenisse, tamen cum ignoret permansurum, nulla uidetur. Non ad manifestandum alicuius personæ emanationem: quia cum illa notitia omni tempore sit necessaria, scilicet tempore legis scriptæ, & nũc uidetur quòd & tunc & nunc deberet esse missio uisibilis. Quæritur ergo quare solum tempore ecclesiæ primitiuæ. ITEM. Quantumcunque appareat in creatura, non innotescit nisi reuelatio adsit, sed cũ adesset reuelatio interior, uentũ est ad cognitionem ueriorem, & certiorem quàm quę est a sensu, si ergo habens cognitionem certam non indiget occupari circa cognitionem imperfectam: ergo uidetur, ꝙ exterior apparitio omnino superfluat. ITEM. Probatur etiam, ꝙ impediat sic. Affectus circa bona uisibilia occupatus, minus surgit ad bona inuisibilia: ergo similiter intellectus: ergo si debet ad perceptionem inuisibilium eleuari, non debet ei fieri ostensio uisibiliũ, ꝙ si fiat, uidetur potius impediri quam iuuari. ITEM. Si missio est ad innotescendum, cum triplex sit in nobis uis cognitiua, s. sensus exterior, & imaginatio, & intellectus, & secundum hanc triplicem uim triplex assignetur uisio prophetalis, pari ratione uidetur ꝙ triplex missio deberet distingui. Preterea cũ missio sit ad manifestationem inhabitationis, & filius inhabitet sicut s.s. quare non est missio uisibilis ad manifestandum illam?

SED CONTRA. Quòd sit utilis ad innotescendum uidet: qa cognitio nostra incipit a sensu: ergo si debemus eleuari ad perceptionem intelligibilium, congruum & perutile est quod aliquo modo prę uia fit excitatio in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sensu per signum. Et hoc est, quod dicit Greg. dum uisibiliter Deum cognoscimus, p hunc in uisibiliū &c. ITEM. Sicut miracula ostendunt diuinam potētiam, ita signa diuinam præsentiam: sed utile fuit & per necessariū fidem nām manuducī per miracula ad cognitionem diuinæ potentiæ: ergo pari ratione per aliqua signa uisibilia ad cognitionem diuinæ præsentiæ. ITEM. Missio est ad redimendū hominem perditum, sed homo est perditus secundum naturam uisibilem, & inuisibilē: ergo missio secundum utranque est utilis. ITEM. Familiarius offert suā præsentiā, qui se offert secundū sensum & intellectum, quām q secundum alterum tantum: sed hoc maxime expediebat homini auerso, ut conuerteretur ad DEum, ergo &c.

Grego. in præfat Nātiuitatis Domini.

RESOLVTIO.

Ad manifestandum emanationem, & inhabitationem ne dum secundum sanctificationis sufficientiam, sed & secundum plenitudinis redundantiam.

RESP. Dicendum, quod missio filii uisibilis propriam & maximam habuit utilitatem, sicut patebit in Tertio. Sed nunc de spiritusancto dicendum, quod eius missio uisibilis utilis est ad manifestandum & emanationē, & inhabitationem, sed non quālēcunque inhabitationem, nec in omni genere personæ. Propter ea intelligendum quod est inhabitatio duplex. s. secundū sanctificationis sufficientiam, & secundum plenitudinis redundantiā. Illa quæ est sm sanctificationis sufficientiā, interius inuisibiliter latet. Quæ uero sm redūdantiam, exterius apparet: & ideo talis inhabitatio in signo uisibili & exteriori manifestari debet, sicut factū est in apostolis. Similiter intelligendū qđ duplex est genus credentium. Quidam. R. uolunt signa, utpura sensuales. Quidam intelligentiam quærentes, utpura, iam prouecti. Quærētes signa, ut per hæc manducantur ad intelligibilia, pp tales utilis est missio uisibilis ad manifestandum inhabitationē plenitudinis redundantis, & hoc personis manuducendis per sensum.

Dist. 1 arti. 2. & alibi.

EX HOC patet primū, quare s. non fuit missio uisibilis tempore legis scriptæ: quia nō erat missio in plenitudine, quoadusque uenit plenitudo temporis. Patet etiā quare modo non datur siue mittitur uisibiliter: quia iā manuducti sumus ad fidem, unde sicut cessauerunt miracula: ita exteriora signa.

QVOD dr, qđ nemo scit utrū odio uel amore dignus sit: uerū est, nisi DEus dignetur ostendere, & tūc ostendebat: & hoc perutile erat ad fidē roborandam, & deuotionē excitandam. AD ILLVD, qđ obiicitur qđ necessaria est aliqua reuelatio. Dicendum, qđ uerum est, nec tm̄ superfluit apparitio, quia excitat intellectum ad inquisitionē, & sic excitando præparat ad reuelationē, & post reuelationē excitat ad dilectionē, reuelatio aūt & si sit interior cognitio, tm̄ adhuc est uia toris, & io nō euacuat cognitionē apparitionis. AD ILLVD, qđ obiicitur, q uisibilia impediunt affectum. Dicendum, q uisibilia possunt dupliciter considerari, uel

uel ut res absolute, uel ut signa, & nutus ducentia in aliud. Primo modo si amentur, uel si considerentur, retardant intellectū, & affectum. Secundo modo iuuant: & sic est in apparitione uisibili: quia ibi considerat creatura, ut signum faciens aliud in intellectum uenire. AD ILLVD, quod obiicitur, quare nō est triplex genus missionis, secundum triplex genus cognitionis: Dicēdum, q & si cognitio sit de rōne missionis, non tamen quæcunque, uel cuiuslibet, sed inhabitātis. Et qa duplex est modus inhabitandi, ut præhabitum est: iō tm̄ est duplex modus mittendi, licet plures sint modi cognoscēdi. Vel aliter dicendum, q̄p Deus in uia non cognoscitur, nisi aut in effectu, aut in signo. Si in effecto, cum effectus ille sit gratia gratumfaciens, quæ in sola cadit mente, sic est missio inuisibilis. Si in signo, cum signum sit quod offert se sensui, sic est uisibilis. Quia uero imaginaria, est earū rerum quarum imagines in interiori sensu exprimuntur, Deus autem non est talis: ideo de eo nō est ponere huiusmodi cognitionem. AD ILLVD, quod ultimo quæritur, quare nō fuit missio uisibilis ad manifestandā inhabitationem filii. Dicendum, q̄p filium inhabitare est dupliciter, aut per gratiā unionis, aut p gratiam sanctificationis. Primo modo non fuit necessaria manifestatio, siue uisibilis missio: qa pleniſſime erat in homine sibi unito, in quo operabatur opera uisibilia, in quibus manifestabatur: & ideo non oportebat alia signa uisibilia adhiberi.

Secundo uero modo non habuit missionem manifestantem inhabitationem talem: quia sanctificatio appropriatur spiritui sancto: unde sufficiebat esse missionem uisibilem ad manifestandū ipsius inhabitationē, cui sanctificatio appropriat, cū inhabitatio filii, & spiritus. s. sint indiuisæ: manifestato, q̄p in hoie inhabitet, s. s. sufficienter ostenditur, quod & filius, &c.

QVAESTIO III.

An conuenienter filius in creatura rationali uisibiliter missus est Spiritus uerò sanctus in irrationali s. columba, igne, & flatu?

QVibus modis sit missio uisibilis. Et accipiunt diuersi modi ex scripturis. Filius. n. uisibiliter apparuit in creatura rōnali, ut in hoie: spiritus uero sanctus in irrationali, utputa in columba, igne, & flatu. Quæritur ergo de diuersitate horum modorum apparendi, & uidetur, q̄p non fuerunt conuenientes hoc modo. Spiritus sanctus est æque nobilis persona, ut filius: ergo in æque nobili creatura debet manifestari, ut filius. ITEM. Si filius pp assumptionē humanitatis, siue apparitionē i forma serui est minor patre, imo factus minor angelis: ergo multofortius. s. s. ex apparitione i igne nō tm̄ minor DEo, sed hoie etiā: sed hoc nullo mō cōgruit: ergo nō cōgruit spiritui sancto apparere in creatura irrationali. SI TV dicas, q̄p filius apparuit in hoie assumpto, & unito: spūs aūt sanctus nō est columbę unitus, uel igni. Contra, unio nihil aufert diuinitati: ergo

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter unionem non debet dici minor. Si ergo dr minor, hoc est propter apparitionem: ergo &c. ITEM. Videt, q f.f. fuit unitus: quia spiritus sanctus apparebat in illa columba, & non in alia: & rursus apparebat ipse ibi non alia persona: ergo alio modo erat in illa q̃ pater, & filius, & aliter in illa, q̃ in alia: sed aliter non potuit esse in illa, q̃ alia persona quantum ad substantiam, nec quantum ad operationem, quia eadem est substãtia, & operatio in Trinitate: ergo quantũ ad unionem, ergo &c. SI TV dicas, q apparuit sicut in signo, tũc quæro, aut illud signũ fuit a natura, aut ab institutione. Si a natura, tunc pari ratione, & omnis alia columba. Si ab institutione: quæritur quis instituit. ITEM. Filius apparuit uisibiliter uno modo tantum, & in una creatura: quæritur quare non similiter f.f. Et uidetur, q non debuerit esse: quia sicut in filio nulla cadit varietas, imo omnimoda uniformitas, ita & in f.f. ergo debuit apparere tantum in una specie. ITEM. Filius tũ semel apparuit uisibiliter: quia tantũ semel est incarnatus non amplius. Quæritur ergo unde hoc est, q f.f. pluries apparuit, utputa, non tantũ semel in igne, sed etiam in specie columbæ. SI DICAS, quòd illa, in quibus f.f. apparuit statim esse desierunt post apparitionem, & ideo oportuit rursum alia fieri: Tunc ergo uidetur, q nec illa columba fuerit uera, nec ignis: cũ tam colũba, quã ignis habeat uirtutem permanendi, & si hoc in illa apparitione non fuit; tunc ergo non fuerunt uera, sed falsa, & non fuerunt apparitiones, sed præstygia, & illusiones, sicut sunt phantasmata dæmonum, & aliorum magorum. VLTIMO quæritur quare tot modis apparuit. f.f. & quare in alia specie in capite, q̃ in membris, ut in Christo, & Apostolis.

RESOLVTIO.

Et quidem: cum filius apparuerit ut mediator; Spiritus autem sanctus ut doctor.

RESPON. Dicẽdum, q finis imponit necessitatẽ his, quę sunt ad finem: ideo modus apparendi sumendus est iuxta finem apparitionis. Apparuit autem filius in carne, ut esset mediator: spiritus uero sanctus, ut doctor Ioan. 16 Cum uenerit do. uo. ue. Ad mediationem autem necessaria est extremorum separatorum concursio, & in unum unio, sicut pater: & ideo filius in creatura apparuit, ut unitus. Ad eruditionem autem ignorãtium interuenit signum, ideo f.f. apparuit in creatura, ut signatum in signo. Quoniam ergo nihil est Deo perfecte unibile, nisi beatificabile, & hoc solum est substantia rationalis: ideo filius in sola substantia rationali apparuit. Quia uero usui significationis purę, conuenit creatura irrationalis magis, q̃ rationalis, ne forte crederetur unita, nõ ratum significans: ideo f.f. apparuit in creatura irrationali, quæ aliquo modo haberet rõnẽ significandi, & exprimendi, sicut flatus significat spirationem, ignis uero dilectionem. Rursus, quoniam ad perfectam mediationẽ requiritur, q mediator sit unus, & quòd unio sit inseparabilis: filii

filii apparitio singularis fuit & indiuisibilis. Sed econtra: quia non potest f.f. perfecte significari in uno signo: ideo oportuit p plura: & ideo filius uno modo apparuit, sed f.f. pluribus.

HIS uisis facile est respondere ad obiecta. Nam ad illud, qđ primo obiicitur quòd æque nobilis est persona f.f. Dicendũ, q nihil facit nobilitas apparentis, sed finis apparitionis: quia ille ut mediator, iste ut eruditor, siue doctor: ideo filius, ut in homine assumpto. f.f. ut in creatura, & signo. AD ILLVD, quod obiicitur, q f.f debet dici minor, sicut & filius. Dicendum, q minoritas ilia non dicitur de filio ratione diuinitatis, sed rõne unionis, & cõionis idiomatum: quia filius factus est homo passibilis, sed f.f. non est factus colũba: AD ILLVD, qđ obiicitur, q est unitus columbæ, dicendum, quòd est unio fm ueritatem, & est unio secundum intentionẽ: primo modo uniuntur illa, quæ uniuntur in natura, uel persona: secundo modo uniuntur significatum, & signum, & hoc modo unita est persona f. f illis formis in quibus apparuit. Si autẽ quęratur unde ueniebat talis unio, dicendum, quòd dispositiue a proprietatibus creaturæ in quibus nata erat persona f.f. declarari, sicut flatus spiritum, ignis amorem, columba donum propter fœcunditatem. Sed completiue ueniebant hæc a diuina ordinatione, quæ ordinauit creaturas ad hoc, non instituendo, sed simul formando & instituendo, et ad hoc solum formabat: quia tã columba quam ignis simul cum apparitione etiam incœpit & desiit. Ex hoc patet quod f.f. non tantum semel apparuit, sed pluries, filius autem non: quia columba, & ignis statim post apparitionem esse desierunt, non autem homo. EX HOC patet etiam, quod si columba illa, & ignis essent uerum corpus, tamen nec columba fuit uera columba: quia statim desiit, sed similitudo columbæ. Similiter nec ignis uerus ignis: quia non comburebat. Nec tamen ibi erat aliqua illusio: quia non erat ibi aliqua falsitas in significando. Offerebatur enim sensui ad significandum, quod uere ibi erat: & quia magis attendebatur ratio significandi, quam exhibendi: ideo tamdiu durauit quã diu significare potuit, uel officium signi impleuit. Et quia eadem ut formata est columba, mota, & conseruata: statim ut uis illa desiit mouere, columba & ignis desiit esse. AD ILLVD, quod ultimo quæritur, quare tot modis apparuit. f. f. dicendum, quod apparitio f.f. fuit ad manifestãdam plenitudinem redundantiæ, ut prius habitũ est, & quoniam redundantia potest esse triplex: ideo tribus modis apparuit: potest enim esse hæc plenitudo per redemptionem, & ita fuit in Christo, & hęc est perfecta gratia per omnẽ modum. Ideo in Christo apparuit in columba: quia erat pretium redemptionis primogenitorũ, & erat animal integrum & perfectum. Potest etiam esse per uitæ influentiam quantum ad sensum & motum, & hoc mediantibus sacramentis: & hæc plenitudo est in

sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotibus: & ideo datus est eis spiritus sanctus in specie flatus. Ioan. 20. Insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctum; quorũ remiſ. peccata &c. Potest etiam tertio modo esse per cognitionis administratio-nem siue doctrinam, & hæc plenitudo est in apostolis & doctoribus, & ideo spiritus sanctus apparuit eis in linguis igneis. Ex his patet responsio, & sufficientia modorum apparendi, & obiectorum.

DISTINCTIO XVII.

PARS PRIMA.

De inuisibili Spiritus sancti missione.

IAM nunc accedamus ad assignandam missionẽ spiritus sancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritus sanctus, qui Deus est, ac tertia in Trinitate persona (ut supra ostensum est) à patre, & filio, ac semetipso temporaliter procedit, ideſt, mittitur ac donatur fidelibus. Sed quæ sit ista missio siue donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

1.Io 4.

Præmittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium.

Hoc autem vt intelligibilius doceri, ac plenius perspici ualeat, præmittendum est quiddam ad hoc ualde necessarium. Dictum quidem est supra, & sacris auctoritatibus ostensum, quòd spiritus sanctus amor est patris, & filij, quo se inuicem amant, & nos. His autem addendum est, quòd ipse idem spiritus sanctus est amor, siue charitas, qua nos diligimus Deum, & proximum: quæ charitas cum ita est in nobis, ut nos faciat diligere Deum & proximum, tũc spiritus sanctus dicitur mitti vel dari nobis: & qui diligit ipsam dilectionẽ qua diligit proximum, in eo ipso Deum diligit: quia ipsa dilectio Deus est, id est, spiritus sanctus.

cap.7.

Auctoritatibus ita esse confirmat.

Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere uideamur, sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Augustin. in 8. Lib. de Trin. ait, Qui proximum diligit, consequens est vt ipsam præcipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est: consequens ergo est, vt præcipue Deum diligat. Itẽ in eodẽ, Deus dilectio est ut ait Ioan. Apostol. Vt quid ergo imus & currimus in sublimia cœlorum, & ima terrarum, quærentes eũ qui est apud nos, si nos apud eum esse velimus? Nemo dicat nõ noui quid diligam, diligat fratrem, & diligat eandẽ dilectionẽ, Magis enim nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorem Deum habere, quã fratrem. Plane notiorẽ, quia præsentiorẽ, quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem Deum, & dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio, quæ omnes bonos angelos, & omnes Dei seruos consociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo saniores sumus à tumore superbiæ, tanto sumus dilectione pleniores: & qua nisi Deo, plenus est, qui plenus est dilectionẽ? His verbis satis ostendit Aug. quod dilectio ipsa qua diligimus Deum vel proximum, Deus est. Sed adhuc apertius in eodem Libro subdit, Dilectionem quantum commendat Ioannes Apostolus, attendamus. Qui diligit, inquit, fratrem, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Manifestum est, quòd iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse: quod nunquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Aperti ſſime enim in eadẽ epistola paulo post ait ita: Dilectiſſimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognouit Deum. Qui non diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio est. Ista cõtextio satis apertè declarat eandem ipsam fraternam dilectionem (nam fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem) non solum ex Deo, sed etiam Deum esse, tanta auctoritate prædicari, scilicet Ioannis. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem: nec fieri potest vt eandem dilectionem non præcipuè diligamus, qua fratrẽ diligamus, quoniam Deus dilectio est. Item, Qui non diligit fratrem, non est in dilectione: qui non est in dilectione, non est in Deo, quia Deus dilectio est. Ecce apertè dicit, fraternam dilectionem Deum esse.

1.Ioã.4

1.Io.4

Quod fraterna dilectio non sit, nisi spiritus sanctus.

Cum autem fraterna dilectio sit Deus, nec pater est, nec filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius, sed tantum spiritus sanctus, qui proprie in Trinitate
Ca.17. dilectio vel charitas dicitur. Vnde Augu. in 15. Lib. de Trinit. Si in donis Dei nihil est maius charitate, & nullum est maius donum Dei quàm Spiritus Sanctus, quid consequentius est, quàm vt ipse sit charitas, quæ dicitur & Deus, & ex Deo? Ita enim ait Ioan. Dilectio ex Deo. Et paulo post, Deus dilectio est. Vbi manifestat eam se dilectionem dixisse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Item in eodem Ioannes volens de hac re apertius loqui, In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse igitur significatur vbi legitur, Deus dilectio est. Ex his ergo apparet, quod Spiritus Sanctus charitas est.

Quomodo dictum sit illud, Deus charitas est.

Sed ne fortè aliquis dicat illud esse dictum per expressionem causæ, Deus charitas est, eo scilicet quod charitas sit ex Deo, & non sit ipse Deus: sicut dicitur, Deus nostra patientia est, & spes: & non quod ipse sit ista, sed quia ista ex
Ca.17. Deo sunt: occurrit Augu. ostendens hoc non esse dictum per causam, sicut illa, in 15. Lib. de Trin. dicens, Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictum Deum, quod ipsa charitas sit vlla substantia, quæ Dei digna sit nomine, sed quod donũ sit Dei: sicut dictum est de Deo, Tu es patiẽtia mea. Non utiq; ideo dictum est, Tu es patientia mea, quod Dei substantia est nostra patientia, sed quia ab ipso nobis est. Vnde alibi: Ab ipso est patiẽtia mea. Hunc enim sensum facile refellit scripturarũ ipsa locutio. Tale est. n. Tu
1.Io.4. es patientia mea: quale est, Domine spes mea: & Deus meus
Ioan.4 misericordia mea: & multa similia. Nõ est autem dictum. Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea: sed ita dictum est, Deus charitas est. sicut dictum est, Deus spiritus est: hoc qui non discernit, intellectum a domino, non expositionem quærat a nobis. Non enim apertius quicquam possumus dicere: Deus ergo charitas est. Ex præ dictis clarescit, quod Spiritus Sanctus charitas est, qua diligimus

gimus Deum & proximum, vnde facilius est nobis ostendere, quomodo Spiritus Sanctus mittatur, siue detur nobis.

Quomodo Spiritus Sanctus mittatur, uel detur nobis.

Tunc enim mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est, ut faciat nos diligere Deum & proximum: per quod manemus in Deo, & deus in nobis. Vnde Aug. hunc missionis modum insinuans in 15. Lib. de Trin. Aug. ait, Deus Spiritus Ca.17.
Sanctus qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse dilectio est. Non enim habet homo vnde diligat Deum, nisi ex Deo. Ecce quomodo datur, vel mittitur nobis Spiritus Sanctus, secundum quod dicitur datum, siue donum. Quod do- Idẽ ubi
num commendat Aug. explanans apertius quomodo detur, supr. c.
in eodem Libro. Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus 17. & 18.
nostris, vt ait Apostolus, per Spiritum Sanctum, qui datus Rom. 5
est nobis. Nullum est isto dono Dei excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur & alia per Spiritum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impatiatur cuiquam Spiritus sanctus, vt eum Dei & proximi faciat amatorem, a sinistra Matt.
non transfertur ad dexteram. Neque Spiritus Sanctus pro 25.
prie dicitur donum, nisi propter dilectionem: quam qui non habuerit, & si loquatur omnibus linguis, & habuerit prophetiam, & omnem scientiam, & omnem fidem, & distribuerit omnem substantiam suam, & tradiderit corpus suũ ita vt ardeat, non ei prodest. Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternã vitam neminẽ tanta bona producunt? Ipsa vero dilectio uel charitas (nã unius rei nomen est vtrunq;) perducit ad regnum. Dilectio ergo, quę Deus est, proprie ex Deo est, Spiritus Sanctus est: per quem diffunditur in cordibus nostris Deus charitas, per quã nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime Spiritus Sanctus, cum sit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligendum est, quæ perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum? Ecce hic aperitur quod supra dictum erat, scilicet quod charitas sit Spiritus Sanctus, & donum excellentius: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo hoc donum, id est, spiritus sanctus detur nobis scilicet cum ita impartitur alicui, id est ita habet esse in aliquo, ut eum faciat Dei & proximi amatorem. Quod cum facit, tunc dari dicitur siue mitti alicui: & tunc ille dicitur proprie habere spiritum sanctum.

DEterminata parte, in qua Magister egit de processione s. s. uisibili in hac parte agit de inuisibili. Et diuiditur hæc pars in duas. In prima determinat Magister s. s. inuisibilem missionem secundum suam opinionē In secunda uero, quia sua opinio habuit multos impugnatores, ponit opinionis suæ defensionem ibi. *Hic quæritur si charitas s. s. est &c.*] Prima iterū pars habet duas. In prima missionē spūs sancti inuisibilem notificat. In secunda confirmat ibi. *Ne autem in re tanta aliquid de nostro &c.*] Item, prima pars, in qua notificat: habet duas, in quarum prima prædicit suam intentionem, ibi. *Iam nunc accedamus ad assignandam &c.*] In secūda supposito, quòd spiritus sanctus sit amor quo diligimus Deum, & proximum; ostendit ipsum inuisibiliter mitti, quando in nobis efficit huiusmodi effectum, & hoc facit ibi. *Hoc autem intelligibilius &c.*] Similiter secunda pars in qua positionem suam cōfirmat: habet quatuor partes. In prima ostendit, q̄ amor quo diligimus Deū, est similiter amor quo diligimus proximum. In secunda uero ostendit, q̄ amor ille proprie est s. s. ibi. *Cum autē fraterna dilectio sit Deus &c.*] In tertia ostendit, q̄ s. s. est charitas non caulaliter, sed essentialiter, & formaliter loquendo, ibi. *Sed ne forte aliquis dicat illud dictum etc.*] Quarto & ultimo ostendit tanquā manifestatum iam, q̄ spūs sanctus tunc mittitur inuisibiliter quando nos facit Dei & p̄ximi dilectores, ibi. *Ex prædictis clarescit, quòd spiritus sanctus &c.*]

Dub. 2. *Q*ui proximum diligit, &c.] Videtur ista consequentia nō ualere. Quamuis enim possibile sit dilectionem diligi, non tamē est necesse quod aliquis diligat eam: multa enim frequenter amamus, quę nollemus amare. Item, dubitat de ista consequentia: qui diligit dilectionem, consequens est, ut Deum diligat. Quia, aut intelligit de increata, aut creata. Si de creata, nihil ualet, diligit quid creatum: ergo in creatum. Si de increata, tunc in nullo cōcordat cū priori ſnia: q̄ a dilectio qua diligit p̄ximū, est dilectio creata. Rñ. Dicēdū, q̄ utraq; consequentia bona est in p̄posito. Quidam. n. est amor in quo nō est quietatio, nec delectatio, nec cōplacentia: ut puta ille q̄ e ex p̄nitate corruptionis, cui rō obsistit. Quidā uero est amor q̄ ē cū dilectione, cōplacentia, & quietatione. & ista amore nō est tm̄ acceptio rei amatę: imō et ipsius amoris, & talis amor est charitas, & iō sequitur, q̄ amat p̄ximū, amat dilectione. i. acceptat. Sed q̄m hū sequitur, q̄ acceptat aliq̄d ex se, multo magis acceptat illud in quo inuenit rō dilectionis: si dilectio eo ipso quo dilectio acceptat, maior dilectio magis acceptat. Cū ergo dilectio nostra sit dilectio exēplata, & dilectio diuina ut exemplar oīs rectæ dilectionis, & in illa est prima, & sūma rō oīs acceptionis: hīc ē q̄d sequit. q̄d q̄ diligit dilectionē, diligit deū. Vnde Augu. arguit ex hac suppositione, quod pria ratio acceptionis est in dilectione exēplante, non exemplata: & ex hoc patet secunda.

Dub. 2.

Et etiam potest nolierem Deum &c.] Videtur hoc falsum: quia 1. Timo. 6. dicitur de deo, quod lucem habitat inaccessibilē. Preterea de fratre nouit q̄d est, de Deo uero nō nouit q̄d est, sed si est: ipse autē non loquit quantū ad cognitionē si est. Rñ. Dicēdū, q̄ aliquid magis certitudinaliter cognosci, est dupliciter: quia certitudo cognitionis est ſm præsentiā: aliquid aūt præsens est dupliciter: aut quantum ad rōnē cognoscendi, aut quantū ad substantiā cognoscibilis. Quantū ad substantiā deus est præsentior cuilibet rei, q̄ aliqua alia res: quātū aūt ad rōnem cognoscendi hoc est dupliciter. Aut a parte cognoscibilis sicut sol: est p̄sens ceco & tñ ceco est absens lumini, sic deus est p̄sentior q̄ frater. Si autē a parte cognoscētis, sic p̄sentior est frater: quia præsens est oculis carneis quorū cognitio uiget ſm statū p̄sentem. Aliter pōt dici, q̄d præsentius ē aliq̄d dupliciter in rōne cognoscibilis, uel ſm effectū, uel ſm se. Secundum se, notior est frater, ſm effectum notior est deus. Quia effectus diuinus qui est dilectio, intrat ipsam animam, & ei est præsens, & magis cognoscitur quam frater.

Qui diligit (inquit) fratrem, in lumine manet &c.] Videtur hoc uerbum 1. Ioan. 2. positum, improprie dictum, quia lumē respicit cognitionē, sicut calor affectionē: ergo magis deberet dicere, manet in calore, quam manet in lumine. Respon. Dicendum, quòd luminis est manifestare. Manifestare autem aliquid alicui est dupliciter, aut sicut uia cognoscendorum, aut sicut uiā agendorū. Primum est p̄ scientiam, & contra illud lumen opponitur tenebra ignorantiæ simplicis. Secundum est per gratiā, Vnde 1. Ioan. 2. Vnctio docebit uos de omnibus: & contra illud est tenebra malitiæ siue peccati; & de hoc lumine, & de his tenebris loquitur Beatus Ioannes, quod pater in textu. Et Ecclesiastici 11. Error, & tenebræ peccatoribus concreta sunt: & quoniam charitas semper est cum gratia, aliæ uirtutes non, ideo dicit. Qui amat, manet i lumine, per appropriationem.

Dub. 3.

Si donis Dei nihil est magis charitate &c.] Videtur dicere falsum, quia sapientiæ donum ponitur excellentissimum inter omnia dona: uel si idem est charitas & sapientia, charitas non retinet prærogatiuam inter dona. Item, quæritur de cōsequentia, si charitas est p̄cipuū inter dona dei, & nullū maius ē q̄ s. s. ergo s. s. est charitas. Aut ergo loquitur de charitate creata, aut increata. Si de increata: tūc ergo p̄bat idē p̄ idē. Si de creata, tūc nulla

Dub. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uſ consequentia: qa non ualet, quod si creata est charitas maior inter dona creata, qđ sit s.s. Resp. dicendum, quod prædicta auctoritas Augustini potest intelligi de charitate creata, & increata: & pro utraque habet ueritatem. Si de increata, certum est. Si de creata, maximum est inter dona: quia plus habet in se de ratione bonitatis, siue de ipsa bonitate, quã aliquod donũ, loquendo præcise. Quædam.n. dona sunt quæ sunt sine charitate, & hoc quidem certum est, quod minora sunt. Quædam præsupponunt charitatem uelut donum sapientiæ. Charitas enim est, quæ dat sensum gustui, ut sapiant ei bona æterna. Vnde sapientia super addit quãdam ulteriorem uirtutem, quæ habilitat: quæ comparata ad charitatem minus bona est, sed prout claudit charitatem, maius bonum est ratione eius qđ præsupponit, & ita patet quod charitas (præcise loquendo) excellentissimum donũ est: sapientia uero præsupponendo siue implicando donum charitatis, dicitur excellentissimum. AD ILLVD, quòd obiicitur de consequentia. dicẽdum, quòd utroque modo bona est. Si enim intelligatur de charitate increata, sic ipsa est donum primum & præcipuum, & s.s. est huiusmodi: ergo oportet, ꝙ ipsa sit s. s. quia quod per superabundantiam dicitur, uni soli conuenit. Si autẽ de charitate creata, tunc consequentia Aug. intelligenda est a parte nominis sic. Si charitas creata est maximum inter dona creata, & s.s. maximũ est donorum: ergo melius nominatur nomine doni excellentissimi, quam alio: consequens ergo est ut s.s. sit charitas, sed non creata, imo illa q̃ deus est.

Non utique ideo dictũ est &c.] Dub.5. Quod dei substantia est nostra patientia. Videtur male dicere: qa charitas qua nos diligimus Deum, non est ipse Deus: nisi intelligamus quo diligimus exẽplariter: uel causaliter: ergo cũ simile sit de patientia, uidetur quod Aug. male destruit illud simile. Item, cum deus faciat nos diligentes: sicut patientes, quare non dr deus charitas nostra, sicut patientia nostra. Rñ. dicendum, ꝙ deus est charitas & essentialiter, & causaliter. Et sentialiter, quia in se amor est. Causaliter, quia in nobis amorem efficit. Sed deus non est patientia essentialiter, sed solum causaliter: & ideo scriptura istũ diuersum modum inuens, dicit Deum esse patientiam nostrã, & deum esse charitatem, sine additione. Ratio autem huius est, ꝙ quidã habitus dicunt incompletionem, sicut patientia, spes, & huiusmodi, quæ non cadunt in deo per essentiam, sed per causam: quia hmõi sunt a deo. Quidam aũt sunt habitus dicentes complemẽtũ, & hmõi sunt in deo essentialiter, sicut charitas, & sapientia, & hmõi. Notandum autem quod Aug. uult dicere, quod deus est charitas essentialiter: sed ipse non uult dicere, qđ sit charitas nostra essentialiter, sed causaliter: & exemplariter. Quãuis.n. oẽs uirtutes habeant exemplar cognoscitiuũ in Deo, & oẽs hñt exemplar secundum similitudinem longinquam: tamen quædam uirtutes non habent sibi correspondens in Deo per omnia, sicut patientia: quæ duo dicit scilicet passionem, & superferri passionibus. Quantum ad primum, non habet in Deo correspondens, sed quantum ad secundum solum. Charitas autẽ habet amorem sibi in deo per omnia correspondentẽ: & amorem, non tantum essentialem, sed etiam personalem: & ideo dicunt auctoritates, quod spiritus sanctus est charitas qua diligimus deum: & ablatiuus qua, dicit habitudinem non tantum causæ efficientis, sed etiam formalis, non perficientis, sed exemplantis.

Dub.6. *Solum est, quod diuidit inter filios regni &c.*] Videtur hoc male dicere de dono charitatis, quia aut loquitur de diuisione quantum ad cognitionem, aut quantum ad ueritatem. Si quantum ad ueritatem, hoc falsum est, quia non solum in charitate, sed etiam in fide gratuita, & spe differunt. Si quantum ad cognitionem, tunc minime diuidit, quia nescitur quis hoc donum habeat. Resp. Dicendum quod omnia dona uirtutum possunt esse informia præter charitatẽ: & quoniam possunt esse informia, possunt esse in iustis, & peccatoribus: & ideo in illis nunq̃ separantur ab inuicem, sed charitas nunquam potest esse informis, nec esse cum peccato: quia actus eius est diligere propter se, & super omnia, qui remouetur per omne peccatum: & ideo dicit Aug. quod sola charitas distinguit, loquendo de distinctione in uniuersali. Quod obiicitur de fide gratuita, siue formata, cõcedo, quod distinguit, sed tamen hoc non habet quia fides, sed quia gratuita, & ita ex hoc, quod charitati coniuncta, & sic patet illud.

Et tradiderit corpus suum, ita ut &c.] Videtur male dicere, qa dominus dicit. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animã suã ponat qs pro ouibus suis &c. ergo si hoc est maximum opus charitatis, impossibile, est quod fiat sine charitate. Respõ. Aliqui dicunt, ꝙ Apostolus dicit per impossibile: posito enim ad hoc, ꝙ aliquis hanc pœnam pateretur sine charitate pro Christo, adhuc non prodesset sibi. Credo tamẽ ꝙ ex industria naturalium, & aliqua gratiã gratis data, possent sustinere pro fide Christi mortem etiam sine charitate, sicut hæreticus sustinet per errorem: Et quod dicit dominus, quod illud est summæ charitatis, hoc dicit quantum ad signũ & exteriorem ostensionem: signa tamen sunt fallibilia: & ideo nõ necessario oportet, quòd si aliquis mortem sustinet pro Christo, siue pro eius fide, ꝙ habeat charitatem. Credo tamẽ quod si aliquis pro Christo sustineret mortem, qui non magnum haberet obicem, ꝙ disponeret se ad gratiæ susceptionem, ita quòd daretur sibi charitas. Dub.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An præter donum increatæ charitatis, ponendum sit et donum charitatis creatæ?

AD intelligentiam huius partis quatuor quæruntur. Primo & principaliter pp positionē Magistri quę ritur. Vtrum præter donū charitatis increatæ, sit ponere donum charitatis creatæ. Et hoc est quærere, Vtrū charitas qua diligimus Deum, sit Spiritus S. Secundo, dato ꝙ sit creata charitas, quæritur. Vtrum illa charitas sit diligenda ex charitate. Tertio, utrū charitas certitudinaliter possit cognosci ab habēte charitatem. Quarto, si possit cognosci ab aliquo nō hñte.

QVOD non sit ponere aliam charitatem a creata, suppositā probatione per auctoritates multas, quas adducit Magister in litera, probatur rationibus: & primo rōnibus sumptis ab essentia chatitatis, quæ est bonitas, hoc modo. Nullum accidens est melius substantia rōnali, sed charitas est melior anima rōnali, quia eam facit meliorem: ergo nō est accidens: ergo est substantia. Sed constat, ꝙ nō irrationalis: ergo rationalis: ergo anima, uel angelus, uel deus: sed non anima, uel angelus: ergo Deus. ITEM. nulla bonitas creata æquiualet beatitudini: sed charitas æquiualet beatitudini, quia per charitatem meretur homo, & efficitur dignus uita æterna, siue beatitudine: ergo charitas non est bonitas creata: ergo &c. ITEM, omne bonum creatum est bonum per participationem, sed omne bonum alio bono bonum, potest intelligi non bonum, & sic caderet in ipsō malum per diminutionem speciei, modi, & ordinis: ergo si charitas ē bona creata bonitate, potest esse mala, uel saltem intelligi mala, uel etiam fieri informis, quod falsum est. ITEM, hoc ipsum ostenditur rationibus sumptis a uirtute, sic. Quanto aliquid uirtuosius, tanto paucioribus mediis indiget: ergo si aliquid est potentissimum, nulla alia uirtute a se indiget, ergo si spiritus sanctus est potentiæ infinitę, & ipse est charitas: ergo seipso non alio inflāmat affectum ad amorem, non est ergo ponere charitatē creatam necessario, quæ sit habitus. ITEM, plus distat uirtus naturalis a deo quām uoluntas: sed Deus dirigit uirtutem naturalem non alio, quam sit ipse: ergo si ibi non cadit medium, nec in uoluntate cadet: ergo &c. ITEM. ubi mouet uirtus motoris primi semper præsens, & non potens errare: superfluit aliam uirtutem superaddere: ut puta, si manus esset semper coniuncta temoni, non oporteret ibi esse aliam uirtutem: sed spiritus sanctus est diriges, & adiuuans ipsam uoluntatem, & est cōiunctus semper, & non potens errare: ergo superfluit aliam charitatem ponere, sed omne superfluum est resecandum, ergo &c. ITEM, rationibus sumptis ab actu ostenditur illud idem, quia actus charitatis

ritatis est animam recreare: sed non minoris uirtutis est recreare, quam creare: ergo si creare solum est ab increato, quod est infinitæ potentiæ: ergo & recreare, sed hoc proprium est charitatis: ergo est increatæ. ITEM. Aliquis actus charitatis est unire, sed nulla creatura per uanitatem unitur ueritati, & oīs creatura uanitas: ergo nulla creatura est medium uniendi Deo: si ergo charitas est mediū uniendi: ergo non est uanitas, nec creatura. ITEM. actus charitatis est unumquodq; ordinatè diligere: ergo si ordinatè diligere est diligere unumquodq; ſm ꝙ sibi conuenit: cum bonum in creatum sit melius creato in infinitum: ergo ipsum magis in infinitum diligibilē: ergo si charitas facit Deum diligere ut diligendus est, charitas facit Deum in infinitum diligere: sed ꝙ exit in actum infinitum, est infinitū & increatum: ergo &c.

SED CONTRA. Charitas est principium reformandi animā quantum ad potentiam uoluntatis, sed anima quātum ad alias potentias. s. irascibilem, & rationalem reformatur per uirtutes creatas: ergo pari ratione & concupiscibilis, sed eius reformatio est charitas: ergo &c.

ITEM. Vbi reformatio, ibi est conformatio, & informatio: & ubi est informatio, ibi est aliqd informans, ꝙ se habet per modū formę, sed omnis forma rei creatę est creata (deus enim nullius est forma perficiens) ergo &c. ITEM. Charitas est principium uniendi. Vnde Hugo de sancto Vict. Scito anima mea, quod amor est uita tua: sed omnis uita existens p participationem, in aliquo est ab aliquo informante, ex quo, & uiuificabili fiant unū: sed ex deo & anima non potest fieri unum: ergo necesse est ponere in aīa aliquam charitatem creatam, quæ uiuificet. ITEM. Omne quod est i aliquo possibile ad mortem, est in illo p aliquod separabile: sed uita gię est in anima possibili ad moriendum morte culpæ: ergo p aliquod separabile: hoc autē non est Deus, quia impossibile est Dei præsentiam separari ab aliquo: ergo est aliquid creatū. ITEM. Charitas est principium gratificandi, sed gratificatio est id, in quo distinguitur bonus a malo, iustus ab impio, non tantum in actu, sed etiam i quiete, ut paruulus & adultus: ergo cū distinctio non sit boni a malo p bonitatem increatam: quia illa omnibus est communis; charitas non dicit quid cōmune. Et iterum, cum distinctio quiescentium non sit per actum, uel per usum, sed habitum, patet quod charitas dicit habitum creatū. ITEM. Charitas est principium merendi, sed non quia bona facimus, ideo boni sumus, sed magis econuerso, charitas prius facit bonū, ꝙ eliciat actū: sed cū aliquis de non bono fit bonus, necesse est aliquid pōni in ipso de nouo, & hoc nō pōt esse actus: ergo habitus. ITEM, deus aliomō cooperat in operatione meritoria ꝙ naturalis: qa si nō alio mō, tūc redit error Pelagii, qđ ex naturalibus posset hō mereri: Si ergo aliomō, cū p uirtutē increatā oī naturæ cooperetur, necesse

In libel. de Lau

dib. charitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse est quod in operatione creata meritoria cooperet mediante alia uirtute, sed hæc non potest esse nisi creata, ergo &c. ITEM. uidetur, quod Magister erraut, quia qui diuidit opera trinitatis, hæreticus est: sed Magister posuit, quod charitas, qua nos diligimus Deum, sit s.s. proprie: ergo ponit quod nostrum diligere [qđ est effectus in creatura] sit solius s.s. & ita diuidit opera trinitatis. ITEM, qui dicit quod creatum est increatũ, errat: sed charitas qua diligimus Deum & proximum [ut cõmuniter tenetur] est quid creatum, sed Magister dixit hanc esse s.s. ergo erraut.

RESOLVTIO.

Est profectò præter increatam charitatem & creatam ponere: ut potequm rationalem creaturam perficiat, distinguat, ordinet, disponatque ad uitam æternam.

RESP. ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod circa hoc est, & fuit ab antiquo duplex opinio. Quorũdã enim ut Magistri, & sequacium suorum est opinio, quod s.s. est essentialiter charitas qua pater & filius diligũt nos, & etiam qua nos diligimus Deum. Et quidã uoluerunt dicere ꝙ intellectus huius positionis potest demonstrari per similitudinem. Dicũt enim, quòd sicut lux triplicitèr potest considerari. s.in se, & in transparenti, & in extremitate perspicui terminati. Primo modo est lux: secundo modo lumen: tertio modo hypostasis coloris. Ita spiritus sanctus potest considerari in se, & sic est amor patris, & filii. Potest rursum considerari, ut in humana anima inhabitans, & sic s.s. dicitur gratia. Potest etia considerari ut unitus uoluntati, & sic est charitas, qua nos diligimus deum. Vnde dicunt, quòd spiritus sanctus est nostra charitas: non per appropriationem, sed per unionem. Quemadmodum enim solus filius est homo, uel incarnatus, & tamen tota trinitas est incarnationem operata: sed tamen solus filius unitus: sic quamuis tota trinitas faciat unionem. s.s. cum uoluntate, solus tamen s.s. unitur uoluntati, & ideo solus est charitas. Ratio autem mouens ad ponendum hoc: est auctoritas Apostoli. 2. corin. 6. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Et etiam mouet eos similitudo. Dicunt enim, ꝙ sicut filius procedit p modum naturæ, & ita naturæ unitur: sic spiritus sanctus per modum uoluntatis, & ideo uoluntati unibilis, & unitus: & qa uoluntas uertibilis est, non sic natura: ideo s.s. unitur separabiliter: sed filius inseparabiliter: & ideo longe inferiori modo, q̃ filius: & quibus sic unitur, seipso facit diligere. SED hæc positio non potest stare, quia. s.s. nõ est unibilis. Et præterea si esset unibilis, aut per naturam, aut p gratiam. Non per naturam, ergo per gratiã: ergo adhuc oportet esse habitum gratiæ disponentem animam ad susceptionem talis unionis, & ita redit cõtrarium. Ideo non credo, ꝙ Magister hoc modo fuerit huius opinionis. Et propter hoc aliter dicendum, q̃ istud quo diligimus deum, tripliciter est accipere. Aut quo diligimus effectiue & sic charitas, siue amor est trinitatis: & s.s. appropriate. Aut quo diligimus exemplariter, & sic. s.s. est unio patris, & filii, & nexus amborum, & unitas. Ad cuius imitationem charitas nos nectit: secundum ꝙ dicit dominus. Ioan. 17. Vt sint unum, sicut & nos unũ sumus. Aut quo diligimus formaliter, & sic ẽm opinionem Magistri est animi affectio. Sed in his omnibus uerum dixit, nec erraut: sed deficit: quia præter hoc est ponere charitatem secundum communem opinionem, quæ est habitus creatus animam informãs. Et ratio huius, sumitur a parte essentiæ eius, uirtutis, & operationis a parte essentiæ, quia charitas est bonitas creaturæ rõnalis, ipsam perficiens, & distinguens, & ordinans, & disponãs, & disponens ad uitam æternã, ergo necesse est ꝙ sit formalis perfectio.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur primo, quòd charitas est melior anima rationali, Dicendum, ꝙ non est ibi comparatio: quia ubi unum propter alterũ, ibi tantum unum: unde habẽs charitatem, bonus est propter charitatem. Vel non cadit ibi comparatio: quia non uniformiter dicitur bonum. Nam substantia rationalis dicitur bona, quia ordinabilis in finem: charitas bona: quia ordinans. AD ILLVD ꝙ obiicitur, ꝙ æquiualet beatitudini. Dicendum, ꝙ æquiualet secundum diuinam æstimationẽ, quæ opus charitatis æstimat dignum uita æterna, siue tanta remuneratione. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ si est bonum per participationem, tunc eius bonitas est permutabilis in informitatem. Dicendum, ꝙ aliquid dicitur bonum per participationem dupliciter. Aut qa participans, & ordinatum, Aut quia participatio, & ordinatio. Primo modo est bonum habẽs charitatem. Secundo modo charitas: & ideo potest non esse, qa non est ipsa essentia bonitatis, sed participatio: tamen nõ põt nõ esse bona uel ordinata, quia est ipse ordo amoris. Vnde sol uendum ad illud per distinctionem: & in hoc patent rationes sumptæ ab essentia. A parte ẽt uirtutis necesse est ponere charitatem habitum creatum. Nam charitas qua diligimus Deum, est uirtus, nõ tantum qua deus cooperatur nobis, sed etiã qua nostra uolũtas cooperatur deo. Adiutores enim Dei sumus: & quia cum cooperamur Deo, necesse est nos similiter conformari, necesse est, ꝙ ab illa summa charitate relinquatur in nobis aliquod exemplatum in nostro affectu, per quod moueat illi cõformiter, Voluntas. n. libera est & nata moueri ad oppositа: & ideo ponitur uirtus charitatis creatæ in nobis, non propter defectum a parte Dei nobiscum operantis: sed uoluntatis nostræ sibi cooperantis. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, quòd uirtus potentissima nõ indiget uirtute media: uerum est, sed charitas non est ꝓp illius uirtutis indigentiam, sed potius uoluntatis suscipientis, quæ indiget aliquo habitu disponente. AD ILLVD, quòd obiicitur, ꝙ Deus comparatur naturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturæ sine uirtute creata: dicendum ꝙ Deus regit naturã sicut instituit, & natura uniformiter currit, & ideo non indiget aliquo regulante. Non sic è de uoluntate, quæ mouetur diformiter, & ideo indiget aliquo habitu regulante, & disponente ipsam. Vel dicendum, quòd aliud est de natura, & uoluntate. Quia natura nõ habet moueri nisi iuxta se, uel infra: sed uoluntas supra: & ideo indiget aliquo eleuante ipsam. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ uirtus primi mororis est præsens, Dicendum, quòd non sufficit præsentia, sed necesse est, quòd recipiens influentiam habeat habilitatem, & conformitatem: & hoc est per uirtutem creatam. A parte etiam operationis ponitur necessitas, quia reformatio, uel recreatio, unio, & dilectio, non tantum sunt ab aliquo, ut ab efficiente, sed etiam ab informante: informans autem charitas creata est. Et ex hoc patent obiecta ex parte actus siue operationis. Nam ꝙ obiicitur, ꝙ creatio est ab increato, uerum est per modum efficientis, sicut & recreatio: sed reformatio ultetius relinquit formam, & ideo necesse est ponere habitum informantem. AD ILLVD quod obiicitur, quod uanitas non unit ueritati. Dicendum, ꝙ gratia potest considerari secundũ ꝙ ex nihilo, & sic est uanitas, & sic non unit. Vel secundum, quòd est influentia, secundum diuinam præsentiam, & sic habet ueritatis expressãm similitudinem, & tali modo unit. AD ILLVD ergo, quod obiicitur, quòd charitas facit diligere deũ quantum est diligendus, &c. dicendum, ꝙ hoc potest intelligi dupliciter. Vel quãtum deus deberet diligi in se, & sic est falsum: quia cum sit bonum infinitum, deberet in infinitum diligi, & tali modo deus solus seipsum diligit. Vel inquantum est diligendus ab hoc, & sic uerum est, ꝙ tunc diligit infinitũ, non simpliciter, sed secundum æstimationem habentis charitatem. Tantum.n. diligit charitas deum plusquam bonum creatũ ꝙ si bonum creatum in infinitum multiplicaretur, adhuc magis diligeret Deum. QVOD aũt obiicitur in contrarium, concedendum est, præter duo ultima: quæ ostendunt Magistrum errasse. Quod autem obiicitur, quia diuidit opera trinitatis: dicendum, quòd falsum est, quia quòd spiritus sanctus sit charitas, qua diligimus Deum, aut dictum est per appropriationẽ: aut per unionem, aut certe per exemplaritatem; & sic intelliguntur omnes auctoritates, quas Magister adducit pro se: formaliter autem loquendo, nõ intelliguntur uere, nec credo, ꝙ Magister intellexerit sic. ET ꝙ hoc patet illud, ꝙ Magister nõ dicit, ꝙ creatum sit increatum: sed ꝙ sufficiat donum increatũ sine creato: & in hoc non fuit error: sed defectus tantum.

QVAESTIO II.

An charitas ex charitate amabilis sit?

VTRVM charitas sit amabilis ex charitate, & quod sic ostenditur hoc modo. Augustin. 8. de Trinitat. Nemo dicat, non noui quid diligam: diligat fratrẽ, & diligit ipsam dilectionẽ: Ergo dilectio est diligenda, ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione: quia non est perfecta cognitio, nisi illa qua quis nouit se nosse, siue nouit ipsam notitiã: ergo nec perfectus amor nisi ille quo quis amat se amare, siue amorem: sed charitas est perfectus amor: ergo &c. ITEM. Aliquis diligit proximum, & recte: quia uidet eum habere charitatẽ: sed propter: quod unũquodq; tale, & illud magis; ergo magis debet diligere charitatem, siue dilectionem.

1. Post hoc.

CONTRA. Augustin. in Lib. de Doctrina christiana, dicit tantum quatuor diligenda ex charitate. I. Deum, se ipsum, proximum, & corpus proximi, & corpus proprium: sed charitas siue dilectio non est aliquod horum: ergo non est diligenda ex charitate. ITEM. Duplex est dilectio f concupiscentiæ & amicitiæ: si ergo charitas, siue dilectio diligitur, aut ergo dilectio ne concupiscentiæ, aut amicitiæ. Non amicitiæ, constat: quia amicitia est inter similes, & amor quo aliquis optat alii bonum, charitati autem nemo optat bonũ. Item, Nec concupiscentiæ: quia cõcupiscentia est rei non habitæ: ergo cum ex charitate nemo diligat nisi habens charitatem: ergo ex charitate non potest quis concupiscere charitatem. SI TV dicas, quod concupiscit augmentum charitatis: hoc non soluit: quia ego non quæro nisi utrum charitas, habita secũdum, quod habita est, possit amari. ITEM. sicut se habet fides ad credere, & spes ad actum sperandi, ita dilectio siue charitas ad actum diligendi; sed nullus habens fidẽ, credit fidẽ: uel in fide: quia (sicut dicit. Aug.) Credẽs scit se credere, & uidet se credere: credulitas autem est de non uisis: similiter autem nullus sperat spẽ ipsam; sed habet: ergo a simili, nec diligit charitatem: uel si non est simile, quæritur quare nõ. ITEM. Si diligẽs diligit dilectionẽ, aut eadem, aut alia. Si alia, tunc pari ratione & aliam dilectionem diligit alia, & sic erit abire in infinitum. Si ergo stare est, & nõ cõuenit abire in infinitũ, si diligit, diligit eadem. Sed si hoc, cõtra. Nulla forma specialis super seipsam reflectitur, nisi de primis intẽtionibus, sicut unitas, ueritas, bonitas. Vnde nullo modo dicitur albedo alba: ergo nec dilectio dilecta, & sic &c.

Lib. 1. ca. 23.

RESOLVTIO.

Si charitas intelligatur idem quod Deus, ex charitate utique diligenda est, & super omnia: Si habitus gratuitus, etiam; sed non super omnia, nec amore amicitiæ, uerum concupiscentiæ, & complacentiæ.

RESP. Dicendum, ꝙ accipiẽdo dilectionẽ fm qđ actus dilectio est, cõstat utique, qđ ex charitate est diligẽda. Sed accipiẽdo dilectionem fm quod est habitus gratuitus, sic utique diligenda est; sed non super omnia.

AD intelligentiam autem obiectorum, notãdum, quod triplex est amor, scilicet amicitiæ, quo aliquis alicui optat bonũ. Cõcupiscentiæ, quo aliqs sibi desiderat aliquid. Et complacẽtiæ, quo aliquis requiescit & delectatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in re desiderata cū præsens est. Dico ergo, quod charitas amore amicitiæ nullo modo est amabilis: quia non est beatificabilis. Amore concupiscentiæ est amabilis ex charitate, secundum qđ diligens desiderat amplius diligere. Amore complacentiæ, scilicet quo diligens acceptat ipsam dilectionem, qua deum diligit, hoc modo charitas diligenda est, secundum quod iam habetur, eo quod ipsa est bonum ualde acceptabile. His uisis, patet responsio ad duo prima. Nā ratio illa ex auctoritate Aug. de Doctrina Christiana, currit tolum quantum ad dilectionē amicitiæ: quia Augu. loquitur de amabili, cui aliquis optat bonū. Quod secundo quæritur, similiter patet. Quamuis enim charitatis habitę, secundum quod habita, non sit concupiscentia: nihilominus tamen est complacētia. Posset tamē dici, quod spiritualis dilectio, & possessio excitat ad desiderdū dū reficit, & reficit dū excitat, iō simul manēt concupiscentia & complacentia. Ad illvd, quod obiicitur tertio de fide & spe, dicendum, quod non est simile. Actus enim fidei de se dicit imperfectionē: similiter & spei. Alter enim est rei non uisæ, alter rei non habitæ: & ideo si talis actus reflecteretur, diminueret de ratione habitus. Vnde qui credit credulitatem, non habet eam, & spem similiter: & ideo hæ uirtutes euacuātur in patria: sed dilectio est actus completionis & perfectionis, sicut scientia: unde sicut perfecte scit, qui scit se scirenta perfecte diligit, qui amat dilectionem. Ad illvd, quod obiicitur, aut eadem, aut alia &c. dicēdum, quod eadem quantum ad habitum: sed alia quantum ad actum. Et qvod obiicitur, q̄ specialia non reflectuntuur, Dicendum, quòd reflexio in forma aliquando uenit ex natura, & sic est in generalibus: aliquando uenit ratione eius in quo est, & sic est in formis quæ sunt in potentiis natis supra se couerti, & in quantum supra se conuertūtur: & quoniam potentia cognitiua seipsam cognoscit, & uoluntas est instrumentum seipsam mouens, ideo per scientiam scit aliquis, & scientiam suam nouit, & per charitatem se, & ipsam diligit. Et si quæratur ratio, quare potentia intellectiua nata est sic supra se redire, & uoluntas: alibi dicitur, sed hoc modo tātum sufficiat, quia sunt simplices potentiæ, & in substantia simplici fundatę, & organo nō alligatæ: ideo patet, quod non est simile illud quod obiici consuenit: in sentibus: alia est potentia quæ uidet, & alia qua uidet se uidere, quòd similiter debeat esse in intellectu.

Qvaestio III.

An quis certitudinaliter scire possit, quod in charitate sit?

Vtrvm charitas sit certitudinaliter cognoscibilis ab habente. Et quod sic, uidetur auctoritate Augu. in 8. de Trin. & habetur in litera. Qui fratrem diligit, magis nouit dilectione qua diligit, quā, fratrem quem diligit, sed fratrem nouit certitudinaliter: ergo & charitate. Item. 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrem suum in lumine manet: ergo si charitas est lumē, cum nihil certius uideatur quam lumē: ergo &c. Item. 1. Ioan. 2. Vnctio docebit nos de omnibus: non inquam de omnibus cognoscibilibus; sed de omnibus necessariis ad salutē: ergo maxime nos docet unctio spiritus sancti. Item. Quanto aliquid animæ est præsentius, tanto certius uidetur, & cognoscitur: sed charitas animę est præsentissima: quia est in ipsa anima: ergo &c. Item. Habēs fidem, certus est se habere fidē: nihil enim certius e homini sua fide, ut dicit Augu. ergo pari ratione habens charitatem, scit se habere charitatem. Contra. Eccles. 9. Nemo scit utrum odio, uel amore dignus sit: ergo cum habens charitatem sit dignus amore. nescit se dignū: ergo &c. Item. 1. Corinth. 4. nihil mihi conscius fuum; sed non in hoc iustificatus sum, ergo uidetur, q̄ homo non habēs remorsum, possit non esse iustificatus: ergo non habere charitatem: sed nullum signum euidentius est charitatis, quam carentia omnis remorsus: ergo si illud est fallibile, cætera sunt fallibilia. Item. Charitas est diligere deum ꝓpter se, & super omnia, infra quod nihil æque, uel supra, uel contra; sed nemo scit utrum præ omnibus diligat deum: ergo nemo scit utrū habeat certitudinaliter charitatem. Item. Habens charitatem est deo acceptus: & constat nobis, & omnibus, quòd ista sūt conuertibilia: sed nemo scit utrū deo sit acceptus nisi per reuelationem: ergo nemo scit se habere charitatem nisi per reuelationem. Item. Dicit Apostolus, q̄ nesciebat utrum haberet culpā, cum dicit: Sed nō in hoc iustificatus fum: ergo ab oppositis, ne sciebat se habere gratiam: ergo cum charitas non sit sine gratia: ergo &c.

Resolvtio.

Quandiu hic homo peregrinatur, de sui atque aliorum charitate conuelut are potest, certitudinaliter scire non potest, nisi per reuelationem.

Resp. Dicēdum, q̄ charitatem cognosci essentialiter, est duplici ter. Vel in uniuersali quid sit, & qualis esse debeat, & hc utiq; cognosci potest. Alio modo est cognosci charitatem in speciali, siue in hoc; & hoc modo nec de se, nec de alio, quamdiu homo uiuit, potest certitudinaliter scire De alio non: quia nemo nouit quæ sunt in homine, nisi per signa, q̄ fallibilia sunt. De se non, & huiusmodi potest esse quadruplex ratio. Vna & præcipua est diuinæ acceptationis implicatio: qa charitas iuncta est gratiæ gratum facienti, quę ideo dicitur gratum faciens: quia reddit hominem deo acceptum: & ideo charitas sic uocatur, non tātum quia habet earum amatū; sed quia etiam facit hominem deo carum, & quia nescimus dei acceptationem certitudinaliter, nisi per reuelationem, ideo nescimus nos habere charitatē, nisi per reuelationē doceamur. Secunda ratio est similitudo ipsius ad dilectionem acquisitam. Potest enim cōtingere aliquem inflammari ad amadum deum per assuetactionem, qui corruet per aliquod peccatum spirituale, & tamen semper afficietur, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut expresse patet per beatum Bernardum in Libr. de amore Dei, ubi reprehendit superbientes de deuotione. Tertia ratio est nostri oculi lippitudo: quia oculus noster est sicut oculus noctuæ ad manifestissima naturæ, sicut dicit Philosophus.

2. Met. tex. 1. Vnde sicut oculus lippus nescit distinguere inter lumen diei, & lumen flammę, uel lunę, ita oculus noster spiritualis inter lumē gratiæ gratis datæ, & gratum facientis. Quarta ratio est diuinorum iudiciorū dispensatio. Deus enim claudit oculos seruorū suorum, quantum ad ea quę spectāt ad eorum dignitatem, & de quibus possunt efferri. Vnde gratia contraria est superbis. Superbia enim aperit oculos ad uidendū prærogatiuas, & claudit ad uidēdum indigentias, & defectus. iuxta illud Apoc. 3. Dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius indigeo: & nescis quia pauper es, & cęcus &c. Sed econtra. uir sanctus dicit se nihil esse: qa claudit oculos suos Deus ad bona, & aperit ad uidēda mala. Et hæc est ratio quare homo non cognoscit charitatem: quæ quamuis per se non sufficiat, tamē cum aliis bona est. Credo tamen, quòd illa est præcipua, quę primo dicta est. Quamuis. n. charitas non possit certitudinaliter cognosci esse in aliquo eam habēte respectu sui: si pōt p signa probabilia cognosci, maxime p mortificationē concupiscentiæ, & amoris uani siue mūdani, & per multa alia signa probabilia, quæ sancti dicunt, & ponunt.

Ad illvd ergo, quòd obiicitur in contrarium, quòd certior est dilectio quā frater, Dicēdum, quòd charitas non tātum dicit dilectionē; sed ultra hoc addit, p gratuita est. Et quantum ad habitū dilectionis certitudinaliter est cognoscibilis: quantū uero ad illud quod dicit gratuitum, nō. Ad illvd, quod obiicitur, quòd charitas est lumen. Dicēdum, p quamuis de se charitas sit cognoscibilis, tamen nō cognoscitur a nobis: quia oculus noster lippus ē. Ad illvd, quod obiicitur, quòd unctio docet nos de omnibus necessariis ad salutem, Dicēdum, p uerum est eo modo quo necessaria sūt, sed scire se habere charitatem, non est necessarium ad salutem: sed solum habere. Ad illvd, quod obiicitur de præsentia charitatis, Dicendum, p quamuis substantia habitus sit præsens, tamen conditio quæ concomitat habitum, scilicet diuina acceptatio, non est præsens, imo latens in Dei cognitione, & iudicio. Ad illvd, quod obiicitur de fide, Dicendum, p non est simile: quia fides dicit habitum purum, non superaddendo acceptationem, sicut charitas, & ideo patet p non est simile.

Qvaestio IIII.

An charitas à charitatē non habente cognoscibilis sit?

Vtrvm charitas sit cognoscibilis a nō habente. Et quod non, uidetur: quia omne quod cognoscitur: aut cognoscitur per essentiam, aut per similitudinem. Non per essentiam, quia non est essentialiter in anima peccatrice. Si ergo cognoscitur, hoc est per similitudinem. Sed contra 2. Corinth. 12. dicit Glo. Tertium genus uisionis, quo dilectio intellectiua conspicitur, eas res continet, quæ non hent sui similes imagines, quę non sunt ipsæ: ergo similitudo charitatis non est aliud quàm charitas: ergo si caret quis charitate, caret & similitudine eius, & ita nunquam cognoscit charitatem Item. Si non habens charitatē cognoscit eam: aut ergo per speciem innatam, seu lucem propriam, aut per acquisitam, aut p effectum. Non per innatam, qa creata est sicut tabula rasa. Non

3. de Anim. 14 per specie acquisitam, quia omnis species acquisita acquiritur mediante sensu, & imaginatione, sed species charitatis non cadit in sensu, nec in imaginatione. Item non per effectum, qa nemo cognoscit p effectum aliquid, nisi sciat, quod sit causa illius effectus. Vnde nullus cognoscit p eclipsim interpositionem terræ, nisi sciat, p interpositio est illius causa. Si ergo per effectum cognoscit, oportet p sciat prius quoniam illius est cā charitas, & ita p cognoscit charitatem: non ergo per effectum. Si tu dicas quod cognoscit in illa ueritate ęterna: Aut hoc erit effectiue, aut formaliter. Si effectiue, sic omnia cognoscūtur in ea, quæ omnia facit scire quęcūque sciuntur. Si autem formaliter, siue exemplariter: ergo uidetur, p uel imprimit aliquā speciem in intellectu, uel necesse ē, quod ipsa ueritas, uel exemplar conspiciatur, quorum alterum est supra improbatum.

Sed Contra Peccatores deficerant charitatē, sed nullus deficerat quod nō cognoscit, quia

incognita non possunt diligi sicut dicit Augu. ergo ipsi cognoscūt charitatem: Item. Aliquis habens charitatem potest habere cognitionem de illa: sed omne quod cadit in intellectu apprehendente, potest in memoria conseruari: ponatur ergo, p imprimatur hæc cognitio memoriæ, & quod demum cadit a charitate, constat p lapsus a charitate memoriam eius retinuit: ergo adhuc cognoscit eā: ergo charitas potest cognosci à non habente. Item. Si charitas cognoscitur ab habēte, aut hoc est per essentiam, aut per similitudinem. Per essentiam non, cōstat. Sed probatur, p per similitudinem, quia nihil cognoscit intellectus, nisi ab illo informetur: sed charitas habitus est affectus: ergo secundum essentiam illam non egreditur: ergo si unitur intellectui & illum informat, hoc est per similitudinē, & hęc similitudo pōt haberi a non habente charitatem: ergo &c. 10. De Trin. cap. 11

Item. Augu. dicit 9. de Trin. p ad hoc, quod intellectus intelligat quod est in memoria, necesse est aciem intellectus informari: ergo multo fortius ad hoc quòd intelligat quod est in uoluntate: ergo si intelligit charitatem, informatur intellectus aliquo, & non substantia charitatis: ergo similitudine: ergo idem quod prius.

Resolvtio.

Et quidem cognitione speculatiua, sed non experientiæ.

Respon. Dicendum, quòd cognitione experientię, non cognoscitur charitas nisi ab habente: cognitione uero specula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

culationis, certum est cognosci charitatem etiam a non habente. Modus autem huius cognitionis non potest esse per charitatis essentiam, nec per similitudinem a sensibus acquisitam: ergo necesse est, q̃ sit per similitudine infusam, uel innatam: utraque autem quæ sic cognoscuntur ab homine, dicuntur ab Augustino cognosci in ueritate eterna: aut quia ueritas cognitione infundit, ut in prophetis: aut qa a conditione imprimitur, secun
Psal. 4 dum illud Psalmistæ. Signatum est super nos lumen uultus tui domine &c. Charitas autem nõ cognoscuur a peccatoribus per speciem infusam: ergo oportet, q̃ per innatũ cognoscatur. Species autem innata potest esse dupliciter, aut similitudo tantum, sicut species lapidis: aut ita similitudo, q̃ etiam quædam ueritas in seipsa. Prima species est sicut pictura, & ab hac creata est anima nuda. Secunda species est impressio aliqua summæ ueritatis in anima, sicut uerbi gratia, animæ a conditione sua datum est lumen quoddam directiuum, & quædam directio naturalis, data est etiam ei affectio uoluntatis: cognoscit ergo anima quid sit rectitudo & quid affectio, & ita quid rectitudo affectionis, & cũ charitas sit, hoc cognoscit charitatem per quandam ueritatem, quæ tamen ueritas est similitudo charitatis: & tunc rectè habet rationem similitudinis, dũ accipitur ab intellectu: habet tamen rationem ueritatis, prout est in anima. Vnde q̃ Augustinus dicit, quòd huiusmodi habitus cognoscuntur in ipsa ueritate, & per similitudines, quę sunt idem quod ipse: non dicit hoc quia non sit aliqua species in intellectu cognoscentis, sed quia in anima non est pura species, sed ueritas quædam ab ipsa ueritate impressa. Et sic patet responsio ad obiecta.

DISTINCTIO XVII.

PARS SECVNDA.

An Spiritus Sanctus detur habenti, & non habenti.

HIC quæritur, si charitas spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur & minuatur in homine, & magis & minus per diuersa tempora habeatur, vtrum cõcedendum sit, quòd spiritus sanctus augeatur,
Luc. 19 vel minuatur in hoie, uel magis & minus habeatur. Si enim in homine augeatur, & magis uel minus datur, & habetur,
Psa. 63 mutabilis esse uidetur, Deus autẽ omnino immutabilis est. Videtur ergo quòd uel spiritus s. non sit charitas, uel charitas non augeatur, uel minuatur in homine. Item, charitas
In antiqua habetur cassio. & non habenti datur vt habeat, & habenti, vt plenius habeat.

beat. Si ergo spiritus sanctus charitas est, & non habenti datur vt habeat, & habenti vt plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti, cum ipse vt Deus sit ubique, & in omnibus creaturis totus, & quomodo plenus datur vel habetur sine sui mutatione?

Responsio ad primam quæstionem.

His itaque respondemus, dicentes quòd Spiritus sanctus siue charitas penitus immutabilis est, nec in se augetur, vel minuitur: nec in se recipit magis, uel minus: sed in homine: uel potius homini augetur & minuitur, & magis, uel minus datur uel habetur. Sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis, qui tamẽ in se nec magnificatur, nec exaltatur. Vnde Propheta, Accedat homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait auctoritas, Deus non in se, sed in corde hominis grãdescit. Si ergo spiritus sanctus homini datur, & datus amplius datur, ideſt, augetur, et magis & minus habetur: & tamen immutabilis existit.

Responsio ad secundam.

Cum quæ ubique sit & in omni creatura totus, sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent, in quibus est: alioquin & irrationabiles creaturæ haberent spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.

Auctoritate confirmat utranque responsionem.

Vt autem certius fiat quod diximus, auctoritate confirmemus. Quod spiritus sanctus magis ac minus percipiatur & homini augeatur, & non habenti detur, & habenti vt plus habeatur, Aug. ostendit super Ioannem dicens. Sine spiritu sancto constat nos Christum non diligere, & eius mandata seruare non posse: et id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus: tanto vero amplius, quanto illum percipimus amplius. Ideoq; non solum nũ habenti sue rum etiam habenti non incassum promittitur. Non habenti quidem, vt habeatur: habenti autem, vt amplius habeatur. Nam si ab alio minus, & ab alio amplius non haberetur, sanctus Helisæus sancto Heliæ non diceret, spiritus qui est in te, duplo sit in mẽ. Christo autem qui est Dei fi-

Tom. 9. Tra. 74 sup illo Si diligitis me &c. 4. Reg. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius, non ad mensuram datus est spiritus. Neque enim sine gratia spiritus sancti est mediator Dei & hominum homo Christus, quòd enim est vnigenitus Dei filius æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ. Quòd autem in vnitatem personæ unigeniti assumptus est homo, gratiæ est, non naturæ. Cæteris autem ad mensurã datur, & datus additur, donec unicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura cõpleatur. Ecce expresse habes, quòd spiritus sanctus magis & minus datur uel accipitur, & homini datus augetur, & habenti & non habenti datur, quia spiritus sanctus est charitas, quæ non habenti datur, & in habente augetur & proficit. Imo, ut uerius et magis proprie loquar, homo in ea proficit & deficit aliquando: et tunc ipsa dicitur proficere uel deficere: quæ tamen nec proficit, nec deficit in se, quia Deus est. unde Aug. in homil. 9. super epistolam Ioan. ait. Probet se quisque, quantum in illo profecerit charitas, uel potius quãtum ipse in charitate profecerit. Nam si charitas deus est, nec deficit, nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur charitas, quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendũ sit, cum dicitur spiritus sanctus augeri in nobis, quia nos in eo scilicet proficimus, sic & alia huiusmodi.

Tom. 9. Trac. 9 In prin

Quod aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatẽ, qua diligimus Deum & proximum.

Supra dictum est, quòd spiritus sanctus charitas est patris & filij, qua se inuicem diligunt & nos: & ipse idem est charitas, quæ diffunditur in cordibus nostris, ad diligendum Deum & proximum. Horum alterum omnes catholici concedunt, scilicet quòd spiritus sanctus sit charitas patris & filij. Quòd autem ipse idem sit charitas, qua diligimus Deũ & proximum, à plerisque negatur. Dicunt enim, Si spiritus sanctus charitas est patris & filij & nostra: eadem ergo charitas est, qua Deus diligit nos, & qua nos diligimus eum.

Hac d. lib. c. 1. Rom. 5

Hoc autem sanctorum auctoritates negare uidentur, Dicit enim Aug. in Lib. de Spiritu & litera, Vnde est dilectio, nisi unde & ipsa fides, ideſt a spiritu sancto? Non esset. n. in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritum. Charitas autem Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua

Tom. 3. cap. 23 in fine cap. 3

qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Sicut iustitia Dei dicitur, quia nos iusti eius munere efficimur: & domini salus, qua nos saluat, & fides Christi, qua nõ fideles facit. His uerbis uidetur monstrari distinctio inter charitatem, qua Deus diligit, & qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur Dei, nõ quod ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit: similiter, & fides, & salus: sic videtur dicta dei charitas; quæ est in nobis, non quod ipse ea diligat, sed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem Aug. in lib. 15. de Trinit. ait, Cùm Ioannes commemorasset Dei dilectionem, non qua nos eũ, sed qua ipse dilexit nos; & misit filium suũ liberationẽ pro peccatis nostris. Ecce & hic uidetur manifeste diuidere dilectionem, qua nos diligimus Deũ, ab ea, qua ipse diligit nos: Si ergo, inquiunt s. s. dilectio est, qua Deus diligit, et qua nos diligimus, duplex dilectio est, imò duo diuersa est: quod absurdum & a ueritate longè est. Non est ergo dilectio, qua diligimus, sed qua Deus tantum diligit nos.

Ca. 17. 1. Io. 4

Responsio ad prædicta.

His respondemus prædictarum auctoritatum verba determinantes hoc modo. Charitas dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua ipse nos diligit, sed qua nos diligere facit, &c. His verbis non diuiditur, nec diuersa ostenditur charitas, qua Deus nos diligit ab ea qua nos diligimus: sed potius cum sit vna, & eadem charitas, & dicatur ipsa Dei charitas, & diuersis de causis, & rõnibus Dei charitas appellari in scriptura ostenditur. Dicitur. n. Dei charitas, uel quia deus ea diligit nos, uel quia nos ea suos dilectores facit.

De spiritu & litera. Ca. 32

Determinatio primæ auctoritatis.

Cum ergo ab Apostolo dicitur Charitas Dei diffundi in cordibus nostris, non est dicta charitas Dei qua diligit nos, sed qua facit nos diligere: ideſt, non ibi appellatur charitas Dei, eo quòd Deus nos ea diligit, sed eo quod nos ea sui dilectores facit. Et quod ea ratione possit dici charitas Dei, quia nos ea diligere facit, ex simili genere locutionis ostenditur; sicut dicitur iustitia Dei, qua nos iustificat: et domini salus, qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit.

Rom. 5 Psa. 18 Psa. 32 Gal. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Determinatio secundæ.

Ex Lib. 16. de tri ni. c. 17 *Similiter, & aliam exponimus auctoritatem, vbi ait dilectionem Dei commemorari, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos: ac si diceret, commemorat dilectionem Dei, non secundum quòd ea nos diligimus Deum, sed secundum quòd ipse ea diligit nos.*

Obiectiones eorundem.

Libr. de spū & li. c. 32 in to. 3. Dis. 15. *Sed aliud est, inquiunt, quod magis vrget, dixit enim supra Aug. quòd dilectio est a Spiritu sancto, a quo fides. Sicut ergo fides non est spiritus sanctus a quo est, ita nec charitas. Quomodo ergo spiritus sanctus est, si ab ipso est? Nā si ab ipso est, & ipse est: ergo spiritus sanctus a seipso est.*

Ad quod dicimus, Spiritus Sanctus quidem a seipso non est: sed tamen a seipso datur nobis, vt supra dictum est. Dat. n. seipsum nobis spiritus sanctus. Et ex hoc sensu dictum est, quòd charitas ab ipso est in nobis, & tamen ipsa S. S. est, Fides autem est a spiritu sancto, & non est spiritus sanctus, quia donum, uel datum solummodo est, non Deus dans.

Confirmatio pe alias rationes, & auctoritates.

Alias quoque inducunt rationes ad idem ostendendum, scilicet quòd charitas non sit spiritus s. quia charitas affectio mentis est, & motus animi: spiritus sanctus vero non est affectio animi, vel motus mentis, quia spiritus sanctus immutabilis est, & increatus: non est ergo charitas.

Quòd charitas est motus, uel affectio animi.

Ca. 10. cap. 11 Rom. 8. *Quod autem charitas sit affectio animi & motus mentis, auctoritatibus cōfirmant. Dicit enim Aug. in 3. Lib. de doct. Christiāna. Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se, ac proximo propter Deum. Idem in Lib. de Moribus ecclesiæ catholicæ: tractans illud verbū Apostoli, Nec mors, nec vita, poterit nos separare a charitate Dei. Charitas Dei, īquit, hic dicta est virtus, quæ animi nostri rectissima affectio est, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur, quòd charitas est affectio & motus animi, ac per hoc non videtur esse spiritus sanctus.*

Respon-

Responsio determinans auctoritates.

Ad quod dicimus, hoc ita dictum esse, sicut dicitur Deus est spes nostra, & patientia nostra, quia facit nos sperare, & pati. Ita charitas dicitur esse motus, siue affectio animi, quia per eam mouetur, & afficitur animus ad diligendum Deum. Non autem mireris si charitas, cum sit spiritus sanctus, dicatur motus mentis, cum etiam in Lib. Sap. dicatur de spiritu sapientiæ, Qui attingit a fine usque ad finem, qui est actus mobilis, certus, incoinquinatus. Quod non ideo dicitur, quòd sapientia sit mobile aliquid, uel actus aliquis, sed quia sui immobilitate omnia attingit, nō locali motu, sed ut ubique semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Si ergo charitas dicitur motus animi, non quòd ipsa sit motus, uel affectio, uel uirtus an mi: sed quia per eam, quasi esset uirtus, afficitur mens, & mouetur. Sed si charitas spiritus sanctus est, qui operatur in singulis prout uult, cum per eum mens hominis afficiatur, & moueatur ad credendum, uel sperandum, & huiusmodi, sicut ad diligendum: quare non sic dicitur charitas motus, uel affectio mentis ad credendum, uel sperandum, sicut ad diligendum? Ad quod sane dici potest, quia alios actus, atque motus uirtutem operatur charitas, idest, spiritus sanctus mediantibus uirtutibus, quarū actus sunt: ut pote actum fidei, idest credere fide media, ut actum spei, idest, sperare media spe. Per fidem enim, & spem prędictos operatur actus. Diligendi uero actum per se tantum, si ne alicuius uirtutis medio operatur, i. diligere. Aliter ergo hunc actum operatur, quam alios uirtutus actus. Ideoque differenter de hoc, & de aliis loquitur scriptura, quæ istum specialiter charitati tribuit. Est ergo charitas uere spiritus sanctus. Vnde Augustinus præmissum uerbum Apostoli tractans in eodem lib. charitatem dicit esse bonum, quo nil melius est: & per hoc ipsam esse Deum significat, dicens. Si nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest? Ecce dicit, quia charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritus sanctus est qui deus est, & donum Dei, siue datum, qui dividit singulis fidelibus dona, nec ipse dividitur, sed individuus singulis da-

Psal. 118. 1. Co. 12. De motibus ecclesiæ Cap. 11 Rom. 8 1. Co 12 Tomo 9 Tra. 74 circa expositionem illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Vnde Aug. ubi Ioannes dicit, non ad mensuram Christo dari spiritum, ait. Cæteris uero diuiditur, non quidem ipse spiritus, sed dona eius.

Non. n. ad mēsurā dat deus spiritum.

An concedendum sit, q̄ per donum dentur dona.

Hic quæritur, cum spiritus sanctus, per quem diuiduntur dona, ipse sit donum, utrum concedendum sit quod per donum diuidantur, ac dentur dona? Ad quod dicimus, quia per donum quod est spiritus sanctus, singulis propria diuiduntur, & ipsum communiter omnes boni habent. Vnde Aug. in 15. lib. de Tri. ait, Per donum, quod est spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibusque propria, diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alii alia: quamuis ipsum donum, a quo cuique propria diuiduntur, omnes habeāt. i. spiritum sanctum. Ecce aperte dicit per donū dona donari.

VTRA egit Magister de missione spiritus sancti inui sibili secū dum opinionē suā. Hic secundo ponit opinionis suæ defensionem, & hoc facit respondendo obiectionibus, quæ possunt opinionem suam improbare. Et quoniam sua positio improbari pōt & ratione, & auctoritate, & utroq; modo: ideo habet hæc pars tres partes. In prima parte per rationem impugnat, & improbat hoc quod dixerat, quod spiritus sanctus est charitas qua diligimus deum & proximum. Secundo uero per auctoritatē ibi. *Supradictum est, quod S.S. &c.*] Tertio per auctoritates & rationes ibi. *Aliat quoque inducunt &c.*] Prima ratio contra Magistrum sumpta est ex hoc, q̄ charitas augeatur. Secunda ratio contra ipsum sumpta, est ex hoc q̄ charitas est a spiritu sancto, sicut dicit Augustinus. Tertia rō sumpta est ab hoc q̄ charitas est animi affectio, & hoc quidem rōni & auctoritati consonat. In qualibet autem istarum partiū Magister primo opponit, & secundo determinat: & partes manifestæ sunt.

Christo autem qui est dei filius &c.] Videtur hoc falsum, quia omne finitum habet mensurā, ergo si Christo datus est spiritus non ad mensuram, Christo datus est spiritus infinitus. Sed contra hoc est, q̄ omnia creata sunt finitæ capacitatis. Respondet hoc infra melius patebit, modo tantum sufficiat, q̄ hoc uel est dictum pp gratiam unionis, qua fecit, q̄ oīa quæ Dei sunt, sint illius hominis, uel pp gratiam capitis, quia in Christo est gratia ad omnes actus nō arcta, sicut in capite uigent omnes sensus. Vnde illa determinatio non priuat finitatem: sed priuat determinationem ad aliquem actum, siue speciale bonum.

Dub. 2. *Charitas Dei, inquit, dicta est uirtus &c.*] Videt male dicere, quod charitas est affectio, quia nullus habitus est affectio, charitas est uirtus, & ita habitus: ergo non est affectio. Resp. dicendum, quod affectio dicitur qua dupliciter. Vnomodo ipsa uis affectiua: Alio modo dicitur affectio, passio uis affectiuæ, ut gaudium & dolor & huiusmodi. Tertio modo dicitur actus potentiæ affectiuæ. Quarto modo dicitur habitus affectiuus: sicut intellectus uno modo dicitur habitus principiorum, & est regula intellectus, & hoc modo accipitur, cum dicitur, q̄ charitas est affectio, & similiter accipit Bernardus cū dicit, quod uirtus est affectio ordinata.

Dub. 3. *Alios actus &c.*] Contra. per hoc, quod dicit, quod charitas intus operatur alios actus, atque motus, mediantibus aliis uirtutibus: uidetur dicere contra illud, q̄ dicitur ad Gal. 5. Fides per dilectionem operatur. Respond. Dicendum, quòd quamuis illud possit sustineri, quod charitas operatur mediātibus aliis uirtutibus tanquam ministris, & aliæ nihilominus per charitatem adiuuantem, & dirigentem: tamen solutio Magistri, quam hic facit, non ualet: quia Magister petit principium in soluendo, supponit enim in solutione oppositū eius, quod probatur: cū enim spiritus sanctus non efficiat in nobis opera aliarum uirtutum sine habitibus mediis, quomodo efficit in nobis opus dilectionis. SI TY DICAS, quod ipse dilectio est: similiter possum dicere, quod filius est sapientia & uerbum, ergo pari ratione sine habitu medio debet illuminare intellectum: & propter hoc Magistri opinio non est ita probabilis: nec quantum ad rationes, nec quantum auctoritates, quod patet, si attendantur prædictæ solutiones.

Dub. 4. *Nec ipse diuiditur &c.*] uidetur dicere falsum, quod s.l. non diuidatur: quia Numeri 11. dicitur, quòd dominus dixit Moysi. Auferam de spiritu tuo &c. Item. 1. Io. 4. de spū suo dedit nobis: si dedit de spiritu, uidetur quod uel totum dedit, uel diuisit in partes. Resp. Dicendū quòd spiritus sanctus est in semetipso simplex, & ideo in se indiuisus: sed in effectibus est multiplex, & ideo quantum ad effectum diuiditur, quia non datur singulis ad omnia: & hinc est, quod plenius datus est Moysi quā aliis, & quod ideo dicit, auferā de spiritu tuo: & quia non ad omnia datur nobis ideo dicit beatus Iohannes, de spiritu suo dedit nobis.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An charitas secundum substantiam augeri possit.

AD intelligentiam huius partis est quæstio d̄ augmēto charitatis, & circa hoc quæritur quatuor. Primò quęritur, utrum charitas possit augeri secundum substantiam: Secundò quæritur de modo augmēti ipsius charitatis. Tertiò q̄ritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur de oppositio augmenti ipsius, s. de diminutione, utrū charitas possit diminui. Quarto de augmento charitatis quantum ad terminum, siue ad statum.

QVantum ad primum ostenditur, quod charitas possit augeri, secundum substantiam, per Aug. ad Bonifacium. Charitas meretur augeri, ut aucta meretur perfici. ITEM. hoc ipsum uidetur ratione, charitas uię secundum substantiam minor est charitate patriæ, sed a charitate uiæ ad charitatem patriæ conuenit deuenire, ipsa saluata in esse, quoniam charitas uiæ nunquam excidit, sed motus a minori ad maius re salua, est augmētum: ergo conuenit charitatem augmentari. ITEM. constat, qꝫ diuersis maiora & minora præmia dabunt. Vnde Apost. 1. Co. 15. Alia claritas solis, alia claritas lunę &c. & constat, quod uni & eidem secundum diuersos status, debetur diuersum p̄mium. s. maius & minus, sed magnitudo p̄mii substantialis respondet quantitati charitatis, non secundum seruorem, sed secundum substantiam, ergo si cōtingit maius præmium alicui deberi, ergo & charitatem substantialiter augeri. ITEM. contingit charitatem meliorari, cū non sit summum bonum: sed charitas est bona substātialiter: ergo contingit charitatem secū dum suam substantia fieri meliorem. Sed ut dicit Aug. in 7. de Trin. 8. cap. In spiritualibus idem est maius & melius: ergo cū charitas sit quid spirituale, possibile est secundum substantiam ipsam effici amorem.

Tract. 5. in Ioan. circa fi nem.

ITEM. constat quod in uno & eodem charitas potest in maiorem effectum & actum: ergo cū maioritas effectus ueniat a magnitudine uirtutis, possibile est charitatem maiorem effici secū dum uirtutem. Tunc quæro, aut charitas est sua uirtus, aut non. Si sic: ergo augmētata uirtute, necesse est augeri essentiā charitatis. Si non, tunc quæro de illa uirtute, aut habet essentiam, aut nō. Si sic similiter quę ro de illa: ergo uel erit abire in infinitum: uel necesse est poni, quod aliquid augeatur secundum substantiam, sed qua ratione alia uirtus, & charitas.

SED CONTRA, charitas est forma, sed omnis forma consistit in essentia inuariabili: ergo & charitas, sed nihil inuariabile secundum essentiam, augetur secundum essentiam: ergo nec charitas. ITEM. ubi augmētum, ibi maius & minus: sed ubi est simplicitas, ibi non est maius & minus: si ergo charitas est forma simplex & non extensa, in charitate non erit augmentū. ITEM, augmentum in corporalibus est secundum accidens, & non secundum substantiam, ergo pari ratione & in spiritualibus: ergo si charitas augetur, hoc est secundum accidens, non secundum substantiam. ITEM, quod augeꝫ mutatur, & quod augetur secundum substantiam, mutatur secundum substantiam: sed quod substantialiter mutatur, est aliud nunc quam prius: ergo quod augetur secundum substantiam, non manet, si ergo charitas nunquam excidit, nisi per peccatū: sed

Ex 1. Gene. ver. 31. 1. Phi. 3. Phi 55.

sed semper manet: ergo non augetur.

RESOLVTIO.

Cum in charitate sit quantitas uirtutis, nec in summo, eadem prorsus cum illius substantia; cur dubium, quòd substantialiter augeri possit?

RESP. Dicendum, qꝫ secundū communem opinionem uerum est, charitatem substantialiter augeri. AD intelligentiam autem obiectorum distinguūt quidam augmentum secūdum duplicem differentiam. Augmentum enim est, quando minori succedit maius: hoc autem potest esse dupliciter: uel ita quod illud idem, quod prius fuit minus, postea fiat maius: sicut homo dicitur augeri, uel aliquid aliud quantum: & hoc modo charitas nō augetur ut dicunt: Vel ideo, quòd minori succedat maius, non idem in numero, sed consimile in forma, sicut dies dicuntur augeri, non quia idem dies primo sit minor, & postea maior, sed quia minori succedit maior: sic dicunt augeri charitatem, ac per hoc posse euadere oppositiones. Sed positio ista [ut supra probatum est] non potest stare. Ostensum est enim quod charitate manente eadem, contingit circa eadem fieri crementum, & perfectionem. Et ideo aliter dicendum, qꝫ augmentum sequitur quantitatem. Quantitas autem dicitur duplicíter. s. proprie, & metaphorice. Proprie dicitur quantitas molis, & hæc est in corporalibus. Metaphoriee, quantitas uirtutis, & hæc in spiritualibus. Sic & augmentum dicitur duplíciter: proprie. s. secundū magnitudinem molis: & metaphorice secundum quantitatem uirtutis. Cum ergo in charitate sit quātitas uirtutis, & non in summo: constans est charitatem augeri posse. Rursus, cum uirtus sit idem qꝫ substantia charitatis: & sit quātitas uirtutis: hinc est qꝫ de necessitate sequitur charitatem augeri secundum substātiam: cum enim sit uirtus, eius substantia nō est alia a uirtute.

Supra opponē do.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, qꝫ essentia formæ est inuariabilis. Dicendum, qꝫ uerum est de forma uniuersali: si autem dicatur de forma singulari, uerum est in se cōsiderata, sed non prout in alio. AD ILLVD, qꝫ obiicitur qꝫ simplicitas non admittit magnitudinem: Dicēdum, qꝫ uerum est qꝫ non admittit magnitudinem molis, admittit tamen magnitudinē uirtutis. AD ILLVD, qꝫ obiicitur qꝫ in corporalibus est motus augmenti secundum accidens, patet responsio. Nam quantitas molis est accidens, essentialiter differens a quanto: non autem sic est in quantis quantitate uirtutis, imo quantitas uirtutis essentialis est, ut in opponendo probatum est. Potest tamen dici, quòd cum dicitur motus in corporalibus est motus secundum accidens: dupliciter pōt accipi hoc, quod ē, secundum. Aut quod dicat habitudinem termini per se; siue termini formalis, & sic utique terminus augmenti est quātitas perfecta. Aut ita qꝫ dicat terminum per accidens, & hoc modo augmētum respicit substantiā.

Hoc est contra Sco. qui 1. Sent. dist. 17 q. 4. tenet oꝫ positiū.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod patet. Cū. n. additur quātitas maior minori, nisi fiat per rarefactionem, uel per protensionem, oportet q̄ addatur substantia, in qua sit illa quantitas, & ita augmentum plus habet de substantia, & ita per consequens ad substantiam terminatur etiam ī corporalibus. Et p hoc patet quod obiicitur: quod mutatur secundum substantiā, est aliud, & aliud: uerum est si dicat terminum formalem, sed non sic dicit.

Ad illvd, quòd obiicitur, q̄ augmentatur secundum substantiam, & mutatur secundum substantiam: dicendum, quia rei non tantum est esse substantiale, sed etiam perfectum esse: mutari ergo secundum substā tiam: hoc potest esse dupliciter, uel respectu esse simpliciter, & sic mutatum est aliud, & aliud: uel respectu esse perfecti, quia cum de imperfecto fit perfectū, non est aliud, sed idem. Et hinc est quòd charitas quamuis substantialiter augeatur, non est alia, sed eadem secundum substantiam, unde non ualet obiectio.

Qvaestio II.

An charitas seipsa uel aliunde augeatur.

De modo augmenti ipsius charitatis. Et q̄ augmentū eius sit aliunde, ostenditur per Augustinum, qui dicit, q̄ charitas meretur augeri: sed quod aliquis meretur, habet ab alio, quàm a se: ergo si charitas meretur augmentum, habet ipsum aliunde. Item. quòd augmentetur per appositionem, uidetur per rationem Aug. Augmentū enim est præexistentis quantitatis additamentum: ergo ubi augmentum, ibi est appositio alicuius eiusdem generis: & ubi apposito ibi additio, ergo &c. Item, hoc uidetur posse ostendi per simile, q̄ charitas est in anima, sicut lux in aere, sed lux in aere non augetur per additionem noui luminis, ut patet si uni candelæ illuminate superuenit alia, ergo & in charitate similiter respectu animę. Item. hoc uidetur per principiū augmenti: quia ex eisdem unumquodque & nutritur, & augetur: ergo per consimilem modum habet charitas augeri, generari, & conseruari: sed generatur in nobis per diuinam influentiam: ergo & per eādem maiorem augetur: sed ubi maior influentia, aliquid plus influit, quā prius; & ubi hoc, ibi est additio, ergo &c.

Contra. Maioris uirtutis est calor amoris spiritualis, quā ignis materialis: sed ignis seipso augetur, ergo & charitas, quæ est ignis spiritualis. Item. q̄ non per appositionem, uidetur: quia si simplex simplici addatur, nihil maius efficitur, nec mole, nec uirtute, ut si punctus puncto: ergo nec si charitas addat charitati erit maior. Item. si additur aliquid, cum additionem sequatur cōpositio, & ad maiorem compositionem uirtutis diminutio: ergo quanto maior fit additio, tanto efficitur charitas impotentior: & quanto impotentior, tanto minor: ergo cum augmentum charitatis sit quantum ad uirtutem, charitas non augetur per additionem.

sionem. Item. Si aliquid addat priori charitati, aut additum, est charitas, aut nō. Si nō: ergo nō auget charitatē. Si uero est charitas: charitas nō est materiali respectu charitatis: ergo ex aliquibus duobus nū fiat unum, nisi unum sit materiale respectu alterius, ex charitate præexistente, & superaddita non fit unum: sed ad augmentum necesse est fieri unum ex augente, & aucto: ergo nullo modo potest per additionem augeri.

Resolvtio.

Augetur quidem non per depurationem, uel impermixtionē: sed per additionem: nec nisi à diuina uirtute, à qua & creatur.

Resp. Ad prædictorum intelligentiam notandū, q̄ circa hoc fuit duplex opinio. Vna est q̄ augmentum charitatis est per depurationem, siue per impermistionem cum contrario. Contrarium autem amoris Christi est amor concupiscentiæ, unde quantomagis in nobis extinguitur concupiscentia, tantomagis depuratur charitas: & quanto magis depuratur, tanto magis assimilatur Deo, & accedit ad terminum: & quanto magis accedit, tanto magis augetur: Et isti posuerunt charitatem per se posse augeri per assuefactionē in bono, & debilitationem concupiscentiæ. Ratio autem quę illos mouit, fuit auctoritas Plu-
3. Top. cap. 4. losophi, qui dicit formas intendi per accessum ad terminum, impermistionem cum contrario. Fuit etiam cum hoc auctoritas Augustini, qui dicunt in 1. libro 83. Quæst. quòd sicut minuitur cōcupiscentia, sic crescit charitas; tale augmentū p maiorem depurationem, simplicit non repugnat. Sed ista positio non est conueniens: quia constans est charitatem maiorem, & minorem esse omni sublata concupiscentia, sicut in primo homine, & etiam in angelis: ergo cum omnino sit ibi impermista; in quolibet angelo, & etiā in statu innocentiæ esset in summo, quod stultum est dicere. Vnde non est dicendum, quantum ad remistionem concupiscentiæ augeri secundum substantiam: concedendum est tamen quantum ad remissionem concupiscentiæ intēdi per feruorem: & hoc modo intelligit Augustinus. & hoc modo loquitur etiam Philosophus de formis quantum ad intensionem, non quantum ad augmentum. Alia positio est, quòd charitas augetur per appositionem, & huius simile habetur in lumine, quod expresse charitati assimilatur. Vnde sicut maius lumen additum minori, ipsum auget: sic charitas superaddita auget minorem: & hæc positio ponit charitatem nō augeri uirtute propria: sed diuina. Idem enim est principium augendi, & generandi. Vnde sicut a solo Deo habet ortum, ita & augmentum.

Non cōsentit S. Thom. hic. q. 2. ar. 2. & 2. q. 24. art. 5. 2. dean. 38.

Ex hoc patet illud quod obiicitur p simile in igne. Ignis enim habet potestatem se faciendi in alio, & augendi: non sic charitas.

Ad illvd, quod obiicitur secundo, q̄ charitas sit simplex: dicendum q̄ quamuis charitas sit simplex, quia non hēt partes quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitatiuas quantitate molis, habet tamen quantitatē uirtutis, & quantum ad illam potest augeri. Si obiiciatur de puncto, quòd habet quantitatem uirtutis, & tamen non augetur: dicendum, quòd ad hoc quod aliquid sit natum augeri per appositionem consimilis quantitatis, duo sunt necessaria. s. quantitas & unibilitas. Vnibilitas autem uenit ex imperfectione, perfecto enim inquantum huiusmodi, non est possibilis additio: ideo puncto non potest fieri additio. Licet ergo punctus habeat quantitatem uirtutis, non tamen habet unibilitatem: quia est quoddam perfectum in suo genere. Aliter potest dici, q punctus est simplicissimum in genere quanti molis: & ideo non est infinitum uirtute: charitas autē nulla est simplicissima in genere quanti uirtualis, nisi diuina; & ideo illa est infinita: & quoniā illa non pōt augeri per additionem, ita nec uirtus puncti. Et si obiicias mihi, q uirtus puncti est creata; ergo non est infinita: dicendum, q quia punctus est simplicissimum in genere, non simpliciter: ideo non habet infinitam uirtutem simpliciter, sed in genere respectu linearum.

Præterea, punctus non est omnino actus, sed terminus respectu linearum: ideo nō habet potentiam actiuam infinitam, sed passiuam: quia non propriè dicitur punctus posse lineas producere, sed potest statui terminus lineæ: & hoc non est inconueniens ponere in creatura. ideo uirtus puncti non est augmentabilis, ut uirtus charitatis. AD ILLVD, quod obiicitur, q quanto aliquid est magis compositū, tanto est impotentius: Dicendum, q illud generaliter intellectum est falsum: propter hoc distinguendum, q sunt partes materiales, & sunt partes formales, quæ dant actum, & uirtutē toti. Simplex igitur magis potest dici per priuationem partium materialium: & tunc habet propositio ueritatem: quia tales partes potius dant pati, quam agere. Vnde quanto aliquid magis elongatur a materia, tanto est potentius. Si autē dicatur magis simplex, quia pauciores habet partes formales, siue actiuas, falsum est: quia tunc ignis minor, potentior esset quam maior: sirupus compositus ex paucis uirtuosior esset; quam ille, qui constat ex multis: quorum utrumque falsum est: & ideo prædicta propositio est similiter falsa, quoniam charitas præexistens, quàm aduenies utraque habet rationem actiui. Potest tamen & aliter responderi secundum ueritatem, q charitas augmentata nō est magis composita, imo magis simplex: & hoc sic patet, quia cōtrario modo est in quanto molis & quanto uirtutis. In quanto molis, simplicissimum est minimum, ut punctus: & ideo in hoc genere quanti accessus ad simplicitatem est per diminutionem; recessus est econtrario per additionem: in quanto uero uirtutis simplicissimum est maximum: & ideo accessus ad simplicitatem est per additionem: & hinc est, q charitas augmentata est purior, & Deo

Deo similior. Nec uideatur hoc inconueniens, quia addere puritatem, & simplicitatem, & spiritualitatem alicui, non facit recessum a simplicitate, sed magis accessum.

AD ILLVD, quod obiicitur, utrum ex eis fiat unum: Dicunt quidam, q sicut diuersa lumina sunt in aere distincta, & inconfusa, attamen unum maius lumen reddunt propter concursum in unum susceptibile: sic in lumine spirituali, quod ē gratia, uel charitas, D eendum q distincta sunt essentialiter: tamen unum maius efficiunt in mouendo uirtutem li. ar. Sed tamen illud non est simile: quia distinctio luminarium in aere, uenit a parte originum diuersarum, ut puta quando plura sunt lucentia: non sic est in gratia. Et ideo dicendum, q ex eis fit unum. AD ILLVD, quod obicit, quòd se non habet in ratione materialis: dicendum, quòd augmentationem dupliciter cōtingit fieri. Aut per uirtutem ipsius augmentabilis, ut patet in animali: & tunc augmentabile habet se in ratione formalis, & actiui augmētans in ratione materialis, & passiui. Contingit & augmentum fieri per uirtutem extrinsecam, possibilitate sola, & unibilitate existente in augmentabili: & tunc augmentabile, quia imperfectum, se habet in ratione passiui: augmentans, q a perficiens, in ratione formalis, & completiui: quia dat quantitatem perfectam. QVOD ergo obiicitur, q unum non est in potētia ad aliud: dicendum, q non est in potentia ad conuerhonē, sed est in potentia ad unionem, & potentia ista est in charitate ratione suæ imperfectionis: quia enim imperfecta est, ideo possibilis perfici: & ideo unibilis rei perficienti: unde non habet possibilitatem ad illud, quod additur inquantum charitas, sed inquantum imperfecta: & sic patet illud.

QVAESTIO III.

An charitas minui possit?

VTRVM charitas possit diminui. Et quòd sic, uidetur per naturam sui oppositi, sic. Sicut dixit Aug. ueniale charitatis est cupiditas: unde & dicit, q ubi magna cupiditas, ibi parua charitas: & in Lib. Confe. Minus te amat, qui aliquid tecum amat, quod non propter te amat. Si ergo contingit cupiditatem non tantum remitti, sed etiam augeri: per contrarium contingit charitatem diminui. ITEM ueniale est malum, sed non est malum, nisi quod adimit aliquid de bono: ergo ueniale adimit aliquid. Sed naturalis habilitas est multo maioris inhærentiæ, quàm charitas: ergo cum ueniale adimat de bonitate naturali, ergo & de charitate, ergo &c. ITEM, Hoc ipsum ostenditur per naturam sui subiecti. Quia sicut hominē contingit proficere, ita retrocedere: sed per profectum li. ar. contingit in nobis charitatem augeri, dum ascenditur ad perfectionem: ergo cum conueniat eisdē gradibus redire ad imperfectionem, conuenit charitatem diminui. ITEM. Omne illud quod sui de habilitatione in termino est causa corruptionis, per sui debilitationem citra terminum, est causa diminutionis: sed li. ar.

Li. 83. Qq. q. 36.

Lib. 10 Ca. 29

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

dehabilitatum, per auersionem est causa corruptionis charitatis: ergo dehabilitatio eius sub deo, est causa diminutionis.

Item. Hoc ipsum ostenditur p naturam ipsius charitatis sic. Opposita nata sunt fieri circa idē: sed augmentum, & diminutio sunt oppsita: ergo si cōuenit charitatem augeri, cōuenit & diminui. Item. Quod potest saluari ineſſe sine coniunctione sui ad aliquid, potest illud ab illo post coniunctionem separari: sed charitas ante additionem habet esse sine additamento: ergo potest separari: & si hoc: ergo & diminui: ergo &c.

Contra. Charitas est forma simplex, & uniformis per totum: ergo quod adimit de charitate, qua ratione adimit unam partē, adimit & totum: & si hoc: ergo numquam diminuit. Item. Magnitudo charitatis ē fm magnitudinē diuinæ influentiæ: ergo diminutio eius est p diminutionem influentiæ: sed deus non subtrahit influentia suā, nisi offensus, & nō offenditur, nisi per auersionē ab ipso, & contemptū: ergo non diminuit charitas nisi per peccatū mortale: sed hoc nō est aliud, q̄ charitatem tollit: ergo &c. Item. Omne illud, quod diminuit alterum, est illi oppositū: sed ueniale, uel cupiditas, siue concupiscentia citra deum, nō opponitur charitati, imo est omnino illi incontingens: ergo non diminuitur. Item. Quod diminuit alterum, habet posse sup illud: sed ueniale non habet posse supra charitatē; quia plus diligit charitas deū, q̄ cupiditas. t.m, an. ergo &c. Item. Hoc ipsum oñditur per impossibile hoc modo. Si ueniale diminuit charitatē: ergo aliqd diminuit ab ipsa: ergo si charitas non est infinitæ magnitudinis, ergo ueniale aliquotiēs iteratū tota adimit charitatem, quod falsum est. Item. Si diminuit charitatem fm substantiam: ergo minuit premium substantiale ei debitum; sed præmiū substanciale est bonum æternum: ergo ueniale aliqd auferet de bono æterno sed ablatio boni æterni, uel simpliciter, uel secundum partē est pœna æterna: ergo ueniale meretur pœnam æternā; quod est contra communē opinionem. Si ergo ueniale non minuit unum, nec aliud.

Resolvtio.

Charitas à peccato suo opposito non minuitur: imò totaliter tollitur.

Resp. Dicendum, q̄ circa hoc duplex opinio est fundata super duplicem opinionem præcedentem, de modo augmentandi charitatem. Quidam enim dicunt charitatem augeri per impermixtionem: & cū impermixtio maior sit fm maiorem lib. arb. habilitationem, & secundum cō cupiscentiæ diminutionē, & ecō trario permixtio p dehabilitationē li.ar. & augmentationē concupiscētiæ, dicūt per consequēs eam diminui, fm q̄ augetur cupiditas, uel concupiscentia, & dehabilitatur li.ar. & hoc est per ueniale peccatum; sed qm̄ ueniale peccatū manens ueniale nunq̄ totiens iteratur, q̄ concupiscentiam augeat, ita quòd aliquid diligat supra deum: ideo charitas per uenialia potest diminui: sed non tollit: tollitur autem per mortale, qd auget concupiscentiam

Quæst. præced. tiam supra Deum. Sed hæc opinio, ut supra probatum est, non habet stabile fundamentum: quoniam substantiale augmentum charitatis nō uenit a li. ar. nec concupiscentia: ideo nec diminutio: Et pp hoc ponit alia opinio probabilior, q̄ charitas non minuitur substantialiter: & hæc opinio fundatur super hoc, quod augmentum charitatis fieri habet per additionem, uel incrementum maioris influentiæ, quo supposito dicendum quod charitas secundum substantiam non minuit, sed auget. Et ratio huius sumit a parte oppositi, siue agentis. Nam charitas non habet oppositum, nisi mortale peccatū: per illud aūt non minuit, sed tollitur: concupiscentia aūt, siue cupiditas, & ueniale pctm̄ opponit charitati fm feruorem solum, quia simul stant, & substantialiter sunt sese contingentia. Et ideo soluendum ad duo prima quod illud Aug. de cupiditate, & maiori amore, similiter ad illud de ueniali diminutione, locū hēt solū quātum ad feruorē charitatis: & sic patent duo prima. Sumitur & rō quare charitas non minuitur a parte ipsius subiecti, quod ē liber. arbit. secundum conuersionem ad Deum: lib. autem arb. ad augmentum charitatis se disponit per habilitatem: similiter ad diminutionem per dehabilitatem citra mortale: sed hæc dispositio est de congruo, non de condigno: & quoniam Deus est promptior ad miserendum, quam ad condemnandum, & ad donandum quam ad abstrahendum: hinc est, q̄ charitatem tribuit cum se lib. arb. disponit de congruo: sed non abstrahit, nisi quādo necessario se disponit ad abstractionem, uel subtractionē gratiæ: hoc autem solum est per auersionem, & tunc totū tollit. Et hinc est, qd charitas nunquā minuitur, sed augetur, quia solum de congruo pōt se præparare subiectum ad diminutionē.

Ad illvd, quod obiicitur, q̄ sicut homo proficit, ita descendit frequenter. Dicendum, q̄ non sic diminuitur per descēsum substantialiter charitas, sicut augetur p ascensum. Quod aūt obiicitur, q̄ lib. arb. potest totum priuare per dehabilitationem, &c. Dicendum, q̄ illud falsum est: quia forma substātialis o'no priuatur per dispositionē ad oppositū in termino, non tñ minuit p dispositionem citra terminum. Præterea, illud hēt locum quando dispositio in termino, & citra terminū sunt eiusdē generis: nō sic aūt est in proposito: quia una est mortale peccatum, alia ueniale. Sumitur ēt ratio quare non potest minui a parte naturæ suæ: ipsa enim est influentia secundum diuinam acceptationē: sed q̄ Deus acceptet, hoc est ab ipso: & ita, q̄ magis & magis acceptet, & ita de sua natura pōt augeri: q̄ autem minutim acceptet, hoc non est ex se: ergo oportet q̄ ueniat a nobis: ergo charitas de se hēt augeri: minui uero nō habet nisi a nobis, ut supra ostensum est: per nos autem non potest minui, & ideo charitati debetur augmentum naturaliter. Ad illvd ergo quod obiicitur, quòd opposita nata sunt &c. Dicēdū,

Z quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd uerum est, nisi alterum insit per naturam. AD ILLVD, quòd obiicitur, potest esse sine additione: ergo separari: Dicendum, q̃ istud uerũ est si esset aliqd separãs: sed nihil est quod separat.

QVAESTIO IIII.

An charitas in augmento terminum habeat?

DE augmẽto charitatis: quantum ad terminum: utrũ habeat statum, uel terminum, ultra quem non possit augeri. Et q̃ sic ostenditur hoc modo. Omne, quod est in aliquo, non excedit capacitatem eius, in quo est: sed charitas est in anima: ergo non excedit animæ capacitatem. Sed capacitas animæ est finita, quia omnis potentia finita habet capacitate finitam: ergo & charitas. ITEM. Augmentum charitatis attenditur secundum quãtitatem uirtutis: sed quantitas uirtutis similis est quãtitati molis, & perfectior. Sed in quantitate molis in augmentãdo est status, unde Philosophus. Omnium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti: ergo similiter est in quãtitate uirtutis. ITEM. Augmentum charitatis attenditur per accessionẽ ad charitatem perfectã: ergo q̃ semper augetur, nunq̃ uenit ad perfectum. Perfectum autem est, cui non est possibilis additio: sed charitatem: cum sit opus Dei, non conuenit perfici: Dei enim perfecta sunt opera, ergo &c. ITEM. Augmentum charitatis attenditur secundum approximationem ad finem: nã quanto charitas maior, tanto fini proximior: ergo nunquam peruenit ad finem: aut si sic, ne-

Arist. 2 de Anim. 41.

cesse est stare: q̃a alias esset frustra, ergo &c.

CONTRA. Quòd non sit status, ostenditur a parte uirtutis augmentantis. Tãtum enim extenditur augmentum, quãtum uirtus augmentatiua: sed uirtus augmentans charitatem, est uirtus diuina, quæ nõ habet terminum, & statum: ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur a parte susciptentis. Sicut enim se habet transparens ad lumen corporale, sic capacitas animæ ad lumen gratiæ, siue charitatis. Sed aer nunquam tantum recipit de lumine, quin adhuc possit plus recipere: ergo &c. ITEM. Hoc uidetur ostẽdi posse a parte augmentabilis, quod est charitas, quia ipsa est q̃ que in actu, uel amplius, sicut ignis materialis: sed ignis materialis ratione suæ actualitatis augetur in infinitum, si adsit combustibile, sicut dicit Philosophus: ergo similiter charitas de se. ITEM. Hoc ipsum ostenditur a parte obiecti charitatis, quod est summũ bonum non habens mensuram: ergo si mensura charitatis debet attendi per magnitudinem obiecti, & illud caret modo & mẽsura: ergo & charitas, & si hoc: ergo non habet statum nec terminum.

Arist. 4. de Anim. 41.

RESOLVTIO.

Habet profectò, & utrinque: tum scilicet ex parte uirtutis agentis, tum ex parte susci-pientis

RESP. Dicendum. q̃ status est in augmento charitatis, secundum omnem modum, sm quem conuenit esse statum, & perfectionem in motu augmenti.

Augmentum enim, sicut patet in corporalibus, habet statum a tribus, uidelicet a uirtute agente, & potentia susciptente, & forma perficiente: sicut est in homine: cuius augmentum stat quando uirtus caloris, & carnis secundum speciem non potest amplius conuertere, quam deperdatur: quando potentia humidi radicalis non potest plus extendi: quando corpus perfectum est secundum quod congruit perfectioni animæ. Sic dicendum, quòd charitas stat a parte uirtutis agentis, sed huiusmodi status potest esse dupliciter. Nam illa uirtus aut est operans naturaliter, aut a proposito. Si naturaliter, tunc stat, quãdo non potest amplius. Si a proposito, tunc stat quando non diponit amplius, & hoc modo stat charitatis augmẽtum, cum deuentum est ad mensuram, quàm mensus est Deus homini secundum distributionem suæ sapientiæ: & ideo licet uirtus augmentans sit infinita, tamen operatur secundum dispositionem sapientiæ limitantis effectus varios secundum quod placet sibi. Non enim operatur secundum omnimodam possibilitatem.

Stat etiam a parte susciptentis, quia sicut dicitur Matth. 25. Dedit unicuique secundum propriam uirtutem. Et huiusmodi status potest itelligi tripliciter. Aut secundum actum, cum amplius non procedit: & nunc stat in uiris perfectis, qui non assurgunt ad maiora Aut sm aptitudinẽ, & sic stat in beatis; qui amplius non possunt se disponere, & tantum habent, quantum se disposuerunt: unde status est in eis. Aut secundum possibilitatem susciptentis, & sic statum habent in Christo: & credo et, quod in B. Virgine, & aliqui dicunt, quod in angelis, utrum in aliquibus aliis nescio. Scio tamẽ de Christo, quia tantum habet de gloria, quantum potest recipere creatura unica, & credo hocipsum de matre dulcissima. Stat etiam a parte augmentabilis, cum peruenit ad quantitatẽ perfectam. Sed notãdum, quod quantitas uirtutis perfecta est dupliciter: uel simpliciter, uel in genere: Simpliciter perfecta est in summo & simplicissimo, ut in Deo In genere uero, omnibus qui pertingunt ad actum cõpletum ad quem sunt, & hoc est diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute. Primo modo non est status, sed secundo solum.

AD ILLVD, quod obiicitur, primo de infinitate uirtutis agẽtis. Dicendum. q̃ illa ratio teneret, si uirtus charitatem augmẽtans ageret naturaliter, & secundum impetum, siue secundum totum suum posse: nunc autem agit sapienter, & ita ponit unicuiq; limitem ipsa in se nõ limitata. AD ILLVD, quod obiicitur per simile in aere, quod susciptiẽtis potentia est ad infinitum. Dicendum, q̃ lumen augeri in aere hoc est dupliciter. Vel per ipsius clarificationem, uel per luminum aggregationem. Primo modo credo, quòd statum habeat: adeo enim posset aer illuminari, quod si etiam superueniret aliud lumen, non magis claresceret. Alio modo potest au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

geri lumen in aere per luminũ aggregationem, & sic quia lumina diuersarum luminarium sunt in eodem puncto aeris, nõ se angustant, nec se expellunt, sicut multæ species in uno medio, & ita nũquam sunt tot species, quin plures possint esse: similiter de luminibus. Sed tunc non est simile de charitate, quoniam, sicut prius tactum est, in una anima tantum est una charitas: non sic est de lumine, q̃ egreditur a diuersis luminaribus. Ad illvd, quod obiicitur a parte augmẽtabilis, quod ignis in infinitum est augmentabilis. Dicendum, quòd calor potest augeri dupliciter. Vel intensiue, & sic statum habet, & sum mum. Vel extensiuè, & ut sic in pluribus, & sic non habet statum a parte sua, sed a parte corpus tibi iis, quod finitum est. Similiter dico quod charitas potest augeri intensiuè, ut magis diligat, & sic habet statum, sicut ignis. Alio modo extensiuè, ut a parte dilectorum, & sic non habet statum ex parte sua, quia nũquam tot diligit, quin adhuc nata sit diligere plures. Ad illvd, quòd obiicitur, a parte obiecti charitatis. Dicendum, q̃ obiectum nihil ad hoc facit, q̃a obiectum semper est idem non mutatum, & est infinitum, & iõ nunq̃ ei charitas cõmensurata tur, nec ad eius mensurã recipit augmentũ, nec decrementum.

DISTINCTIO XVIII.

De temporali processione spiritus sancti quantum ad proprietatem, per quam natus est temporaliter procedere.

Præterea diligenter considerandum est, cum spiritus sanctus dicatur donum & datum, vtrum & eadem ratione vtrunque nomen ei conueniat: quod vtique videri potest.

Quare ita esse uidetur.

Cum enim idem sit spiritum sanctum dari, & spiritum sanctum donari, ex eadem ratione videtur spiritus sanctus dici datum, & donum. Hoc etiam videtur Aug. significare Ca.19. *in 15. Lib. de Trinit. cum ait. Spiritus sanctus in tantum donum dei est, inquantum datur eis, quibus datur: apud se autem Deus est, etsi nemini datur. Ecce aperte dicit Spiritum Sanctum donum appellari, quia datur. Si autem ex eo tantum appellatur donum, quia datur, non ab æterno fuit donum, quia non datur nisi ex tempore.*

Quare Spiritus Sanctus dicatur datum, uel donatum.

Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus & donũ dicitur, & datum siue donatum: sed datum siue donatum ex eo tan

tum dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

Quare dicatur donum.

Donum vero dicitur non ex eo tantum qrod donetur, sed ex proprietate quã habuit ab æterno: vnde & ab æterno fuit donum. Sempiterne enim donum fuit, non quia daretur, sed quia processit à patre & filio. Vnde Augu. in 4. Ca. 20. *Lib. de Trinit. ait, Sicut natum esse est filio a patre esse, ita spiritui sancto donum Dei esse, a patre & a filio procedere. Hic aperte ostenditur quòd spiritus sanctus eo donum est, quod procedit à patre & filio, sicut filius eo est a patre, qd natus est ab eo. Non.n. idem est filio esse a patre, quo spiritui sancto, idest non ea proprietate filius dicitur esse a patre, qua spiritus sanctus. Nam filius dicitur esse a patre, quia genitus est ab eo. Spiritus sanctus vero dicitur esse a patre & a filio, quia spiritus sanctus est donum patris & filij, idest, quia procedit ab vtroque. Eo enim dicitur spiritus, quo donum: & eo donum, quo procedens. Vnde Aug. in 5. de Trin.* Ca. 11. *ait, Spiritus sanctus qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relatiuè dicitur, cum & ad patrem & filium refertur: quia spiritus & patris, & filij spiritus est, sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum Dei: donum est enim patris & filij, quia & a patre procedit, & a filio. Ecce bis verbis aperte ostenditur, eadem relatione dici spiritum sanctum, & donum. Donum autem, quia procedit a patre & filio. Proprietas ergo qua dicitur spiritus sanctus vel donum, processio ipsa est, de qua post plenius agemus cum aliis. Cum ergo ab æterno processerit ab vtroque & ab æterno donum fuit: non ergo spiritus sanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur, nam & ante fuit donum quam donaretur. Vnde August. in 5. Lib. de Trinitate. Semper spiritus sanctus procedit, & non tempore, sed ab æternitate procedit. Sed quia sic procedebat, vt esset donabile, iam donum erat antequam esset cui donaretur. Aliter enim intelligitur, cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum: nam donum potest esse etiam antequam detur,*

Lib. & c. eiusdem.

Hæc d. et sc. & di. 26. & 29. Cap 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Sempiterne ergo spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. His uerbis aperte ostenditur, quod sicut spiritus sanctus ab æterno procedit: ita ab æterno donum est, non quia donaretur a patre filio, vel a filio patri, sed quia ab æterno processit donabilis.

Quæritur cui donabilis.

Sed quæritur cui donabilis: vtrum patri & filio, an tantum nobis, qui nondum eramus? Si autem non erat donabilis patri, & filio, sed tantũ nobis, & ex eo donum erat, quia sic donabilis procedat, videtur quod filius semper eadem ratione donum fuerit: quia ab æterno processit a patre donabilis in tempore, nam & de filio legitur, quod datus est nobis. Esa.9. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus nobis tantum, non patri vel filio donabilis processit, sicut & nobis tantum datus est. Et filius uere datus est nobis, & ab æterno processit a patre, non ut donabilis tantum, sed ut genitus qui & donari posset. Processit ergo vt genitus, & donabilis: sed spiritus sanctus non procedit ut genitus, sed tantum vt donum. Donum autem semper fuit, non solum quia donabilis, sed quia ab vtroque processit, & donabilis fuit. Vnde Ca. 14 August. in 5. de Trinit. ait, eo ipso quod daturus erat eum circa fi Deus, iam donum erat etiam antequam daretur, & ideo donabilis est, sed aliter donabilis, quam filius, nam & aliter datur, & aliter processit quam filius: filij enim processio genitura est, vel natiuitas: spiritus sancti uero processio, natiuitas non est: utraque uero ineffabilis est.

Quod S. S. procedendo accepit non tantum ut esset donum, sed etiam ut esset essentia.

Et notandum, quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut filius sit, sed omnino ut sit, & vt ipsa substantia sit: ita & spiritus sanctus a patre, & filio procedendo, accepit non tantum vt spiritus sanctus sit, uel donum, sed etiam vt omnino sit, & vt substantia sit: quod vtique non accepit ex eo quod datur, nam cum non detur nisi ex tẽpore, si hoc haberet ex eo quod datur, accepisset ergo ex tempore vt esset Ca. 15. Vnde August. in 5. Lib. de Trin. Filius non hoc tantum ha-

bet nascendo, vt sit filius, sed omnino vt sit. Quæritur ergo, utrum S. S. eo quod datur, habeat non tantum ut donum sit, sed omnino ut sit: Quod sit, non nisi quia datur, ideſt si non habet esse nisi eo quod datur, sicut filius nascendo habet non tantum ut sit filius, quod relatiue dicitur, sed omnino ut sit ipsa substantia, quomodo iam s. s. erat ipsa substantia cum non prius daretur, quam esset cui daretur? Non ergo eo, quod datur, sed procedendo habet ut sit donum, & ut sit essentia: sicut filius, non eo, quod datus est, sed nascendo ac- Ca.26 cepit non tantum vt sit filius, sed vt essentia. Vnde Aug. in 15. lib. de Trin. ait, Sicut filio præstat essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturæ de patre generatio, ita spiritui sancto præstat essentiam sine ullo initio temporis, sine ulla mutabilitate naturæ de utroque processio.

Illatio ex prædictis apparens. Cap.2 Disti. 26.27 & 29. Resp.

Hic oritur quæstio. Si filius nascendo habet non tantum ut sit filius, sed ut essentia: & s. s. procedendo non ut tantũ ut sit donum, sed ut sit essentia, ergo & filius natiuitate essentia est, & s. s. processione est essentia: cum alibi dicatur quod nec pater eo pater est quo deus, nec filius eo filius quo Deus, nec s. s. eo donum quo deus: quia ut ait Aug. in 7. lib. de Trin. His nominibus relatiua eorum ostẽduntur, non essentia. Vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respon Pend in calce libri dentes dicimus, quia nec filius natiuitate essentia est, sed tãtum filius: nec s. s. processione essentia est, sed donum tantum: & tamen uterq; & ille nascendo, & iste procedendo accepit ut esset essentia. Non enim, ut ait Hilarius in 5. lib. de Trin. per defectionem, aut protensionem, aut derivationem ex deo deus est, sed ex virtute naturæ in naturam eadẽ natiuitate subsistit filius: & ex virtute naturæ in naturam eandem processione subsistit spiritus sanctus. Ibidem paulo ſ.

Exponit uerba Hilarij.

Quod ita intelligi potest, Ex patre, qui est virtus ingenita, naturam quam habet eandem filius natiuitate, id est, nascendo, & spiritus sanctus processione, ideſt, procedendo habet. Vnde ipse idem apertius eloquens, quod dixerat aperit, dicens: Natiuitas (inquit) Dei non potest non eam, de qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

profecta est, tenere naturam. Non enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde, quam de Deo subsistit. Ecce his verbis aperitur, quomodo intelligendum sit illud, De patre generatio præstat essentiam filio, & de utroque processio, præstat essentiam spiritui sancto. Non quia ille essentia sit filius, & iste essentia sit spiritus sanctus, imo proprietate personali, sed quia & ille nascendo, & iste procedendo essentiam habet eandem, & totam, quæ in patre est.

Quòd S.S. dicitur donum, & donatum.

Ex prædictis patet, quòd spiritus sanctus sempiterne donum est, & ex temporaliter datum, uel donatum. Ex quo apparet illa distinctio geminæ processionis, de qua supra egimus. Nam secundum alteram processionem dicitur donatū, uel datum, secundum alteram uero dicitur donum. Dist. 14

Quomodo spiritus sanctus ut donum, & ut donatum referatur.

Et secundum hoc, quòd sempiterne donum est, refertur ad patrem, & filium: secundum hoc uero, quòd dicitur datum, uel donatum, & ad eum, qui dedit refertur, & ad eos, quibus datur: & eius dicitur esse, qui dat, & illorum, quibus datur. Vnde Aug. in 5. lib. de Trin. ait. Quod datum est, & ad eum, qui dedit refertur, & ad eos, quibus dedit. Itaque s.s. non tantum patris, & filij, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus. Spiritus ergo & dei est, qui dedit, et noster, qui accepimus: non ille spiritus noster, quo sumus, quia ipse est spiritus hominis, qui in ipso est: quamuis & illum spiritum, qui hominis dicitur, utique accepimus: sed aliter iste, aliter ille, noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus, ut essemus: aliud quod accepimus ut sancti essemus. Quòd autem spiritus S. noster dicatur, scriptura ostendit. Scriptum est enim de Ioanne, quòd in spiritu Heliæ ueniret. Ecce dictus est Heliæ spiritus, quem accepit Helias scilicet s.s. Et Moysi ait dominus, Tollam de spiritu sancto quem iam dedi tibi. Ecce & hic dictus est spiritus Moisi. Patet igitur, quia s.s. noster dicitur spiritus: sed quia nobis datus, & datus utique ad hoc ut sancti essemus. Spiritus uero creatus ad hoc est datus, ut essemus. Cap. 14

Quòd aliter s. dicitur noster, aliter naturalis, 1. Cor. 2. Luc. 1. Nu. 11

An

An filius possit dici noster, ut spiritus sanctus?

Hic quæritur, utrum & filius cum sit nobis datus, dicatur, uel possit dici noster? Ad quod dicimus, quia filius dicitur noster panis, noster redemptor, & huiusmodi: sed non dicitur noster filius, quia filius dicitur tantum relatiue ad eum, qui genuit. Et ideo noster filius non potest dici, sed patris tantum. In eo autem quòd dicitur datus, & ad eum qui dedit, & ad eos, quibus datus est, refertur. Vt & spiritus sanctus, qui etiam cum in scriptura (ut supra dictum est) dicatur spiritus noster, uel spiritus tuus, uel illius (ut de Moise, & Helia dictum est) nusquam tamen in scriptura occurrit ita dici s.s. noster, uel tuus, uel illius, sed spiritus noster, uel tuus, uel illius, quia spiritus sanctus eo dicitur, quo donum, & utrumq; relatiue dicitur ad patrem, & filium, & hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato, uel dato. Cum uero donum accipitur eo modo, quo spiritus sanctus donū patris, & filij dicitur, non hominis, ita & filius sub hac appellatione non potest dici noster, ut dicatur filius noster: sicut nec dicitur s.s. noster; & tamen de filio dicitur, panis noster: & de spiritu, spiritus noster. Ille noster panis, quia nos reficit, nobis datus: iste noster spiritus, quia nobis inspiratur a patre, & filio, & in nobis spirat sicut vult. Vnde Aug. in 5. lib. de Trin. ait, Quod de patre natum est, ad patrē solum refertur, cum dicitur filius. Et ideo filius patris est, & non noster. Dicimus tamen & panem nostrum da nobis, sicut dicimus spiritum nostrum. Cap. 14 Mat. 6 & Luc. 11.

Vtrum S.S. ad seipsum referatur.

Post hæc quæritur, utrum s.s. ad seipsum referatur: hoc enim videtur ex prædictis posse probari. Si enim quod datur refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur, & s.s. datur a seipso, ut prædictum est, ergo refertur ad seipsum. Huius quæstionis determinationem in posterum differimus, donec tractemus de his, quę relatiue dicuntur de Deo ex tempore: in quibus datum, & donatum continentur.

HAEC

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAEC est tertia pars huius partis, in qua Magister agit de processione spiritus sancti temporali. Determinato.n. principio a quo spiritus sanctus procedit: determinato et modo secundum quem procedit: determinat hic Magister proprietatem; secundum quã conuenit ei temporaliter procedere, & hæc proprietas est donum: & de hac in tota præsenti dist. intendit agere. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, secundum quatuor questiones, quas mouet. In prima quærit, & determinat, utrum. s. s. sit donum, in quo alia dona donã tur. In secunda, quærit utrum s. s. sit eadem ratione datum, & donum ibi. *Praeterea diligenter considerandum est &c.*] In tertia quæritur, cum non solum. s. s. sed etiam filius sit datus, quare non dicitur filius noster, sicut spiritus noster: ibi. *Hic quæritur, utrum & filius cum sit nobis datus, &c.*] In quarta, & ultima quærit, cum s. s. sit donum relatiue, quomodo possit a se dari? si enim a se donatur, uidetur. s. s. ad se relatiue dici, & hoc facit ibi. *Post hoc quæritur utrum s. s. ad seipsum referatur &c.*] Cæteris partibus indiuisis remanentibus, quia specialiter prosequitur quæstiones prædictas. Media, siue secunda pars, quæ est de differẽtia doni, uel dati, habet quatuor partes. In prima quærit, & determinat, ꝙ non eadem ratione s. s. dicitur donum, & datum, quia donum est ab æterno, sed datum ex tempore. In secunda uero contra hoc, scilicet, quòd s. s. sit donum æternaliter, obicit, ibi. *Sed quæritur, cui donabilis &c*] In tertia uero, quia in solutione dixerat quoddam dubium, ideo incidenter mouet, & determinat illud: ibi. *Hic oritur quæstio, utrum filius nascendo &c.* In quarta uero, & ultima redit ad primam solutionem ostendens, ꝙ s. s. æternaliter donum est, quia eo ipso est donum, quo procedit a patre, & filio, & ꝙ tẽporaliter est datum, uel donatum & hoc facit ibi. *Ex prædictis patet, quòd spiritus sanctus, &c.*

Relatio non apparet in hoc nomine spiritus &c. Videt dicere falsum: quia spiritus dicitur, quia spiratur, ergo refertur ad spirantem: ergo apparet in eo relatio. Item, uidetur ꝙ magis appareat quàm in hoc nomine donum, quia relatiua dicuntur, quæ hoc ipsum quòd sunt, aliorum sunt: sed spiritus eo quòd spiritus habet esse a spirante, donum uero non oportet, quòd habeat esse a donante: ergo non uidetur in hoc tantũ apparere relatio. Respon. Dicendum, ꝙ tam donum, quàm spiritus dicitur relatiue, sed tamen relatio magis apparet in hoc nomine Donum, quàm in hoc nomine Spiritus, quia donum semper dicit respectum ad dantem, spiritus autem non: imo potest accipi absolute. Vel aliter dicendum, ꝙ Augu. non dicit quòd relatio non appareat in hoc nomine spiritus, sed ꝙ non appareat in hoc nomine spiritus sanctus. Quamuis enim dicatur esse spiritus spiratoris, non tamen dicitur esse spiritus sanctus spiratoris.

AD ILLVD ꝙ obiicitur, ꝙ spiritus magis dicit habitudinẽ respicientem esse quàm donũ: Dicendum, quòd uerum est in his, quibus accidit donum, sed in spiritu sancto, quia ideo est quia donum, non habet locum ista obiectio.

Filius nascendo accepit, &c] Videt male dicere: quia in omni eo, quod inest filio per natiuitatem, distinguitur filius a patre, quia natiuitas est ꝓprietas distinctiua: ergo si filius nascendo accepit, ut sit essentia uel substantia: ergo pater in substantia distinguitur à filio. Item, quòd filius, nascendo accepit, siue quod filius est, nascendo est natum, ergo substantia est nata, si filius nascendo est substantia. Omne enim quod nascendo accepit, à natiuitate habet ortum. Resp Dicendum, ꝙ aliqui distinxerunt istã locutionem. Filius nascendo est diuina substantia, siue Deus, ga gerundium potest dicere concomitantiam, & sic simpliciter est uera; uel caulam, & sic multiplex: quia cum dico filius est Deus, siue diuina substantia, tria dico, scilicet subiectum, cõpositionem, & prædicatum. Potest ergo hoc gerũdium [nascendo] dicere causalitatẽ respectu subiecti, uel respectu compositionis, uel respectu prædicati. Si respectu subiecti, tunc est sensus: filius nascendo, &c. id est, qui est filius nascendo, uel qui nascẽdo habet, ut sit filius, est Deus, & sic est uera. Si respectu compositionis, sic est sensus. Filius est Deus nascendo. i. hoc prædicatum conuenit subiecto per natiuitatem: & sic ad huc est uera locutio. Si respectu prædicati, sic est sensus, filius ẽ deus, siue substantia diuina nascendo, ita quòd nasci, siue natiuitas sit principium, siue origo deitatis, & in hoc sensu est falsa. Magister tamen istam locutionem non distinguit, sed simpliciter concedit, & satis probabiliter, quoniam prędicta ddlinctio non uidetur habere radicem. Cum enim gerundium natum sit determinare compositionem, quia omnino nihil est dicere homo nascendo, & huiusmodi, & cum compositio prædicati, siue essentiæ, siue omnis, quæ attribuuntur filio, conueniant subiecto per natiuitatem: ideo habet ueritatem. Nec ualent obiectiones in contrarium adductæ, quia natiuitas non distinguit illud, quod per natiuitatem habetur, siue quod est in nascente, sed eum solum, qui nascitur: & ideo non sequitur, quòd substantia sit distincta, nec ꝙ ipsa nascatur, quamuis per generationem habeatur.

Nec filius natiuitate essentia est &c.] Videtur falsum dicere, quia cum nascendo sit essentia, pari ratione uidetur, quòd natiuitate, & hoc uidetur per auctoritatem Hilarii in litera. Respo. dicendum, quòd absque dubio ista est distinguenda. Filius natiuitate est diuina essentia, quia ablatiuus potest construi in ratione formę, uel in ratione principii. Si in ratione formæ, sic est falsa, quia natiuitas non est causa formalis respectu prædicati essentialis. Si in ratione principii,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipii, sic habet ueritatem, quia omnia quæ conueniunt filio, conueniunt ei per nativitatis originem. Sed Magister quia accipit gerundium in ratione principii: ideo cum gerundio simpliciter concedit. Et quia accipit ablativum in ratione formæ: ideo cum ablativo simpliciter negat: magis enim indicat secundum usum loquendi, quam secundum virtutem sermonis.

Dub. 4. *Non enim, &c per defectionem, aut protensionem, &c*] Quæritur quomodo differunt illa tria. Respon. Quidam dicunt sic, q̃ per defectionem producitur aliqd de materia per formæ præexistentis corruptionem, sicut ex grano frumenti herba. Per protensionem producitur aliquid per præexistentis formæ permanẽtiam, & inductionem formæ artificialis, sicut vas fit de argento. Per derivationem, qđ producitur per præexistentis formæ permanentiam sola locali mutatione, ut rivus ex fonte, & lacus ex rivo. Aliter potest dici, q̃ materiale principiũ ex quo res est, aut est materiale, & transiens formaliter, & sic est defectio. Aut est materiale, & permanens, & sic est protensio. Aut est materiale, & permanens, & agens: & sic est derivatio, & horum exempla sunt manifesta.

Dub. 5. *Aliud est enim quod accepimus ut essemus, &c*] Videtur male dicere, quia sicut sine spiritu Dei non possumus sancti esse, ita nec esse: ergo uidetur, quòd s.s. non tantum accepimus, ut essemus sancti, sed etiam ut essemus. Respond. Potest ad hoc dici, quòd hoc dictum est per appropriationem. Quamuis enim a spiritu sancto habeamus esse, & sanctum esse, appropriate tamen habemus sanctum esse: ideo non sic accipi dicitur in nostri esse productione, sicut in sanctificatione. Aliter tamen potest dici, quòd sicut dare ordinatur ad habendum, ita & accipere: & quia nullus habet spiritum sanctum, quantumcunque spiritus sanctus operetur in eo, nisi qui potest eo frui, & omnis talis est sanctus: ideo s.s. nõ dicitur (proprie loquendo) dari, nec accipi, nisi sanctis, & a sanctis.

Dub. 6.

Tollam de spiritu tuo &c] Contra. hoc non potest dici quantum ad substantiam: ergo quantum ad effectum, siue gratiam: ergo uidetur quòd gratia transferatur ab uno in alium. Si tu dicas hoc esse dictum per conformitatem. Obiicitur, quòd pari ratione posset dici, quòd tolleret de spiritu aliorum, & daret Moysi. Respond. Dicendum, quòd illud intelligitur de spiritu quantum ad effectũ, & hæc præpositio [de] importat conformitatem, similiter & partialitatem, sed non quantum ad partem conferentem, uel continentem secundum ueritatem, sed secundum proportionem, quoniam effectus spiritus sancti multoplus abundauit in Moyse, quàm in aliis: ut quòd alii quasi partem gratiæ suæ uiderentur habere: & dicitur tollere quantum ad sollicitudinem, quia dum dona spiritus sanctus aliis sunt communicata, sollicitudo Moysi est diminuta,

diminuta, & pars illius solicitudinis est aliis commissa, &c.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An spiritus sanctus sit donum, in quo alia dona donantur.

SVPPOSITO ex præcedentibus, quòd s.s. sit donum, & quod donetur: ad intelligentiam huius partis sex quæruntur. Primo quæritur utrum s.s. sit donum, quo omnia alia dona donãtur. Secundo utrum s.s. sit donũ uel ab æterno, uel ex tempore. Tertio quæritur quid conueniẽtius dicatur de s.s. donum, s. an datum. Quarto utrum dona proprie cõueniãt spiritui s. Quinto utrum donum sit proprietas spiritus sancti distinctiua. Sexto utrum ratione donabilitatis dicitur s.s. noster.

QVOD spiritus sanctus sit donum, quo omnia alia donantur, ostenditur auctoritate, & ratione sic. Apostolus 1. Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus diuidit singulis prout uult, & loquitur de donis non tantum gratiæ gratum facientis, sed etiam, quæ sunt gratis datæ: ergo si per spiritũ sanctũ dantur utraque, cum non sit alia differentia donorum, ipse est donum, in quo omnia alia donantur. ITEM. Augustinus 15. de Trinit. per donum qđ est spiritus sanctus commune omnibus membris Christi propria quibusque dona dei dantur. ITEM. Ratione ostenditur sic. Spiritus s. est primũ donũ, sed omne posterius ad prius reducitur: ergo omne donum reducitur ad donum quod est spiritus sanctus: ergo in omnibus donis ratio donationis est per s.s. ergo &c. ITEM. Omne donum inquantum donum ex amore datur, alioquin non haberet rationem doni, sed s.s. est amor patris, & filii, ut dicit Augustinus, & habitum est supra, ergo &c. Dist. 10

CONTRA. Isido. Multis indignis spiritu sancto dantur dona: s.s. ergo contingit alia dona donari sine hoc, ergo non est donum, in quo omnia alia donantur. ITEM. Aliqua sunt dona, quę appropriantur filio, utputa sunt illa, quę dantur ad illustrationem intellectus: ergo si loquamur a proprietate, talia dona donantur in filio, siue per filium, non dono quod est spiritus sanctus. ITEM. Filius datus est nobis. Esa. 9. Paruulus natus est nobis, huius datus est nobis: ergo si datur per s.s. uidetur, quòd s.s. aliquam auctoritatem, uel influentiam habeat in filium: hoc autem est falsum: ergo non omnia alia dona donantur per spiritũ sanctum. ITEM. Hoc ostenditur per impossibile, esto quòd intelligatur per impossibile spiritum sanctum non esse, adhuc pater, & filius intelliguntur, ut liberales: alioquin inest eis liberalitas a spiritu sancto, quod falsum est: ergo si intelliguntur liberales: ergo & donatores. ITEM. Si spiritus sanctus est donum, in quo alia donantur: ergo doni est donum, & donationis est donatio: & si hoc, motus est motus, & relationis relatio, & hoc habet Philoso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosephus pro inconuenienti. Cū enim dependens non possit alterum determinare, erit ibi processus in infinitum.

RESOLVTIO.

Spiritus sanctus donum est quò omnia gratuita dona donantur; & quo uniuersa Dei dona per exemplaritatis causam donantur.

RESP. Dicendum, q̄ cum dicitur, quod s. S. est donum, in quo omnia alia donantur; ablatiuus iste potest accipi dupliciter: uel ita, quod dicat cōcomitantiam: uel sic quòd dicat causalitatem. Si dicat concomitantiam, sic intelligendo uniuersaliter, falsum est: quia est sensus, quòd detur cum omnibus donis. Quædam enim sunt dona, quæ semp sunt cum spiritu sancto, ut charitas, & sapientia. Quædam quæ nunquam sunt cum spiritu sancto, ut timor seruilis. Quædam quæ aliquando sunt cum spiritu sancto, aliquando sine, ut fides, prophetia, & huiusmodi. Si autem particulariter intelligat de donis gratum facientibus, sic uera est, & non habet instantiam. Potest iterum ablatiuus importare causalitatem, & hoc tripliciter. Vel ita, quod dicat simpliciter causalitatem: & in hoc non distinguitur nec a patre, nec a filio, qa oia dona sunt a patre, & a filio, & a spiritu sācto. Vel ita ut dicat causalitatem, & sub auctoritatem, & in hoc distinguitur a patre: sed non a filio: quia pater & per filium, & per spiritum sanctum donat. Vel ita ut dicat causalitatem, & subauctoritatem, & exemplaritatem, & sic proprie spiritui sancto conuenit. Ipse enī procedit per modum primi doni: ita quod omnis donatio recta & gratuita, post illam est, & ab illa accipit rationem donationis. Cō cedendum est ergo, quòd spiritus sanctus est donum, quo omnia dona, scilicet gratuita, donātur per concomitantiam, & quo omnia dei dona donantur per exemplaritatis causam.

AD ILLVD, quòd obiicitur primo de Isido. iam patet respō sio, quòd ipse loquitur de donis gratiæ gratis datæ, non gratum facientis. AD ILLVD, quod obiicitur secundo, quod quędam dona appropriantur filio, Dicendum, quòd de donis est loqui dupliciter, aut ratione eius quod iubet, aut sub ratione donationis. Ratione uero eius quod subest, aliqua dona appropriantur filio, ut sapientia, & intelligentia, aliqua spiritui sancto, ut: charitas Ratione uero donationis, omnia appropriantur. s. s. ratione iam dicta: quia per ipsum tanquam per primum donum donantur alia. AD ILLVD, quod obiicitur, quod filius est datus, & non a spiritu sancto: responderi potest, quòd filius est datus secūdum humanam naturam, & hoc fuit per amorē. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum, ut filium suū, &c. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd spiritu sancto circunscripto, adhuc manet ratio doni: Dicendum, quòd circunscripto. s. s. est intelligere in deo donorum causalitatem, & subauctoritatem, sed non exemplaritatem donationis sub ratione donationis: quia non intelligitur processus amoris, & hoc ultimo dicitur proprie conuenire spiritui sancto. AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ tunc est donum donum: Dicendum, quòd motus non est motus, ut termini: similiter nec relationis relatio, tamen ut principii, & motus est motus: qa motus est principium motus, & relatio relationis, & sic dicitur donum doni: & quia in causando statur in primo, cum sit primum donum, non est abire in infinitum. Præterea donum in diuinis ueram hypostasim dicit.

QVAESTIO II.

An Spiritus Sanctus ab æterno, uel ex tempore donum sit?

VTRVM spiritus sanctus sit donum ab æterno, uel ex tēpore Et, quòd ex tempore, uidetur. Aug. 15. de Trin. eo donum est quò datur quibus datur: sed datur ex tēpore; ergo &c. ITEM. 5. de Tri. eo donum dicitur quo daturus ipsum erat deus: sed cō stat, q̄ daturus erat ex tempore: ergo si donum est æternum, temporale est causa æterni. ITEM. Videtur per rationem. Donum enim non tantum dicit comparationem ad dantem: sed etiam ad eum cui datur: ergo posito dono ponitur dans & recipiēs; quia relatio ponit extrema; sed recipiens est creatura: ergo &c. ITEM. Donum addit supra datū, quia donum est datio irredibilis: ergo si s. s. non est datus nisi ex tempore, nec est donum nisi ex tempore. ITEM. Sicut filii est generari, ita doni est donari: sed non est filius antequam generetur: ergo nec donum antequā donetur: sed donatur tantū ex tempore: ergo &c.

Ca. 19. Paulo Post medium. Ca. 15. Cap. 15 circa si mum.

CONTRA. Augu. 5. de Trin. quia spiritus procedebat ut esset donabilis, iam donum erat; sed procedere ut donabile, hoc est æternum: ergo & donum ab æterno. ITEM. Idē expressius. s. s. sempiternè donum est, temporaliter uero datur. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione: quia ubi est amor gratuitus, ibi est gratia doni: sed ab æterno est in deo ponere amorem gratuitum: ergo & donum. ITEM. Vbi est perfecta ratio liberalitatis, ibi est donum, sed in diuinis ab æterno est perfecta ratio liberalitatis: ergo &c. ITEM. Sicut se habet ratio uerbi ad rerum productionem, sic se habet ratio doni ad gratiarū distributionem; sed ante rerū productionem in principio fuit uerbum: ergo ante gratiarū collationem in principio fuit donum.

RESOLVTIO.

Et ab æterno & ex tempore: ab æterno ut donabilis: ex tempore ut donatus.

RESP. Dicendum q̄ cum donū dicat respectum ad eum cui datur, hoc potest esse tripliciter, uel secundum actum, uel secundum habitudinem, uel secūdum aptitudinem. Si secundum actum, hoc modo dicitur donum: quia datur. Si secundum habitudinē, hoc modo dicitur donum; quia donādum aliqñ. Si sm aptitudinē, hoc mō dicitur donum: quia donabile. Secundum primam acceptionem, dicitur tēporaliter: sed secundum secundam & tertiam dicitur æternaliter, & i his tribus sensibus accipit Aug. Cō cedendum est ergo, q̄ secūdum aliquam acceptionem donum dei dicitur æternaliter, sicut p bant rationes inductæ ad secundam partem.

AD ILLVD uero, qđ obi in con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrariũ, Dicendũ, ꝙ procedit de dono, ut dicit actum donationis, & sic ex tempore dicitur, unde non ualet obiectio. AD ILLVD, quod secundo obiicitur, ꝙ eo dr donũ quo daturus &c. Dicendum, ꝙ ſm istam acceptionẽ dr æternaliter: quia non dicit respectum ad creaturam ſm actũ: sed ſm habitum, sicut & prædestinatio. Quod ergo obr, ꝙ tunc tempora e est causa æterni, Dicẽ dum, ꝙ illud participium, datu rum, duo importat. s. ordinationẽ ad dandum, & actũ ordinationis: & ordinatio est æterna, licet actus sit temporalis, & tunc ablatiuus non dicit causalitatẽ rõne actus; sed ratione ordinationis. Posset tñ diti, ꝙ dicit causã consequentem, non consequentis. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ dicit relationẽ ad extrema, Dicẽ dũ, ꝙ relatio actualis ponit utrũque extremum in actu, non autem relatio habitu: sicut patet, ꝙ Deus æternaliter dr exẽplar creaturæ temporalis. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ donũ addit supra datum, Dicendum, ꝙ donũ in quibuldam consequitur rationem dati: ut puta sunt illa, q̃ de se non dicunt liberalitatem, nisi prout additur eis ratio communicationis, ut liber, cultellus, & huiusmodi. In aliquo datum cõsequitur rationem doni, ut puta eo qđ ex se importat liberalitatem ẽt si nunquam detur donũ, ut est amor, & sic conuenit spiritui s. AD ILLVD, quod obr, ꝙ sicut filii est generari &c Dicendum, ꝙ falsum est; quia generari dicit emanationem filii, quę ſm rationem intelligendi precedit filium. Vnde impossibile est, ꝙ sit nisi generetur. Donari autem non solum dicit doni emanationem; sed amplius dicit eius communicationem, & hoc consequitur esse doni, & ideo non dicitur donum ex tempore, quãuis donetur ex tempore.

QVAESTIO III.

An donum, uel datum conuenientius de spiritu sancto dicatur?

VTRVM conuenientius dicatur de spiritu sancto donũ, quam datum. Et ꝙ tam conuenienter dicatur datum ut donũ, uidetur Iaco. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectũ deorsum est: ergo a s.s. sunt data sicut & dona; ergo sicut ad ipsum transfertur ratio doni, ita & dati. ITEM. Mobilis & moti est eadem rõ: ergo similiter dati & donabilis; ergo si donum dicitur in ratione donabilis, datum uero in ratione actualitatis dati, ergo eadem est ratio doni & dati: ergo &c. ITEM. In quolibet genere perfectior est actus, quã potentia; ergo cum datum dicat in actu, donum in potentia, perfectius exprimitur aliquid cum dicitur datum, quam donũ: sed quod maioris est pfectionis, magis proprie conuenit Deo: ergo &c. ITEM. Quãdo aliqua duo dicũtur de aliquo, quorum unum est ratio dicendi alterum de eodem; illud conuenientius dr qđ est rõ dicendi; sed datum, & donum dicitur de s.s. & ut uult Augu. eo donum dicitur, quia dat: ergo magis proprie dr datum.

CONTRA. Datum conuenit. s.s. solum ex tempore: sed donũ æternaliter: ergo magis proprie dicitur donum. ITEM. Si nũquã actu daretur, donum esset, & spiritus esset: ergo uidetur, ꝙ magis proprie cõuenit ei donũ. ITEM. Glo. super illud Iac 1. Omne datũ optimum &c. dicit, ꝙ datum dicitur quo ad naturalia, donũ quo ad gratuita. Si ergo gratuita aptius appropriantur s. s. qui sanctificat, quam naturalia: ergo melius in diuinis dicitur de s.s. donum, quam datum. ITEM. Donũ est datio irredibilis: sed quicquid deus dat irredibiliter dat: quia cum det nihil potest recipere: ergo in diuinis datum rationẽ habet doni, & induit eius rationem: ergo conuenientius ibi dicitur donum quam datũ.

RESOLVTIO.

Quia datum tempus concernit, donum uerò à tempore abstrahit, conuenientius hoc quàm illud de spiritu sancto dicitur.

RESP. Dicendum, ꝙ quauis in diuinis utrunque dicat & datũ, & donum, tamẽ conuenientius dicitur donum. Et huius duplex est rõ. Vna quidem est: quia datum cum sit participium, uel nomen uerbale, concernit tempus: donum autem a tẽpore subtrahit: & ideo quia omnia dona supra tempus sunt, conuenientius dicitur in diuinis donum q̃ datum. Alia ratio est: quia donũ supra rationem dati addit conditionẽ liberalitatis, siue irredibilitatis, quæ est conditio magnæ nobilitatis: & iõ maxime competit diuinis: & hæc est ratio quare donum appropriatur gratuitis donis non tantum ipsi s.s. qui est principiũ gratuitorũ donorũ. ET ex hoc patet responsio ad illud de auctoritate bea. Iaco.

AD ILLVD, qđ obuciẽ, ꝙ mobilis, & moti eadẽ est ratio: dicẽ dum, ꝙ non est simile de mobili & moto, & de dono & donato. Quia motũ esse addit supra mobile actum, & dicit totum qđ dicit mobile. Sed datum non dicit totum quod dicit donũ, quãtũ est de generali intellectu nominis, nisi approprietur. Donũ enim est datio irredibilis, & hoc melius patebit in 4. pblemate. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ actus est perfectio potentiæ. Dicendum, ꝙ aliquid est in potentia ad actum dupliciter. Aut propter imperfectionem agentis. Aut propter defectum suscipiẽtis. Si sit potentia, primo modo, tunc actus est perfectio potentiæ. Si aũt secundo modo, nõ est perfectio. Vnde si dicatur, ꝙ sol actu lucens põt domũ illuminare quæ nõ est aperta, & domum apertã illuminat, nulla omnino maior notatur pfectio quã ante. Sic intelligẽdũ est de donabilitate & actuali donatione. AD ILLVD, qđ obr, datum est rõ dandi donũ: quia ideo donũ, quia dat. Dicendum, ꝙ non est tota ratio, sicut dicitur in litera, sed solum in comparatione ad eum cui datur. Vel potest dici quantũ a parte nostri intellectus: tõ donum dicitur, qa datur: sed tamen a parte rei est: econnerso: quia ideo datur: quia donum est.

QVAESTIO IIII.

An proprie donum de spiritu sancto in diuinis dicatur?

VTRVM donũ proprie conueniat spiritui sanc. & ꝙ sic uis. Aug. 5. de Trin. Sicut in Trinitate non est nerbũ, nisi filius: ita nec donum nisi s.s. ITEM. Donũ dicit emanationem per modum

Ca. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberalitatis, hoc aũt est propriũ solius.s.f.ergo &c. ITEM. Donũ dei dicitur relatiuè ad donantẽ, sed donans non tm̃ est pater, immo etiam filius: quia uterq; est mittens: ergo donum dicitur relatiue ad patrem & filium, & si hoc distinguitur ab utroque: ergo nec pater, nec filius, sed solũ s.s. dicitur propriè donum.

CONTRA. Donum dicitur in habitu, sed datũ dicitur in actu: ergo datum addit supra donum: ergo cui conuenit esse datum, & ratio doni. Sed datum conuenit Trinitati: quia tota Trinitas dat se: ergo & donum, non ergo proprie spiritui sancto. ITEM. Donũ dicit respectum ad dãtem, & ad eũ cui datur, si ergo est propriũ spiritus sancti, aut propter respectum ad dantẽ, aut recipientem. Non propter respectum ad recipientem: quia similiter filius datus est nobis, & magis etiam datus quam spiritus. Si uero ad dãtem. Contra, filius dicitur procedere a dante. s. a patre: ergo uidetur secundum communem rationem filio conuenire. SI DICAS, quod filius non procedit p modum donabilis, neque quomodo datus est: sed quomodo natus. Contra, filius sic ab æterno procedit, ut temporaliter esset missibilis: quia eo mittitur filius quo generatur: sed missio non est aliud quam donatio: ergo filius processit ut donabilis. ITEM. Si datus est filius ex tempore, aut erat ad hoc habilis ab æterno aut non. Si sic, ergo processit ut donabilis. Si non, ergo aliquid conuenit ex tempore filio, quod repugnat æternæ emanationi, quod est inconuenies.

ITEM. Regula est, quòd omne nomen dicens respectum uel effectum ad creaturas, est commune tribus: sed donum est huiusmodi: ergo &c.

RESOLVTIO.

Cum spiritus sancti proprium sit secundum rationem liberalitatis procedere: & eius proprium erit donum uel donabile dici.

RESP. Dicendum, quod sicut patet ex uerbis Aug. Donum dicitur in diuinis propriè, siue personaliter, non essentialiter: sicut uerbum propriè dicitur de filio. Datum autem potest accipi & essentialiter, & personaliter: siue proprie, & communiter: tota.n. trinitas dat se, & tamen pater & filius propriè dant s.s. Propter hoc notandum, quod datum de sui ratione idem est, quod communicatum. Potest igitur hoc, quod est [datum] dici communicatum ex liberalitate, & sic est commune toti trinitati. Vel ex liberalitate & auctoritate, & sic conuenit s.f. & filio: qui habent sub auctoritatẽ respectu patris: Vel potest dici datum ex liberalitate & auctoritate non tantum communicatum, sed etiam productum: & hoc modo proprie est s.f. cuius proprium est procedere secundum rationem liberalitatis: & ita secundum rationẽ doni uel donabilis. Et hoc modo donum, uel datum æquiualent. Differunt tamen: quia datum dicit communicationem in actu, sed donum in habitu. Et concedendum est, quod donum proprie dicitur in diuinis de s.s.

AD ILLVD, qđ obiicitur, q datũ addit su pra donũ, dicendũ quod sm̃ cõem acceptionẽ dati & doni aliquid dicit donũ, ultra quàm datum, & datum ultra q̃ donum. Donum ultra quã datũ, importat emanationem per modũ liberalitatis. Datũ uero ultra q̃ donum importat actum cõicationis: quia donum dicit habitum. & ideo quia illud quod addit donum supra datum est personale: ideo donum est proprie personæ s.s. AD ILLVD, quod quæritur, ratione cuius respectus dicatur donum proprie, iam pater responsio: quia ratione respectus ad dantem uon (inquam) ratione respectus simpliciter, sed rõne talis respectus: quia emanat per modum donabilis, quod est proprium s.f. Quod ergo obiicitur, quod emanat per modũ donabilis filius, dicendum, qđ falsum est. Quamuis enim donabilitas siue liberalitas communicetur filii generationi, non tamẽ est ratio emanãdi: quia cõicatur æternaliter: ideo datur temporaliter: sed quia non est rõ emanãdi: ideo non emanauit filius ut donum, sed solũ. s.f. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur de respectu ad creaturam. Dicendũ, qđ hoc intelligitur de illo nomine, quod importat solum respectũ ad creaturam, non personæ ad personam: donum autẽ utrunque importat, ideo non habet hæc regula locum.

QVÆSTIO V.

An donum, uel donabilitas sit proprietas distinctiua spiritus sancti?

VTRVM donabilitas, siue donum sit proprietas distinctiua Illiex ua s.s. Et q sic uidetur, dicit.n. cap. 15. Augu. 5. de Tri eo est donũ quo & 16. spiritus: sed spiritus est proprietas distinctiua: ergo & donum. ITEM. Augus. 15. de Trin. assignãs differentiam processionis filii & s.s. hanc ponit, quod ille procedit per modũ nati, sed iste per modũ doni: ergo si hæc differentia attenditur penes proprietates distinctiuas ut patet: quia natiuitas est proprietas filii: ergo & donabilitas, siue donũ est proprietas s.s. ITEM. Hoc ipsum uidetur rõne: quia omnis proprietas secundũ quã persona differt ab oĩbus aliis, est personę proprietas distinctiua: sed donum inest soli personæ s.s. & semper: ergo est proprietas eius personalis. ITEM Proprietates in diuinis sunt relationes, sed Aug. dicit in 5. de Tri. q relatio secundum quam refertur. s.s. ad patrẽ & filium, magis apparet in hoc nomine, donum, quã in hoc nomine, spiritus: ergo utraque est personalis. Ca. 11.

CONTRA. Nihil dicens respectum ad creaturas est proprietas distinctiua personæ: quia omni respectu ad creaturã circũscripto tenet distinctio personalis: sed donum dicit respectum ad eũ cui datur: ergo &c. Si dicas, qđ non est proprietas secundũ comparationem quã habet ad creaturas, sed ad dantem: pari rõne missio erit proprietas distinctiua, cum dicat respectũ ad mittẽtẽ. ITEM. Omnis proprietas distinctiua dẽ ab actu, non ab habitu. Vnde pater dicitur, qa generat, filius qa generatur, spiritus uero. s.f. quia spiratur: sed donum non dicitur ab actu donandi, sed ad habitu, alioquin diceret ab æterno: ergo &c. ITEM. Nullius alterius personæ proprietas distinctiua accipiẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in relatione ad creaturã, uel dicit respectũ: sed donũ dicit hoc, & ergo nõ est proprietas distinctiua. ITEM, Si donũ est proprietas distinctiua s.s. & eius notio, tũc ergo s.s. amor nõ est proprietas: qa si s. & amor est proprietas: ergo sunt septẽ notiones, qđ est contra communem opinionem omnium. Si dicas, quod eadem importantur per hæc tria nomina: ergo uidenẽ nomina synonyma, ut Marcus Tullius: ꝙ est ꝙque magnũ inconueniens: ergo &c.

RESOLVTIO.

Et quidem, prout actum dicit.

RESP. Diceendum, qđ ad hoc dixerunt aliqui, qđ donũ dupliciter est in diuinis considerare, uno mõ prout dicit respectũ solũ ad donatorẽ, & hoc mõ dicit Aug. quod eo dr donum, quo ꝓcedit: & sic dicunt, quod donum est ꝓprietas distinctiua s.s. Alio modo dicitur donũ prout dicit respectum ad eum cui datur, & sic non dicit proprietatem distinctiuã, sed consequens ad proprietatẽ distinctiuam. Sed illud non uidetur posse stare, nã donũ semper aliquã comparationẽ dicit ad eũ cui ꝺatur. Intellecto n. quod nõ sit donabilis alicui, impossibile est intelligere, quod sit donum. Et ꝓp hoc est aliter dicendum, sicut prius tactum est, quod donũ præter respectũ, quẽ importat ad dantem, importat respectũ ad eum cui datur. Sed hoc potest esse tripliciter. Vel secundum actum, ut quia datus. Vel secundum habitum, ut quia dandum. Vel secundum aptitudinem, ut quia donabile: & ille respectus adeò coniunctus est primo, ut primus sine hoc non posit esse, nec intelligi: imo de necessitate sequit si procedit ꝓ modum doni, ꝙ sit donabilis: & iõ sequens respectus non auferet primo, quin sit proprietas distinctiua. Dicendum ergo, quod est ꝓprietas distinctiua ratione primi respectus, secundo respectui nõ repugnante, sed consonante.

EX HOC patet rõsio ad primum, qa ille respectus talis est, ꝙ non põt circunscribi fm aptitudinem ob emanationem per modum liberalitatis. Et patet, quod non est simile de missione: quia dicit respectum secundum actum, non secundum aptitudinem.

AD ILLVD, quod obiicit, qđ proprietas distinctiua debet dicere actum Dicendum, qđ donũ dicit duplicem respectũ, & rõne huius dicit comparationem ad duplice actũ. Rõne primi respectus dicit actum processionis, ratione secundi dicit actum cõiactionis. Primum actum importat in actu, secundum in habitu: & rõne primi est proprietas distinctiua, non rõne secundi. AD ILLVD, quod obiicitur, quod in alia persona hoc non est: Respondet quidam, quod s.s. est tertia persona, ideo nobis secundũ rationẽ intelligendi immediator, & iõ proprietas eius sumitur in comparatione ad nos: non sic in aliis. Aliter põt solui per interemptionem: quia sicut donum respectum dicit ad creaturas, ita & hæc proprietas, quæ est uerbum, ut infra patebit. AD ILLVD, quod obiicitur de pluralitate notionũ, dicendum, qđ spiritus, amor, & donum eande proprietatem dicunt rõne differentiam. Eandem (inquam) notionẽ dicunt: quia dicunt comparationem ad idem & dicunt eandem emanationem, sed tamen differenter eam nominant. Nam spiritus dicit eam principaliter per comparationem ad unũ producẽtẽ, quæ est uis spiratiua Amor principaliter quantum ad modum emanandi, quia ut nexus. Donum uero quantum ad respectum consequentem. Et similiter emanationem uerbi contingit tripliciter significari, scilicet per hoc nomen, filius, imago, & uerbum. Quia a ui naturæ, filius: quia per modũ expressum, imago: quia aliis expressiuum: ideo uerbum. Similiter a ui spiratiua, spiritus: quia per modũ nexus, amor: quia natus connectere, donum. Et sic patet, quod una est notio, aliter, & aliter nomina ta secundum rationes consequẽtes: ideo nõ est ibi synonymia.

QVAESTIO VI.

An spiritus sanctus ratione donabilitatis, spiritus noster, dicatur?

VTRVM rõne donabilitatis dicatur spiritus noster. Et quod sic, uideturꝰ quia noster dicit possessionẽ, sed nos non habuimus aliquid diuinũ nisi per largitionem & donationẽ: ergo cũ s.s. dicat quid diuinũ, quod dicatur noster, hoc est ratione donabilitatis. ITEM. Hoc ẽt uidef: quia etiam dicitur. s. noster, non autem dicitur filius uel pater noster: ergo propter aliquam proprietatem, quæ est in s.s. & nõ in patre & filio: sed hoc nõ est nisi donabilitas: ergo &c. ITEM. Antequam s.s. habitet in nobis, nõ dicitur noster: sed inhabitat per donationem: ergo dicitur noster ratione donabilitatis: ergo cũ donabilitas sit proprietas psonalis, nõ essentialis: uidef solũ dici de persona. s.s. hoc autem falsum: quia dicitur Deus noster. ITEM. Si ratione donabilitatis: ergo cõstat, quod nõ per cõparationem ad dantem, sed ad eum cui datur: sed filius datus est nobis ẽt magis quam s.s. ergo &c. ITEM. Si ratione donabilitatis: ergo debet conuenienter dici donũ nostrum. ITEM. Si ratione donabilitatis, cum ergo donabilis sit nobis tam inquantũ sanctus, quàm inquantum spiritus, melius debet dici spiritus sanctus noster, quod tamen non dicitur. Quæritur ergo generaliter qbus possit dici noster.

RESOLVTIO.

Et ratione donabilitatis, & ratione respectus, quem importat ad nos: quia Spiritus dicit respectũ ad illum, ut infertur.

RESP. Dicendum, quod meũ, & nostrum, dupliciter possunt attribui alicui: uel mediante compositione, uel immediate. Si mediante compositione, sic de se ponunt propriam habitudinem circa terminum s. habitudinem possessionis, ut cum dicitur, hoc est meum: & hoc modo quia omnis qui habet spiritum Dei, habet Deum, & omnia quæ sunt Dei: hõc mõdo meum, & nostrum, uel tuum potest dici de omni, quod in Deo est communiter: sed magis proprie de filio: quia datus est nobis per incarnationem: maxime autem de s.s. qui est pignus æternæ hæreditatis. Vnde concedendũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod ratione donabilitatis pót inter alias personas ratio possidendi appropriari ſ.ſ. Potest ẽt hoc,quod est[nostrum] attribui alicui immediate, & sic non dicit habitudinẽ possessionis: sed tantum ratione habitudinis importatæ per terminum,cui unitur:sic enim nulli unitur,nisi qđ importat respectum explicite ut pater noster,uel meus:uel implicite,ut liber meus, id est possessio mea. SECVNDVM hoc notãdum,quod nõ dicitur meus, uel noster de aliquo, nisi secundum illud nomen,secundum quod dicitur hoc esse huius Hoc autem esse huius,potest dici secundum triplicem habitudinem. Aut informationis, ut albedo Petri,& hanc habitudinem importãt nomina, quæ significant in abstractione:& quia nihil diuinum cõparatur ad nos secundum habitudinem informationis:ideo nõ potest dici de nominibus abstractionis,noster: ideo non dicitur deitas nostra, nec æternitas nostra. Potest etiam secundo dici hoc esse huius,secundum habitudinem causalitatis, & hãc habitudinem important nomina quæ dicunt actum,ut creator,& quia hanc habitudinem omnino habent diuina ad nos: ideo bene de talibus omnibus nominibus dicitur,nostrum. Potest etiam tertio modo hoc esse huius,secundum habitudinem correlationis; & hãc habitudinem important nomina relatiua. Sed hæc sunt dupliciter: quia quædam dicunt respectum personæ ad personam. Quædam autem respectum ad creaturã. De his, quæ dicunt respectum ad personam,non dicitur meus, uel noster. De his autem quæ ad nos, ut dominus,magister,rectè dicitur,noster. Dicendum: ergo qđ donabilitas quantum ad secundum modum dicendi, nostrum: nihil facit: sicut probant rationes secundo inductæ: sed hoc facit respectus: quia spiritus dicit respectum ad illum cui inspiratur,& hoc sumus nos:ideo dicitur spiritus noster. Similiter Deus:qa imponitur ab actu quẽ habet circa nos,ut dicit Damas. ideo dicitur Deus noster. Est ergo regula, quod de his dicitur noster, quæ dicunt respectum ad nos secundum habitudinẽ causalitatis, uel correlationis: & sic patent omnia obiecta.

Lib. 3. Orth. fi. de. 12.

DISTINCTIO XIX.

PARS PRIMA.

De proprietatibus, & conditionibus quodammodo essentialibus, & quodammodo personalibus Trinitatis, & unitatis.

NVNC postquàm coæternitatem trium personarũ pro modulo facultatis nostræ insinuauimus, iam de earundem æqualitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica sicut coæternas,ita & coæquales tres

personas asserit. Æqualis est enim in omnibus patri filius, & patri & filio spiritus sanctus. Quia(ut Augustꝰ. in Lib. de fide ad Petrum,breuiter aperiens quomodo intelligatur æqualitas,docet)nullus horum alium ut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine,aut superat potestate: quia nec filio,nec spiritu sancto(quantum ad naturæ diuinæ unitatem pertinet) ante anterior, aut maior est pater: nec filius spiritu sancto. Æternum quippe & sine initio est, quod filius de natura patris extitit: & æternum ac sine initio est, quòd spiritus sanctus de natura patris filiúque procedit. Ob hoc ergo tres vnum rectè credimus, & dicimus Deum: quia una prorsus æternitas, vna immensitas, vna naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Aug. in quo trium personarum consistat æqualitas,scilicet quia alia aliam non excellit,aut æternitate,aut magnitudine,aut potestate. cap. 1.

Quod æternitas, magnitudo, & potestas in Deo unum sint.

Cumque enumerentur ista quasi diuersa, in Deo tamen vnum & idem sunt:scilicet essentia diuina simplex, & incommutabilis. Vnde Augu. in Lib. 7. de Trin. Non alio magnus,alio Deus est,sed eo magnus, quo Deus: quia non est illi aliud magnum esse,aliud Deum esse. Eadem quippe eius magnitudo est,quæ virtus,& eadem essentia, quæ magnitudo. Pater ergo & filius simul vna essentia,& vna magnitudo. Ita etiam & potentia Dei, essentia diuina est. Vnde Aug. in 7. Lib. confes. Voluntas & potentia Dei, Deus est. Æternitas quoque Dei essentia diuina est. Quod Augustꝰ. ostendit super illum locum Psal. In generationẽ anni tui. Est generatio generationum quæ non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sanctis. In illa erunt anni Dei, qui non transeunt, idest, æternitas Dei. Non enim sunt aliud anni Dei,aliud ipse, sed anni Dei, æternitas Dei est. Æternitas vero ipsa Dei substantia est,nihil habẽs mutabile. Inconcusse ergo teneamus,quod vnum et idem est.s. essentia diuina, Dei æternitas, potentia,magnitudo:& tamen consueuit scriptura hæc, & his similia quasi distincte cap. 1. cap. 4. Ps. 100 Quod æternitas Dei, Deus ē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est Aug. Quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quod autem æternitate aliqua trium personarum alium non excedat, supraostensum est, vbi coæternitas trium personarum insinuata est.

Supra egit de æternitate di. 9. ct 13

Persona personam in magnitudine non excedit.

Nunc igitur superest ostendere, quod magnitudine vel potentia alius alium non excedat: & prius de magnitudine videamus. Sciendum est ergo quia pater non est maior filio, nec pater, vel filius maior spiritu sancto, nec maius aliquid duæ personæ simul sunt, quam una: nec tres simul maius aliquid quam duæ: nec maior est essentia in tribus quàm in duabus, nec in duabus quàm in vna: quia tota est in singulis. Vnde Ioan. Damascen. ait, Confitemur deitatis naturam omnem perfecte esse in singula suarum hypostaseon, idest, personarum: omnem in patre, omnem in filio, omnẽ in spiritu sancto. Ideoque perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus.

Lib. 6. de Tri. c. vlt.

Lib. 4. de ortho doxa fi de c. 6.

Quomodo dicatur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & Spiritus S. in utroque & singulus in singulis.

Et inde est quod pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in utroque, & in singulis. Vnde Augustin. in Lib. de fide ad Petrum, Propter vnitatem naturalem totus pater in filio & spiritu sancto est, totus quoque spiritus sanctus in patre & filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, propter diuinæ naturæ vnitatem. Et hic aperit aliquatenus: non enim plene potest tantum ab homine reserari arcanum, ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in alijs. Vnde etiam Hilarius illa vlterius perquirens in Lib. 3. de Trin. ait, Affert plerisque obscuritatem sermo domini cum dicit, Ego in patre, & pater in me est: nec immerito. Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit: nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana

Cap. 1. 2.

Ioã. 14.

mana præstabit. Sed quod non intelligibile est homini, Deo possibile est. Cognoscendum itaque, atque intelligendum est quid sit illud, Ego in patre, & pater in me est: si tamen comprehendere hoc ita vt est, valebimus, vt quod natura rerum pati non posse æstimatur, id diuinæ veritatis ratio consequatur. Patrem ergo in filio, & filium in patre esse, plenitudo in vtroque diuinitatis perfecta est, quia plenitudo diuinitatis est in filio: quod in patre est, hoc & in filio est: quod in ingenito est, hoc in genito: alter ab altero, & vterque vnum. Is scilicet qui est nihil habens, quod non sit etiam in eo a quo est: non duo vnus, sed alius in alio: quia non aliud in vtroque, vt vnum sint in fide nostra, vterque non vnus. Nec eundem vtrunque, nec aliud confitemur: quia Deum ex Deo natum, nec eundem natiuitas, nec aliud esse permittit. Eandem ergo in utroque & virtutis similitudinem, & deitatis plenitudinem confitemur: quia ueritas dicit, Ego in patre, & pater in me est. Omnia enim filius accepit a patre: nam si partem eiusdem qui genuit accepit, neuter ergo perfectus est: deesset enim ei vnde decessit, ac plenitudo in eo erit, qui ex portione cõstiterit. Neuter ergo perfectus est, si plenitudinẽ suam & qui genuit, amittit, nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo quod pater est in filio, & filius in patre, & Deus in Deo, vt idem Hilarius ait in 7. Lib. de Trin. non per duplicẽ cõueniẽtium generum coniunctionem, nec per insitã capacioris substãtiæ naturã: sed per naturæ vnitam similitudinẽ, per natiuitatẽ viuẽtis ex viuẽte natura: dum res nõ differt, dũ naturam Dei nõ degenerat natiuitas, dum nõ aliud aliquid ex Deo quàm Deus nascitur: dum nihil in his nouũ est, nihil alienum, nihil separabile. Ecce his verbis, prout humana permittit infirmitas, aperitur, ex quo sensu Christus dixerit se esse in patre, & patrem in se. Ex eodem etiam sensu intelligitur spiritus sanctus esse in utroque, & singula personarum in singulis: quia scilicet in singulis est eadẽ plenitudo diuinitatis, et vnita similitudo naturæ: quia nõ est maior diuina natura in aliqua harũ personarum, sed vnius & indifferentis naturæ sunt hæ tres personæ. Ideoq; altera in altera esse dicitur, ut prædictũ est. Vnde Ambro-

Nõ longe a fine lib.

Ioã. 14

sius

Universidad de Deusto
Biblioteca

sius prædictorum verborum sententiam nobis aperiens super epistolam.2.ad Corinth.5.ait, Per hoc intelligitur pater esse in filio,& filius in patre: quia vna est eorum substantia.Ibi enim est vnitas,ubi nulla diuersitas. Ecce tribus illustrium virorum testimonijs, scilicet Augustini, Hilarij, atque Ambrosij in eodem concurrentibus reuelatione spiritus sancti in eis loquentis,pie credere nolentibus ostenditur (tamen quasi per speculum & in enigmate) qualiter accipiendum sit,cum dicitur pater in filio esse, vel filius in patre,vel spiritus sanctus in utroque.

IErminatis duabus partibus, in quibus Magister egit de his, q̃ pertinent ad essentiæ unitatem,& personarum pluralitatem sigillatim: hic incipit tertia pars, in qua determinat p sonarum æqualitatẽ, quæ simul recipit pluralitatem, & unitatẽ. Et hæc pars habet tres partes principales. In prima proponit, in quibus consistit æqualitas. In secunda probat specialiter. ibi. *Nunc igitur superest ostẽdere,&c.*] In tertia,quia in probando propositiones dubias dixerat,in quibus dictio exclusiua generat ambiguitatem : ideo determinat qualiter dictiones exclusiuæ accipiunt in diuinis,infra Dist.21. *Hic oritur quæstio tralatus originem &c.*] Prima pars principalis, in qua proponit ea,in quibus æqualitas cõsistit, habet duas partes. In prima parte proponit, q̃ consistit in his tribus de æternitate, magnitudine,& potestate.In secunda ne crederentur hæc tria diuersa,ostendit, q̃ hæc sunt idẽ in deo.ibi. *Cumque enumerentur ista quasi diuersa.&c.*] Similiter secunda pars principalis, in qua probat æqualitatem, diuiditur in duas. Supposito enim q̃ in diuinis sit æqualitas quantum ad æternitatem, ostendit primo q̃ qualitatem quantum ad magnitudinem: secundo quantum ad potestatem;infra Dist.20. *Nunc ostendere restat, quomodo &c.*] Prima iterum pars habet duas. In prima probat æqualitatẽ magnitudinis per essentiæ unitatẽ. Secundo probat æqualitatem, excludendo in æqualitatem,ibi. *Sed tam nunc ad propositum &c.*] Prima pars,in qua probat personarum æqualitatem quantũ ad magnitudinem habet duas. In prima probat per essentiæ inuisionem,siue unitatem. In secunda per illam eãdem ostendit esse in personis circumincessionẽ. ibi. *Ex inde est,quod pater dicitur esse in filio.*

NVnc postquãm &c.] In parte ista sunt dubitationes circa literã. Et primo dubitatur de situ huius partis, cum.n. unitas in substantia faciat identitatem, unitas in quantitate æqualitatẽ, unitas in qualitate similitudinẽ, pari ratione uidetur, q̃ deberet determinare de identitate, & similitudine: quia si de his nõ determinat ur, q̃ nec de æqualitate deberet facere specialẽ tractatũ.Rñ. Dicendũ, q̃ ostẽsa plenitũ æqualitate, oñditur, q̃ omoda sit in natura idẽtitas,& similitudo: & iõ determinata æqualitate,non est opportunum de aliis determinare,sed magis de æqualitate determinat pp hereses ex tirpadas: Arrianorũ maxime, q̃ polluerunt inæqualitatem in diuinis: & iõ difficilior, & utilior circa hoc uersatur disputatio.

Dub.2. *Coæternitatem trium personarum &c.*] Videt male dicere, q̃ coæqualitas consistat in æternitate: quia ipse diuidit coæternitatẽ contra æqualitatẽ:ergo si ab ea distinguit̃,& quantũ ad æternitatẽ non attenditur æqualitas. Rñ. Dicendũ, q̃ æqualitas perfecta in his tribus consistit,& Magister condiuidit æqualitatẽ contra coæternitatem, quantum ad alia dun membra.s. magnitudinem,& potentiam.

Dub.3. *Non alio magnus, &c.*] Videt pari rõne,cum alio sit Deus,alio pi3q̃ alio sit deus, alio magnus. Si dicas q̃ quãtitas trãsit in substantiã:relatio non.Obiicitur, q̃ illud nõ soluit: Aug.n. loquitur de formali prædicatione, & constat q̃ formaliter loquẽdo, q̃ sicut ista est falsa, deus ẽ magnus deitate,uel deus est deus magnitudine,sic & ista,pr̃ est magnus. Rñ. Dicendũ q̃ quis 5m rõnem loquendi, uel intelligendi a parte nostra magnitudo in diuinis dicat̃ per modũ quantitatis, & deitas per modum substantiæ, tamen a parte rei nulla est omnino differentia. Nihil.n.de magnitudine dicitur, qd̃ non dicat̃ de substantia In resolutione autẽ paternitatis non est ita. Aliquid.n.prædicatur de paternitate, quod nõ pot dici de essentia, sicut distinguere, & distingui.

In generatione, & generationem anni tui &c.] Videt male dicere: qa in ęternitate nulla cadit uariatio:ergo cũ annus uariationẽ habeat; non debet trãsferri ibi. Item in illa ęternitate est omnimoda simplicitas, & impartialitas:ergo nõ deberet pluraliter dici,annos. Rñ. Dicendũ, q̃ iuxta modũ nr̃æ infirmitatis & intelligimus diuinam Trinitatem, uel ęternitatẽ, & noiamus: q̃n annus dicit cõpletã reuolutionẽ 5m decursum solis in zodiaco, & regressum ad idẽ punctũ,& diuina ęternitas perfecta est,& durationes ęteras circũplectens:ideo ad ipsam transtulit scriptura nomẽ anni. Rursus qa interminata & a parte ante, & a parte post: iõ nõ annũ dicit quasi terminãrẽat, nec gñationẽ singulariter,sed pluraliter annos, & gñationes similiter. Ratione ergo perfectionis, & interminationis transfertur, non ratione uariationis. Dub.4.

Est generatio generationum.&c.] Videtur falsum dicere, & innuere,q̃ in gñatione sanctorum sint anni dei ęternitas: quia duratio sanctorũ est finita a parte ante, sed ęternitas dei est infinita a parte ante & post:ergo sancti nõ sunt in illa. Iterũ quo modo essendi in,est gñatio sanctorũ in illa? Sicut mẽsura nõ: qa dei ęternitas solius dei est mẽsura. Si sicut cã in effectu, sed hoc mõ est,in ęteris creaturis. Rñ. Dicendũ, illud uerbũ nõ est dictum per cõmensurationẽ, neque per equalitatẽ,sed p cõcomitantiã,& cõformitatẽ. Quia.n. gñatio sanctorũ a parte post durat in infinitũ Dub.5.

durat

Universidad de Deusto
Biblioteca

durat ēt sine uariatione: ideo illam summā æternitatē in æternū comitatur, & ei expresse conformatur, & ꝺ sic exponit illud Ps.118. Beatus Aug. In gñatione, & generationē anni tui, siue i gñatione interminata, quæ est generatio sancti: siue sancti sunt illa gñatio: & qa in perpetuū durat, & quia ex multis gñationibus sunt collecti

Pater dicitur esse in filio, & si. &c.] Contra, quia si quicquid est in Deo deus est p̄p summam simplicitatem: ergo quicquid est in filio est filius: ergo si pater est in filio, pater est filius. Respō. Dicendum, qđ non est simile: quia cum dicitur aliquid esse in deo, hæc præpositio, in, aut dicit distinctionem essentialem, & sic nō quicquid est in deo est deus: quia nos in Deo uiuimus, mouemur & sumus. Aut nullam dicit distinctionem nisi secundum modum intelligendi, & hæc ponit omnimodam identitatem: & ideo sequitur, quod sit deus quod est in deo. Sed cum dicitur de persona hæc præpositio in, dicit distinctionem personalem, & una persona de alia non prædicatur: & ideo pater, quod non est filius. Dub.6.

Nec exemplis aliquod rebur, &c.] Videtur falsum: qa imago est expressa similitudo, & uestigiū est in omni creatura: ergo uidetur, quòd exemplum sit in omnibus. Resp. Dicendum, quod est exēplū exprimēs pfecte cōsimiliter oīno, & tale nullū est in creaturis: qa imago & cetera creatura, plus habēt dissimilitudinis q̄ similitudinis, & est exēplum aliquomodo manuducēs: & sic multa sunt, & ex multis colligitur unū, nec tñ omino perfectum. Dub.7.

Quod non intelligibile est homini &c.] Videt falsum: qa ita nostra quodammodo est oīa, & intellectus nr̄ non tot intelligit, quia plura possit intelligere. Rñ. Dicendū, q̄ est loqui de intellectu cōprehendente, & sic non est uerum, qđ oīa intelligere possit: quia nec Deus, nec aliquid Dei est comprehensibile nobis: quia omino infinitum. Et est loqui de intellectu apprehendente, & hoc dupliciter. Aut in ratione possibilitatis & susciptētis: & sic omne, q̄ pōt fieri, pōt intelligere: quia possibile est ad intelligendum. Aut in nōne agentis: & qa non habet lumē tātæ potētię, qđ possit super omnia, scilicet præsentia & futura: quia multa sunt supra eius iudicium, sic non est omnium. Dub.8.

Nam si partem eiusdem &c.] Videtur non sequi hoc: quia homo perfectus generat filium perfectum, & tamen non dat ei nisi partem. Respon. Dicendum, qđ est perfectio simpliciter, & perfectio in genere. Perfectio in genere bene compatitur secum dationem, & receptionem partis: quia in dante suppletur per restaurationem, in accipiente per augmentum, & additionem. Sed perfectio simpliciter nō patitur secum restaurationem, nec additionem: & quoniam in deo perfectio est simpliciter: ideo si daret partem, in dante remaneret defectus, similiter & in accipiente. Dub.9.

Non per duplicem conuenientiam &c.] Contra, aut tāgit modos essendi, aut generādi. Nō essendi: quia Dub.10

quia multo plures sunt quā isti. Non generandi, & ita in utroq; modo est insufficiens. Respō. Alii qui dicunt, q̄ Hila. assignat hos modos generationis, qui sunt in creaturis, ut excludat eos a filio. Sed non assignat nisi duos modos: quia non loquitur nisi de generatione uiui: uiuiens autem generabile diuiditur in uegetabile, & sensibile, & secundum illud duplex genus, duplex est modus generandi, quem tangit Hilarius. Nam animalia generantur per conuunctionem maris, & fœminæ, & plantæ per insertum: & primum tangit cum dicitur. Non per duplicem conuenientium generationem: quia masculus, & fœmina sunt duplicis generis quantum ad sexum, & tamen conuenientes sunt quantum ad formam, & materiam. Secundum modum tangit cum dicit, Nec per insitiuam capacioris substantiæ naturam: sed per &c. sicut surculus inseritur arbori, sed per naturæ unitam similitudinem, i. similitudinē non in natura differentem. Aliter potest dici, quod Hila. non loquitur de modo generandi, sed loquitur quomodo pater sit in filio, & excludit modū essendi in quo creatura dicitur esse in creatura secundum modum usitatū, ad quem modum concurrit duplex conditio creaturarum. Prima est quo ad naturam diuersitas. Secunda est continentis capacitas: & has excludit ab illo modo existendi, qui est in diuinis per illa duo, quæ dicit, quod filius est in patre non per coniunctionem duorum generum, neque per insitiuam capaci substantiæ naturam. Hoc patet per litera Hila. quoniam immediate subiungit in originali, & Magister obmittit. Quia (inquit Hyla.) per corporalem necessitatem exteriora fieri his, quibus continentur interiora, non possunt. Vult, quod illud est impossibile in creaturis corporalibus, quod mutuo sint in seipsis, sicut pater est in filio. Quia propter corporalem necessitatem & imperfectionem interiora non possunt fieri exteriora his, quibus continentur: ut si aqua est in uase, dum est intus, non potest fieri extra, & ita non continetur uas, ut uas sit in aqua. Dissimilitudinis.

Dum naturam Dei non degenerat natiuitas, &c] Quæritur quid hoc sit dicere, quia non tātum in deo, sed in creaturis pluribus nob degenerat. Respond. Dicendum, quòd degenerare, est extra genus generantis exire. Exire autem extra genus generantis hoc est, aut quantum ad formam communem, & naturam: & sic est degeneratio in æquiuocis, sicut equus ex asina generat burdonem, & asinus ex equa mulum, unde mulus degenerat. Alio modo degenerare est proprietates generantis relinquere retenta natura, sicut filius qui generatur ex patre nobili, & pulchro, est rusticus & turpis. Tertio est degenerare, naturam generantis relinquere, non per dissimilitudinem, sed per diuersitatem: & hoc modo omnis natiuitas creata degenerat: quia in omni creatura generans est aliud a generāte, & in sola diuina generatione Dub.11

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne degeneratio nō est, qa nihil nascitur nouum, nihil additur alienum: & ideo generans a generante in substantia non separatur, & ideo sola illa generatio est nobilissima &c.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis sit ponere æqualitatem?

AD intelligentiam huius partis quęruntur quatuor. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ponere æqualitatem. Secundo dato quod sit, utrum sit ibi summa æqualitas. Tertio, utrum in diuinis sit æqualitas cū conuersione. Quarto, utrum sit ibi æqualitas cum circumincessione.

QVOD sit ibi æqualitas, ostenditur primo per illud, quod dicitur in symbolo, Totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ratione sic. Omnis multitudo reducitur ad unitatem: ergo omnis inæqualitas ad æqualitatem; sed unitas a qua est omnis multitudo; est unitas increata: ergo & æqualitas ad quam reducitur omnis inęqualitas est æqualitas increata: ergo &c. *Symbo. B. Athanasij.*

ITEM. Omne, quod perfectionis est, transferēdum est ad diuina; sed æqualitas est perfectionis in creaturis, & ergo &c. ITEM. Vnum in substantia facit identitatem, unum in quātitate æqualitatem, unum in qualitate facit similitudinem: sed in diuinis nō tantum est unitas in substantia: sed etiam in quātitate, alioquin nō esset ibi perfecta unitas: ergo non tantum est ibi idētitas substantiæ: sed & æqualitas. *5. Metaph. cap. 16*

CONTRA. Vbi ęqualitas ibi diuisibilitas; quia simplex simplici non æquatur, sed in diuinis non est ponere diuisibilitatem, ergo nec æqualitatem. ITEM, Vbi æqualitas ibi quantitas; quia proprium est quantitatis secundum eam æquale, uel inæquale dici: sed in diuinis non est ponere quantitatem: quia secundum Augus. Deus magnus sine quantitate: ergo &c. ITEM. Vbi æqualitas, ibi finitas: quia ibi est commensuratio: ergo ubi est mēsura, ibi est finitas; sed in diuinis est infinitas; ergo &c. ITEM. Vbi, æqualitas, ibi diuersitas, quoniā nihil est sibi æquale; sed in diuinis est omnimoda unitas: ergo non est ibi æqualitas.

RESOLVTIO.

Cum in diuinis reperiatur quantitas uirtutis; & in ibi æqualitatem reperire necesse est: cum hac illam insequatur.

RESP. Dicendum, quod æqualitas ponitur in diuinis secundum quod dicitur in Symbolo, et dicit Aug. AD hoc intelligendum, notandum, qd æquale, & inæquale est propria passio consequens quantitatem. Quantitas autem dicitur dupliciter, proprie, s. quantitas molis: & translatiue quantitas uirtutis: & qa illa est propria passio qualitatis, æqualitas consequit utrā que quantitatem: ergo ubi est ponere quantitatem uirtutis, ibi est ponere æqualitatem uel inæqualitatem. Hæc autem quā titas uirtutis ponitur in spiritualibus, & summe reperitur in diuinis: quia hæc quantitas non repugnat simplicitati; sed consonat: similiter nec æqualitas consequens istam quantitatem. Et quia altera pars contradictionis completior attribuēda est deo, & æqualitas præit inæqualitatē, ideo ponenda est æqualitas in diuinis, & concedēdę sunt rationes ad hoc.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, quod ubi æqualitas, ibi diuisibilitas, dicendum, quod uerum est de æqualitate quæ consequitur quantitatem molis. AD ILLVD, quod secundo obiicitur, ubi ęqualitas ibi quantitas. Dicendum, quod uerum est secundum genus, uel secundum speciem, & quamuis nomen quantitatis non transferatur, transfertur tamen nomen speciei, ut magnitudo. AD ILLVD, quod obiicitur, ubi æqualitas, ibi finitas, Dicendum, quòd ęqualitas in creaturis duo importat, scilicet conterminationem, & excessus priuationem. Primum est incompletionis, secundum perfectionis, ideo transfertur ratione secundi, non primi. Posset tamen dici, quod infinitum, quod est in comprehensibile, secundum ueritatem ab infinito est cōprehensibile, & ideo commensurabile infinito, & ex hoc non sequitur, est commensurabile infinito: ergo finitum, immo magis infinitum, & est ibi quid & simpliciter. AD ILLVD, quod obiicitur, ubi ęqualitas, ibi diuersitas, Dicendum, ꝙ est diuersitas suppositorum, & diuersitas formæ. Ad æqualitatē & similitudinem, requiritur diuersitas suppositorum, non autē formę diuersitas, sed unitas. Qđ autem consequitur in inferioribus ad diuersitatem suppositorum, numeratio formę uel quantitatis hoc est imperfectionis: & ideo totum, quod est perfectionis transfertur in deum. Non tamen est in suppositis (proprie loquendo) diuersitas; sed distincto.

QVAESTIO II.

An in diuinis sit summa æqualitas?

VTRVM in diuinis sit summa æqualitas. Et quod sic, uidetur hoc modo: sicut dicitur ab Augu. in Libr. de fide ad Petrum Non dicitur aliquis maior alio, nisi aut quia præcedit ætate, aut quia excedit magnitudine, aut quia superat potestate, sed nihil horum est in diuinis, ut probat Aug. & Magister: ergo nihil est ibi inæqualitatis: ergo est ibi summa æqualitas. *Cap. 1. anteme dium,*

ITEM. Non potest maior æqualitas excogitari, quam ubi unus æquatur uni, & unum pluribus, & unum omnibus. Sed in diuinis tantus est filius quantus est pater, & tantus filius quantus pater & s. s. & tātus etiam filius quantus omnes tres: ergo &c. *6. de Tri. c. 4 & li. 8. cap. 1.*

ITEM. Vnitas in quantitate (sicut dictum est) facit ęqualitatē: ergo ubi summa unitas, ibi summa æqualitas: sed hoc est in diuinis: ergo &c. ITEM. Status non est nisi in summo; sed status est in illa qualitate per reductionē omnium ad ipsam: ergo &c. *5. met. ca. de similib.*

CONTRA. Aug. in Li. 83. q. si omnia essent æqualia, non essent oīa; ergo oīnimoda æqualitas tollit perfectionem in diuinis. Si ergo nihil est ponendum in deo, quod repugnet perfectioni *Qō. 42. Tom. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctioni in diuinis non est ibi omnimoda æqualitas. ITEM. Maior est æqualitas, quæ attenditur fm quantitatem continuam, & discretam: quam fm continuã tantum: sed in diuinis non est æqualitas secundum quantitatem discretam: quia ibi est Trinitas, & ita imparilitas: ergo in diuinis non est omnimodã æqualitas.

ITEM. Maior est æqualitas, quæ attenditur secundum potentiã, & sapientiam, & bonitatem; quã quæ secundum sapiẽciam, & potentiam tantum: sed in diuinis non est æqualitas secundum bonitatem: ergo non est ibi summa æqualitas. Probatio minoris, bonum est diffusiuum sui; sed magis diffundit se filius quam s. s. quia producit sibi æqualem: & etiã pater quam filius: ergo &c. Quæritur ergo, quare Aug. non ostendit æqualitatem in sapientia, & bonitate: & iterum quare non ex parte loci, sicut magnitudinis, & et aliarũ differentiarũ quãtitatis: quod cum nõ faciat, non uidetur assignare omnimodam æqualitatẽ: sed solũ in partem, aut si omnimodam ostẽdit, nõ sufficienter procedit.

RESOLVTIO.

Est uempe summa in diuinis æqualitas: quia ibi æternitatis, potestatis, & magnitudinis summa quantitas reperitur.

RESP. Dicendum, ꝙ in diuinis est summa æqualitas, & summa etiam assignatur ab Augu quoniam sufficienter ostenditur remotio omnis inæqualitatis per illa tria, quæ sunt æternitas, & magnitudo, & potentia. Horum triũ distinctio, & sufficientia ab aliquibus accipitur sic. Quia in diuinis nõ est extensio molis, nec aggregatio multitudinis, ideo non est ibi quantitas continua extensiua, nec discreta: sed loco eius est quantitas uirtutis, ꝙ tangitur per hoc membrũ, qđ est potentia. Quia uero deus suo ambitu complectitur omnẽ durationem, ideo est ibi quantitas ẽternitatis correspondens tẽpori. Quia uero ambitu suæ immensitatis complectitur locum omnem & locatum, ideo est ibi quantitas magnitudinis correspondẽs loco. Et sic patet, quod cum non sit aliam quantitatem accipere ibi, quod sufficienter in illis ostenditur æqualitas & cõstitit. Sed hęc distinctio non est cõueniens, tum quia nõ est in deo nisi quantitas uirtutis, & ita nõ deberet ibi esse nisi unum membrũ, nec debet illa distingui contra alias: tum etiam quia magnitudo in diuinis non tantum attenditur quantum ad ambitum localitatis: sed etiam quantum ad intensionem bonitatis. Vnde dicitur in 6. Lib. de Trin. quod in spiritualibus idem est maius & melius, & propter hoc quantitas uirtutis non tantum attenditur in operatione: sed etiam ut res cõsiderata in omnimoda absolutione. IDEO possumus aliter horum trium distinctionem & sufficientiam assignare: in omni. n. quod est, conuenit hanc triplicem considerationem habere. Potest enim aliquid considerari in comparatione ad suam originem, siue a parte ante: & sic unum maius est altero, quando origo eius est prior, & cõtra hoc est æqualitas æternitatis. Potest iterum considerari in se, & sic dicitur unum altero maius, quia maioris extẽsionis, uel quia maioris ualoris. Contra hanc est in Deo æqualitas magnitudinis, ut hęc æqualitas non tantum dicatur per comparationem ad localitatem, sed etiam ad sapiẽtiã & bonitatem, & ad omne, quod facit alterum altero dici maius, quia melius. Vnde Aug. & Magister in hac distinctione probant æqualitatẽ magnitudinis, ꝑ æqualitatẽ uirturis, siue in uirtute. Potest etiam tertio considerari per cõparationem ad effectum, & sic dicitur maius, quia potẽtius. Et cõtra hoc est æqualitas potentiæ. Quoniam ergo ratio æqualitatis non contingit pluribus modis considerari: si æqualitas est in istis, summa est: & cum ostendatur in istis, summa ostenditur & perfecta inductione proceditur, & sic patet, quod ultimo quærebatur.

AD ILLVD, quod obiicitur, primo qđ æqualitas repugnat perfectioni. Dicendum, quod uerum est perfectioni uniuersi, quæ aggregata est ex diuersitate, non ita est in Deo. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ maior est æqualitas secundum utranque quantitatem &c. Dicendum. ꝙ summa æqualitas non est in quantitate continua nec discreta, quia ibi unum non æquatur pluribus: sed hæc est perfectissima æqualitas, ideo solum secũdum quantitatem uirtutis attẽditur. AD ILLVD, quod obiicitur, de bonitate, quia diffusiuũ &c. Dicendum, ꝙ emanatio per sonæ non attenditur secundum rationem bonitatis essentiæ, sed magis fœcunditatis ꝑsonæ, uel in persona, & iõ non sequit, qđ si s. s. nõ producit, qđ ꝑ hoc habeat minus de bonitate. Vñ notandũ, qđ duplex est diffusio. s. intra, uel extra. Diffusio intra est, qñ persona ꝓcedit a persona unitate naturæ, & hæc non est proprie diffusio: & hoc nõ consequitur bonum, quia bonum, sed bonum in hypostasi, quæ aliam producere nata est: & iõ secundum hanc diffusionẽ non dicitur una persona altera melior. Est alia diffusio extra, quę attenditur in productione effectus, & secundum hanc rationẽ attenditur diffusio propriè & ratio boni: & quia in hac una ꝑsona alterã non excedit, ꝙ indiuisa sunt opera trinitatis, ideo hac nõ est una melior altera.

QVAESTIO III.

An æqualitas conuertim dicatur in diuinis?

VTRVM in diuinis sit ęqualitas cũ cõuersione. Et quod non, ut hoc modo. Chryso. sup illud Hęb. 1. Qui cum sit splendor &c. Filius est æqualis patri, non pater filio. ITEM. Hilla 1ma go si ꝓfecte implet illud, cuius est, ipsa coęquat ei, nõ illud suæ imagini. ITEM. Aug. 11. Lib. de doct. Christ. In patre unitas, in filio æqualitas: ergo ut, qđ pater nõ sit æqualis filio, ut filius patri. ITEM. Diony. In causis & causatis non recipimus reciprocationẽ: sed pater est principiũ filii: ergo &c.

CONTRA. Omne relatiuum ęquiparantiæ denominat extremũ secundum modũ cõsimile, sed æqualitas est relatio ęquiparatię: ergo similis reciprocatio.

Videas ꝙ 6. de Trin. c. 10. Dionys. de div. nom. c. 9. §. Art. c. de simil. c. §. Lib. 1. de Doctrina Christ. Cap. §.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ITEM. Vnum in quantitate facit æqualitatem, sed sicut filius est unum cum patre, ita pater unū cum filio quantum ab substantia, & quātitatē: ergo sicut filius est æqualis patri, ita pater filio. ergo est ibi reciprocatio. ITEM. æqualitas mutua, & reciproca, maior est q̄ non reciproca: ergo si in diuinis est summa æqualitas, patet &c ITEM. Omne quantū comparatum quanto, aut est maius, aut minus, aut æquale: sed pater est quantus uirtute, & similiter filius: aut ergo pater est maior uirtute filio, aut minor, aut æqualis.

RESOLVTIO.

Quia æqualitas inquantum æqualitas reciprocationem dicit: ideo in diuinis secundum conuersionem reperitur.

RESPON. Dicendum, quòd æqualitas est ibi, non tantū qa diuina, sed etiā quia æqualitas: & cum æqualitas de sui ratione dicat reciprocationem inquantum æqualitas, & secundū hoc credendum est, quòd pater est æqualis filio, & filius patri.

ET AD intelligentiam obiectorum notandum, q̄ duplici ter est loqui de æqualitate. Aut prout dicit respectū æquiparantię, aut put ultra respectū cōcernit actū coęquationis. Inquantū dicit respectum æquiparātię, sicut ostendunt rationes, necesse est, q̄ sit ibi reciprocatio: sed inquātū ulterius concernit actū coęquationis, sic dicit rationem imitationis, & sic non conuenit patri respu filii, quia importat auctoritatē in patre. Vnde non dr pater coæquari filio, quia filiū non imitat, nec perfectè, nec imperfectè. Et sic est simile, si dicatur hoc cum illo. Pōt enim dupliciter intelligi. Aut prout dicit duorū cōiunctionē, & sic de necessitate attenditur ſm conuersionē: si.n. iste uadit cum illo, necesse est ēt, q̄ uerū sit ecō uersò. Alio mō ut hoc cū illo dicat associationē, & ita quādam subauctoritatem in associante, & sic dicitur, q̄ miles uadit cū Rege, ecōuerso similiter intelligendum est cum æqualitate. *Hāt de Trinit. sequitur D. Tho. 1. p. q. 42 art. 1.*

ET EX his patent auctoritates Sanctorum, quæ loquuntur de æqualitate secundo modo, præter illam Diony. ad quam respōdendum, q̄ non habet locum in proposito: quia Diony. loquitur proprie de causa, secundum q̄ causa dicitur illud, ad cuius esse sequitur aliud, & ita differt per essentiā ab actu: & hoc mō non cadit in Deo respectu personæ.

QVAESTIO IIII.

An in diuinis sit æqualitas cum circumincessione?

VTRVM in diuinis sit æqualitas cum circumincessione.

Et q̄ sic, ostenditur primo auctoritate Domini Ioan. 17. Ego in patre, & pater ī me est. ITEM, Augustin. de fide ad Petrum, Propter unitatem naturæ totus pater est in filio & spiritu sancto. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ratione, quia in quocunq; est substantia uel essentia patris, est pater; sed substantia patris est in filio: ergo pater est in filio: eadem ratione est filius in patre. ITEM. Omne cognitum est in cognoscente uel per ueritatem, uel per similitudinem. Sed pater cognoscit filium quantū ad hypostasim & proprietatem: ergo filius *Habet in Lib. de Trin. Ex 8. Anim.*

filius est in patre, aut quantum ad ueritatem, aut quantum ad similitudinē ueritatis. Non quātum ad similitudinem, quia tūc esset filius in patre sicut creatura: ergo quātum ad ueritatem, eadem ratione pater in filio: ergo circumincessio est ibi ITEM Omne quod est cōparatum ad ad alterum, aut est in illo, aut extra illum. Si ergo filius comparatur ad patrem, aut est in illo, aut extra. Si in eo, eadem ratione & pater in eo. Si extra eum, sed illa quorum unum est extra alterum differunt per substantiam: ergō pater & filius substantialiter differunt. ITEM. Maior est conuenientia in diuinis, quā sit generis ad species, uel totius ad partes: sed propter conuenientiam generis ad species. genus est in speciebus, & econuersò: ergo multo fortius in diuinis, pater est in filio & econuersò.

CONTRA si pater est ī filio, & econuersò: ergo pater est in patre. Sicut enim sequitur ī prædicando, q̄ quicquid prædicatur in plus uel æquè de aliquo, prędicatur de omni eo quod est sub eo: ergo similiter, si aliquid est in aliquo, necesse est, q̄ in eodem sit omne quod est in eo: ergo si filius est in patre, omne qđ est in filio est in patre, sed pater est in filio: ergo pater est in patre. ITEM. Quandocunque duo simplicia eiusdem generis simul sunt, ita quod unū est in altero, non distinguunt ab inuice, sicut punctus est in puncto: Si ergo pater & filius sunt omnino simplices, si pater est in filio, & filius in patre, non uidet q̄ distinguantur. ITEM. Si duæ essentię diuinę essent, impossibile esset quòd una esse in alia, quia una non posset illabi alii: quoniam utraque esset æque spiritualis & summè spiritualis: ergo si duæ personę sint æquè & summè spirituales, impossibile est, q̄ una sit in altera, & ita uidetur, quòd Deus non possit esse increatura quin ei illabatur. Si ergo persona est in persona, uiderur omnino ei illabi. ITEM. Quæro quid significet hoc quod est [esse in patre, Jutrum dicatur secūdum substantiam, aut ſm relationē. Si ſm relationem, hoc est contra Aug. qui dicit in litera, q̄ propter unitatem naturæ totus pater est in filio & spiritu sancto. Si secundum substantiam, quæ ſm substantiam dicuntur, conueniunt tribus: ergo hoc quod est, esse in patre, conuenit filio, & spiritui sancto, & patri: ergo pater est in patre, quod non cōceditur. ITEM. Cum dicitur pater est in filio; & filius in patre, aut importatur eadem habitudo, aut altera. Si eadem, cum filius sit in patre ut in principio, tūc similiter pater esset in filio ut in principio, quòd simpliciter est absurdum. Si importatur altera habitudo, ergo sicut non est circumincessio, cum dicitur genus est in specie, & species in genere, similiter nec in proposito esset circūincessio. ITEM. Filius est de patre & apud patrē, & non conuertitur: ergo pari ratione uidetur, quòd non cōuertatur, q̄ si pater est in filio, q̄ filius sit in patre. ITEM. Nouem modi essendi sunt in creaturis. Primo modo, sicut pars in toto. Sedo modo sicut totū in partibus. *Ex Boe. sup. Pre. dicamenta. c. 4. phy. 33*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Tertio modo sicut species in genere. Quarto modo sicut genus in speciebus. Quinto modo sicut forma in materia. Sexto modo sicut rectum siue motum in regente. Septimo modo sicut res i suo fine. Octauo modo sicut contentum in continẽte. Et nonum addit Boetius. s. sicut accidens in subiecto. Quæritur ergo quo istorum sit pater in filio, & econuersò, & cum nullo illorum sit dare, uidetur, ꝙ nullo modo sit.

RESOLVTIO.

Immo solum ibi uerè & perfectè reperitur: sicut inibi solam est unitas essentiæ cum distinctione personarũ.

RESP. Dicendum, quia sicut auctoritates probant & rationes, in diuinis est summa & perfecta circumincessio. Et hic notatur circumincessio qua dicitur, ꝙ unus est in alio & econuerso, & hoc propriè & perfectè in solo Deo est: quia incircumincessio in essendo, ponit distinctionem simul, & unitatem. Et qm̃ in solo Deo est unitas cũ distinctione, ita ꝙ distinctio est inconfusa, & unitas indistincta, hinc est; ꝙ in solo Deo est circũincessio perfecta. Et patet ratio huius qa ratio circũ incessionis est perfecta unitas essentiæ cum distinctione personarũ: & quoniã hoc est proprium solius Dei. Ideo & circumincessio talis, secundum quod dicit Hyla. & Magister inducit in litera.

AD ILLVD ergo, quod obicitur, ꝙ pater est in filio & filius in patre: ergo pater est in se, dicunt quidam, ꝙ argumentum non ualeat, quia mutatur habitudo eius qđ est in. Quia in uno dr̃ est habitudinem principari ad principium: in alia aũt habitudinem principii ad principiatum. Tñ, illud non oportet dicere, qa (sicut iã patebit) in, non dicit diuersam habitudinem, nec tamẽ sequitur, imo est accidẽs ibi: eo ꝙ notat distinctionem, sicut accidens est hic, Petrus est similis Paulo & Paulus Petro: ergo Petrus est similis Petro: ita & in ꝓposito ītelligendũ. AD ILLVD, quod obicitur, simplicia simul existentia cõfunduntur in unũ. Dicendum, ꝙ illud uerum est, quando simplicia habent distinguui penes illud in quo sunt, sicut punctus & unitas ab eo in quo est. Sed quãdo seip̃sis distinguuntur & in seip̃sis substantiãcantur, tunc quãuis sint simul, non cõfunduntur, & tales sunt Hypostates diuinæ. Et huius similitudo, quamuis perfectè non possit in creatura inueniri, tñ Dionys. ponit exẽplum in luminib. quæ multa sunt in eodem aere inconfusa: & huius signum est, quia qñ luminare auferẽ, trahit secũ suũ, nihil de aliis conuelles. & rõ huius est, quia lumina in aere non distinguũtur penes id in quo. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ essentia nisi per impium &c. Dicendum, ꝙ non est simile, quia ubi est essentiarum diuersitas. si una est i altera, oportet quod una sit aliquomõ materialis alterius. sed quando personę differunt sa'ua essentię unitate, una est in alia quia essentia unius est essentia alterius, & ita sicut idem non illabitur sibi, ita nullus põt esse ibi illapsus. AD ILLVD, ꝙ quæritur, quid significet hoc quod est esse in patre. Dicendum, quòd sicut sancti innuunt, sicut æquale dicit respectum secundum unitatem quantitatis, & simile secundum unitatem qualitatis, similiter hoc qđ est esse in patre, ẽm unitate substãtiæ: unde sicut æquale simul importat substantiam cum relatione, sicut patebit infra, ita & hoc quod est esse in: & sicut quod est æqualis patri arctatur ad stãdum pro aliis personis, ita & in proposito intelligendum. AD ILLVD, ꝙ quæritur, utrum importetur eadem habitudo. Dicẽdum, sine præiudicio, ꝙ sic, quãtum est de ratione nominis. Sicut enim cũ dicitur pater est similis filio, & econuersò nõ importatur alia & alia habitudo: ita nec in hoc quod est esse in: quia importat relationem identitatis siue consubstantialitatis. Vnde si dicatur pater est similis filio & econuersò, non dicitur alia habitudo: sic in proposito, quia significat hoc quod est esse in patre, idem quod esse patri consubstantialem. Et uniformiter accipitur, consubstantialis, cum dicitur de patre & filio: & hoc patet, quia si non diceret cõ similem habitudinem, non esset circumincessio, sicut nec est quando dicitur creatura esse in Deo, & Deus esse in creatura, qa alia importatur habitudo in utroq; AD ILLVD, qđ quæritur de hoc ꝙ est apud, &c. Dicendum, ꝙ quædã prepositiones important habitudinẽ repugnantie, ut contra. Quędã distantiæ, ut hoc quod est ad, & propter. Quædã causæ, ut de, & ex. Quædam cõuenientię, ut in, & cum: primæ & secũdę nullo modo recipiuntur, sed tertię & quartæ conueniũt, quia conuenientia est relatio æquiparantiæ. AD VLTIMVM soluendũ, quod iste est singularis modus essendi in, qui nõ continet inter illos, nec põt reperiri proprie in creaturis.

DISTINCTIO XIX.

PARS SECVNDA.

Probat æqualitatem excludendo communem rationem in æqualitatis.

SEd iam nunc ad propositum redeamus, cœptoque insinuamus, ostendẽtes quod magnitudine nulla triũ personarũ aliam superat: quia nulla maior alijs, nec maius aliquid sunt duæ quam una, nec tres quam duæ, nec maior Deus quam singuli horum, quia singulus horum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio.

Quod nulla personarum pars est in trinitate.

Nec est aliqua triũ personarũ pars Dei, vel diuinæ essentiæ, quia singula harũ verus & plenus Deus est, & tota & plena diuina essentia est: & ideo nulla istarũ in trinitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca. 10. pars est. Vnde Aug. in lib. 4. contra Maximinum hæreticum sic ait, Putas Deum patrē cum filio & spiritu sancto, vnū Deum esse non posse. Times enim ne pater sit pars vnius dei, qui constet ex tribus. Noli hoc timere: nulla enim sit partium in deitatis vnitate diuisio: vnus est Deus pater, & filius, & spiritus sanctus. i. ipsa trinitas vnus est Deus, Ergo, inquis, Deus pater est pars Dei, absit. Tres enim personæ sunt pater, & filius, & spūs sanctus: & hi tres, quia vnius substantiæ sunt, vnum sunt, & summè vnum sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas voluntatum. Si enim natura vnum essent, & consensione vnum non essent, non summè vnum essent. Si vero natura dispares essent, non summè vnum essent. Hi ergo tres, quia vnum sunt propter ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, vnus Deus est. Pars ergo trinitatis esse non potest, quicunque vnus est ex tribus. In trinitate ergo, quę Deus est, & pater Deus est, & filius Deus est, & S. S. Deus est, & simul hi tres vnus Deus. Nec huius trinitatis tertia pars est vnus, nec maius aliquid duo quam vnus est ibi: nec maius aliquid sunt omnes quam singuli: quia spiritualis, non corporalis est magnitudo. Qui potest capere, capiat: qui autem non potest,
Mat. 9 credat, & oret vt quod credit, intelligat. Verum est enim quod per prophetam dicitur, Nisi credideritis, non intelligetis. His verbis apertè ostendit indifferentem magnitudinem trium personarum. Item in eodem capite, Tu nempè dixisti
Esa. 7. vnum Deum non ex partibus esse compositum, & hoc de patre tantum vis intelligi. Ille, inquis, uirtus est ingenita, simplex, & tamen in hac simplici virtute multa videris commemorare, cum dicis, Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem. Nunquid ergo bonitas, & sapientia, & clementia & potentia partes sunt vnius virtutis, quam simplicē esse dixisti? Si dixeris, partes sunt, simplex: ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista virtus, te definiente, vnus est Deus: ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis, non sunt partes. Si ergo in vna persona patris, & illa inuenis, quæ plura videntur, & partes nō in

ueneris, quia vna virtus simplex est, quanto magis pater & filius & s. s. & propter indiuiduam deitatem unus Deus est, & propter uniuscuiusque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes unius dei non sunt? Virtus est pater, uirtus est filius, uirtus est S. S. Hoc uerum dicis, sed quòd uirtutem de uirtute genitam, & uirtutē de uirtute procedentem non uis eandem habere naturam hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam & catholicam dicis. His uerbis aperte docetur, quod tres personæ illæ non sunt partes Dei, uel diuinæ essentiæ. Nullaque illarū trinitatis pars dicenda est, nec una maior est aliis.

Cum dicimus tres personas esse unam essentiam, quòd non ut genus de speciebus, prædicamus.

Hic adijciendū est, quod tanta est æqualitas trium personarum atque indifferens magnitudo, quod cū dicamus tres personas unam essentiam uel substantiam, neque ut genus de speciebus, neque ut speciem de indiuiduis prædicamus. Non enim essentia diuina genus est, & tres personæ species: uel essentia diuina species, & tres personæ indiuidua. Quod Aug. rationibus probabilibus, atque irrefragabilibus aperte demonstrat in lib. 7. de Trin. dicens, Si essentia genus est, species autem persona (ut nonnulli sentiunt) oportet appellari tres substantias, ut appellantur tres personæ, Sicut cū sit animal genus, & equus species, appellantur tres equi, idemq; tria animalia. Non.n. ibi species pluraliter dicitur, & genus singulariter, ut si diceretur, tres equi sunt unum animal: sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur. Cum ergo tres personas unā fateamur esse essentiā, nō tres esse essentias, cū tres equi, tria animalia dicantur, non unum: patet nomine essentiæ non significari genus, nec nomine personæ speciem. Specieb. Cap. 6.

Quòd nec, ut species de indiuiduis.

Si uero dicunt nomine personæ non speciem significari, sed aliquid singulare, atque indiuiduum, & nomine essentiæ speciem intelligi, ut persona non dicatur sicut homo, sed quomodo dicitur hic homo, uelut Abraham, Isaac, Iacob, Lib. & ca. eis. dem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel quis alius, qui etiam digito præsens demonstrari possit? sic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraham, Isaac, Iacob tria individua: ita tres homines, & tria animalia. Cur ergo pater, & filius, & S.S. si secundum genus, & speciem, & individuum ista differimus, non ita dicuntur tres essentiæ, ut tres personæ.

Ad idem probatio alia.

lib. & c. eisdē *Alio quoque modo idem probat Augustinus. s. quòd essentia divina non est genus, nec personæ species: ut essentia non est species, nec personæ individua. Vna, inquit, essentia non habet species, sicut vnum animal non habet species. Pater ergo, & filius, & S.S. non sunt tres species unius essentiæ: divina ergo essentia genus nō est. Sed nec spēs est essentia divina, & personæ individua, sicut homo, species est, individua autem Abraham, Isaac, & Iacob. Si enim essentia species est, ut homo, sicut non dicitur unus homo esse Abraham, Isaac, & Iacob, ita non dicitur una essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus, & species ista dicimus.*

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ una essentia.

Notandum etiam quòd essentia divina non est materia
cap. 6. *trium personarum, ut Aug. in eodem libro docet, tanquam secundum communem eandemque materiam tres personæ dicantur esse una essentia, sicut ex eodem auro si fierēt tres statuæ, diceremus tres statuas unum aurum. Non autem sic trinitatem, idest, tres personas dicemus unam essentiam, & Deum unum, tanquam ex una materia tria quædam subsistant. In statuis. n. æqualibus plus auri est tres simul, quam singulæ, & minus auri est una, quam duæ. In illa uero essentia trinitatis nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam tres personas unam dicimus esse substantiā, uel essentiam, sicut tres statuæ dicuntur unum aurum.*

Nec ita dicuntur tres personæ una essentia ut tres homines una natura, uel unius naturæ.

His quoque addendum est, quòd tres personas, non ita di
lib. et c. eisdem. *cimus esse unam essentiam, ut Augustinus in eodem ait, uel*

uel unius essentiæ, sicut dicimus aliquos tres homines eiusdē lib. & cap. eis dem. *sexus, & eiusdem temperationis corporis, eiusdemque animi, unam esse naturā, uel unius naturę. Nam in his rebus non tantum est unus homo, quantum tres homines simul, & plus aliquid sunt homines duo, quàm unus homo, sicut in statuis esse diximus: at in deo non est ita. Non enim maior essentia est pater, & filius simul, quàm solus pater, uel solus filius: sed tres simul illę personę equales sunt singulis. Ex premissis patet quòd tres personę dicuntur diuina essentia, nec secundum materialem causam, ut tres statuę unum aurum, nec secundum complexionis similitudinem, ut tres homines unius naturę, nec ut genus prędicatur de speciebus, uel ut species de individuis, id est, continens de contentis, maius de minoribus.*

Quæ uidentur aduersari prædictis.

His autem uidētur aduersari, quæ quidam sacrę scripturæ tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt. In quibus significari uideatur, quòd essentia diuina sit quiddam commune, & uniuersale uelut species: tres uero personę sint tria particularia, tria individua numero differentia. lib. 3. & orthodoxæ fi. c. 6. in prin. ca pitis. *Vnde Io. Dam. inter Doct. Græcorū maximus in libro quē de Trinitate scripsit, quem & Papa Eugenius transferri fecit, ait: Communia, & uniuersalia prædicantur de subiectis sibi ipsi particularibus. Cōe ergo substantia est, particulare uero hypostasis: idest persona. Particulare autem dicitur, non quod partem naturæ habet: sed particulare numero, ut atomus. i. individuum. Numero enim non natura differre uidentur hypostases. Item in eodem, Substantia significat communem, & circumplectiuam speciem homoideon. i. similium specie, hypostaseon, idest, personarum, ut puta deus homo, hypostasis autem individuum demonstrat, id est, patrem, filium, & spiritum sanctum. Petrum, Paulum, & huiusmodi. Ecce aperte dicit substantiam esse uniuersale, hypostasim uero particulare, & quod Deus est species ut homo; & quod pater, & filius, & spiritus sanctus sunt individua, sicut Petrus, et Paulus, eo quòd numero differunt, quæ præmissæ sententiæ Aug. penitus cōtradicere uidētur. Quid*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo dicimus ad hæc? Hoc utique dicere possumus, atque debemus, quòd ea quæ Augustinus tradidit superius, sine omni hæsitatione tenenda sunt.

Quòd sanè possunt intelligi, quæ Ioannes dicit.

Hæc autem, quæ hic dicuntur, licet in sermonis superficie aliquid a fide alienum resonare videantur, sane tamen intelligi queunt, piumque lectorem atque intellectorem plurimum efflagitant. In quorum explanatione mallem silens alios audire, quàm loquendo malenolis detrahendi occasionem præstare. Videtur tamen mihi ita posse accipi, cum ait. Substantia est commune, & hypostasis est particulare. Non ita hæc accipit cum de Deo dicuntur, ut accipiuntur in philosophica disciplina. Sed per similitudinem eorum, quæ a philosophis dicuntur, locutus est, ut sicut ibi commune, uel uniuersale dicitur, quod prædicatur de pluribus: particulare uero, uel indiuiduum, quod de uno solo; ita hæc, essentia diuina dicta est uniuersale, quia de omnibus personis simul, & de singulis separatim dicitur. Particulare uero singula quælibet personarum: quia nec de alijs communiter, nec de aliqua aliarum singulariter prædicatur. Propter similitudinem ergo prædicationis, substantiam Dei dixit uniuersale, & personas particularia, uel indiuidua: Propter hoc idē eandem diuinam essentiam dixit esse speciem communem, et circumplectiuam similium specie personarum, quia sicut hæc species homo, de suis prædicatur indiuiduis, uelut de Petro, & Paulo, & aliis, nec ista specie differunt, sed conueniunt per omnia; ita Deus de tribus prædicatur personis, quæ in diuinitate non differunt, sed per omnia conueniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas, & res temporales perpendens Ioannes, uniuersalitatis, & particularitatis nomina, quæ rebus temporalibus proprie conueniunt, ad res æternas transtulit: Aug. uero maiorem uidens dissimilitudinem, quàm similitudinem inter res prædictas, ab excellentia trinitatis prædicta nomina remouit.

Ex quo intellectu dixerit, quod substantia dei sit species, uel uniuersale, & indiuidua.

Ex quo sensu dixerit personas differre numero.

Quod autem Ioannes dicit hypostases differre numero, non natura. In eo quòd non differre natura, ait, uerissime, et sine

sine scrupulo loquitur. Quòd uero dicit differre numero, ca uendum est quomodo intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero. 10. D Trin. cap. 11

Quibus modis dicantur differre numero, & secundum quem modum possit conuenire personis.

Dicuntur enim aliqua differre numero, quando ita differunt, ut hoc non sit illud, nec aliquid quod illud est, uel in ipso est; qualiter differunt Socrates, & Plato, & huiusmodi, quæ apud philosophos dicuntur indiuidua, uel particularia; iuxta quem modum non possunt dici tres personæ differre numero. Dicuntur quoque differre numero, quæ in enumeratione: siue computatione non sibi adiunguntur, sed a se inuicem discernuntur, ut cum de aliquibus rebus loquētes dicimus, una, duæ, tres: & secundum hunc modum forte dixit Ioannes hypostases, ideſt, personas differre numero. Possumus.n. dicere, pater est vnus, & pater, & filius sunt duo, & pater, & filius, & S.S. sunt tres. Et item, Hæc persona est una, & hæc, & illa sunt duæ, & hæc, & illa, & alia sunt tres. Conuenientius tamen tres illæ personæ proprietatibus tantum distingui dicuntur: de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur. Nunc uero ad incæptum redeamus, quę dicta sunt repetentes, ut sepius uersando familiarius innotescant. Di. 28

Quòd una persona non est maior alia, nec tres simul quam una.

Sciendum est ergo tantam æqualitatem esse in trinitate, ut ait Aug. in 8. lib. de Tri. ut non solum pater non sit maior quam filius, sed nec pater, & filius simul maius aliquid sunt quàm S.S. aut quælibet persona minus aliquid sit quàm ipsa Trinitas. Quòd autem ita sit, aliquo modo si fieri potest, demonstrandum est, quātum ergo creator ipse adiuuat, attendamus. Inquit Augustinus, in eodem, quomodo in hac Trinitate duæ, uel tres personæ non sunt maius aliquid, quàm una earum. in pro logo. Cap. 1d

Ratio subtilissima ad idem.

Quòd ibi magnum dicitur, aliunde magnum non est, quā ab quo uere est: quia ibi magnitudo ipsa ueritas est, & ue-

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas essentia: non ergo ibi maius est, quod uerius non est. Non autem uerius est pater, & filius simul, quam pater solus, uel filius. Non ergo maius est aliquid uterque simul, quam singulus eorum. Et quia æque uere est etiam S.S. ideo pater, et filius simul nō sūt aliquid maius quā ipse, quia nec uerius suat. Item in essentia ueritatis hoc est uerum esse, quod est esse: & hoc est esse, quod est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse quod uerum esse. Quod igitur ibi æque uerum est, & æque magnum est. Quod ergo ibi plus ueritatis non habet, plus non habet magnitudinis. Plus autem ueritatis non habet, quòd uerius non est. Non est autem uerius una persona quàm alia, uel duæ quam una, uel tres simul quàm singula. Non ergo plus veritatis habet una alia: uel duę quàm una, uel tres simul quàm singula. Sic ergo & ipsa trinitas non est maius aliquid, quàm unaquęque ibi persona, sed tam magnum quàm singula. Non enim ibi maior est, quæ uerior non est, ubi ipsa ueritas est magnitudo. Ecce modo conuenienti, & ratione catholica ostensum est quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum, quia nec una maior est alia, nec duæ maius aliquid quàm una, nec tres simul maius aliquid quàm singula.

Quòd Deus non est dicendus triplex, sed trinus.

Cap. 7. *Præterea cum Deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex. Ibi enim non est triplicitas, ubi summa est unitas,*

Cap. 8. eiusdem lib. *& indifferens æqualitas: unde Aug. in lib. 6. de Trin. ait, nō quoniā Deus Trinitas est, ideo triplex putandus est, alioquin minor esset pater solus, uel filius solus, quàm simul pater, et filius. Cum itaque tantus est pater solus, uel solus filius, uel solus. S.S. quantus est simul pater, & filius, & S.S. nullo modo triplex dicendus est Deus. Non enim pater cum filio, & spiritu sancto maior Deus est quam singuli eorum, quia nō est, quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est & pater, & filius, & S.S. & perfectus dicitur Deus singulus eorum. Et ideo trinitas, potius quam triplex dici debet.*

Quod non est ita in rebus corporeis, ut in trinitate.

In rebus corporeis non tantū est una, quantū tres simul, & plus sunt duæ, quā una res. In trinitate uero summa, tantum

tum est una persona, quantum tres simul, & tantum sunt duæ, quantum una, & in se infinitæ sunt: quia non est finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur quod superius dictum est, quomodo singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum in omnibus est, & unū omnia. Ecce iam ostendimus sufficienter, qualiter in Trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

SVPRA oñdit Magister diuinas psonas æquari quantū ad ęternitatē, & magnitudinē, p hoc qd una essentia ē in singulis tota. Hic oñdit, qꝑ est summa in eis æqualitas, & hoc facit excludendo ab eis cōem rōnem inæqualitatis. Et diuidit hęc pars in tres partes. In prima oñdit, qꝑ nō cadit ibi rō totius & integri. In ſcđa oñdit, qđ nō cadit ibi ratio gñis, ſpęi, uel indiuidui, ibi. *Hic aduertendum est, quod tanta &c.*] In tertia oñdit, qꝑ non cadit ibi rō numeri, ibi. *Quod autem sua dicit &c.*] Prima iterū pars ī duas. In prima qā fecerat digressionē, cōtinuat dicta dicēdis. In ſcđa uero oñdit, qꝑ ibi nō cadit rō totius & partis, ibi. *Nec est aliqua trium personarum.*] Itē, ſcđa pars ī qua oñdit, qꝑ in diuinis non cadit rō uniuersalis siue gñis & ſpeciei, hēt duas partes. In prima oñdit, qꝑ nō est accipere genus in diuinis, nec ſpēm, nec indiuiduū. In ſcđa uero cōtra, hoc opponit auctoritate. Dam. ibi. *Hic autem uidentur aduersari quædam, &c.*] Prima hēt duas, primo oñdit, qꝑ nō ē ibi natura gñis, uel ſpeciei, uel indiuidui. Scđo, qꝑ nō est ibi rō materialis principii. ibi. *Notandū etiā, quod essentia diuina, &c.*] Similiter pars in qua obiicit cōtra hoc, hēt duas. In prima oñdit qꝑ cadit ibi rō uniuersalis, & indiuidui, rōne Dam. In ſcđa soluit. Primū facit. ibi. *Hic autem uidentur aduersari, &c.*] Scđm, ibi. *Hæc autem, quæ hic dicuntur, &c.*] Itē, pars tertia in qua oñdit, qꝑ ī diuinis non cadit rō numeri, hēt quatuor particulas. In prima p̄misso, qꝑ in ęqualitate psonarum nō cadit rō numeri, oñdit qbus modis differre numero nō cōueniat psonis, & qbus modis cōueniat. Scđo, qꝑ in diuinis psonis tā ta est magnitudo in una psona, quāta in tribus. ibi. *Secundum est ergo, &c.*] In tertia oñdit, qꝑ deus non pōt dici triplex, siue multiplex, ibi. *Præterea cum Deus dicatur trinus, &c.*] In quarta oñdit differentiā inter pluralitatē q̄ est in creaturis corporalibus. ibi. *In rebus corporeis non tantum &c.*] Et notādū, qꝑ tota sūma & fundamētū totius distinctionis ī hoc uerbo cōsistit, qꝑ diuina essētia ē magnitudo una nō multiplicata, & tota nō diuisa ē in qualibet psonarū, iō necesse est, qꝑ psonæ sint oīno ęquales magnitudine. Nec pōt ibi cadere rō totius uniuersalis: qa illud multiplicat ī partibus. Nec totius integri: qa illud diuidit in partes. Nec ē totū in qualibet parte, & ita nec rō materialis principii, nec rō numeri.

Oret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dub. 1. *Oret, ut quod credit, intelligat, &c.*] Videtur improprie loqui; quia nullus orat quod non cognoscit, uel intelligit. Item. Nullus assentit rei, quam mente non intuetur siue concipit: ergo nullus assentit rei quam non intelligit: quia intelligere est mẽte intueri. Resp. Dicendum, ꝙ intelligere est dupliciter: Vno mõ idem est quod cognoscere aliquid, quod per nomen dicitur. Alio modo idem est quod ratione apprehendere. Primo modo antecedit fidem quæ est ex auditu: secundo modo consequitur; quia nulla ratio humana sufficit ad manifestanda credibilia nisi intellectus fide illustretur & capiuetur.

Dub. 2. *Aliqua differre numero, quæ in enumeratione, &c.*] Videtur male dicere: quia illi computationi, aut respondet aliquid in re, aut nihil. Si aliquid respondet: ergo non differt a præcedenti differentia. Si nihil respondet: ergo distinctio siue cõparatio nostra super nihil & unũ, fundata est. Resp. Dicendum, ꝙ computationi nostræ, cũ dicimus unus, duo, tres, aliquid respondet, sed illud non est diuersitas numeralis; sed distinctio personalis: unde in diuinis nõ dicitur esse numerus, nec differentia secũdum numerum, nisi addatur secundũ numerum personarum, qui dicit distinctionẽ in hypostasibus, non in natura: ideo quamuis dicantur tres personæ, tamen non est ibi ternarius, sed Trinitas.

Dub. 3. *Cum Deus dicatur trinus, &c.*] Videtur dicere contra illud, qđ dicitur. Sap. 7. Quod spiritus sapientię est multiplex: ergo duplex uel quadruplex: ergo &c. Item. Isido. dicit, ꝙ Trinitas est multiplex & numerabilis. Ite. Ratione uidetur: quia pannus unus in substantia duplicatus duplex dicitur, triplicatus triplex: ergo si una est substantia in tribus hypostasibus, uidetur triplicari in eis & triplex dici. Respon. Dicẽdum, quod distinctio personarum non potest significari per additionem termini numerabilis ad hoc nomen Deus, nisi huius nominis Trinus, qđ specialiter ad hoc inuentum est, ut significet pluralitatem in suppositis cum unitate forme. Quia ergo hoc nomẽ Triplex, dicit distinctionem simpliciter in termino cui additur, uel quantum ad formam, uel quantum ad partiũ multiplicationem, & ꝙ in deo non cadit multiplicatio, nec quãtum ad formam, nec quantũ ad partes, ideo nullo modo potest dici triplex. Quod ergo obiicit, quod dicitur multiplex, Dicendum, ꝙ illud est dictum causaliter: quia est causa multorum, & quia uariorum donorum, uel dictorum effectiuum est principium, in quibus est uera diuersitas: non sic in personis. Et quod dicit Isid. improprie dictum est, & exponendum est. Ad illud, ꝙ idem pannus dicit multiplex. Dicendum, quod uerum est. sed tamen secundum alias & alias partes, & quia in deo nõ est alietas partium, nec formæ, ideo nõ potest dici triplex.

Dub. 4. *In rebus enim corporeis, &c.*] Videtur male dicere, quod in rebus corporeis plus sunt duæ quàm una. Videtur enim instantia: quia ignis cum ferro nõ est maius quam ferrum per se, si ne lux cum aere. Si dicas, quod non sunt corpora, obiicitur, qđ corpus glorificatum simul est cũ non glorificato, & tantum locũ occupat non glorificatum ꝙ se, quantum cum glorioso: ergo nõ sunt maius: quia corpus maius maiorem occupat locum. Resp. Dicendum, quod Augustinus loquitur de rebus corporeis, quarũ quælibet est corpus: sed ignis in ferro, lux in aere, non est corpus; sed proprietas corporis. Preterea notandum, ꝙ August. non accipit ibi maius extensiue; sed accipit plus quantum ad ueritatem existentię uel essentiæ: cum enim non sit summa ueritas in qualibet re, plus est de ueritate existentiæ in duabus rebus quã in una, quamuis non sit illi plus de latitudine distantiæ, siue extẽsiuæ magnitudinis, uel capacitatis contentiuæ &c.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis ponere sit totum integrale?

AD intelligentiam huius partis quatuor quæruntur. Primo, utrum in diuinis sit ponere totum integrale. Secundo, utrum sit ponere totum uniuersale. Tertio, utrum in diuinis personis sit principium materiale. Quarto, utrum in diuinis sit differentia secundum numerum.

QVOD sit ponere totalitatem integritatis, uidetur per August. primo, & habetur in litera. Tota Trinitas est in singulis personis: ergo aut est ibi implicatio falsi: aut est ibi totalitas: sed non est ibi impliicatio falsi: ergo est ibi totalitas. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ratione, quia ubi quantitas, ibi totalitas & integritas. Sed in diuinis est quantitas uirtutis: ergo saltem secundum illam & integritas. ITEM. Vbi pluralitas, ibi integritas: quia omnis pluralitas cõstat ex unitatibus: sed in deo est pluralitas: quia Trinitas: ergo in deo est integritas. Si dicas, quod illa pluralitas non integratur: quia nihil plus est in tribus quam in uno: ergo si tantum est in tribus quantum est in una: ergo tantum credit & æque plene credit, qui credit unum solum esse suppositũ, sicut q credit tres esse personas: sed hoc falsum est: ergo &c. ITEM. Si aliquid est æquale alicui, eodem addito, adhuc erit æquale: ergo si aliquid est totum ad aliquid, eodem addito adhuc erit totum: sed tres est totum ad unum: ergo tres personæ ad unam personam. ITEM. Omne, quod prædicatur de aliquibus simul, & de nullo per se, est totum integrum ad illa: istud cõstat & non habet instantiam: sed Trinitas prædicatur de tribus personis simul & de nulla per se: ergo &c. ITEM. Omne, quod remouetur ab aliquo, differt ab illo genere, uel specie, uel numero: uel est toum ad illud: sed Trinitas remouetur a patre: quia pater non est Trinitas, nec differt genere, uel specie, uel numero: ergo &c.

CONTRA. Ambros. in Libro de Trinita. In diuinis nullam ponimus totalitatem: quia non est ibi quantitas, nec numerus. *Ex Li. de fide cap. 2.*

ITEM.

ITEM. Ratione uidetur: quia omne integrum est cōpositum ex partibus: sed deus est summè simplex: ergo in deo nulla est totalitas, nec integritas, ergo &c. ITEM. Omnis pars sub rōne partis habet esse imperfectū respectu totius: quia ex aliquibus omnino perfectis non resultat tertium: ergo cum in diuinis nihil imperfectionis sit ponendū, non est ibi pars; ergo a relatiuis nec totum. ITEM. Omne totum est maius sua parte; sed ubi infinitas, ibi nō est maius & minus: ergo nec totalitas: sed in diuinis est infinitas: ergo. ITEM. Omne totū est resolubile uel fm rē, uel fm intellectum, & omne resolubile est corruptibile: ergo cū in deo nihil sit corruptibile, non erit resolubile, & ita nec totū.

RESOLVTIO.

Si totum absolute dicatur; & idē quod perfectum intelligatur; est utique in diuinis ponere: aliàs ne quaquam.

RESP. Totū siue totalitas uno modo dicitur absolute, & sic totum idem est, quod perfectum. Alio modo dicitur totum per cōparationem ad partem, & sic dicitur totum, quod habet partē, & partē siue partes. Primo modo bene est ponere totalitatem in deo, secundo nonnec etiam partialitatem. Non totalitatem; quia auferet simplicitatem. Non partialitatem: quia tollit perfectum. Neutrum: quia tollit equalitatem summam.

AD ILLVD ergo, qd obī de Aug. qui dicit qđ tota Trinitas &c. Dicendū, q totū accipit p perfecto, uel totū ibi accipit priuatiue: quia priuat hoc, quod est esse partem extra partem. Vnde tantum ualet tota essentia, quantum ualet non habens partem extra uel intra. AD ILLVD, quod secūdo obiicitur, quod est ibi quantitas uirtutis, Dicendū, q quantitas uirtutis stat cum summa simplicitate, ideo abstrahit a totalitate & integritate. AD ILLVD, quod obiicitur, quod ubi pluralitas, ibi &c. Dicendum, q pluralitas in creaturis duo dicit, dicit enim aliquorum distinctionem, & ex ipsis unius multiplicationis constitutionem. Primum quidem reperitur in diuinis: quia ibi est distinctio uere. Secundum non: quia ubi constitutio est, ibi constituentia minus habent, quam totum, quod constituunt: & ita essentialiter differunt ab inuicem. In diuinis autem non sic: quia pater habeat totam essentiam, nō partē: non potest minus habere, nec essentialiter differre. Et ideo dicendum, q in diuinis reperitur pluralitas ratione distinctionis. Sed quia pluralitas est totum ratione constitutionis, & hoc non est in diuinis: ideo nō sequitur, q sit ibi totalitas: est tamen natura unitas, & psonarum pluralitas, & tm est in unitate, quantū in pluralitate: sed nō tot modis. Sed quia fides non tm est respectu essentiæ, uel magnitudinis, sed etiam modi essendi: patet qđ obiicitur, q non tm credit, q credit unam personā, quantum qui credit plures. Ex hoc patent sequētia: quia unum est ps trium fm q dicit unitatē, & tria Trinitatē. Sed cum addit hoc nomen Persona, distrahit, & nō manet illa ratio unitatis: ideo nec ratio partialitatis. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd omne quod prædicatur simul, & de nullo, &c. Et ad sequēs, omne q remouetur, &c. Dicēdum q hoc non solum cōuenit totalitati respectu partis: sed etiam pluralitati respectu unitatis: quæ quāuis non teneat rationem partis propter diminutionem, & imperfectionem, teneꝫ tamen rationem unitatis propter principiū, & distinctionem: unde quod totum remouetur a partibus, & non differat, hoc non est ratione constitutionis principaliter, sed ratione distinctionis: & quoniā in diuina pluralitate quamuis non sit unius maioris constitutio, quia tamē est ibi distinctio, ideo sic remouetur, & sic prædicatur sicut totum in creaturis.

QVAESTIO II.

An etiam in diuinis ponere sit totum uniuersale?

VTRVM in diuinis sit ponere totū uniuersale. Et q sic, uidetur per Dama. qui dicit, q in diuinis est commune, est ut substātia: particulare ut Antonius: ergo si est ibi commune, & particulare: ergo uniuersale: quia particulari non rādet aliud cōe, q uniuersale. ITEM. Hocipsum ut per distinctionem uniuersalis, & particularis. Vniuersale. n. est qđ ꝓdicatur de pluribus: particulare de uno solo: sed has rōnes est inuenire in diuinis: ergo &c. ITEM. Oē qđ est ī plus, & est uni nocū est uniuersale ad illa, respectu quorū ē in plus: sed essētia, si ue substātia ē in plus q psona, & in plus uninocū, qđ dicit una natura reperta in illis fm identitatē: ergo &c. ITEM. In diuinis est cōicabile, & incōicabile: aut ergo eodē, aut alio, & alio. Nō eodē: qa illud non est intelligibile, q ex eodē ueniat cōitas, & proprietas, conueniētia, & distinctio personalis: ergo alio, & alio: ergo si alio est cōicabile, alio incōicabile: ergo cum cōicabile sit rōne eius quo est, incōicabile ratione eius, qđ est: ergo quo ē & qđ est in diuinis, sunt p diam: sed ubi hęc sunt p diam, ibi ē uniuersale, & particulare: ergo, &c. ITEM. Quanto aliqd simplicius, tanto uniuersalius; sed diuina essentia est simplicissima: ergo ibi est maxima ratio uniuersālis.

CONTRA. Boet. dicit, q nec est uniuersale, nec particulare. ITEM. Hocipsū ut rōne: q̄a ubicunque est ut e: ibi est una forma multiplicabilis, ut multiplicata: in cuius rei signū [oē] quod significat ut iter, pōt addi omni uti: sed in deo nō est una forma, uel natura multiplicabilis, nec multiplicata, nec recipit signū ut e, ut dicat, oīs deus; ergo &c. ITEM. Vbi est particulare, ibi ē forma, uel natura, ut hic, & nūc: sed diuina natura siue in se, siue in hypostasibus nō est hic, & nūc: sed semp & ubiq; ergo nec in se, nec in hypostasibus est ibi particulare. ITEM Vbi est particulare, & ute: ute est simplicius particulari: ergo cum in deo non sit simplicior essentia, quam persona; quia in persona nullum est accidens, nullum principium constitutiuū: ergo &c. ITEM. Omnis natura, in qua est uniuersale & particulare, est in genere determinato, & omnis talis est limitata: ergo cum diuina natura sit infinita, patet, &c.

In libri Ar Tr. nitas sit unus Deus, uel tres dij. Aliàs de Trin.

Lib. 3. de ebd. fi de c. 4. & 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Quoniam in diuinis nec est additio ad materiam, nec tractio ad partem; ex consequenti nec uniuersale, nec particulare ibidem erit.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandū, q̄ cum fides nostra ponat Trinitatem, & unitatem in diuinis, necesse ponit conuēnientiam, & distinctionem, & quia conuenientia non est nisi in communicabili a pluribus, & communi; distinctio autem non est nisi in proprio, & incōmunicabili: necessario in diuinis ponit ratio cōis, & ꝓpriicōicabilis, & incōicabilis. Sed cū in Deo, & in creaturis sit distinctio suppositorum, aliter est in DEO, quàm in creaturis. Distinctio enim suppositorum maior est q̄ distinctio accñtalis. Vñ quāuis innotescat p accidētia, tñ nō sic p accidētia. Accidentibus.n. circunscriptis, adhuc est intelligere suppositā differre. Et cum non fiat per accidentia consequētia, oportet, quòd fiat ab origine, uel originali principio. Ab origine é, q̄ñ unū differt ab altero: qa emanat ab eo: idē.n. a se emanare nō pōt. Talis distinctio suppositorū est in DEO, sed hoc nō pōt esse in creatura. i. distinctio solū per originem, nam nulla creatura potest alteri totam suam essentiam dare. Si ergo dat parte, necesse est, ꝙ alia differentia sit ibi quàm originis: & ideo est differentia ab originali principio. Hæc autem non est forma in se: quia dicit communicabile: nec materia in se: qa dicit qd indistinctum: ergo hoc facit forma ut adueniens materiæ. Quia enim adueniens materiæ accipit partem non materiam, hinc est ꝙ ipsam distinguit, & ipsam distinguendo trahit in partē, & limitatur, & sic hic, & nūc & unū numero & particulare. Quoniā ergo in diuinis nō est additio ad materiam, nec tractio ad partem: ideo non cadit in diuinis uniuersale, uel particulare, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ in opponendo.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur de Damas. Dicendum ꝙ improprie dicitur particulare pro incōmunicabili. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ uniuersale est quod prædicatur de pluribus: Dicendum ꝙ ista est ratio communicabilis: uniuersale autem non est nisi secundum quòd realiter intelligitur multiplicatum in illis. Similiter solvēdum de particulari. AD ILLVD, quod obiicitur, quod est in plus, & est uniuocum, &c. Dicendum quòd uniuersale est in plus ita ꝙ simplicius, & sic minus per additionem ad illud, non autem sicut in DEO. AD ILLVD, qd̄ q̄ritur, utrum eodem cōicabile, & incōicabile. Dicendū ꝙ alio, & alio: quia sicut dicit Augu. alio est DEVS, & alio pater: sed non alio, & alio secundum rem; sed secundum rationem: quia deitate est DEVS, paternitate pater, & paternitas non est aliud re ab essentia, quoniam paternitas est essentia: est tñ aliud ratione. Et quia ablatiuus dicit rōnem: ideo non eode est DEVS quo pater. ET SI obiicias, aut tunc illi rōni rñdet aliquid in re, aut nihil, dicendū, ꝙ ratio illa per cōparationē ad essentiā non est nisi modus: sed per comparationem ad aliā personam

sonā est res. & hoc patet qñ habere essentiam ab alio, & nō habere, non dicit rem aliam; sed solum modum: habere aūt ab alio, & non habere ab alio, dicit realem diffiam: quia nullus est a se, & ab alio. AD ILLVD, qd̄ ultimo obiicitur de simplici: Dicendum ꝙ est simplex possibile ad additionem, & tali modo uniuersale est simplex. Alio modo simplex: quia priuat compositionē, & additionem, & hæc repugnātia nō consonat unuersalitati: & tali modo diuina essentia é simplex, quæ nullo modo trahibilis est in partem per additionem, sicut trahitur uniuersale. & ideo non est uniuersale.

QVAESTIO III.

An in diuinis personis ponere sit principium uniuersale?

VTRVM in diuinis personis sit ponere principium materiale. Et ꝙ sic ostēditur hoc modo. Quandocunque aliquis, uel aliqd est de aliquo: ita ꝙ ipsum est distinctiuum, & illud de quo est indistinctiuum, est de illo tanquam de materiali principio; sed persona filii est de substantia patris, & persona distinguitur, substantia dicit quid indistinctiuū: ergo est sicut materiale principium. ITEM. Sicut efficiens, & finis sunt causæ corollariæ: ita forma & materia; forma enim dicitur respectu materiæ, sed in DEO est ponere causam formalem, ipse enim est forma, ut dicit Boetius: ergo in DEO est ponere materiam. ITEM. Videtur ꝙ causa materialis magis competat DEO, quàm aliquod causarum genus: quia materia in his inferioribus dat existentiam, & permanentiā propter sui incorruptionē (Vnde fundamentum est existentiæ creaturę) cū ergo DEVS, siue DEVS esse habeat existentiā, siue permanentiā per fundamentum incorruptibile: uī, ꝙ DEO maxime competat rō materialis principii: ergo &c. ITEM. In rebus creatis finitas a forma uenit, sed infinitas a materia: sed omne quod est in deo, est infinitum: ergo cū DEO maxime conueniat passio, maxime consequēs principium materiale, maxime competit & ipsum. ITEM. quamuis in DEO sit summa, & omnimoda simplicitas, tamen nos ponimus in DEO. quod est, & quo est uere: sed tantum per indifferētiam: ergo pari ratione uī ꝙ in DEO posset poni materia, & forma, tñ per indifferentia. ITEM. Ois distinctio est a forma: ergo circunscripta omni forma creata, materia non distinguit: ergo nō est aliud a DEO: ergo est DEVS: qa omne quod est, & non distinguit a DEO, est DEVS, uī ergo quod materiale principiū sit ipse DEVS, & ita competere diuinis personis.

CONTRA. Boetius in Lib. de Trin. Forma sine materia non pōt esse subiectum: & loqtur de DEO: ergo i DEO non erit rō principii materialis. ITEM. Materia inter oia entia est imperfectissimū. Vnde & Aug. dicit̄ Li. Cōfē. ꝙ ꝑpe nihil est: sed DEVS est oīno perfecti simū: ergo oīno in eo nihil inuenitur imperfectionis: ergo nec quod est materiæ. ITEM. Materia est principium patiendi: unde pati est a materia. Vnde omne, in quo est materia, est natum pati, & recipere; sed nihil tale est omnipotēs. In

2. Phy. 26.

In Libello de Trin.

5. Phy. 72.

Arist. 7 Met. 49

Lib. 12 c. 8. circa init.

Arist. 4 Phy. 86 1. de Gene. & corru. tio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc enim q̃ pati pót, deficit a posse: ergo i oipotente nullo modo ẽ materiale principiũ. ITEM. Si materia in Deo est, aut respectu sui, aut aliorum. Si respectu aliorum, cũ ergo materia sit ens in potẽtia ad alia, nec distingua tur ab aliis rebus: sed per eas perficiãr, tunc Deus reciperet cõplementum a creatura, nec ab ea distingueretur, q̃ absurdum est. Si aũt materia sit in Deo respectu sui, aut pure est materia, aut ad aliud. Si pure materia: ergo non est ens, & ſtet ea nihil est materia suiipsius: ergo oportet, q̃ sit ibi aliquid cum materia, & si hoc: ergo est cõpositum, & mixtũ; ergo nec Deus habet esse simplex, ac per hoc nec esse primũ, & ita non est deus.

RESOLVTIO.

Nullatenus, nec propriè nec transſumptiuè: cum tale paſsionem & completionem dicat: quæ longè ab ſunt à Deo.

RESP. Dicendum, quòd in deo nullo modo, nec proprie, nec transumptiue recipitur materia le principii. Et ratio huius est, qm̃ materia dicit principiũ passiuum, & ita incompletum, & qm̃ a diuino esse omnis incõpletio, & omnis passio penitus remouenda est, ideo nullo modo genus materialis principii in deo esse ponitur.

AD ILLVD ergo, qđ obiicit, q̃ persona est de substantia, & ipsa est distincta, & substãtia nõ, Dicendum, quòd hic est defectus quantũ ad utranque conditionẽ. Nam primo hæc non recipitur, q̃ persona sit de substãtia, sicut uult Augu. quia non dicimus tres personas ex eadẽ essentia, licet hæc communiter recipiatur, quòd filius est de substantia patris, ubi non materia, sed originis consubstantialitas designatur, sicut supra ostensum est Distin. 5. Alia est conditio, quæ deficit, nam materia est indistincta, & passibilis ad distinctionem per formam: sed substantia, uel essentia nullo modo distinguitur, nec per se, nec per accidens: & ita patet, quod non conuenit ei ratio materiæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd efficiens ad finem refertur, & forma ad materiam: Dicendum, quòd nullius causæ habitudo cadit in deum respectu suiipsius sed respectu creaturarum: & aliarum causarum habitudines in deo recipiuntur, circunscripta dependentia, propter hoc, quod sonant in perfectionem: sed materia sonat omnino imperfectionem. ET QVOD obi, q̃ forma dicitur ad materiã, dicendum, q̃ est forma constitutiua, & forma exẽplaris, & forma constitutiua dicitur ad materiã, & hæc non cadit in deo, sed forma exẽplaris: & si dicatur, q̃ deus est forma in se: hoc est dictũ: qa est actus purus non dependẽs a possibili. Nec tamẽ simile est de correspondentia formæ, & materiæ, & efficientis, & finis, Efficiens enim & finis possunt inidere idem numero; sed forma, & materia nunquam. Forma uero tantum constitutiua incidit cum efficiente, & fine in idem specie, non numero, forma uero exemplaris in idem numero. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ materia est fundamentũ existentiæ: dicendũ, q̃ modus illius fundamenti deo non competit, qa esse fundamentum est esse quod recipit aliud, & aliunde perficitur. ſ. a forma: deus autem a nullo recipit: ideo non cadit in eo materia. AD ILLVD, quod obiicitur de infinitate: dicendum, q̃ est infinitas ex defectu perfectionis, & hæc competit materiæ, sed non deo. Et est infinitas ex priuatione limitationis, & hæc deo, & formę liberrimę non materiæ competit, & ita patet illud. AD ILLVD, qđ obiicitur, quare materia, & forma non ponuntur per indifferentiam, dicendum quòd ista duo, quo est, & quod est, de ratione sua nullam important imperfectionem, sed rõne eius quòd differunt. Vnde sublata eorũ differentia, manet complexio, & ideo in diuinis recipiuntur. Sed materia non tm̃ quia differt a forma dicit incompletionem, sed ẽt quia materia est, & ideo nullo modo ponit̃ in deo. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quòd circumscripta omni forma, materia non distinguitur: dicendum, quòd ista propositio, omnis distinctio est a forma, non habet ueritatem nisi intelligatur de distinctione perfecta. (Quod enim habet esse distinctum habet esse complectũ) distinctione autem qualicunque falsum est. Materia enim differt a forma; & constat q̃ seipsa distat ab ea. Sic potest dici & in proposito, quòd materia differt a deo seipsa: tamen ex parte sua: quia non est perfecta, non cadit perfecta distinctio: sed ex parte dei: quia perfectissimus est, perfecta cadit distinctio: in causatum enim distinguitur a causato, ens actu ab ente in potentia, & istæ sunt primę differẽtię, & summę.

QVAESTIO IIII.

An in diuinis ſit ponere differentiam ſecundum numerum.

VTRVM in diuinis sit ponere differentiam ſm̃ numerum. Et quòd sic uidetur. Damasc. in 1. Lib. In numero non natura differunt hypostases: & loquitur de diuinis hypostasibus: ITEM. Omnia quæ cõtingit uere numerari, necesse est differre numero, sed hypostases uere cõtingit numerari, ut dicãtur duę, & tres: ergo uere cadit in eis differentia secundum numerum. ITEM. Oĩa quę differunt re, aut differunt genere aut specie, aut numero, aut nullo mõ differunt. Sed impiũ est dicere, q̃ hypostases nullo mõ differunt: ergo sãltem numero differũt. ITEM. Vnitas secundum materiam, siue numerum non respicit unitatem formæ, sed suppositi, & hoc patet. Hoc enim album, & hic sedens, demonstrato Petro, est unum numero: ergo ab oppositis, diuersitas secundum numerum non respicit diuersitatem naturæ, sed suppositorum: sed in deo est pluralitas suppositorum, quamuis non sit diuersitas naturarum: ergo &cæt. ITEM Idem & diuersum, sufficienter diuidunt eus: ergo omne quod est ad alterum comparatũ, aut est idem specie, aut diuersum, aut idẽ numero, aut diuersum. Si ergo pr̃ comparatur & fiũo, aut est idem numero, aut diuersus. Si idem, quandocunq; aliqua duo sunt eadem numero, unum uere prædicatur de altero, ergo possum dicere, pater est

Lib. 3. de Orthо. fide cap. 6. & 7.

1. Topi. cap. 4. & 5.

Metaphy. c. de Eodem.

Et 10. Metaphyſ. text. 9. & dec. 1. incep.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius, quod est contra fidem. Si diuersus numero, ergo in diuinis cadit diuersitas secũdum numerum.

SED CONTRA. Ambrosius super 2. epistola ad Corinthios, & Magister recitat in litera, ibi uere unitas, ubi nulla diuersitas secundũ numerum. ITEM. Boetius in lib. de Trin cap. 5. Nulla est in deo diuersitas, nulla ex diuersitate pluralitas, nulla ex accidentibus multitudo: ergo nec differentia ſm numerũ. ITEM Diuersitas ſm numerum solum uenit ex parte materiæ. Vñ dicit Philosophus, quòd omnino materia numerabiliter est, sed in diuinis non cadit materia aliqua: ergo nec diuersitas secundum numerum. ITEM. Quæcunque differunt numero, numerant omnia, quæ sunt in seipsis; saltem omnia, quæ sunt ibi ex parte principii formalis: hoc patet: quia.n. Petrus, & Paulus sunt duo: ideo duo homines, duo animalia, duo alba, & sic de singulis: ergo si pater, & filius sunt numero differentes: ergo habent duas naturas, & duas essentias: ergo sunt duo Dii: quod est contra catholicam fidem. ITEM Quæcunque differunt numero, sunt separabilia imaginatione, uel intellectu: sed pater, & filius nullo modo sunt separabiles nec re, nec modo, nec intellectu in diuinis: quia una persona est in alia, & econuerso: ergo nec differunt numero. ITEM. Quod non est multiplicabile, nec multiplicatum, est unum numero: sed diuina natura non est multiplicabilis, nec multiplicata: ergo est unum: sed quæcunque unum sunt numero, non possunt differre numero: ergo si essentia, uel natura diuina ceteras complecticur personas, impossibile est q̃ personæ numero differant.

RESOLVTIO.

Quoniam quidem diuina essentia multiplicabilis non est; rectè nec in ea differentia secundum numerum ponenda est.

RESP. Dicendum, q̃ in diuinis non est ponere differentiam secundum numerum. Et huius ratio sumi potest & a posteriori, et a priori. A posteriori: quoniam omnia quæ differunt numero, consequitur ista passio, quæ est numerus: numerus autem est aggregatio multitudinis, in qua plus est in toto, quàm in singulis partium. Hæc autem aggregatio est ex his solum, quæ habent unitatem limitatam, quæ plus est cum alio, quàm per seipsam. Limitatio autem uenit per additionem. Additio autem perducit ad compositionem cum materia, quæ facit esse hic, & nũc, & tantum, & plus: & ita nõ est diuersitas secundum numerum, nisi in his, in quibus est distinctio per additionem, & compositionẽ, & materiam: sed hæc distinctio nõ cadit in deo, ió nec diuersitas secundum numerum. Alia ratio est a priori, quia in quolibet quod intelligimus ut complexum, intelligimus sub ista duplici conditione, scilicet per modum, qui est, & quod est, & unitas quidem siue identitas secũdum speciem, uel genus est uniens a parte eius qđ est quo, secundum diuersos status, siue completionẽ maiorem, & minorem. Vnitas uero, uel diuersitas se-

secundum numerũ, uenit a parte ipsius quod est secũdum esse, siue prout est in supposito individuo: hic autem ista duo conuncta sunt in omnibus, quòd numerato ipso quod ẽ, necesse est numerari ipsum quo est: cum ergo in omnibus quæ differunt numero, numeretur ipsum quod est, necesse est, quòd in illis multiplicetur ipsum quo est: quia ad diuersitatem secundum numerum, concurrit diuersitas ipsius quod est, & quo est, & q̃ est, id est naturæ, & suppositi, siue hypostaseon, sed principaliter ipsius quod est: cum ergo in diuinis quo est, siue essentia propter summam simplicitatẽ nullo modo sit multiplicabilis: ideo necesse est quòd ipsum quod est, similiter remaneat indistinctũ: & ideo impossibile est quòd cadat ibi diuersitas secundum numerum, nec tamen est unum numero: quia ipsum quod est unum numero in creaturis, non est dicibile de pluribus: sed in diuinis ipsum quod est quamuis sit unum, tamen de pluribus dicibile. Et ratio huius est: quia idẽ est ibi quo est, & quod est quantum ex parte rei: & ideo sicut quo est, est communicabile pluribus, quãuis non multiplicabile: ita ipsum quod est. Vnde possumus dicere, quod pluralitas personarum medium tenet inter idem numero, & diuersum. Quamuis enim ipsum quod est, non numeretur: numeratur tamen ipse qui est. Vnde sunt ibi plures qui. Et hoc uult dicere Damascen. cum dicit. Numero, non natura differunt hypostases. Per hanc enim additionem, non natura, ipse contraxit differentiam secundum numerum, siue distinxit a propria ratione, ut ipse dicit 1. Lib. cap. 11. Oportet scire, quòd aliud est differre re, aliud ratione. In omnibus creaturis hypostasim diuisio re considerat, communitas uero ratione. In summa uero, & in supersubstantiali Trinitate, est econuerso. Vnde cũ diuersitas secundum numerum faciat, siue notet diuersitatem in re & natura proprie loquendo, nisi nomen diuersitatis distrahatur secundum numerum ad distinctionem suppositorum, non est concedendum quòd sit ibi diuersitas secundum numerũ personarum, siue hypostasum.

ET HOC uult dicere Dam. quando dicit, quòd hypostases differunt numero, non (inquam) numero, qui dicit diuersitatem in re, & natura: sed qui dicat differentiam in proprietatibus, & relatione, natura semper manente unica, & indiuisa. Ex hoc patet illud Damascen.

AD ILLVD, qđ secundo obiicitur, quòd numero differũt ea quæ numerantur. Dicendum, q̃ uerum est: quia eo modo differunt, quo modo numerantur, sed non numerantur nisi quantum ad personas, & ita non differunt, nisi numero hypostasum, & proprietate. AD ILLVD, qđ obiicitur, quòd quæ differunt, &c. Distinguendum est in hoc nomine, re: quia potest dicere naturam, siue essentiam: & potest dicere personam. Si dicat essentiam, & naturam, uerum est. Si personam, falsum est, & non habet locum illa diuisio. AD IL-

LVD, quod obiicitur, quòd unitas numero respicit idẽtitatem suppositi. Dicendum, quòd si suppositum dicatur ipsum quod est: tunc ueritatem habet. Si autem dicatur ipse qui est, siue persona; non habet ueritatem, nisi in his, in quibus differt quo est, & quod est. Vnde proprie loquẽdo, diuersitas secundum numerum, sequitur ipsum quod est, & in diuinis non habet locum.

ADILLVD, quod idem & diuersum sufficienter diuidunt ens, ergo idẽ numero, uel diuersum. Dicendum, quòd illud uerum est in ente quod natum est numerari sicut ens creatum: sed in ente increato, hoc deficit. Vnde Hilarius de Trinitate, deum ex deo natũ, nec eundẽ natiuitas, nec aliũ esse natura pmittit: & ita sicut dictum est, tenet mediũ inter idẽ & diuersum numero.

DISTINCTIO XX.

De trium personarum æqualitate quantum ad potestatẽ.

NVNC ostendere restat, *quomodo aliqua harum personarum aliam non excellat potentia: vt sicut vna & indifferens est magnitudo trium, ita vna & indifferens monstretur potentia trium. Sciendum est ergo, quia non est potentior pater filio, nec filius, vel pater spiritu sancto, nec maiorem potentiam habent duo vel tres simul, quàm singulus eorum: quia nec plus potest pater & filius simul, quàm solus spiritus sanctus. Nec hi tres simul plus possunt, quàm singulus eorum: quia omnipotentiam quàm habet pater, & filius accepit nascendo, & spiritus sanctus procedendo. Quod Augustin. rationibus & auctoritatibus probabiliter astruit in Lib. 3. contra Maximinum, qui dicebat patrem meliorem, ac potentiorem filio.*

Ca. 14

Quod non potest minus filius, quàm pater.

Nihil, inquit, patre minus habet ille qui dicit, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Nam si minus habet in potestate aliquid quam pater, non sunt eius omnia quæ habet pater. Sed eius sunt omnia, quæ habet pater: tantam ergo habet potestatem filius, quantam pater, æqualis ergo est patri. Non enim potest qui accepit inæqualis esse ei qui dedit. Tu autem hoc de potentia sapis quòd potens sit filius, sed potentior pater: ut secundum doctrinam vestram potens

Lib. 3.

potens potentem potuerit generare uel gignere, & non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam, quam non habet filius: & si hoc est, falsum est, quod ait filius, Omnia quæ habet pater, mea sunt.

Cap. 22. Eiusdẽ lib. Ioã. 16. Lib. & c. eisdẽ.

Hoc uerum fatebatur hæreticus, ex quo progrediebatur ad falsa.

Sed inquis, pater potentiam a nemine accepit, filius autẽ a patre. Fatemur & nos filium accepisse potentiam ab illo de quo natus est potens: patri uero potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia quæ habet in substantia sua, gignendo dedit ei, quem genuit de substantia.

Quæstio Augustini, qua arctat hæreticum.

Ibidem

Sed quæritur, utrum ei tantam, quanta ipse est, potentiam pater filio dederit, an minorem. Si tantam, non solum potentẽ, sed etiam omnipotentem genuisse omnipotens intelligitur: si uero minorem, quo modo omnia quæ habet pater, filij sunt? Si patris omnipotentia filij non est, non omnia procul dubio quæ habet pater, filij sunt. At omnia quæ habet pater, filij sunt: omnipotentia ergo patris etiam est filij: non est ergo pater potentior filio.

Aliter probat filium æqualem patri.

Item, alio modo probat filium æqualẽ patri contra Maximinum, ita dicens: Tu dicis quòd pater genuit filium minorem seipso, in quo & patri derogas: qui si filium unicum minorẽ genuit, aut nõ potuit, aut nõ uoluit gignere æqualẽ. Si dicis, quia nõ uoluit, eũ inuidũ esse dixisti: si aũt non potuit, ubi est omnipotentia Dei patris? Prorsus ad hunc artículũ res colligitur, ut Deus pater æqualem sibi gignere filiũ, aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus, si noluit, inuidus inuenitur. Sed utrunque hoc falsum est: patri ergo filius uerus æqualis est. Genuit ergo pater sibi æqualem filium, & ab utroque procedit utrique æqualis spiritus sanctus. Si enim formam suam (ut ait Aug. contra eundẽ) pater in unico filio plenam gignere potuit, nec tamen plenã genuit, sed minorem, cogimini patrem inuidum dicere. Plenum ergo Deum, & æqualem sibi genuit filium.

Lib. 3. c. 7. & in li. 3. q. 50.

Lib. 3. cap. 13

Pet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per simile ostendit, quod non minorem pater filiũ genuit.

Li. 3. c. 15. *Hoc autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat, inquiens, Homo pater si potuisset, æqualem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quòd hoc omnipotens non potuit? Addo etiam, si posset homo, maiorem melioremque seipso gigneret filium. Sed maius vel melius Deo quicquam esse non potest. Deus ergo cur non æqualem (vt ais) filium genuit: cui nec anni necessarij fuerunt, per quos adimpleretur æqualitas, nec omnipotentia defuit. An forte noluit? ergo (quod absit) inuidit. Sed non inuidit: æqualem ergo genuit filium. Credamus ergo filium ei esse æqualem.*

Opinionem hæretici ponit, ut destruat.

Sed forte dicis, eo ipso pater est maior filio: quia de nullo genitus, genuit tamen æqualem. Ad quod citò respondebo: imò ideo non est pater maior filio: quia æqualem sibi genuit. Eus eod. lib. 3. cap. 18 *Originis enim quæstio ista est, quis de quo sit: æqualitatis autem, qualis aut quantus sit: quod est dicere, Ad originẽ pertinet quæstio qua queritur, quis de quo sit: ad æqualitatem vero illa qua queritur, qualis aut quantus quis sit. Nec cũ dicitur filius a patre genitus, ostenditur inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ, non quo alter prior esset altero, sed quo alter est ex altero. Non ergo, secundum hoc quòd pater genuit, & filius genitus est, uel spiritus sanctus ab utroque procedit, æqualitas uel inæqua litas ibi existit: quia non secundum hoc alia persona alij æqualis uel inæqualis dicitur. Ecce æqualitas Trinitatis, & una eademque substantia, quantum breuiter potuimus, demonstrata est in superioribus: qualiter. s. aliqua trium personarum quamlibet aliam nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.* A dist. 19. hinc usque.

SVPRA ostendit Magister æqualitatem personarum quantũ ad magnitudinem: hic ostendit quantum ad potentiam & uirtutem. Et habet hæc pars, tres partes. In prima proponit quod intendit. s. quod alia persona non excedit aliam potentia. In secunda probat ibi. *Nihil (inquit) patre minus habet &c.*] In tertia dubium siue obiectionẽ in contrarium soluit, ibi. *Sed forte eo ipso maior est &c*] Prima & ultima parte manẽtibus indiuisis: media diuiditur in tres, secundum tres probationes siue rationes, quarũ prima sumpta est ab auctoritate Domini, Ioã. 16. Quia quæ hẽt pater, mea sunt.

Secunda

Secũda sumpta est per deductionẽ ad impossibile: quia si nõ genuit æqualem, aut potuit & noluit: & ita fuit inuidus. Aut uoluit & nõ potuit, & ita fuit impotens, & hæc ponitur, ibi. *Item, alio modo probat filium esse æqualem patri &c*] Tertia ratio est ostensiua sumpta per simile in generatione creata, & ponitur ibi. *Hoc autem per similitudinem humanam &c.*]

Dub. 1 *Omnia, quæ habet pater, mea sunt &c.*] Ex litera formatur prima rõ, qđ aliqua psonarũ non excellit alias potentia, tali mõ. Omnia quæ hẽt pater, minus habet: ergo quantã potentiã habet pater, habet filius. Istud argumentũ non ualet: quia mutatur quid in quantum: nam omnia, distribuit pro substãtia: quantũ autẽ, dicit quantitatem. Resp. Dicendũ, qđ quãuis talis modus arguẽdi nõ ualeret, si differret quantitas & substantia, tñ ubi idẽ est, omnimodã habet necessitatẽ, & quia hoc in diuinis: tõ argumentum bonum. Posset tñ dici, qđ predictum argumentũ in qualibet materia est bonũ. Habere. n non dicitur aliquis solum substãtialia, sed ẽt proprietates: ergo sequit cum, omnia, distribuat pro omnibus habitibus, qđ habeat & ẽt proprietates: ergo cum nulla potentiã habeat unus quàm nõ habeat alter: ergo nihil põt unus, quod non põt alter: ergo si unus omnipotẽs & alter: & ita patet, quod hic non est figura dictionis: quia [omnia] distribuit hic pro rebus omnium generum.

Dub. 2. *Non enim potest, qui accipit, &c.*] Videt dicere falsum: quia si hoc, cum omnis creatura sit accipiẽs, nulla esset inæqualis deũ, sed hoc falsum: ergo & primum. Respon. Dicendũ, quod Aug. nõ loquitur generaliter & de quolibet accipiente, siue de quolibet modo, sed de eo qui accipit omnia, & talis accipiens nõ potest esse inæqualis.

Non patuit, ubi est ergo omnipotentia, &c] Ex litera formatur secunda rõ eadem tali modo. Si pater non potuit gignere filium æqualem: ergo pater non est omnipotẽs. Videtur maie arguere: quia similiter posset argui de filio & ff. si non potuit filiũ æqualem producere, ergo &c. Respõ. ad hoc, quod non competit generatio nisi hypostasi patris: sicut alibi tactum est: ideo non ualet, nec est simile. Item, dubitatur de alia parte rationis: quia illud argumentum non uidet ualere, potuit producere æqualem & non produxit: siue genuit: ergo inuidus fuit: qa similiter põt argui, potuit istam creaturã facere meliore & non fecit ergo inuidit. Si tu dicas, quod inuidia semper considerat parem uel superiorem, sicut dicit Greg. super illud Iob. Paruulum occidit inuidia: obiicitur tunc: quia si filiũ genuit: et minorẽ, non habuisset ibi locum inuidia: ergo uidetur, quod ista solutio non soluit. Itẽ, in creaturis non ualet: ille artifex potuit facere istã rem meliorem & non fecit: ergo fuit inuidus: quare etiam non creauit in Deo. Respon. Dicendum, quod inuidia artificis producentis nõ attenditur in productione rei inæqualis uel minus bonæ, sed ubi res de sui natura exigit talis esse: tunc enim necessario cõ-

Dist. 4. 6. et 7. Dub. 3.

clu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cludetur, q̄ aut producēs nō potuit, aut inuidit si potuit & non produxit: quia non fecit ut debuit: & quoniam filius eo ipso quo filius est, natus est perfecte imitari, si non genuit filium in in perfecta imitatione, concluditur, quod aut producens impotens fuit, aut inuidit: & ideo patet, quod non est simile de creatura & creatore, arca & artifice.

Dub. 4. *Homo pater si potuisset &c.*] Ex litera formatur tertia ratio ad idem tali modo. Homo pater si potuisset, æqualem filium genuisset: ergo & Deus. Contra. Illud argumentum non ualet. Homo habet alium hominem sibi æqualem uel habere potest: ergo & Deus similiter: quoniā Deus de sua nobilitate hoc habet, quod nullus potest ei æquari: & ita uidetur ratio Augustini non ualere. Respon. Dicēdum, quod si æqualitas poneret de necessitate in æqualibus diuersitatem in natura, quod tunc non ualeret. Sed supposito, q̄ Deus generet filium connaturalem sibi, de necessitate sequitur quod si homo æqualem genuit, quod Deus multo fortius. Quamuis enim imperfectionis sit æquari diuerso in natura tamen æquari connaturali, perfectionis est: alioquin diuina natura esset in aliquo imperfecte: quod sic hoc est impossibile, patet &c.

Dub. 5. *Æqualitati autem qualis, aut quantus sit &c.*] Contra. Videtur dicere falsum: quia quale dicit qualitatem: & secundum eam attenditur similitudo, non æqualitas: quia proprium est qualitatis secundum eā simile uel dissimile dici. Respon. Dicendū, q̄d de æqualitate est loqui dupliciter. Vno modo prout dicitur de nominans. Alio mō prout dicit dispositio nobilitatis: & secundū hanc attenditur maior & minor nobilitas, & ita nobilior res dicitur. Et quia in spiritualibus idem est maius & melius, ideo quæstio de qualitate spectat ad æqualitatem, non ex propria ratione nominis, sed ex consequēti, ut uisum est.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis ponere sit adequationem potentiæ quò ad extensionem possibilium?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in præsenti Distinctione duo principaliter quæruntur. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ponere potentiæ adæquationem. Secundo utrum in diuinis sit ponere ordinē. Quantum ad primum, quæritur duo. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ponere potentiæ adæquationem quantum ad extensionē possibilium. Secundo utrum sit ibi æquatio quantum ad intentionem potentiæ.

QVOD sit ibi ponere adæquationem potentiæ quantum ad numerum possibilium, ostenditur sic. Quæcunque habēt eādem naturam, habent eandē potentiam nāturalem, sed quæcunque habent omnino eandem potentiam, quicquid potest unum, & alterum, sed pater & filius & s. s. habent eandem potentiam: ergo &c. ITEM. Quæcunque habent omnino eandem operationem nihil pōt unū operari sine altero: sed pater & filius habent eādē operationē: ergo nihil pōt pater sine filio. Ioan. 6. Quæcunq; pater facit, hæc omnia similiter filius facit. ITEM. Nullus potest plura omnipotente, sed uerbum Dei est omnipotens, sicut dicitur Sap. 18. Omnipotēs sermo tuus domine. Maior patet: quia qui [omne] dicit, nihil excipit. ITEM. In infinitis non est ponere aliqua esse plura, sed filius pōt infinita: ergo non pōt tot quin plura: ergo pater non potest plura q̄ filius, pari rōne nec quā. s. s.

CONTRA. Quanto producta sunt magis distantia, tanto potentia producens est latior, siue amplior: sed potentia patris se extendit ad creatum & increatum, potentia filii ad creatū tantum, & magis distat creatum & increatum quàm creatura sibi: ergo &c. ITEM. Filius Dei & creatura sunt aliud & aliud: ergo creatura est quid creatū, sed filius est essentia increata: ergo filius & creatura sunt aliud & aliud: ergo plura: ergo potentia quę potest in filium, & creaturam, potētior est, quā quæ potest in creaturam tantum, siue potens est in plura: sed potentia patris est talis: ergo &c. ITEM. Tantum uel eque magnū uel maius est producere personam æqualem sicut creaturam: sed pater potest sine filio producere personam: ergo & producere creaturam: ergo uidetur, quod potentia in patre se extendat ad plura. ITEM. Quāuis. s. s. & filius non sint aliquid plus, tñ plures sunt q̄ filius sopossit in productionem utriusq;

in filio in alteram tantum, in plura potest potentia in patre quam in filio: ergo extensione possibilium est maior.

RESOLVTIO.

Vtique potentiæ essentialis, quia in hoc consistit diuinarum personarum æqualitas.

RESP. Dicendū, quod loquēdo de potentia essentiali, quæ est respectu actus essentialis siue productionis, ad nihil se extēdit in patre, ad quod pariter non extendat se in filio: & ideo quia æqualitas personarū consistit quantū ad potentiam essentialem: concedēdū est sine calumnia, q̄d pr̄ & filius æqualiter sint potētes quātum ad extensionem possibiliū.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur in contrarium, quod lationis est potētia, quæ pōt in magis distantia. Dicendum, quod illud uerum est de potentia eodē modo dicta, & quantum ad consimilem modum producendi: sed patrem posse producere quid creatum, est potentię essentialis & operis creationis: patrē uero posse producere filium, est potētiæ ut in persona & generationis: ideō illa ratio non ualet. AD ILLVD, q̄d obiicitur, quod creatura & filius sunt plura. Dicendū, quod uerum est, quod sunt plura, tñ nō plura producta, quāuis enim filius sit aliud quam creatura, tamē non est aliud productū: filius. n. est essentia & natura, sed tamē nō essentia uel natura producta: quia producere filiū nō est producere aliquid, sed aliquā: & ideo non sequitur, quod producere filiū & creaturā sit posse producere plura, quā posse producere alterum. AD ILLVD, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod obiicitur, quod producit personam sine filio. Dicendum, quod non est simile: quia cum producere creaturam sit producere essentiam, tam productio quam potentia est essentialis: & quia essentia est indistãs in patre & filio: ideo & potentia & actio proinde & illa productio: quia uero producere filium est producere personam, ideo productio illa & potẽtia, dicit quid personale: & quoniam pater & filius non conueniunt in persona, sed in essentia: patet &c. AD ILLVD, quod obiicitur, quod filius & s.s. sunt plures &c. Dicendum, quod uerum est, ꝙ potest etiam in plures, sed quantum ad hoc non attenditur æqualitas, uel inæqualitas, ut usum est.

QVAESTIO II.

An in diuinis sit æqualitas quò ad potẽtiæ intensionem?

VTRVM in diuinis sit æqualitas quantum ad intensionẽ potentiæ. Et quòd sic, ostenditur hoc modo. Nihil est potentius sua uirtute: sed Christus est dei uirtus: ergo pater nõ est potentior filio, similiter pari ratione, nec filius spiritu sancto. ITEM. Substantiæ æque nobili, æque nobilis & excellens est potentia: sed substantia æque nobilis est in filio ut in patre: ergo & potentia æque nobilis: ergo nihil potentius potest pater quàm filius. ITEM. Ea potentia qua quis potest supra infinitam & summam distãtiam, nihil est potentius: sed potentia uerbi potest super infinitam & summam distantiã, quæ est inter ens & nõ ens: quia ꝑ ipsum oia facta sunt, ergo &c. ITEM. Ea potentia cui nil põt resistere, nec aliquid põt eã retardare, nihil est potentius: sed potentiã filii nihil põt retardare, nec aliquid põt ei resistere: quia subito facit & libere patet, qa dixit & facta sunt, ergo &c.

CONTRA. Potentior est potentia in eo qui solũ pot agere, quam in eo qui agere & pati: sed in patre est solum agere, in filio agere & pati, ergo &c. ITEM. Potentius aliquid potest qđ est primum principium, q̃ quod nõ est primum: quia omnis cã primaria plus influit quam secũda, sed pater est primum principiũ: ergo unum & idem potentius potest pater, quàm filius. ITEM. potentius potest qui habet potentiam a se, quam qui ab alio. Qui enim aliquid a se habet, multo melius habet quàm si ab alio recipiat: ergo cum filius habeat posse a patre, pater asit per se, & a se, ergo &c. ITEM. Plus potest aliquis, qui põt & per se & per alium, quàm qui tantum per se, sed pater potest operari per filium, spiritus sanctus non potest per filium, nec etiam ipse filius proprie loquendo, ergo &c.

RESOLVTIO.

Et quidem, cum in omnibus tribus personis una sit, per naturam non degenerans.

RESP. Dicendum, ꝙ potentia in patre & filio est æque intensa: quia in utroque summa est, & æque nobilis: quia in utroq; una, per naturam nõ degenerãs, similiter & in spiritu sancto est: & hoc loquendo de filio secundum diuinam naturam, secundũ quàm æqualis est patri.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, qđ filius potest pati, dicendum, ꝙ istud non est sm potentiam diuinã, sed sm infirmitatẽ humanam, & sm illam inferior est patre & minus potens, sm autem diuinam non põt pati sicut nec pater. AD ILLVD, quod sẽdo obiicitur, ꝙ primum principium magis potest. Dicendũ, ꝙ primum principium aut solũ dicit ordinem, aut substantialẽ differentiam. Si solum ordinem, cum unum & idẽ sit utrobique, non est potentius hic quàm ibi. Si autem differentiam substantialem cum ordine, sic uerũ est, ꝙ potentius est primum q̃ secũdum: quia sm addit aliquid supra primum, quod dũ facit, magis compositum magis reddit limitatum, & ita minus potens.

AD ILLVD, quod obiicitur tertio, iam solutum est: quia habere ab alio, hoc est aut differente substantialiter, aut personaliter. Si substantialiter, sic uerum est: quia cum habeat ab alio per essentiam, non habet essentialiter, sed participatione: sed quando habet ab alio personaliter, eodem tamen essentialiter, tunc habet æque nobiliter: quia totaliter & essentialiter. Vnde Ioan. 6. Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio &c.

AD ILLVD, qđ obiicitur quarto, ꝙ pater potest per se & per alium. Dicendum, ꝙ posse per alium est dupliciter. Aut per aliquam causam inferiorem simul agentem: aut per aliam personã. Primo modo potentius est posse per se & per alium, quàm per se tantum: quia posse per alium dicit dñium: & ita potestatem: sed posse per alium, per personã consubstantialẽ, non dicit dominium, sed tñ auctoritatem. Auctoritas aũt non dicit maioritatem, sed solum dicit originem: sicut posse ab alio & non ab alio, non dicit minoritatem in potentia, sed solum subauctoritatẽ & originem: & hic intelligendum est in proposito de posse per alium, & non posse per alium.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An inter diuinas personas ordo sit?

CONSEQVENTER est qõ secũdo loco de secũdo articulo, utrũ in diuinis sit ordo. Et circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ordo ponẽdus. Secundo, utrũ in diuinis sit ordo naturæ.

QVOD in diuinis sit ordo ostẽditur primo per Augu. ad Maxi. ubi dicit. Cum dicitur, filius a patre, non significatur in æqualitas substantiæ, sed ordo naturæ. ITEM. Hoc uidetur auctoritate ecclesiæ: quia ecclesia nominationem Trinitatis exprimit ordinate. Dicitur enim *in nomine patris, & filij, & s.s.* & hic ordo nunquam mutatur: ergo &c. ITEM. Ordo dicit rationem completi esse & boni: esse enim (ut dicit Boe.) est, quod ordinem retinet, seruatque naturam, similiter & bonum: sed in diuinis est perfecti simẽ rõ boni & esse: ergo ibi est ratio ordinis. ITEM. Vbicũq; sunt plure, sinter quos nõ est ordo, sunt inordinati: sed in diuinis psonis est pluralitas: ergo si nõ est ibi ordo, est inordinatio & cõfusio, sed inordinatio & confusio repugnat diuinis

Lib. 4. de Consol. prosa. 2. circa fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinis. ergo est ibi ordo.

CONTRA. Eusebius. In diuinis est numerus, sed non ordo. ITEM. Hoc ipsum uidetur ex ratione ordinis. Aug. de Trinitate dicit, Ordo est pariũ dispariũq; sua unicuique tribuens loca dispositio, sed in diuinis non est distinctio locorũ: ergo &c. ITEM Ordo cõtrariatur simultati: ergo ubi est ordo, non est omnimoda simultas, sed ubi non est omnimoda simultas, non est perfecta æqualitas: ergo cum in diuinis sit omnimoda, & perfecta æqualitas, nullus est ibi ordo. ITEM. Si ordo est in diuinis, aut est quid essentiale, aut notiale. Nõ essentiale; qa ubi ordo ibi distinctio, in diuinis aũt non est distinctio fm essentiã: ergo &c. Nec qđ notionale; qñ idẽ est notio & proprietas, sed ordo nullius psonæ est proprietas. ergo &c. ITEM. Vbi est ordo, ibi est depẽdẽtia & inclinatio, nihil. n. ordinat ad aliquid, nisi ad illud hẽat inclinationẽ, in diuinis aũt nulla est dependentia: ergo ibi nullus ẽt ordo. ITEM. Ordo præsupponit numerũ, sed in diuinis nõ cadit differentia fm numerum, ut ostẽsum est supra: ergo nec ordo.

Lib. 19 de ciuit. dei cap. 13. circa mi. Tom. 5.

RESOLVTIO.

Est quidem ordo in diuinis; uerũm non omnis, sed qui originis dicitur: cum mihi ratio sit producentis & producti.

RESP. Dicendum, q triplex est ordo. s. fm positionẽ, fm antecessionem, & fm originẽ. Ordo fm positionẽ, dicitur aliquorũ, quorum unũ est superius, aliud inferius. Et hoc põt esse dupliciter: uel in loco uel in dignitate: & hic ordo non cadit in diuinis, sicut ostẽdit prima rõ sumpta ab Eusebio, & secunda sumpta ab Augustino, sicut patet. Ordo uero fm antecessionẽ dicitur esse eorum, quorum unum prius est, alterũ uero posterius, & hoc dicitur dupliciter. Aut quia antecedit duratione siue tpe. Aut prius naturali intelligentia siue cognitione: & hic ordo non est in diuinis, sicut probat ratio tertia: quia hic ordo tollit æqualitatem & simultatem, quorũ utrumque perfecte est in diuinis. Ordo autem secundum originem siue fm emanationem, est producentis ad productum, & iste ordo est in diuinis: quia ibi est ordo principii & principiati, siue producentis, & producti, & hunc ordinem esse in diuinis probant rationes primæ.

AD ILLVD, quod obiicitur quarto, q ordo non est quid notionale, nec essentiale. Dicendũ, q est notionale: sed notionẽ contingit dupliciter significare, aut sub propria ratione, ut cum dicitur generatio: aut sub cõmuni rõne; cõitate (inquam) rationis, ut cum dicitur ordo, notio, proprietas, sicut indiuiduum est cõmunis intẽtio: & sub hac cõitate nõ distinguit, tñ in suis inferioribus distinctionẽ supponit. AD ILLVD, quod obiicitur, ubi est ordo ibi depẽdẽtia dicendũ, q ordo, importat habitudinem: & quia habitudo in creaturis ratione imperfectionis dicit depẽdentiam, ideo in creaturis importat dependentiam, in diuinis autem solum ponit comparationẽ & connexionem, & nullam dependentiam & inclinationẽ. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, q ordo præsupponit numerum. Dicendum, q sicut in diuinis numerus distrahit a ratione numeri, quia ibi est distinctio hypostasum tantum, ita ordo a ratione ordinis simpliciter, qa quãuis sit ibi ordo, non tamen est ibi antecessio, sed solum originis emanatio. Vel aliter dicendum, q non semper præsupponit distinctionem fm numerũ, nisi intelligatur de ordine locali, siue secundũ positionem. Nã ordo secundum naturam & fm naturalem intelligẽtiam, attenditur inter superius, & inferius, inter quæ non cadit numerus. Et ita patet illud.

QVAESTIO II.

An in diuinis sit ordo naturæ?

VTRVM in diuinis sit ordo naturæ. Et q sic, uidetur p Augustinum, qui dicit in litera, q cum dicitur filius a patre, non dicitur inæqualitas substãtiæ, sed ordo naturæ. ITEM. Vbi est naturalis origo, ibi est naturalis ordo, sed in diuinis est naturalis origo: ergo & naturalis ordo: ergo est ibi ordo naturæ. ITEM. Vbi est causa, & effectus, ibi e prius, & posterius, sed ubi est hoc, ibi est ordo naturæ: ergo cum in diuinis contingat reperire causam & effectum, sicut dicit Chrysostomus, super principiũ ad Hebr. & Damas. 1. lib. c. 8 Pf est cã filii, patet &c. CONTRA. Cuiuscunque est ordo, ipsum ordinatur: ergo si in diuinis est ordo naturæ, natura ordinatur: sed qđ ordinatur, distinguit & numerat: si hoc: ergo & numerat, sed hoc falsum: ergo &c. ITEM. In diuinis idẽ est natura & essentia, qa natura nomen est essentiale, sed in diuinis nullo mõ ponit ordo essentię: ergo naturæ. ITEM. Vbi est ordo naturæ, ibi e prius, & posterius secundum naturã: ergo si in diuinis est ordo naturę, ibi est prius & posterius, sed hoc nullo modo recipitur: ergo nec ordo naturæ. Quod autem in diuinis non sit prius posterius, ostẽditur sic. Relatiua sunt simul natura: ergo pater & filius secundũ q pater & filius, simul sunt natura, quia relationes in diuinis non sunt aduenientes, nec tãtum sunt ratio referendi, sed etiam existendi: ergo pater & filius secundum suas hypostases: simul sunt natura: ergo non est ibi ordo naturæ. ITEM. In causis creatis uidemus gradus: quia quanto substantia creata citius potest, uelocius operatur. Vnde quædam operantur in tempore, quædem repente, quædã subito. Et illa causa, quæ operat subitó, aliqñ non præcedit tempore, sed natura: si ergo deus p ducit filium fm omnẽ nobilitate, & uirtutẽ suæ potẽtię, & uirtus suæ potẽtię infinitæ maior est q̃ finitæ: non ergo tñ simul duratione, sed etiam simul natura producit: ergo non est ibi ordo naturę. ITEM. Videmus in cognoscibilibus, quod quædam habent sui cognitionem inuestigando, & posterius tempore, & loquor de actuali, non de habituali: ut anima humana & quædã simul duratione ut angelus: ergo si dei cognitio & dictio siue locutio, non est accidens, sed multo nobilius & uirtuosius q̃ ois creatura het uerbum intelli-

Vide supra Gen. ad lit. cap. 34. & 35. & ex Gratio. de quinq; Hæresibus medio tom. 7.

Ex post prædic. cap. de Prior. & ex prædic. de Ro mano.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentię non tantum ſimul duratione, ſed etiã natura: ergo &c.

RESOLVTIO.

In diuinis eſt ordo naturæ, ideſt naturalis originis: nõ quod una perſona ſit prior poſteriorve altera: ſed quòd altera ſit ex altera.

RESP. Dicendum, q̃ ordo dicitur eſſe alicuius dupliciter. Aut ſicut ordinati, aut ſicut rationis ordinãdi. Ordo in diuinis ſicut ordinati dicitur perſonæ patris & filii & ſpiritus ſancti. Sicut rationis ordinandi dicitur naturę. Natura enim dicit uim productiuam ſecundum quod dicit Philoſophus, quod eſt uis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia producens. In diuinis autem eſt ordo ſecundum productionem, ideſt dicitur ibi ordo naturæ, id eſt naturalis originis. Vnde genitiuus ille non conſtruitur ſubiectiuè, ſicut cum dicitur albedo parietis, ſed ex ui declarationis eſſentiæ, ut cum dicitur albedo claritatis. Et ideo reſoluitur in duos, ut ſit ſenſus, ordo naturæ, ideſt naturalis originis.

Ariſt. 1 de gn. Mur. c. 10.

EX HOC patet primum, quod obiicitur, quia obiicit, ac ſi diceretur ordo eſſe naturæ, ut rei ordinatę. Patet etiam ſecundum, quod eſſentia dicitur in abſolutione omnimoda, non ut alterius principium: natura uero dicitur alterius principium, ideo dicit comparationem ad propductionem ſiue emanationem naturalem. Vnde uiterius attendẽdum, quod ordo ſecundum naturalem originem in his inferioribus duo dicit, ſcilicet emanationem, & anteceſſionem: & ratio huius eſt, quia emanatio in his inferioribus ponit diuerſitatem ſubſtantialem. Vnde omne quod emanat i his inferioribus, eſt effectus, & quod producit, eſt cauſa: & ideo dicit cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, & q̃ aliud in natura, ideo poſterius in natura. In diuinis autem eſt emanatio, ad quam non conſequitur eſſentiæ diuerſitas, uel naturæ, ideo nec prius nec poſterius natura, ſed ſimul natura: & ideo in diuinis non accipitur ratio cauſæ, uel effectus ſecũdum Latinos, ſed nomen principii: quamuis Græci extenſo nomine utantur nomine cauſæ pro nomine principii, & ideo in diuinis eſt ordo naturæ, non quo alter ſit poſterior altero, ſed quo alter ex altero. Et hoc eſt, quod dicit Aug. in litera. Et ex hoc patet quod tertio obiicitur. Quamuis enim in creaturis ordo poſterioritatem ponat, non tamen in Deo: & quãuis non ſit ibi poſterioritas, nõ ſequit quin bene ſit ibi ordo. Ex his patent obiecta ad utranque partem. Cõcedendum ergo, quod aliquo modo reperitur in diuinis ordo naturę, ſicut oſtendunt primæ rationes. Tertia tamen ratio deficit, quia nomen cauſæ non reperitur in diuinis ſecundum Latinos, ꝓprie. Quod obiicitur ad oppoſitum patet, quia ordo nõ eſt naturæ, ut rei ordinatæ. Patet etiam quod obiicitur de diuina eſſentia, quia eſt nomen abſolutum, nec importat rationẽ originis. Vltimum patet, quia non eſt ibi ordo naturæ, quo alter prior altero, ſed quo alter ex altero.

DISTINCTIO XXI.

Qualiter dictiones excluſiuæ capiantur in diuinis.

HIC oritur quæſtio trahens originem ex prędictis. Dictum eſt enim ſupra, *quod tantus eſt ſolus pater, vel ſolus filius, vel ſolus ſpiritus ſanctus, quantum ſimul illę tres: & quod duæ, vel tres perſonæ ſimul, non ſunt maius aliquid, quam una perſona ſola.* Ideo quærit Auguſt. in 6. Libro de Trinitate *quomodo hæc ſanè dici poſſint, cum nec pater ſit ſolus, nec filius, nec ſpiritus ſanctus, ſed ſemper & inſeparabiliter & filius cum patre, & pater cum filio, & ſpiritus ſanctus cum vtroque: inſeparabiles enim ſunt hæ tres perſonæ. Ad quod ita reſpondet Auguſt. in eodem. Solum Deum patrem dicimus, non quia ſeparatur a filio, vel a ſpiritu ſancto, ſed hoc dicentes ſignificamus, quia illi ſimul cum eo non ſunt pater. Solus enim pater eſt. Quod non dicitur, quia ipſe ſit ſolus, id eſt, ſine filio, vel ſpiritu ſancto: ſed per hoc filius uel ſpiritus ſanctus, a paternitatis conſortio excluduntur. Ita & cum dicitur, ſolus filius filius eſt, uel ſolus ſpiritus ſanctus eſt ſpiritus ſanctus, non diuiditur filius a patre, vel ſpiritus ſanctus ab vtroque, ſed a conſortio ſinalis proprietatis excluduntur pater & ſpiritus ſanctus, & a conſortio proceſſibilis proprietatis pater & filius. Cum ergo dicitur, tantus eſt ſolus pater, quantum ſimul illi tres: per hoc quod dicitur ſolus, non ſeparatur pater ab alijs, ſed hic eſt ſenſus, ſolus pater, id eſt, pater qui ita pater eſt, quod nec filius nec ſpiritus ſanctus, tantus eſt &c. Similiter intellige cum dicitur, ſolus eſt filius, vel ſolus eſt ſpiritus ſanctus. Solus ergo pater dicitur, vt ait Auguſt. in eodem, quia non niſi ipſe ibi pater eſt, & ſolus filius, quia non niſi ipſe ibi filius eſt, & ſolus ſpiritus ſanctus, quia non niſi ipſe ibi ſpiritus ſanctus eſt.*

Diſtin. 19. 20.

cap. 9.

Auguſt. ibidem.

Libr. 6 c. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum possit dici, solus pater est Deus, solus filius Deus, uel solus spiritus sanctus est Deus: uel pater est solus Deus, uel spiritus sanctus est solus Deus.

Post hæc quæritur vtrum sicut dicitur, solus pater est pater, vel solus filius est filius, ita possit dici, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, & ita de spiritu sancto. Aut pater est solus Deus, filius est solus Deus. Ad quod dicimus, quia pater & filius & spiritus sanctus dicitur, & est vnus Deus, hæc trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapiens, solus potens. Sed non videtur debere dici a nobis verbis nostris vtentibus, nisi vbi sermo auctoritatibus occurrit, solus pater est Deus, uel pater est solus Deus, ita de filio & spiritu sancto dicimus. Vnde Augustinus in septimo Libro de Trini. ait, Quoniam ostendimus, quomodo possit dici solus pater, vel solus filius, consideranda est illa sententia qua dicitur, Non esse solum patrem Deum verum solum, sed patrem, & filium, & spiritum sanctum. Ecce habes, quia non solus pater dicendus est esse verus Deus. Item in eodem, Si quis interrogat vtrum pater solus est Deus, quomodo respondebimus non est, nisi forte dicamus ita esse quidem patrem Deum, sed non eum esse solum Deum? Esse autem solum Deum dicamus patrem, & filium, & spiritum sanctum. Ecce & hic habes, quia pater non debet dici solus Deus: atque hic solum in parte subiecti tantum accipere quidam volunt in parte vero prædicati sic concedunt, quod pater est solus Deus. Sed ex verbis Augustinus videtur ostendi, quod propriè solus Deus, dici debeat tota trinitas. Hæc trinitas, vt ait Augustinus contra Maximinum, intelligitur cum Apostolus dicit, Beatus & solus potens, & ibi. Soli sapienti Deo: & ibi. Inuisibili soli Deo. Non enim de solo patre hæc accipienda sunt, vt contendebat Maximinus & alij hæretici, sed de trinitate. Sicut & illud, Solus habet immortalitatem, quia secundum rectam fidem, ipsa trinitas est vnus solus Deus beatus, potens, sapiens, inuisibilis. Vnde Augu. in eodem, Cum vnus Deus sit trinitas, hæc sit nobis solutio quæstionis, vt

Ibidē.

Ca. 13. & lu. 1. de tri. cap. 6.

intelligamus solum Deum sapientem, solum potentem, patrem, & filium, & spiritum sanctum, qui est est vnus & solus deus.

Quomodo dicitur trinitas solus Deus.

Sed iterum quæritur, quomodo ipsam trinitatem dicimus solum Deum, cum sit cũ spiritibus, & animabus sanctis. Ad quod respondet Aug. in 6. Lib. de Trinita. dicens, Trinitatem dicimus Deum solum, quamuis semper sit cum spiritibus & animabus sanctis, sed solum dicimus, quia non aliud quam ipsa trinitas Deus est. Non enim illi cum illa Deus sunt, vel aliqua alia, sed ipsa trinitas tantum non illi, vel alia Deus est.

Cap. 7.

Et si de patre solo prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius & spiritus sanctus.

Veruntamen vt ait Augustinus & si de solo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius, vel spiritus sanctus, quia hi tres vnum sunt: sicut in Apocalypsi de filio legitur, quòd habet nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse: nõ enim inde separatur pater vel spiritus sanctus. Et cum dicitur, nemo nouit patrem nisi filius, non inde separatur pater, vel spiritus sanctus, quia inseparabiles sunt. Aliquando etiam nominantur pater, & filius, & tacetur spiritus sanctus: vt veritas ad patrem loquens ait, Vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, esse vnum verum Deum. Cur ergo (inquit Aug.) tacui de spiritu sancto? quia consequens est, vbicunque nominatur vnus sicut pater, & filius tanta pace uni adhærens, intelligatur etiam ipsa pax, quamuis non commemoretur: vno ergo istorum nominato, etiam reliqui intelliguntur, quod in pluribus scripturę locis occurrit.

1. Io. 5

VPRA probauit Magister æqualitatem personarum. Hic quia in probatione dubias rationes dixerat propter dictiones exclusiuas, mouet illas dubitationes, & soluit. Et habet hæc pars tres partes, secundum tria dubia, quæ proponit. Primo enim quęrit de hac ratione, tantus est solus pater, quãtus pater, & filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo proponit hanc, siue quærit de hac, solus pater est Deus, & hoc facit ibi. *Post hoc quæritur, utrum sicut dicitur solus pater &c.*] Tertio quæritur de hac, Trinitas est solus Deus: & hoc facit ibi. *Sed uerum quæritur, quomodo ipsam trinitatem &c.*] Et in qualibet istarum partium primò mouetur dubitatio, secundò soluitur.

Dub. 1. *Hæc trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus &c.*] Contra. Videtur per hoc uelle negare istam. Pater est solus Deus, sed uidetur hæc esse uera p̄ expositionem, q̄a pater est Deus, & non alius à Deo, uel aliud: ergo &c. Item, prædicatum quod dicitur de tota trinitate, nō potest esse nisi prædicatum essentiale, quia aliter non diceretur de tota trinitate, & essentiale p̄dicatum dicitur de qualibet persona sigillatim: ergo pater est solus Deus. Respon. Dicendum, q̄ quando [solus] per se additur ad prædicatum, ita q̄ nō intelligit̄ a parte subiecti, impropriùs est sermo, siue dicatur de trinitate tota, siue de patre. Nec uult dicere Aug. q̄ solus Deus prædicetur de tota trinitate, ita q̄ non de patre: Sed in illis locutionibus, soli Deo honor & gloria, & cōsimilibus, [solus Deus] non accipitur pro unica p̄sona excludendo alias personas, sed pro tota trinitate, excludendo alias naturas, & Magister ita accipit, ac si Aug. uellet dicere, nō q̄ hoc, s. solus Deus, prædicaretur de trinitate, & nō de patre: sed ipse uult q̄ supponat p̄ ipsa trinitate. Pro patre uero si supponat, non tñ præcisè supponit p̄ solo patre: & iō Aug. concedit, q̄ sola trinitas ē solus unus Deus, non tñ solus pater. Vñ & Magister nō dicit, q̄ p̄ non sit solus Deus, sed q̄ non propriè dicitur: & illud manifestum est, si inspiciatur qualiter [solus] debet addi ad prædicatum.

Quomodo ipsam trinitatem dicimus &c.] Quæritur cum inseparabilis sit a rebus aliis & ītimus oībus, p̄ quid magis dī esse cū sanctis, q̄ cum aliis. Resp. Dicendum, q̄ quis Deus sit cū oībus, & in oībus, tñ specialiter dicit̄ esse cū sanctis, p̄ effectū gr̄æ in habitantis, p̄ q̄ ipsi conformantur, & cari, & similes ei fuerunt. Vnde Prou. 8. Delitiæ meæ esse cum filiis hoīum, dicit sapientia dei. Vnde Dominus uobiscum, dicitur hominibus, non bestiis. Dub. 2.

Nemo nouit patrē nisi filius etc.] Cōtra. Cū nemo cōponat̄ ex nō & hō: ergo, Nemo, idē est quod nullus hō, sed dictio exceptiua nō excipit nisi cōtentū sub termino. [Vñ nihil est dictu, Nullus hō currit nisi asinus) cū ergo p̄ nō contineat̄ in suppositione huius noīs [hō] patet, &c. Si tu dicas q̄ ampliat̄ ex usu distributio importata p̄ istum terminū nemo, ultra q̄ ad homines, Tūc ergo quæro pro quo stat, aut p̄ creato, aut pro increato. Si pro creato, nulla est exceptio, quia simpliciter uera: & præterea pater non est ibi contentum. Si pro increato, simpliciter, & totaliter est falsa: ergo per exceptionem non potest uerificari. Si tu dicas q̄ pro utroque: quō pōt hoc esse, cum nihil habeāt commune? Et si habent cōe, aut hoc, q̄ hoc ē [nemo] distributiue per

per essentiis, aut pro personis. Si pro essentiis: ergo debet excipi pater. Si pro personis ergo debet excipi s. f. sicut & pater, aliō quin locutio est falsa. Resp. dicendum, q̄, Nemo distribuit communiter pro communi cognoscente, siue habente uim cognitiuam: & distribuit, Nemo, non pro supposito tantum, siue pro persona, sed pro natura: unde pater non excipitur quia p̄sona, sed quia eiusdem naturæ cum filio, & ideo implicatur in illa exceptione filius, & s. f. & ideo locutio habet ueritatem, Vel dic, q̄ Nemo distribuit p̄ hominib. & tenetur ly. Nisi, nō exceptiue, sed aduersatiue: sicut dicitur 2. Timo. 2. Ad nihil uti le est nisi ad subuersionem audientium.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An uerè dicatur, solus Deus est pater?

AD intelligentiam huius partis ē hic quæstio de dictionibus exclusiuis. Et circa hoc principaliter quærēda sunt duo. Primo quæritur. Vtrum dictio exclusiua in diuinis uere addatur termino substantiali. Secundo utrum uerò addatur termino relatiuo. Et quantum ad primum quærūntur duo. Primo, Vtrum dictio exclusiua uere addatur termino substantiali a parte subiecti. Secundo si uere addatur a parte prædicati.

QVOD uere addatur huic termino, Deus, a parte subiecti, ostenditur hoc modo Deus habet aliqd propriū, sed propriū est quod ineſt soli, ergo &c. & quia cōstat, q̄ exclusio uere additur termino substātiali respectu prædicati essentialis, unde bene dicitur, Solus deus non creat, quæritur, utrum uere additur ei respectu p̄dicati p̄rii, sicut termini relatiui: utrum s. uere dicatur, Solus Deus est pater. Et q̄ sic uī per suam expositionem, quæ est, solus Deus est pater. i. non alius q̄ Deus est pater: ergo solus deus est pater. Et q̄ sit ista eius expositio, hoc hī a cōi usu, & a Philosopho, qui dicit, q̄ solus idem est quod nō cum alio. Item, hoc uī a cōuertibili, q̄n istæ duæ cōuertuntur, Nihil præter Petrū currit: ergo solus Petrus currit: ergo & iste duæ, nihil præter deum ē pater: ergo solus deus est pater. Sed prima est uera, quia hæc ē falsa, Nihil est pater, & non hēt instātiam nisi in Deo: ergo &c. Item. a quocunque remouetur hoc, quod est in plus remouet̄ quod est in minus: sed esse deū est in plus, q̄ esse patrem: ergo a quocunque remouetur deus, & pater. Sed quæcunque sic se habent, q̄ a quocunque remouetur unum, & alterum: unum præcisè prædicatur de altero: nec habet instantiam: ergo pater præcisè prædicatur de deo: sed si præcise: ergo cum exclusione, ergo &c. 2. *Elē. cap. 3.*

CONTRA. Terminus accidentalis implicat rem suam circa suum subiectum, ut patet cum dicitur, Homo albus currit, circa hūc terminum [homo] implicatur albedo: ergo similiter cū dicitur, solus deus est pater, circa deum implicatur solitudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. 4. de Tri. nō mul to ante medii.

Sed Hilarius dicit, ꝙ deus non est solitarius confitendus: ergo &c. Et rō ista concludit, ꝙ non possit uere addi nec cum prædicato, proprio, nec communi. ITEM. Ostenditur ꝙ non possit uere addi respectu prædicati communis, ut cum dicitur. Solus deus creat: hoc enim nomē Deus, de se habet suppositionē quasi indefinitam respectu personarum: ergo reddit locutionē ueram pro aliquo, sed pro quolibet est falsa. Hæc est.n. falsa, Solus pater creat: ergo cum omne prædicatum essentiale cōueniat tribus, & nō solum uni, nullo potest modo addi dictio exclusiua respectu talis prædicati subiecto communi. ITEM. ꝙ non respectu proprii, uidetur. Quia si hęc e uera, Solus deus est pater: ergo a simplici conuersa & hęc, Solus pater est deus: sed ista est falsa: ergo &c.

SI DICAS, ꝙ non conuertit simpliciter. Contra. Habet intellectum uniuer alis negatiuę, & particularis affirmatiuę & utra quę cōuertitur simpliciter, &c.

RESOLVTIO.

Categorematice minime, syncategorematice utique.

RESPO. Dicendum, quòd hęc dictio [solus] potest esse categorema, uel syncategorema. Secundum ꝙ est categorema, sic est nomē adiectiuum absolutū, ponens rem suam circa suum substantiuum, & res sua est solitudo, unde tantum ualet hic [solus] quātum solitarius. Et quia solitudo nullo modo recipitur in diuinis quantum ad substantiam, quia est in multis personis, hoc nomen Solus non recipitur in diuinis substātialibus, sicut ostendit prima ratio. Si autem accipiatur inquantum ē syncategorema, sic priuat associationem, & importat aliquam negationem. Et sic cum aliquod prædicatum, & substantiale, & personale præcise dicatur de nomine substantiali, sic uere dicit in diuinis & respectu prædicati substantialis, ut cum dicitur, solus deus creat; & respectu personalis, ut cum dicitur, Solus Deus est pater.

AD ILLVD ergo, quod obicitur, ꝙ ponit rem suam circa substantiuū. Diendum, ꝙ non est simile ℔ quod hoc nomen Solus tenetur syncategorematice, quia albus ē dispositio subiecti absoluta: unde absolute ponit rem suam circa terminum, sed solus ratione negationis nō absolute, & ideo non ponit solitudinem, sed præcisionem. AD ILLVD, quod obicitur secūdo, ꝙ terminus substantialis debet reddere locutionem ueram pro aliqua persona. Dicendum, ꝙ terminus, cui additur exclusio, respectum habet ad prædicatū, & respectum habet ad exclusionem, & licet respectu prædicati possit habere suppositionem personalem, ut cum dicatur, Solus homo currit, tamen regula est apud sophistas, ꝙ per comparationem ad dictionem exclusiuā talis terminus habet suppositionem simplicem, unde nullo modo licet descendere. Et hoc est quod dicit in Lib. de Regulis fidei, ꝙ dictio exclusiua facit exclusionem quantum ad genus rei, non quantum ad rem generis, quia ratione formę communis, quę est genus rei, non ratione suppositi, quę est res generis. AD ILLVD, quod obicitur ultimo, ꝙ conuersa est falsa. Dicendum, ꝙ illa non est sua conuersa: quia ista, Solus deus est pater, habet intellectum affirmatiuę, scilicet deus est pater, & hæc conuertitur simpliciter: habet intellectum negatiuę huius, nullus a deo est pater: & hęc similiter conuertitur simpliciter: sed hęc non est sua conuersa, nullus alius a patre est deus: sed hęc, Nihil qđ est pater, est aliud a deo: idem enim quod subiiciebatur in prima, debet prædicari in secunda, & sic patet illud.

QVAESTIO II.

An item dictio exclusiua uere addi possit termino substantiali a parte prædicati?

VTRVM dictio exclusiua uere possit addi termino substantiali a parte prædicati. Et quod sic ostenditur hoc modo. *Lib. 6. de Tri, c. 7. et 9* Augu. 7. de Trini. Patrem dicimus esse deum: sed non esse solum deum: esse autem solum Deum dicimus patrem, & filiū & spiritum sanctum. Si tu dicas, ꝙ ly solum, intelligitur a parte subiecti. Obicitur expressius per hoc, quod dicit Aug. cōtra Maxim. Ipsa Trinitas est unus solus uerus deus, constat ꝙ in hac, solus deus: non potest esse dispositio ex parte subiecti, quia sic esset sermo inconstans per expositionem. Trinitas est deus, & non aliud, quàm deus: ergo trinitas ē solus deus: premissę sunt uere: ergo & conclusio. ITEM. ratione uidetur ꝙ simile, qñ prædicatum non ineſt alii, ꝙ subiecto, uere hæc dictio solus, accipitur ex parte subiecti: ergo quando subiectum nō subest alii quam prædicato, uere accipitur a parte prædicati, sed istud subiectum trinitas, non ineſt alii, quam deo: ergo &c.

CONTRA. Hęc dictio [solus] est dispositio subiecti, sicut hoc signum, omnis, sed quando oīs, additur ad prædicatum, locutio est falsa, & impropria: ergo similiter qñ hęc dictio, Solus. ITEM. hęc dictio solus addita alicui termino, excludit aliū. Vnde sensus est, solus homo, homo & non alius: sed, alius, respicit suppositum: & terminus subiicitur ratione suppositi, & prędicatur ratione formę: ergo hęc dictio, solus, de sui ratione respicit subiectum: ergo false, & improprie additur prdicato. ITEM. secundum quod additur prędicato, aut tenetur categoreumatice, aut syncategoreumatice. Si categoreumatice: tunc est nomen adiectiuum. & non recipitur in diuinis. Si syncategoreumatice: sic importat negationē implicitam: sed negatio antecedit, quod negat: ergo necesse ē, ꝙ antecedat compositionē, quā negat: sed cum dicitur, Pater est solus deus, non sequitur cōpositionem: ergo uidetur, quòd non possit ipsam negare: ergo &c. ITEM, ego quero quid excludat, quando additur ad prędicatum. Si aliud a prędicato, ut sit sensus: est solus deus, i. deus, & nō aliud: tunc est ibi superfluitas: quia forma prędicati excludit aliam formam dispa-

ratam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratam quantum est de se. Vnde sequitur. Iste est homo, ergo nō ē ab homine: ergo uī ꝙ dictio exclusiua facit superfluitatem, & nugationē, nō ergo tenetur exclusiue: & ita uidetur ꝙ tenea tur adiectiue solum, & ꝙ impor tet solitudinem circa hunc terminū, deus, & sic istę sunt falsę.

RESOLVTIO.

Et si uere addi possit, non tamē pro prie; nisi cum adiunctione termi ni partitiui.

RESP. ad hoc uoluerunt aliq dicere, ꝙ hæc dictio, solus, proprie non debet addi ad prædica tum, sed tantum ad subiectū, & cum additur prædicato, impro priæ sunt locutiones, & tūc idē est dicere solus, ꝙ tantum: & tū si aliquis inspiciat non tū cum hac dictione solus, sed cum hac dictione [tm] uidebit impropriе tatem: & superfluitatem. Quid enim aliud est dicere Trinitas est tm Deus; nisi est deus, & nō aliud q̄ deus? Hoc impropriе fa tis dictum est, quia hoc ipso. qđ deus est, excluditur, ꝙ non sit aliud a deo. Si. n. deus est: ergo nō est aliu d a deo, & nullus hæ reticus unq̄ dixit trinitatem es se Deū, qui diceret aliud ipsam esse a deo: & ideo non uī ma gnum quid Augu. dicere, si hoc uoluit dicere. PROPTEREA aliter dicendum est, ꝙ hæc dictio, solus, dupliciter potest addi termi no substantiali, aut per se, aut cū termino numerali, siue partitiuo. Per se impropriе additur, & si addatur secundum uocem. tm fm intellectum stat a parte subiecti. Idem. n. est dicere, Ho mo albus est, & est albus homo. Vnde sensus est, non dicimus patrem esse solum deum. i. non dicimus solum patrē esse deū. Si aūt aliter ponatur, uī sermo hīe superfluitatē, & impropriе tatem, quia hoc excludit, quod excludebatur ex natura ipsius prædicati. Aliter additur hęc dictio Solus termino substātiali cum termino numerali, sicut cū termino, unus, & tunc excludit pluralitatem, & hoc modo bene additur prædicato, & sic accipit Augu. contra Maxi. cum dicit. Trinitas est unus solus uerus Deus, ita ꝙ non plures: & tunc est uerus sermo, & proprius, & contra hæreticos, qui dicebant Trinitatē esse plures Deos: & importatur per istum terminū Solus, priuatio multitudinis, & ita distinctio: & magis proprie dicitur de trinitate, ꝙ Trinitas sit unus deus, q̄ de patre: cū tm posset dici de utroque, quia pa ter est unus deus: & nullus un quam dixit patrem esse plures: sed de trinitate, siue de trib. ali qui dixerunt: & ideo congruē tius dicitur, trinitas est unus solus deus. Concedendum est ergo ꝙ Solus potest addi ad prę dicatum termini substantialis uere in diuinis, sed nō proprie, nisi cum determinatione, & ad iunctione termini partitiui.

AD ILLVD, ergo quod obii cit, ꝙ [solus] est dispositio sub iecti, sicut hoc signum, omnis, Dicēdum ꝙ nō est ita propria dispositio subiecti sicut hoc si gnum omnis, quia omnis distri buit pro suppositis, pro quibus terminus subiicitur, non ꝙ qui bus prædicatur, saltē simul sum ptis. Solus autem, non solum dī rōne suppositi, uerum etiā rōne formæ, quia excludit alium, & etiā potest excludere aliud. ET per hoc patet sequens, quia non semper excludit alium ma sculine, sed etiam potest exclu dere aliud neutraliter, uel etiā pluralitatem, quando additur termino numerali, ut usum est. AD ILLVD, qđ quæritur, utrū teneatur syncategoreumatice, uel prout est nomen importans formam denominantem, ut idē sit solus, quod solitarius. Dicen dum, ꝙ syncategoreumatice. Quod obiicitur, ꝙ sequitur cōpositionem. Dicēdum ꝙ solus, importat duo in se. s. intellectū huius nominis, alius, & intelle ctum negationis. Quantum ad intellectū huius nominis, alius, respicit terminum circa quē po nitur & sequitur actum. Quantum ad intellectum negationis præcedit, & hoc non est incon ueniens quantum ad diuersa præcedere, & sequi: hoc patet exponenti. Si enim dicā, Video solum Conradum: Sensus est uideo Conradum, & non uideo alium a Conrado. Similiter in telligendum est in proposito. AD ILLVD, quod quęritur, quid excludit cum additur prędica to? Dicēdum, quòd quando ad ditur sine determinatione, ex cludit aliam formam, & tunc reuera est ibi superfluitas, & im proprietas, est nihilominus ue ritas, sed quando additur cum termino partitiuo, tunc exclu dit pluralitatem, & tunc potest locutio habere ueritatem: pater enim & filius sunt unus deus & non plures, & ita unus solus deus, &c.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An dictio illa exclusiua, solus, uere addatur termino personali respectu prædicati proprij?

CONSEQVENTER secundo loco est quęstio de secundo articulo quæstionis. s utrum dictio exclusiua possit addi termino relatiuo. Circa hoc quęruntur duo. Primo quęritur, utrum dictio exclusiua uere addatur termino personali respectu prędicati proprii. Secundo, utrum uere addatur ter mino personali respectu prędicati cōmunis, ut uere dicatur, Solus pater est Deus.

QVOD respectu prędicati pro prii uere addatur, ut. s. hęc sit uera. Solus pater est pater. Videtur per Aug. 7. de Trin. In illa trinitate solus pater dicitur pater, quia nullus nisi ipse est ibi pater. ITEM. hoc uidetur p expositionem, quia persona pa tris est pater, & nulla alia est pa ter: ergo hæc est uera, Solus pa ter est pater. ITEM. Nihil est magis proprium alicui, quàm quod est idem sibi re, & ratione: ergo propriissime dicitur de se: sed quod proprie conuenit alicui, conuenit soli: ergo pater dicitur de solo patre.

CONTRA. Solus, (ut uult Philosophus) idem est quod nō cum alio, sed impossibile est pa trem non esse cum alio: ergo semper quādo additur huic ter mino, pater, uel alio termino p sonali, est locutio falsa. ITEM, Solus, excludit alium: sed alio est

cap. 3. 2. Elē.

est deus, alio est pater, ergo addita huic termino pater, excludit deum: ergo si hæc est uera, Solus pater est pater, & hæc similiter, deus non est pater: & si hæc est falsa: ergo & prima.

ITEM, solus, includit hoc relatiuum, alius sed [alius] ita est relatiuum diuersitatis, & nihilominus implicat aliquam identitatem. Vnde sequitur, Iste uadit cum alio homine, ergo iste est homo: si ergo excludit: alium ab hoc quod est, pater, aut aliū patrem, aut alium deum sed quocunque modo dicatur, est locutio falsa, & implicatio falsa ergo, &c.

RESOLVTIO.

Adhuc sincategorematicè, utique categorematicè, minimè.

RESP. dicendum, & secundum & hęc dictio, Solus, tenetur syncategorematice, importat priuationem associationis, & locutio similiter est uera: excluso illo sensu quo importat solitudinē, quia sic non accipitur in diuinis, sicut supra dictum est. Secūdum enim & importat priuationē associationis uera est. Quia cum tripliciter possit eam importare, in quolibet sensu locutio est uera. Potest enim hęc dictio Solus, importare priuationem associationis respectu formę termini subiecti, ut dicatur solus pater, id est ille qui est solus pater: & sic absque dubio ueritatem habet, solus pater est pater. Vel potest importare priuationē associationis respectu prędicati: & hoc dupliciter uel in participando, ut quia alii nō conueniat, & adhuc uera est, quia hoc prędicatum quod est pater, soli personæ patris conuenit, illa enim proprietas patri conuenit, & ita & nulli alii. Vel potest importare priuationem associationis in compartipando, ut cum dicitur, Petrus comedit solus, uel uadit Romā solus: non quia alius non uadit Romam uel non comedit: sed quia nullus comparticipat cum eo, quamuis participet: & sic locutio adhuc est uera, quia persona patris non participat, uel comparticipat cum alia in proprietate paternitatis: & ideo secundum quòd Solus exclusiue tenetur, iudicatur locutio uera

AD ILLVD ergo, quòd obiicitur, & Solus, idem est quod non cum alio. dicendum & negatio illa non simpliciter excludit alium in excludendo: sed excludit alium respectu formę subiecti, uel prędicati, ut uisum est: & quamuis pater cum alio existat: & non potiit sine alio esse: quia tamen proprietatem paternitatis cum alio non communicat: ideo habet simpliciter locutio ueritatem. AD ILLVD, quod obiicitur: quod alio est deus, alio est pater. dicendum, quod sicut dictum est supra, aliud dicit diuersitatem secundum rationem dicendi, uel intelligendi in uerbo proposito, sed in expositione huius dictionis Solus, dicit diuersitatē, siue distinctionem in supposito. Et quia deus in supposito non differt a patre, imo supponit pro patre: ideo non sequitur quod dictio exclusiua addita patri, excludat deum.

AD

AD ILLVD, quod obiicitur, & Alius, implicat formam aliquā secundum quam conueniat: Dicendum, quòd illud non oportet, quòd illa sit forma per terminum importata: uere enim dicitur, homo est aliud ab asino: nisi quando aduenit illi termino immediate, ut cum dicitur alius asinus, includitur conuenientia in natura communi: sed cum dicitur solus pater, non est dicere, quòd pater, & non alius pater, sed pater, & non alius a patre: & ideo non importatur conuenientia in forma proprietatis paternitatis cū alietate, sed sufficit, quòd sit alia persona: pater enim est alia persona, uel etiam alia essentia, & illa excludit hoc, quod est, solus, & sic patet illud.

QVAESTIO II.

An item dicto illa exclusiua, solus, uerè addatur termino personæ si respectu prædicatio communis?

VTRVM dictio exclusiua uere addatur termino personæ li respectu prædicati communis, ut uere dicatur, Solus pater est deus. Et quod sic uidetur auctoritate & ratione. Auctoritate sic, ecclesia cantat. *Tu solus altissimus Iesu Christe.* Et illud, *Deo patris sit gloria, eiusque soli filio &c.* & cōsimiles multæ inueniūtur. ITEM. Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, sed nemo nisi pater, & solus pater conuertuntur: ergo solus pater nouit, & hoc prædicatum est essentiale, ergo &c. ITEM. Ratione uidetur: quia dictio exclusiua addita alicui, nō excludit nisi alium: sed tres personæ non habent alietatem respectu prædicati substantialis: ergo addita uni non excludit aliā respectu talis prædicati: sed si non excludit, locutio est uera: ergo &c. ITEM. Dictio exclusiua addita alicui, nō excludit, quod est in eo ut pars, ut si dictio exclusiua additur Petro, non excludit pedem Petri: ergo cum maioi identitate sit filius in patre, quam pes in Petro, dictio exclusiua addita patri non excludit filium.

CONTRA. Nec pater solus, nec filius solus, nec tu. solus deus est: ergo non uere additur respectu termini cōis. ITEM. Omnis propositio, in qua predicatum cōmunius est subiecto, addita exclusione ad subiectū est falsa: quia nullum tale posse cōuenit subiecto: sed talis est hęc, & consimiles, solus pater ē deus: ergo &c. ITEM. Dictio exclusiua addita alicui, excludit oē illud, qđ ponit associationē cum termino: & hoc patet: quia priuat associationē: sed filius ponit associationem cū patre, unde pater cū filio, est patet cū alio. ITEM. dictio exclusiua excludit oē aliud, & maxime oppositum: sed relatiua sunt una dria oppositionis: ergo addita uni relatiuo excludit aliud: ergo addita patri excludit filiū: & h hoc, omnes tales sunt falsæ.

RESOLVTIO.

Si faciat exclusionem compositionis, intellectæ circa subiectum, uere additur: Si circa exclusionem respectu compositionis principalis, secus.

RESP. Qđ hic ē duplex positio. Quidam. n. simpliciter & sine distinctione cōcedunt hāc, & cōsimiles, solus pr est deus, & positio eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum est, quod dictio exclusiua addita uni relatiuorum non excludit reliquum. Et ratio huius positionis est: quia non excludit, quod cõsequitur ad terminum, & intelligitur in termino: ut addita homini, non excludat animal: sed unum relatiuorum intelligitur in altero, & consequit alterum, ergo addita uni excludit alterum. Et si opponatur, qđ solus, excludit oppositũ: dicunt, quod relatiua sunt differentiæ oppositionis, & entis. Oppositionis, secundum quod ad idem, & sic addita uni excludunt aliud. Vnde sequitur, Iste est tantum pater: ergo non est filius. Secundum, quod ad diuersos comparantur, sunt differentiæ entis: & sic posito uno, ponitur & reliquum, & unum non excluditur ab alio: quia dictio exclusiua illud solum aliud excludit, quod non necessario concomitatur. Sed hæc positio non uidetur cõueniens. Dictio enim exclusiua primat associationem: ergo excludit omne illud, quod ponit circa ipsam associationem, & ideo addita patri, excludit filium. Et propter hoc alia est opinio, quod dictio exclusiua addita patri, excludit filium: & hæc positio magis est probabilis. Secundum hanc positionem procedendo distinguendæ sunt huiusmodi locutiones, secundum quod distinguit Aug. & Magister tangit, quia Solus, potest facere exclusionem respectu compositionis intellectæ circa subiectum, uel respectu compositionis principalis. Si primo modo, tunc est sensus, Solus pater est deus: ideſt ille qui solus est pater, est deus: & tũc remouet formam termini subiecti ab aliis, non formã prædicati: & sub hoc sensu ueræ sunt omnes. Et sub hoc sensu accipit Augu. Solus s. est tantus, quantus est pater & filius. Si autem faciat exclusionem respectu principalis compositionis, locutio est falsa, & omnes falsæ sunt, proprie loquendo, nisi addatur determinatio ut arceatur exclusio, ut patet cum dicitur, Tu solus altissimus Iesu Christe cum sancto spiritu.

Et sic patet primum. Ad illud, quod obicit secundo, qđ [solus pater] æquipollet huic, Nemo nisi pater. Dicendum, quod falsum est: quia nemo, distribuit pro natura, non pro persona: solus autem, additur termino personali: ideo excludit personam, ideo proprie loquendo, hæc est falsa, Solus pater nouit filium, quamuis hæc sit uera, Nemo nouit filium nisi pater: quia sensus est, Nemo, id est nulla creatura, nisi ille qui est eiusdem naturæ, ut pater. Ad illud, quod obiicitur, qđ dictio exclusiua excludit aliud. Dicendum, quod excludit omne aliud uel alium, quod nõ prædicatur, nec subiicitur: sed associatur, siue sit aliud in forma, siue in suppposito: & quoniam pater cum filio respectu prædicati substantialis associantur, ideo respectu illius excludunt inuicem; & quia pars non associatur, ideo non excluditur, unde identitas maior & minor nihil facit ad exclusionem: sed ratio associandi, uel non associandi. Et si obiciatur, quod addita diffinito non excludit diffinitionem, & antecedens non excludit consequẽs, Dicendum breuiter, quod si consequens ita sequitur quod non ponat associationem, & diffinitio non claudat in se diuersum, tunc non excludit. Si uero aliter est, tunc excludit, & contradictio ipsi oppositã implicãtur in antecedente. Vnde hic implicat contradictio, Tãtum pater est. Huic autem positioni concordat Augu. qui negat hanc, Solus pater est Deus, & consimiles.

DISTINCTIO XXII.

De trinitate & unitate secundum quod credita & intellecta rationabiliter & catholice exprimitur.

POST prædicta nobis differendum uidetur de nominum diuersitate, quibus loquentes de unitate ac Trinitate ineffabili utimur. Deinde demonstrandũ est, quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo præcipue teneamus, quædam esse nomina distincte ad singulas personas pertinentia, ut ait Augu. in 8. de Trin. quæ de singulis tantum dicuntur personis. Quædam uero unitatem essentiæ significantia sunt, quæ & de singulis sigillatim, & de omnibus communiter dicuntur. Alia uero sunt quæ translatiue, ac per similitudinem de Deo dicuntur. Vnde Ambr. in 2. Lib. de Trini. ait, Quo purius niteat fides, tripartita uidetur derinãda distinctio. Sunt enim nomina quædam, quæ euidenter proprietatem, personamque deitatis ostendunt. Et sunt quædam, quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt ueritatem. Alia uero sunt quæ translatiue & per similitudinem de Deo dicuntur. Proprietatis itaque indicia sunt, generatio, filius, uerbum, & huiusmodi, Unitatis uero æternę, sapientia, uirtus, & ueritas, & huiusmodi. Similitudinis uero, splendor, character, speculum, & huiusmodi. Hebr. 1 Sap. 7.

Quædam nomina, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiue dicuntur.

His adijciendum est, quædam esse nomina, ut Aug. ait in 5. Lib. de Trin. quæ ex tempore Deo conueniunt, & relatiue ad creaturam dicuntur: quorum quędam de omnibus dicuntur personis, ut dominus, creator, refugium: quędam autem non de omnibus, ut donatus, datus, missus. Cap. 16

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hoc nomine, Trinitas.

Præterea est vnum nomen, quod de nulla persona singillatim dicitur; sed de omnibus simul, idest Trinitas, quod non dicitur secundum substantiam: sed quasi collectiuum pluralitatem designat personarum.

De nominibus, quæ temporaliter Deo congruunt, nec relatiue dicuntur.

Sunt etiam quædam nomina, quæ ex tempore Deo conueniunt, nec relatiue dicuntur, ut humanatus, incarnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominum differentias assignauimus, quibus utimur loquentes de Deo, de quibus singulis agendum est.

Nomina, quæ ad singulas pertinent personas; quæque unitatem essentiæ significant, quomodo dicantur.

Sciendum est ergo, quod illa quę proprie ad singulas personas pertinent, relatiuè adinuicem dicuntur; sicut pater, & filius, & utriusque donum spiritus sanctus. Ea uero, quę unitatem essentiæ significant ad se dicuntur, & ea quę ad se dicuntur, substantialiter utiq; dicuntur, & de omnibus communiter, & de singulis sigillatim dicuntur personis, & singulariter non pluraliter accipiuntur in summa, ut Deus, bonus, potens, magnus, & huiusmodi. Quę autem relatiue dicuntur, substantialiter non dicuntur. Vnde Aug. in 5. Li. de Trin. ait. Quicquid ad se dicitur, in præstantissimā illa, & diuina sublimitate substantialiter dicitur. Quod aūt ad aliquid dicitur, non substantialitate dicitur; sed relatiue. Tantaq; est uis eiusdem substantiæ in patre & filio & spiritu sancto, ut quicquid de singulis ad se ipsos dicitur, non pluraliter in summa; sed singulariter accipiatur. Dicimus enim pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus, quod secundum substantiam dici nemo dubitat. Non tamen dicimus hanc Trinitatem esse tres Deos; sed unum Deum. Ita dicitur pater magnus, filius magnus, & spiritus sanctus magnus: non tamen tres magni; sed unus magnus. Ita enim omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus: non tamē tres omnipotētes: sed unus omnipotēs. Quicquid ergo ad seipsum dicitur Deus, & de singulis personis similiter dicitur, & simul de ipsa trinitate, non pluraliter, sed singulariter dicitur. Et quoniam non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse, sed idem est illi esse quod est magnum esse: propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines: sed vnam essentiam, & vnam magnitudinem.

Cap. 6 & 8.

Lib. 6. & Tri. c. 8

Quod Deus magnus est ea magnitudine, qua Deus est: sic de bonitate, & de omnibus, quæ secundum substantiam dicuntur.

Deus enim non est magnus ea magnitudine, quę non est quod ipse, vt quasi particeps eius sit, alioquin maior esset illa magnitudo quam Deus, Deo autem nō est aliquid maius: ea ergo magnitudine magnus est quæ ipse est. Ideoque nec tres magnitudines dicimus, sed vnam magnitudinem: nec tres magnos, sed vnum magnum: quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est; quia ipse est sua magnitudo. Ita & de bonitate, & eternitate, & omnipotētiā Dei dicendum est, & de omnibus omnino, quæ de Deo possunt pronunciari substantialiter: quibus ad seipsum dicitur, nō trāslatiuè ac per similitudinem, sed proprie, si tamen de illo proprie aliquid ore hominis dici potest. Ecce apertè docuit, quod nomina vnitatem diuinæ maiestatis significantia, & ad se dicuntur de Deo, idest, sine relatione, & de omnibus personis communiter, & de singulis diuisim dicuntur, nec pluraliter, sed singulariter in summa accipiuntur. Illa vero nomina, quæ propriè ad singulas pertinent personas, relatiuè, nō substantialiter dicūtur. Qd n. proprie singula in trinitate persona dicitur (vt ait Aug. in eodē) nullo mō ad seipsū, sed ad aliā inuicē, vel ad creaturā dicitur. Et iō relatiuè, nō substātialiter dici manifestū ē.

Libr. 5. de Tri. c. 11.

Ca. 11

VERBA egit Magr de sacra trinitate, scdm qđ catholice credit & intelligit. In hac parte agit de ea scdm qꝑ credita & intellecta ꝑ catholicos sermones exprimit. Vñ sicut ipse Magister dicit in litera, itendit hic agere đ noīum diuinorū diuersis

Ec illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud Boetii in lib. diuisionum Quod omnis diuisio est bimembris, uel ad bimembrem reducibilis, & hoc ibi. *Sciendum est igitur, quod illa, quæ propriè pertinent &c*] Item, prima diuiditur in duas. In prima ponit Magister differentias nominum diuinorum secundum Aug. & secundum Ambro. In secunda ad maiorem explanationem superaddit alias tres differẽtias, ibi. *His adijciendum est quædam nomina esse &c*] Similiter secunda pars in qua reducit hæc membra ad duo, habet duas partes. In prima ostendit quod noïa in diuinis quædam dicuntur relatiuè, & hæc pertinent ad personas: quædam ad se, & hæc dicuntur de omnibus simul. In secunda ostendit hoc esse uerũ ibi. *Deus, n. nõ est magnus ea magnitudine &c.*

Dub. 1. *HAEc adijciendum est, &c.*] Obiicit, quia aut diuisiones Aug. & Amb. sunt sufficientes aut nõ. Si sic: ergo Magister superflue addit. Si dicant insufficientes, ꝓ inconuenienti est habendum. Respond. Dicendum, ꝙ nec diuisio Aug. nec Ambr. est diminuta, nec additio Magistri superflua. Nam membra diuisionis Magistri includuntur ī membris diuisionis Ambrosii: illa. n. est ꝓ immediata: cũ. n. sit trimembris, reducitur ad has diuisiones, ꝙa oẽ nomẽ Dei aut ẽ ꝓprium, aut translatiuum. Si proprium, aut spectat ad substãtiã, aut ad psonas. Magister aũt ista membra magis specificat, ꝙa nomen aliquod põt spectare ad unitatem substantiæ, uel ab ęterno, uel ex tempore: similiter ad personas uel ab ęterno uel ex tempore. Et ad personas dupliciter, uel diuisim ut hoc nomen, pater: uel simul & coniunctim, ut hoc nomẽ Trinitas & ista sunt sex membra. Dub. 2.

Quasi collectiua &c] Videtur male dicere, quod trinitas ẽ qua si collectiuũ, qa unitas collectiua (ut dic. Bern.) est minima unitas, sed unitas trinitatis arcẽ tenet inter oẽs unitates: ergo &c. Resp. ꝙ hoc nomen, trinitas: differt in duobus a nomine proprię collectiuo. Primo, quia illa quæ nomen collectiuum colligit, habent simpliciter diuersitatem: & secundo, quia habẽt unitatem secundum quid, & econtra est in nomine trinitatis: tamen in hoc est similitudo, quia sicut nomen collectiuum plures simul dicit, & de nullo ꝙ se prædicatur, ita nec hoc nomen Trinitas predicatur de aliqua ꝙ sonarũ, & tñ oẽs simul ĩportat, iõ Magister non dicit, quod sit collectiuũ simpliciter, sed quasi.

Dub. 3. *Sciẽdum est ergo, quod illa, &c*] Circa hoc notandum, quod ex uerbis Aug. quæ hic ponuntur & in lib. de Trin. eliciuntur quędam regulæ de nominibus diuinis. Prima est hæc. Omne nomẽ quod dicitur de deo, dicitur uel secundum substantiam, uel secundum relationẽ, excepto hoc nomine Homo. Secũda est hęc. Omne nomen, quod dicitur de tribus personis, ita quod de qualibet, singulariter dicitur secundum substantiam, excepto nominibus partitiuis. Tertia est hæc. Omne nomen dictum secũdum substantiam, prædicatur de tribus ꝓsonis simul sumptis singulariter, excepto hoc nomine, persona. Quarta est hæc. Omne nomen dictum de Deo respectu creaturæ, indicat essentiam, excęptis his quæ pertinent ad unionem. Quinta est hæc. Omne nomen, quod dicitur de deo ex tempore, & non dicitur de ꝓsonis singulis, prædicat notionẽ uel quasi: & hoc dicitur propter hoc nomen, missus, quod dicit esse ab alio.

Dub. 4. *Non tamen tres omnipotentes &c.*] Cõtra, quia cum dicamus tres potentes, uidetur quod pari ratione possumus dicere tres omnipotẽtes. Resp. Dicendum, ꝙ uerbum semper adiectiuè & in adiacentia significat, & ideo semper trahit numerum a supposito. Similiter participiũ manẽs participium, quia habet naturam uerbi sed nomẽ, quia inquiete significat, aliquando substantiuat; & qñ numerat, tunc numerat sicut nomen substantiuum a parte suæ formę: & ideo quia potens, potest esse participium, omniporens est nomen tãtum, ideo non sic recipitur tres omnipotentes, sicut tres potentes, nisi omnipotens sit adiectium, & adiectiuè tentum. Ratio autẽ quare [oipotens] non potest esse participium, est propter compositionem, quam non admittit uerbum. Participium enim (ut dicit grammaticus) trãsit in nomen quatuor modis, cõpositione, ut indoctus, comparatione, ut doctior, cõstructione, ut amans illius, temporis amissione, ut amandus, secundum quod idem significat, uel idem sonat, quod amari dignus.

Dub. 5. *Deus enim non est magnus &c.*] Quæritur de ista ratione Aug.

Si Deus est participatione magnus: ergo magnitudo est maior quàm Deus. Et uidetur ista rõ non ualere. Non enim ualet. Iste est albedine albus per participationem: ergo albedo est albior quam ipse. Respon. Dicendum, quòd ratio Aug. bona est, & fundatur supra ipsam nominis expositionem: quia participare est partem capere, & si partem capit, ergo minus est quam totum. Quod ergo obiicitur de albedine, Dicẽdum, ꝙ est maius dupliciter: uel quantum ad esse, uel quantum ad posse: dicendum ergo est ꝙ participatio subiecti attenditur respectu formæ uniuersalis: & quamuis ipsa sit tota in subiecto quantum ad esse, non tamen quantũ ad posse, quia potest in aliis esse. Deo tamen nihil potest esse maius nec quantum ad esse, nec quantũ ad posse, & ideo argu. Aug. bene tenet ꝙ Deus nihil possit participare. Aliter potest dici, ꝙ argu. Aug. bene tenet in his formis, q̃ natę sunt aliquid de nominare per essentiam, & in talibus quod est per participationem, reducitur ad illud quod est per essentiam: & quandocunque sic est, quòd illud quod est ens per essentiam, excellit illud quod habet ens per participationem. Si ergo magnitudo ẽ magna per essentiam, & Deus pparticipationem, necessario sequitur, ꝙ magnitudo est maior quam Deus: non sic est de albedine, quia nõ est nata se denominare, nec de aliquo per essentiã prædicari, denominando illud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus nominabilis sit?

AD intelligentiam eorum, quæ in hac parte dicuntur de nominibus diuinis, quatuor quæruntur. Primò, quæritur, utrum deus sit nominabilis. Secundò, utrum uno nomine uel pluribus debeat nominari. Tertiò, supposito ꝙ plura sint nomina diuina, quæritur utrum omnia dicantur translatiue, aut etiam quædam dicantur propriè. Quartò, utrum nomina dicta de deo dicantur secundum substantiam, an etiam aliquo alio modo.

QVOD deus sit innominabilis, ostenditur auctoritatibus & rationibus. Auctoritatibus sic. Diony. de diuinis nominibus, deum neque dicere, neque intelligere possibile est. Et iterum. Dei neq; nomẽ est, neq; ratio, neq; opinio, neque phantasia: ergo deus ẽ omnino innominabilis. ITEM. Philosophus in Lib. de causis. Prima causa superior est omni narratione, sed quod est superius omni narratione, est inenarrabile, & omne tale innominabile: ergo &c. ITEM. Ratione ostenditur sic. Nomen proportionem & similitudinem aliquam habet ad nominatũ: ut uox ad significatũ, sed deus est infinitus omnino, uox autem omnis finita: ergo cum nulla sit proportio finiti ad infinitum, nulla per uocem erit expressio: ergo nec nominatio. ITEM. Omne nomen imponitur a forma aliqua sed in deo nõ est ponere certam formam. Vnde Augu. Deus qui omnem formam subterfugit intellectui penitus esse non potest: ergo &c. ITEM. Omne nomen significat substantiam cum qualitate: sed in Deo est substantia mera sine quantitate, & qualitate: ergo non conuenit Deum significari per nomen. ITEM. Quòd nec Deus sit nominabilis per pronomen. Pronomen enim non habet significationem determinatam nisi per demonstrationem, uel relationem. Demonstratio autem fit mediantibus accidentibus, quę possiunt oculis conspici, sed hæc non sunt in deo: ergo uidetur ꝙ dei neque sit nomen, neque pronomen.

CONTRA. In Psa. Dominus nomen est illi. Et iterum. Quã admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: ergo Deus habet nomen. ITEM. Dionysius fecit Librum de diuin. nominis: aut ergo deus est nominabilis, aut scientia ibi tradita cassa & inutilis. ITEM. Ratione uidetur, quia omne quod se exprimit uerbo, potest se exprimere signo uerbi: sed signũ uerbi est uox: ergo cum deus suo uerbo exprimatur, potest exprimi uoce, sed quod potest uoce exprimi, potest nominari. ergo &c. ITEM Quod conuenit intelligi conuenit significari siue enunciari: sed contingit deum a nobis cognosci, hoc certum est: & supra probatum est: ergo &c. ITEM. Quod conuenit laudare, cõuenit & nominare, sed deum conuenit laudare, imò ipse tum me laudabilis: ergo & nominabilis.

Cap. 1. et Libello de Mystica Theolog. c. 5.

Auctor. Lib. de Causis propositio. 6.

7. Metaph.

Super Io. sermone 38.

Psal. 67. & 8.

Psal. 9.

Re-

RESOLVTIO.

Et si non plenã, sem. plena tamẽ nominatione nominabilis Deus est.

RESP. Dicendum ꝙ sicut intelligere dicitur dupliciter, sic effabile & nominabile. Vno em̃ modo intelligere dicitur per perfectam comprehensionem. Alio modo per semiplenam cognitionem. Sic effabile dupliciter dicitur. Vno modo per perfectã expressionem. Alio modo per semiplenam narrationem: sic etiã nominabile. Si dicaẽ effabile sine nominabile ſm perfectionẽ expressionis, sic dicendum, ꝙ sicut Deus sibi soli est intelligibilis, sic sibi soli est effabilis & nominabilis, non alio nomine quam ipse sit, nec alio uerbo quam ipse sit: & sicut nobis est incõprehensibilis, ita & ineffabilis, ita etiam & innominabilis: & per hunc modum loquitur Diony. & Philosophus. Si uero dicatur effabile & noiabile secundum qualemcunque nominationem, sic quèad modum Deus est nobis cognoscibilis, ita & effabilis & noiabilis, & ꝙ melius cognoscit, melius effatur, & melius nominat & expressius. Vnde expressius nominat fidelis, & scriptura, ꝙ fidei suffragatur, ut sacra scriptura, q̃ ratio uel philosophia: & hoc modo ꝓcedunt rationes & auctoritates ad sectam partẽ.

AD ILLVD ergo, quod secundo obiicitur, de Dion. & Philo. iã patet rñsio, per hoc qđ loquũtur de noiatione, in qua est perfecta expressio. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ uox in hoc est ꝙ portionabilis uerbo interiori, si ue significato. Dicendũ, ꝙ hoc C intelligit denominatione, quæ totam rei significationem inclu dit: aliter non habet ueritatem, nisi intelligatur esse proportio ad rem sub ratione cognoscibilis. & sic potest esse nominabilis: q̃uis. n. Deus sit infinitus, tamen finite cognoscitur a nobis. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd Deus non habet formam. Dicendum, ꝙ non habet formã penitus nostro intellectui, cuiusmodi ẽ forma, cuius est imago in sensu: habet tamen formam, quia ipse est forma, quæ ẽ ratio cognoscendi, quoniã & si nos non cognoscimus in se, ipse cognoscit se in se, & nos eum in forma creata. Vñ a forma creata nos nomina imponimus, quã intelligimus & videmus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod nomen significat substantiam & qualitatem. Dicendum, quod substantia & qualitas non accipiuntur proprie, sed communiter, prout substantia dicitur qđ cognoscitur, qualitas dr quo cognoscit, & hoc ꝙ modũ quietis: & hoc dico propter uerbum, & participium, & aduerbium, qđ est dispositio uerbi: & quoniam in creaturis ut plurimum differt quod cognoscitur, & quo: ideo nomen in creaturis ut plurimum hoc importat per diuersitatem. In deo uero idem est cognitum & ratio cognoscendi quantum est de se, ideo significat nomen diuinum illa duo per differentiam rei: & ita saluatur ibi ratio substantiæ, & qualitatis, ut congruit nomini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

An Deus unum, uel plura nomina habeat?

VTRVM Deus habeat unum solum nomen, an plura. Et quòd plura, uidetur auctoritate scripturæ, quæ ipsum diuersis nominibus appellat. Exod. 3. Nomen meum magnum Adonai non indicaui eis. Exod. 15. Omnipotens nomen eius. Et Psalm. Dominus nomen illi. *Ps. 67.* Si ergo ista sunt diuersa nomina, patet auctoritate scripturæ, quòd DEVS habet plura nomina. ITEM. Diony. in Libr. de diui. nomi. plura assignat nomina Dei, & Ambro. similiter in Lib. de Trin. & Magister similiter in litera. ITEM. Hoc ipsum ratione uidetur, quia nullum nomen sufficienter exprimit esse diuinum, nec in se, nec in cõparatione ad intellectum. Quod patet, quia omnis perfectio & est, & intelligitur esse in Deo, & nullum nomen exprimit omnis conditionis perfectionem: ergo cum non possit fieri per unũ, indigemus pluribus. ITEM Illud in quo res conueniũt, & in quo differunt, aut necesse est pluribus modis dicere, aut necesse est unum æquiuocari. Sed æquiuocatio generat ambiguitatem, & tollenda est: ergo congruum est diuersis exprimere noĩbus: cũ ergo in diuinis sit commune & proprium, & hoc in pluribus, necesse est plura nomina esse. ITEM. quamuis sit ueritas una, tamen articuli fidei sunt multi: si ergo fides de Deo multos articulos credit, & quod corde creditur ad iustitiam, oportet ore confiteri ad salutem, multos potest & debet articulos ore confiteri: sed multi articuli uno nomine non expresse & explicite exprimuntur: ergo oportet habere plura nomina.

Ex principio Logi. li. 2. de fi. ad Gratianum Tom. 2.

CONTRA. Hilar. non sermoni res, sed rei sermo est subiectus: ergo cum in Deo sit omni moda realis unitas: ergo & uocis & nominis. ITEM. Omne qđ est in Deo, est Deus, ergo quod significat aliquid quod est in Deo, est deus: sed deus unus est: ergo omnia diuina nomina habent unum significatũ: sed omnia talia sunt synonima: nominibus autem synonimis non plus dicitur pluribus quam uno: ergo uidetur, quòd omnia alia ab uno nõ sint necessaria. ITEM Multiplicatio diuinorum noĩum aut uenit à parte rei, aut a parte intellectuum, aut a parte effectuum. Si à parte rei, tunc bonitas & ueritas non sunt nomina diuersa, quia res omnino una. Si a parte effectuum: tunc ergo unitas, & æternitas non sunt diuersa, cum nõ connotent effectum. Si à parte intellectuum solum: ergo uidetur, quòd huiusmodi nomina cassa sint, & uana: cum non habeant aliquid correspondens in re. ITEM. In scriptura nomen Dei singulariter proponitur, siue additur unit: ut cum dicitur, *Ps. 67.* Dominus nomen illi: siue pluribus, ut cum dicitur. In nomine patris & filii & spiritus sancti: ergo cum eadem sit ratio rei, & unius rei, & nominis, & unius nominis: ergo deus tantum unum habet nomen.

Est ex 1. Per hermi. & est dicendum. c. 8. sub finem in fine.

RESOLVTIO.

Quantum ad rationem innotescendi ex parte dei, unum est, & mirum atque præcipuum. Quantum uero ad rationẽ innotescendi ex parte creaturarum; uel pro uoce significante, uel pro re significata, plura.

RESP. Dicendum, q̃ in nomine tria sũt. s. uox. & significatio & ratio innotescendi. Vnde & nomen multipliciter accipitur. Aliquando pro uoce significante, ut cum dicitur, Petrus est nomen Apostoli: & sic constat, quòd in deo sunt plura nomina. Aliquando nomen accipitur pro re significata: ut cum dicitur, bonum & honestum sunt idem nomine: & sic in diuinis quodammodo est dicere nomen unum, quodammodo plura. Si enim res significata dicatur essentialiter, sic omnia unum. Si personaliter, sic plures, & plura nomina correspondentia. Aliquando nomen accipitur pro ipso notamine, siue ratione innotescendi, & sic dicendum quodãmodo nomen unũ, quodãmodo plura. Si enim accipitur ratio innotescendi ex parte Dei, sic innotescit per uirtutem, quæ una & magna est: & sic unum nomen dei est, & magnum siue maximum. Vnde Hie. 10. Magnus es tu & magnum nomen tuum, id est quãtum ad rationem innotescendi, siue uirtutem per quam innotescit, secundum quòd dicitur in Psalm. Notus in Iudæa *Ps. 75* Deus, in Israel magnum nomẽ eius. Si autem accipiatur ratio innotescendi ratione effectuũ siue creaturarum, sic diuersa sunt nomina. Nam deus innotescit nobis tripliciter. s. per causalitatem, per ablationem, & per excellentiam, & secundum hoc est multitudo nominum. Si. n. nominetur per causalitatem, multa sunt nomina, quia multos habet effectus. Si per ablationem, multa sunt nomina, quia multa remouentur. s. omnia creata. Si per excellentiam multa, quia in multis, in omnibus. s. conditionibus nobilitatis excedit creaturas.

EX prædictis patent obiecta. Quod enim obiicit, q̃ scriptura nomen dei exprimit singulariter. Dicendum, quòd scriptura ut plurimum nomen dei prędicat magnum, admirabile, sanctum, & laudabile, & sic non loquitur de nomine secundum q̃ uox: sed secundum q̃ ratio innotescendi a parte Dei, & sic unum: tamen non sequitur, loquitur singulariter, ergo unum solum: quia frequenter quod dicitur singulariter, dicitur & uniuersaliter, ut patet i multis exẽplis in Lege cum dicebatur, homo de Israel, uel homo qui fecerit hoc uel illud, intelligebatur de quolibet homine. AD ILLVD, quod obiicitur, quod pluralitas a parte rei est, Dicendũ, quod pluralitas a parte rei est, ut accipiatur res pro persona. Si autem pro natura, & sic si non sit pluralitas in se, tamen inquãtum innotescit: & ideo plura nomina. AD ILLVD, quod obiicitur, quod nomina talia sunt synonima. Dicendum quòd tunc sunt synonima cum dicuntur a parte uocis solum: hic autem est differẽtia, secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem innoteſcendi: & ideo non ſynonima. Alia ratio dicta fuit ſupra Diſti 8. in primo Problemate. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ ſi uenit à parte intelligendi ſolum: ergo talia nomina ſunt uana. Dicendum, ꝙ non uenit ab hoc ſolum, quoniam illi rationi innoteſcendi rñdet pluralitas in creaturis, & in Deo rñdet uera unitas cõplectẽs illam totam pluralitatem; unde quia intelligimus Dei potentiam, & ſapiẽtiam per diuerſa, diuerſimode nominatur: & quia in deo uera eſt ſapientia, & potẽtia, iõ nõ eſt ibi uanitas.

QVAESTIO III.

An omnia diuina nomina translatiua ſint.

VTRVM omnia nomina diuina dicantur translatiue, an etiam quædam dicantur proprie. Et quod omnia dicantur translatiue, uidetur. In regulis fidei dicitur, Omne ſimplex ꝓprie eſt, & improprie dicitur: ſed quod improprie dicitur, improprie nominatur: cum ergo deus ſit ſimplex, nominatur improprie, ſed improprietas reducitur ad proprietatem: ergo nomina diuina de deo dicuntur improprie, de aliis proprie: ſed quod dicitur de aliquo improprie, dicitur trãſlatiue, ſi de alio proprie, ergo &c. ITEM, unum quodque ſicut contingit intelligere, contingit & ſignificare: ſed non contingit deum intelligi niſi per proprietates, & conditiones creaturarum: ergo nec nominare, ſed quod nominatur ſecundum alienas proprietates, ſemper translatiue nominatur: ergo &c. ITEM. non eſt niſi duplex theologia, ſ. myſtica & ſymbolica, ſecundũ, quod uult Dionyſ. ſed utraque deum nominat translatiue. Nam myſtica per creaturas ſpirituales & inuiſibiles: ſed ſymbolicæ per corporales: ergo omnis nominatio dei translatiua eſt. ITEM. omne nomen diuinum eſt impoſitum propter noſtram inſtructionem, ſed omnis noſtra doctrina incipit a ſenſu: ergo omne nomen dei accipitur ſm aliquod ſenſibile: ſed in deo nulla eſt proprietas ſenſibilis ſm ueritatem: ſed ſolum translatiue: ergo &c.

Liber de regulis fidei.

Dionyſ. lib. de myſtic. Theo.

CONTRA. hoc dicit Apoſtolus. Ephe. 4. loquens de deo, Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominat: ſed ſi paternitas in terris noïat, noïat à paternitate dei: ergo deus ꝓprius & principalius dicitur pater, quam alia: non ergo translatiue. Hoc ipſum dicit Diony. & Damaſcenus innitẽtes huic auctoritati apoſtoli. Inquit enim Damaſcen. Sciendum, quod non eſt a nobis translatum ad beatam deitatem paternitatis, & filiationis, & proceſſionis nomen: ſicut ait diuinus Apoſtolus, Ex quo oĩs paternitas: ergo &c. ITEM. beatus Ambroſius dicit & habetur in litera, quod triplex eſt nominum diuinorum differentia, & vna ex illis ſunt nomina trãſlatiua: non ergo omnia dicuntur translatiue. ITEM. quædam dicuntur de deo, quæ habent oppoſitum in omni creatura, ut æternitas, & immenſitas: ſed nomen translatiuum attenditur ſecundum aliquam ſimilitudinem: ergo talia nomina non ſunt

Lib. de diuinis Nom. ca. 3. in princi. Damaſc. lib. 1. de orth. fide. ca. 12.

In prin. prolog. lib. 2. de fide ad Gra. Tom.

ſunt translatiua. ITEM. quędam dicuntur de deo quorum ſignificatum eſt proprie in ſolo deo, ut hoc nomen Bonũ, & Quiẽ. Matth. 19. Nemo bonus niſi ſolus deus. Et Aug. dicit, quod ſolus deus uere eſt, cuius comparatione cætera non ſunt.

Ex. 5. de Tri. ca. 2. & ex lib. 83. q. q. 17.

RESOLVTIO.

Quinimo quædam nullatenus tranſferuntur, nec ſecundum rem, nec ſecundum impoſitionem: quædam ſolum ſecundũ impoſitionem, ſed non ſecundum rem.

RESP. ad hoc uoluerunt quidam dicere: quod quædã ſunt nomina quę deus ſibi ipoſuit: quædam quæ nos ei impoſuimus. Si loquamur de nominib. quæ deus ſibi impoſuit, cum ipſe ſe proprie intelligat, huiuſmodi nomina ſunt propria, & talia dicuntur eſſe, bonum, & qui eſt. Vnde Diony. uidetur uelle, ꝙ illud nomen Bonum, ſolum ſit proprium & principale. Damaſ. quod illud nomen, Qui eſt, ſolum eſt proprium & principale: & unus attendit in nomine perfectionem, alter abſolutionem, uterque tamen ꝓprietatem. Si autem loquamur de nominibus quæ nos ei impoſuimus, ſic cum nos non cognoſcamus deum niſi ꝓ creaturas; nos eum non nominamus, niſi per nomina creaturarum, ideo ſolum translatiue: ſiue quia prius & prius conueniunt creaturæ: ſiue quia prius impoſita ſunt creaturæ, quamuis non proprius conueniant creaturæ, & hæc eſt translatio quædam: quamuis (proprie loquendo) ſit translatio, quando prius conueniunt his, a quibus transferuntur, ut ridere hominibus ꝓprius, quam pratis. Sed hæc poſitio non uidetur ſtare. Cum enim nos cognoſcamus deum tripliciter. ſ. per effectũ, per excellentiam, & per ablationem: conſtat, quod omnibus his modis contingit deum nominare. Si per effectum, nulla eſt ibi trãſlatio. Pariformiter ſi per excellentiam. Similiter ſi per ablationem: quoniam translatio attenditur ſecundum aliquam ſimilitudinem: omnes enim transferentes, ſecundum aliquam ſimilitudinem transferunt. ET PROPTEREA aliter dicendum, quòd quædam ſunt nomina, quæ ſignificant rem, cuius ueritas eſt in deo, & oppoſitum in creatura, ut immenſus & æternus: & talia nullo modo transferuntur: nec ſecundum rem, nec ſecundum impoſitionem. Quædam ſignificant rem cuius ueritas eſt in deo, & ſimilitudo eius in creatura, ut potentia, ſapientia, & uoluntas: & talia nomina transferuntur a creaturis ad deum, non ſecundum rem: ſed ſecundum impoſitionem: quia prius impoſita ſunt creaturis quàm deo; licet prius ſint in deo. Quædam ſunt nomina, quæ ſignificant rem cuius ueritas eſt in creatura, & conſimilis proprietas in deo, ut lapis, & leo: res enim ſignificata eſt in creatura: ſed ſimilitudo proprietatis, ut ſtabilitas, & fortitudo eſt in deo, & iſta ſunt proprie translatiua. Concedendũ, ergo: quod in diuinis ſunt aliqua noia translatiua, non oĩa.

Diony. lib. de diuinis Nom. ca. 3. in princi. Da. maſ. lib. 1. de orth. fide. ca. 12.

AD ILLVD ergo quod obiicitur, quod ſimplex improprie dicitur,

dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur. Dicēdum, quod dicere, ibi non est nominare, sed enunciare, quia in simplici non est compositio in essendo: sed compositio est in enunciando: & ideo impropric, non sic in nominando. Vel dic, quod nō omne dictum impropric, est dictum translatiue.

AD ILLVD ꝙ obiicitur, ꝙ solum per creaturas intelligitur, dicendum quod quamuis intelligatur solum per creaturas, non tamen solum per similitudinem, imo per negationē, & dissimilitudinem est cognoscibilis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod symbolica, & mystica theologia nominant Deum translatiue, Dicendum, quòd quamuis mystica nominet deū trāslatiue quantum ad proprietates excellentiæ, non tamen solum sic nominat, sed etiam per abnegationem, & ideo nō solū translatiue. AD ILLVD ꝙ obiicitur, ꝙ omnis nostra doctrina incipit a sensu, dicendum, quòd uerum est, ꝙ omne nomen habet aliquid sensibile secundum uocē, ut audiatur: sed nō oportet ꝙ habeat sensibilem significationem, quia uerbum intelligentiæ, quod est insensibile, indiuit uocem sensibilem.

QVAESTIO IIII.

An nomina dicta de deo, secundum substantiam dicantur.

VTRVM omnia nomina dicta de deo dicantur secundum substantiam. Et ꝙ non, imo aliter, ostenditur auctoritate Aug. ſ. de Trini. Illud præcipuè teneamus, quicquid ad se dicitur, prestantissima illa, & diuina sublimitas, substantialiter dicitur: quod autem dicitur ad aliud, non substātialiter, sed relatiue dicitur: sed pater & filius dicit ad aliud: ergo &c. ITEM. Boetius in lib. de Trin. Deus est sine quātitate magnus, sine qualitate bonus: sed non est sine relatione relatus: ergo relatiuere, & proprie manet in deo: ergo & modus dicendi relatiue. ITEM. hoc ipsum uidetur ratione, quia in diuinitate sunt aliqua nomina incommunicabilia, ut patet in omnibus personalibus: sed substantia est communicabilis, cum sit una in tribus: ergo talia nomina non indicant substantiam: ergo in diuinis est alius modus dicendi quam secundum substantiam, ITEM. in diuinis est alio, & alio modo se habere, qa aliter se hēt ad patrem filius, quàm ſ. ſ. sed non est aliud, & aliud esse, siue subsistere: ergo cum hoc contingat intelligere, & intellectum dicere, necesse est ꝙ sit ibi alius modus dicendi, & intelligendi, q̄ ſm substantiam: ergo &c.

Idem Aug. ſ. de Trī. c. 5. in fine.

CONTRA. omne quod dicitur, aut dicitur ſm substantiā, aut ſm accidens: quia substantia, & accidens sufficienter diuidunt ens: sed in diuinis nihil dicitur secundum accidens: ergo ſm substantiam, ITEM. omne quod dicit, aut dicit per se; aut non per se. Si per se, tunc ſm substantiam: si non per se, tunc ergo per aliud, & in alio, sed omnia quę dicūtur de deo, dīr per se: ergo omnia dicūtur ſm substantiam. ITEM. dict ſm substātiam, aut ſm relationem, aut dicit diuersitatē a parte rei, aut a parte modi intelligendi, siue

Cap. 6. & 8.

siue modi dicēdi. Si a parte rei: ergo in deo est diuersitas & cōpositio. Si a parte modi dicendi tunc cum diuersus sit modus dicendi, in hoc ꝙ est bonus, & in hoc ꝙ est magnus, & in hoc ꝙ est Deus: quia si quæratur, quātus est deus? respondetur magnus, non respondetur bonus. Similiter si quæratur qualis est Deus: rñdetur, bonus, non magnus: ergo non tantum essent duo modi, sed etiam multo plures, quàm duo. ITEM. quod rñdetur ad qōnem factam per qd, dicitur ſm substantiam, & quātum ad rem, & quantum ad modū: sed nomina relatiua respondentur ad quæstionem factam per quid de deo, ergo dicuntur secundum substantiam. Probatio minoris. Augu. in lib. de doctrina, Christiana. Si quæratur quid est Deus, conuenienter respondetur pater, & filius, & ſ. ſ. ITEM. cū quędā sint in diuinis, quæ non dīr ſm substantiam, sed nec ſm relationem, ut hoc nomen, incarnatus, hoc nomen ingenitus, uidetur ꝙ ista diuisio non complectatur omnia nomina diuina.

RESOLVTIO.

Nec omnia secundum substantiam dicuntur: sed quædam secundum relationem.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notādum, ꝙ est dicere diuersimode secūdum triplicem differentiam. Vno modo dici diuersimode attenditur secundum diuersum modum essendi, qui est per se, & per accidens. & hoc quidem modo non est dici diuersimode in diuinis, quia ista diuersitas modi, ponit diuersitatem essentialem in re dicta, & quantum ad hoc unus solus modus dicendi est in deo. Nam omnia quæ dicuntur de deo, sunt ipse deus, & eius substantia. Alio modo dici diuersi mode est secundum diuersum modum intelligendi, qui quidē attenditur secundum aliam, & aliam rationem, siue modum cognoscendi: & sic non tantum est dici diuersimode in nominibus diuinis, imo omnimode: quia deus non tantum cognoscitur per diuersa: imo per omnia rerum genera, & sic nomina dicta de Deo quædam dicuntur per modum substantiæ, ut deus, quædam per modum qualitatis, ut bonus, & sic de aliis omnibus. Tertio modo dici diuersimode est secundum diuersum modum se habēdi, quod quidem attenditur q̄tum ad absolutum, & ad comparatum, siue relatum: & hic quidem modus diuersitatis minor est quam primus, & maior quam secundus: Minor quàm primus, quia secundum primū attenditur diuersitas essentialis, & compositio. Maior quàm secundus, quia secūdum illum nō omnino attenditur in re distinctio. Secundum autem istū modum attenditur in eo unitas & pluralitas. Vnitas secundum absolutum, pluralitas secundū respectum. Et quantum ad hūc modum solum sunt duo modi dicendi. ſ. secundum substantiam ad se, & secundum relationem, ut illa, quę dicuntur ad aliquid. Quia uero nō dicunt aliū modum essendi: ideo hæc prædicantur de illis, & sunt unum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quia dicunt alium modum se habendi: ideo secundum hoc unitas, secundum illa pluralitas.

EXHIS patet obiecta. Quod enim obiicitur, ꝙ omne quod dicitur, dicitur secundum substantiam, uel secundum accidens: dicendum, quod in diuinis habet instantiam, ubi relatio non est accidens: nec tamen dicitur secundum substantiam.

AD ILLVD, quod obiicitur secundo, ꝙ omne quod dicitur in diuinis, est ens per se. Dicendum ꝙ uerum est sed tamen nō sequitur, dicitur ut ens per se: ergo secundum substantiam, quia non dicitur nomen dici secundum substantiam, ut substantia dicitur per se, sed ut dicitur ad se. AD ILLVD, quod obiicitur, qualis sit hæc diuersitas, aut secundum rem, aut secundum modum intelligendi; dicendū, ꝙ secundum modum habendi, qui non tantum est in nostro intellectu, sed etiam in re. AD ILLVD, quod obiicitur quarto, ꝙ nomina relatiua respondentur ad interrogationem factam de substantia. Dicēdum, ꝙ substantia dicitur dupliciter: aut ens p se, aut ad se. Si ut ens per se, tunc omnia, & relatiua & absoluta dicūt in deo substātiam: & quia hoc modo substantia respondetur ad quæstionem factam per quid, ideo omnia possunt responderi. Si autem dicatur substantia ut ens absolutum non comparatum, sic dicitur secundum substantiam quod dicitur ad se. Et sic non accipit Aug. & sic pater: & filius: & relatiua secundum substantiam non dicuntur. AD ILLVD, qđ ultimo obiicitur, quòd multa dicuntur de deo, quæ non dicūtur secundum substantiam, nec secundum relationem. Dicendū ꝙ dici relatiue in diuinis potest esse dupliciter. Quædam enim nomina dicuntur relatiue ex principali nominis intellectu, quædam ex consequenti. Prima differētia diuiditur in tres. Quia quædam significat relationem, & dicuntur relatiue, ut pater. Quædam significant relatione, ut paternitas, quæ non dicitur ad alterum, sed est ipsum quo alterum refertur. Quædam dicuntur relatiue, quia priuant relationem, ut ingenitus, improcessibilis, tamen ista non est priuatio pura, ut infra uidebitur. Quæ autem important relationem ex consequenti intellectu, similiter sunt secundum triplicem differentiam. Quædam. n. dicuntur dici relatiue, quia ponuntur pro relatiuis: ut cum dicitur, Deus generat Deum, ideſt pater filium. Quædam dicuntur relatiue: quia claudunt in suo significato interius relationem, ut cum dicitur, incarnatus, ictus enim est, ideſt carni unitus. unio enim dicit relationem, quæ singularem personā recipit: siue assumere carnem, & huiusmodi. Quædam dicuntur relatiue, quia claudunt relationem in suppositis, ut similis, & æqualis: non enim sunt similes nisi qui referuntur, & distinguuntur.

Dif. 25

DI-

De substantialibus nominibus diuinis in speciali.

PRædictis adiciendum est, quod cum omnia nomina quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter, non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, ut supra ostensum est: est tamen vnum nomen, scilicet persona, quod secundum substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter, non singulariter in summa accipitur. Dicimus. n. pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona, & hoc secundum substantiam dicitur. Nec tamen dicitur pater, & filius, & spiritus sanctus sunt una persona: sed tres personę. Hoc ergo nomen excipitur a prædicta regula nominum, quæ secundum substantiam de Deo dicuntur: quia cum hoc ad se dicatur, & secundum substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur. Di. præcedenti

Auctoritas quod persona ad se dicatur, & secundum substantiam.

Quod autem persona secundum substantiam dicatur, Aug. ostendit in 7. Li. de Tri. dicens, Non est aliud Deum esse, aliud personā esse: sed oīno idem. Itē, in hac Trinit. cū dicimus personā patris, nū aliud dicimus quā substantiā patris. Quocirca vt substantia patris ipse pater est, non quo pater est: sed quo est: ita & persona patris, non aliud, quam ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona, non ad filium, uel spiritum sanctum; sicut ad se Deus dicitur, & magnus, & bonus, & iustus, & huiusmodi. Et quemadmodū hoc ē illi esse, quod Deum esse, quod magnum esse, quod bonum esse: ita est hoc illi esse, quod personam esse. Ecce expresse habes, quod persona secundum substantiam dicitur, vt cum dicitur, pater est persona, hic sit sensus, pater est diuina essentia. Similiter cum dicitur, filius est persona, spiritus sanctus est persona, ideſt, essentia diuina. Cap. 6.

Cur pater, & filius, & Spiritus Sanctus non dicantur una persona.

Ideo oritur hic quæstio difficilis quidem; sed non inutilis,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua quæritur: Cur non dicantur hi tres vna persona, sicut una essentia, & unus Deus. Quam quæstionem Augu. diligenter tractat, atque congrue explicat in 7. Lib. de Tri. ita dicens, Cur non hæc tria simul unam personam dicimus, sicut unam essentiam, unum Deum; sed dicimus tres personas, cum tamen tres Deos, aut tres essentias non dicamus. Quia uolumus uel unum aliquod vocabulum seruare huic significationi qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceamus interrogati quid tres essent, cum tres esse fateamur. Cap. 6. Cap. 9. Cum ergo quæritur, quid tres, ut ait Aug. in Lib. 5. de Trinitate, Magna prorsus inopia humanum laborat eloquiū: dictum est tamen tres personæ, non vt illud diceretur: sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminētia hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter personæ, uidelicet, ut hoc uno nomine quærē tibus de tribus respondeamus. Lic. 7. c. 4.

Qua necessitate dictum sit tres personas a Latinis, & a Græcis, tres hypostases, uel substantiæ.

Qua necessitate non solum Latinus sermo: sed etiam Græcus, eadem pene super hac re laborans nominum penuria coarctatur. Vnde Aug. quid a Græcis, uel Latinis necessitate de ineffabili Trinitate dictum sit, aperiens. in 7. Libro de Trinitate ait. Loquendi causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus, dictum est a Græcis, una essentia, tres substantiæ, ideſt, una usia, tres hypostases. Aliter enim Græci accipiunt substantiam, quàm Latini. A Latinis autem dictum est, vna essentia, uel substantia, tres personę: quia non aliter in sermone nostro. ideſt Latino, essentia quàm substantia solet intelligi. Et vt intelligatur saltem in ænigmate, placuit ita dici, ut cum quæreretur quid tria sint, aliquid diceretur, quæ tria, tria esse fides vera pronunciat, cum & patrem non dicit esse filium, & spiritum sanctum, scilicet donum Dei, nec patrem dicit esse, nec filium. Cum ergo quæritur, quid tria, uel quid tres, conferimus nos ad inuenien- dum aliquod nomen, quo complectamur hæc tria. Neque occurrit animo: quia supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem excedit. Verius .n. cogitatur Deus, quàm dicitur, & uerius est, quàm cogitatur. Cap. 4.

Quid hoc nomine Tres, significetur.

Pater ergo, & filius, & spiritus sanctus, quoniam tres sunt, quod tres sint, quæramus, & quid commune habeant. Non enim possunt dici tres partes: quia tantum pater ibi pater est, nec tres filij: cum nec pater ibi sit filius, nec spiritus sancti: quia Spiritus sanctus propria significatione, qua donum Dei dicitur, nec pater est, nec filius. Quid ergo tres? Si tres personæ esse dicuntur, commune est eis id quod persona est. Certe enim quia pater est persona, & filius est persona, & s.s. est persona: ideo tres personæ dicuntur. Propterea ergo dicimus tres personas; quia cōmune est eis id, quod persona est. Ex prædictis aperte intelligi potest: qua necessitate dictum sit a Latinis tres personæ, cum persona secundū substantiam dicatur. Vnde & tribus commune est id quod persona est, ideſt, hoc nomen Persona.

Quare non dicimus tres Deos esse, patrem, & filium, & spiritum sanctum, ut dicimus tres personas.

Sed quæritur hic, cum dicamus patrem, & filiū, et spiritum sanctum esse tres personas: quia commune est eis quod persona est, ideſt, quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona: cur non dicamus similiter tres Deos, cum & pater sit Deus, & filius sit Deus, & Spiritus Sanctus sit Deus. Quia scilicet illud scriptura cō tradicit: hoc autem, & si non dicit, non tamen contradicit: unde Augustinus hanc mouens quæstionem, atque definiens in Libro septimo de Trinitate ait, Si ideo dicimus patrem, & filium, & spiritum sanctum esse tres personas: quia commune est eis id quod persona est: non etiam tres Deos dicimus? Certe, ut prædictum est: quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Quia ergo pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus Deus, cur non dicuntur tres Dij? Ecce proposuit hanc quæstionem, attende quid respondeat subdens, An ideo non dicuntur tres Dij: quia scriptura non dicit tres Deos? Sed nec tres personas alicubi scripturæ textus commemorat. An ideo licuit loquendi, & disputandi ne- Ibi August. Cap. 4.

cessitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſſitate tres perſonas dicere, non quia ſcriptura dicit, ſed quia ſcriptura non contradicit? Si autem diceremus tres
Deii.6 *Deos, contradiceret ſcriptura dicens, Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. Ecce abſolutio quæſtionis: quare potius dicamus tres perſonas, quàm tres Deos; quia ſcilicet illud non contradicit ſcriptura.*

Cur non dicimus tres eſſentias, ut tres perſonas.

Verum, & hic alia emergit quæſtio, quàm Auguſtinus conſequenter annexit dicens, Cur (inquit) & tres eſſentias non licet dicere; quod ſimiliter ſcriptura ſicut non dicit, ita non contradicit? At ſi dicis, quod propter unitatem Trinitatis non dicuntur tres eſſentiæ, ſed una eſſentia; quæro, cur non propter eandem unitatem Trinitatis dicantur una perſona, & non tres perſonæ. Vt enim eſt illis commune nomen eſſentiæ, ita ut ſingulus quiſque dicatur eſſentia: ſic illis cõmune eſt perſonæ uocabulum. Quid igitur reſtat, niſi ut fateamur loquendi neceſſitate a Græcis, & Latinis parta hæc uocabula aduerſus inſidias, uel errores hæreticorum? Cumque conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum ſenſus, quod in ſecretario mentis de Deo tenet, ſiue per piam fidem, ſiue per qualemcunq; intelligentiam, timuit dicere tres eſſentias, ne intelligeretur in illa ſumma æqualitate ulla diuerſitas. Rurſus non poterat dicere, non eſſe tria quædam, quod quia dixit Sabellius, in hæreſim lapſus eſt. Quæſiuit ergo quod tria diceret, & dixit tres perſonas, ſiue tres ſubſtantias ſecundum Græcos.

Sicut nos dicimus tres perſonas, ita Græci tres ſubſtantias, quas dicunt hypoſtaſes, aliter accipientes ſubſtantiam quàm nos.

Quod.n.de perſonis ſecundum noſtram, hoc de ſubſtãtijs ſecundũ conſuetudinẽ Græcorum oportet intelligi. Sic.n.illi dicunt tres ſubſtãtias unã eſſentiam, ideſt, tres hypoſtaſes unã vſiam: quẽadmodum nos dicimus tres perſonas unã eſſentiã, uel ſubſtantiã. Quanquã & illi ſi uellẽt, ſicut dicũt tres ſubſtãtias, tres hypoſtaſes, poſſent dicere tres perſonas, tria proſopa. Illud aũt maluerunt dicere: quia fortaſſe ſecũdum linguæ ſuæ conſuetudinem aptius dicitur.

Quod

Quod in trinitate non eſt diuerſitas, nec ſingularitas, uel ſolitudo: ſed unitas, & Trinitas, & diſtinctio, & identitas.

Iam ſufficienter (ut puto) oſtenſum eſt qua neceſſitate dicamus tres perſonas, & quare non ſimiliter tres deos, uel eſſentias: quia. ſ. in altero obuiat ſcriptura, in altero diuerſitatis intelligentia, quia ibi nulla penitus eſt diuerſitas, ſicut nec ſingularitas uel ſolitudo, ſed unitas & Trinitas. Cap.4.
Vnde Aug. in lib. 7. de Trinit. ait, Humana inopia quærens quid diceret tria, dicit tres perſonas, uel ſubſtãtias. Quibus nominibus non diuerſitatem uoluit intelligi, ſed ſingularitatem noluit, ut non ſolum ibi unitas intelligatur ex eo quod dicitur una eſſentia; ſed trinitas, ex eo, quòd dicuntur tres perſonæ. Hilarius quoque in lia. 7. de Trin. ait, Do- Non tõ ge a fine li. 7.
minus dicit, Qui me uidet, uidet & patrem. Cum hoc dicitur, excluditur ſingulatque unici, ideſt ſolitarii intelligentia. Nam nec ſolitarium ſermo ſignificat, & indifferentem tamen naturam profeſſio docet. Viſus eſt enim in filio pater per naturæ unitam ſimilitudinem. Vnum enim ſunt natus, & generans, unum ſunt, neque unus. Non itaque ſolitarius filius eſt, nec ſingularis, nec diſpar. Item in eodem, Sicut in patre, & filio credere duos impium eſt; ita patrem, & filium ſingularem deum prædicare ſacrilegum eſt. Nihil in his nouum, nihil diuerſum, nihil alienum, nihil ſeparabile eſt. De hoc etiam Auguſtinus in libro quæſtionum To. 4. q
ueteris, ac nouæ legis ait, Vnus eſt Deus, ſed non ſingularis. 122. li.
Item, Ambroſius in libro de fide ait: Quod unius eſt ſubſtantiæ, ſeparari non poteſt, & ſi non ſit ſingularitatis; ſed unitatis. Deus unus cum dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit, & ideo nõ quod ſingularitatis, ſed quod unitatis eſt prædicatur. Ecce ex prædictis oſtenditur, quia nec ſingularis, nec diuerſus, nec unicus uel ſolitarius conſitendus eſt deus, quia ſingularitas, uel ſolitudo perſonarum pluralitatem excludit, & diuerſitas unitatem eſſentiæ tollit. Diuerſitas inducit ſeparationem diuinitatis, ſingularitas admit diſtinctionem trinitatis. Idem Amb. in 2. lib. de fide ait, Nõ eſt diuerſa, nec ſingularis æqualitas. Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

inxta Sabellianos, patrem filiumque confundens: nec iuxtá Arrianos patrem, filiumque secernẽs. Pater enim & filius distinctionem habent, separationem vero non habent. Item in eodem, Pater & filius diuinitate sunt vnum, nec est ibi substantiæ differentia, nec vlla diuersitas: alioquin quomodo unum Deum dicimus? diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex prædictis, quia in trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personę, & huiusmodi, diuersas, dicit distinctas.

Quod non debet dici Deus multiplex.

Et sicut in trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas, & iõ nõ est dicẽdus Deus multiplex, sed trinus & simplex. Vnde Ambr. in 1. Lib. de fide ait. Est in patre & filio non discrepans, sed una diuinitas: nec confusum quod vnum est, nec multiplex esse potest, quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

SVPRA egit Magister de diuersitate diuinorum nominum in generali. Hic incipit secunda pars, in qua agit de eadem in speciali. Et quoniam quædam sunt nomina substantialia, quædam relatiua: & hæc contingit considerare absolute, & ad se, ideo hęc pars habet tres partes. In prima agit de nominibus substantialibus. In secunda de relatiuis, infra Distin. 26. *Nunc de proprietatibus personarum &c.*] In tertia de his relatiuis ad inuicem, infra Distin. 33. *Post supra dicta interius considerari &c.*] Et quoniam inter nomina substantialia, hoc nomen persona excipitur a generali regula, quæ est, quod substantiale dicitur de tribus singulariter: ideo nomen istud primo a generali regula excipit, ostendens, q; debemus dicere tres psonas, & hoc in præsenti Distinctione. Secundo uero determinat quid significetur per hoc nomẽ, tres, & per hoc nomẽ, personas, cum dicimus, tres personas, infra Distinctione proxima ibid. *Hic diligenter inquirendum est &c.*] Prima pars habet quatuor. In prima Magister illud nomen excipit a generali regula. In secunda rationem huius exceptionis insinuat ibi. *Idcirco orium hic quæstio difficilis &c.*] Ostendens, quod fuit inopia humani eloquii. In tertia Magister contra assignationem obponit, & determinat ibi. *Sed quæritur, cum dicamus patrem & filium & spiritum sanctum &c.*] In quarta epilogat determinata ut addat, ibi. *Iam sufficienter (ut puto) ostensum est &c.*] Harum partium subdiuisiones per se patent.

Vna

VNa usia, tres hypostases &c.] Videtur hoc esse contra id, quod dicit Hieronymus. Taceamus tres hypostases: non bonæ suppositionis nomen est, igitur non debet dici. Præterea uidetur, quod nomen hypostasis nullo modo debeat recipi, uel nomen usia, quia Boetius dicit super Libro Prædicamentorũ, quod hypostasis est materia, usiosis forma, usia compositũ: sed in diuinis non recipitur materia, nec compositum, igitur &c. Respondeo dicendum, q; Hieronym. non dicit non tres esse hypostases, quia falsum esset, uel erroneum: sed quia nomen erat insuetum, & uidebatur sonare idem, quod substantia, & substantia secundum cõmunem acceptionem, non dicitur pluraliter de personis: & ideo uolebat tunc tacere, ne hæretici acciperẽt occasionem malignandi. Nunc autem illud nomen specificatum est & expressum, ideo modo conceditur. Ad illud, quod obiicitur secundo. Dicendum, quod huiusmodi nomina aliter accipiuntur in philosophia, aliter in rhetorica, & hoc patet per Boetium qui aliter accipit loquens ut Philosophus, aliter loquens ut Theologus in Libro de duabus naturis, & una persona Christi. *Ad Dum.* *Dub. 1.*

Verum enim cogitatur Deus &c.] Videtur falsum, quia omnis fidelis cogitat Deum esse trinum & unum, & nihil est uerius isto: igitur non est uerius quam cogitatur. Item, uidetur falsum, quod dicit, quod uerius cogitatur, quam dicatur: multa enim dicimus, quæ non intelgimus, igitur plus se extendit ueritas sermonis, quam interioris cogitationis. Item, ego dico Deum esse summè uerum, sed nihil potest uerius cogitari, nec esse magis summe uerum, igitur, &c. Respondeo Dicedum, quod sermo Augustini. est duplex. Potest enim esse comparatio entis ad ipsum cogitatum, & cogitati ad dictum, & sic non habet ueritatem, quia unus & idem est Deus, qui est, & qui cogitatur, & qui dicitur, & æqualiter uerus. Potest iterum fieri comparatio ad actum essendi, & cogitandi, & loquendi: & sic habet sermo Augustin. ueritatem: quoniam Deus in suo esse habet summã ueritatem. Cogitatio uerò nostra cum sit creata, & exemplata a summa ueritate, non potest esse summe uera: similiter nec locutio, & ideo minus de ueritate habet. Et rursus cum magis assimilet summo uero actus cogitandi interior, quam actus loquendi exterior, magis habet de ueritate cogitatio quam locutio, quia Deo est similior. Rationes uero ad oppositum procedunt secundum primam uiam. *Dub. 1.*

An ideo licuit loquendi &c.] Contra, quia scriptura non contradicit, igitur licuit dicere patrem filium, & spiritum sanctum non esse tres personas, sed non licet dicere nisi uerum, igitur huiusmodi oppositum falsum. Respondeo quòd ista non fuit tota ratio dicti, sed Augustinus subticiet partem causæ. Ratio enim fuit (sicut ipse aperit in sequentibus) quia ratio consonabat, & scriptura non cõ *Dub. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradicebat. Nam si scriptura contradiceret, quantumcunque ratio dictaret, non esset dicendum: & propter hoc non licuit dicere tres essentias, quia ratio non consonabat. Quare autem ratio magis consonat in hoc nomine, persona, quam in hoc nomine, essentia patet si attendatur significatum utriusque ex uerbis Augustini, quæ Magister dicit. Quare dictum est ab ecclesia tres personæ, patet quia triplex fuit ratio. Prima fuit, quia necessitas imminebat. Secunda, quia ratio consonabat. Tertia, quia scriptura in nullo contradicebat, immo etiam consonabat. Vnde minus dicit, & plus intelligit, quando dicit, quod scriptura non contradicit.

Dub. 4. *Ibi nulla penitus est diuersitas &c.*] Contra, quia si hoc est uerum, igitur ibi est omnis identitas igitur naturæ, & personæ. Dicendum, quod faciēda est uis in uerbo Diuersitas. Diuersitas enim attenditur, quantum ad principia essentialia siue substantialia: quia igitur in diuinis quantum ad substātialia nulla cadit differentia, ideo dicit, nulla diuersitas: ideo non sequitur, quod penitus omnino est identitas, nisi ad da tur determinatio, scilicet quo ad essentialia: & sic patet illud.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An ad diuina transferri debuit nomen personæ?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in præsenti Distin. de his nominibus, persona, substantia, & essentia, duo principaliter quæruntur. Primo quæritur de translatione istorum nominum ad diuina. Secūdò, de nominatione eorundem in diuinis. Circa primum quæruntur tria. Primo, utrum ad diuina debuit transferri nomen personæ. Secundo, uero utrum nomen substantiæ. Tertio, utrum nomen essentiæ.

VTRVM debuerit transferri nomen personę ad diuina.

Et quod nomen personæ non debeat dici in diuinis, ostenditur sic. Augu. 7. de Trini. & habetur in litera. Dictum est tres personæ, nō ut illud diceretur, sed ne taceretur; ergo uidetur, quod solum ad fugam hæreticorum & non secundum ueritatem & ꝓprietatem dicatur persona in diuinis. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione, quia persona nominat particulare, & non quodcunq; sed rationalis naturæ, sed a quocunq; remouetur superius, & iferius: ergo cum in diuinis non sit dicere particulare, similiter nec erit dicere personā. ITEM. particulare rōnalis creaturę est compietissimum inter oīa creata. Nam cōpositum est ex substātia corporali & spirituali: & rursus, corporalis inter oēs uī habetie maiorem cōpositionem: ergo cum persona sit nomen particularis, & hoc summa simplicitas, patet, quod in diuinis non oportet dici nomen personæ ITEM Vocabula nostra debent respondere Græcis, ut unitas fidei ostendat: sed Greci non utuntur uocabulo ꝓsopon in diuinis, quod est idem quod persona: ergo cum ipsi ꝓprius habeant uocabula quam nos, & non utunt, nec nos debemus uti.

CONTRA. Persona dicit qua si per se sonans, siue per se una: sed per se unum propriissimè recipitur in Deo: ergo & persona ſm suum nomen. ITEM. persona dicitur habens suam naturā intellectualem ab aliis distinctā. sed in Deo est ponere habētem naturam intellectualem ab aliis distinctam, sicut supra ostēsum est de pluralitate personarum: ergo &c. ITEM. Persona notat mihi ultimum in genere rationalis naturæ: sed rōnalis, siue intellectualis natura est nobilior inter creata: & rursus, ultimum in illa est complectissimum, qa ei nulla potest fieri additio: ergo si quicquid cōpletionis est, ponendum est in Deo propriissimè: ergo patet &c. ITEM. Persona dicit dignitatem. Vnde in ecclesiis Personę dicuntur habētes dignitatem aliquā notabilē: ergo cum dignitas propriissime sit in Deo, nomen personæ propriissime in Deo ponendum est.

RESOLVTIO.

Cum persona de sui ratione dicat suppositum, proprietate distinctū & ad dignitatem pertinens, non iniuria S. S. dictante ad diuina translatum est.

RESP. Dicendum, ꝙ persona de sui ratione dicit suppositum distinctum ꝓprietate ad dignitatem pertinens: & hoc patet in sua ethymologia, & inæquipollenti suo. In ethymologia, quia persona dicitur quasi ꝓ se una: per se autem unum, propriè dicitur unum, quod est omnino distinctum ab aliis, & in se indistinctum. Rursum persona dicitur a personando, quasi per se resonando: resonare autem dicitur, quod in sono præeminet aliis: & ideo persona dicitur suppositum distinctum habens dignitatem: & ratione huius dignitatis cum deberet ꝑ naturā uocabuli dici persona penultima correpta, dicitur persona penultima producta. Similiter ratio huius significationis accipit ab æquipollentia in lingua Græca, qđ est prosopon. Apud Græcos prosopon dicebatur (sicut narrat Boetius) homo laruatus quidem solebat fieri in tragediis: & hoc fiebat propter duo. Vna ratio erat ad distincte representandum eum, de quo fiebat sermo. Alia ratio erat ad melius personandum, uel resonandum: & ista duo conueniūt prædictis duabus proprietatib. & ideo ab hoc nomine Prosopon apud Græcos, tractum est hoc nomen Persona apud Latinos: & quia in ecclesiis maxime attenditur distinctio dignitatum, tractum est primo ad significandum honorem in ecclesiis. deinde quia individuum rationalis naturę distinctum est ab aliis, & hoc proprietate dignitatis inter creaturas: hinc ē, quod extenium est ad significā dum suppositum rationalis na-

Lib. de Duab. Natu. & una ꝑ sona Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ. Deinde quia in Deo est reperire suppositū distinctū proprietate nobilissima, S. substātiā, dictāte, translatū est ad diuina, quia ibi res nōis propriissime inuenitur: quis ipsum nomē prius aliis sit impositū. Concedendū est ergo quod in diuinis proprie & cōueniēter nomen personæ accipit.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, ꝙ dictum est, non ut diceretur. Dicendum ꝙ Augu. loquit de tempore illo in quo nomen personæ ēm usum æquiualebat substantię, & iō dictum est non ut diceretur, qđ persona consueuerat significare, sed dictum est quasi translatum ne taceret, id est ne confessio fidei diminuta esse probaret. AD ILLVD quod obiicitur, ꝙ persona nōiat particulare. Dicendum, ꝙ particulare de rōne sui nominis importat partem, & imperfectionem, sed persona de ratione sui nominis importat cōplectionem, ideo ponitur in diuinis quamuis nō particulare, & bene: quia in diuinis nomen speciei proprie dicitur, & nomē generis improprie. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ persona nominat compositissimum. Dicendum, ꝙ hoc accidit, quia indiuiduum rationalis naturæ creatæ est in genere, & ideo multis differentiis distat, cum distinguatur qualitate: sed in diuinis est distinctio sola origine, & prēterea nō est ī genere: & ideo nō oportet, quod sit ibi aggregatio differentiarum. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ apud Græcos non utuntur æquipollēti. ſ. prosopon. Dicendum, ꝙ ratio utendi apud Latinos non fuit proprietas, quam penuria, quia non habebant quod respōderent: & ratio huius fuit, quia substantia secundum communem usum idem sonat, quod essentia, Græci autem habebant proprium uocabulum, scilicet hypostasis, quo utuntur, & ideo nō sunt ut nos coacti trāsferre.

QVAESTIO II.

An in diuinis utendum sit nomine substantiæ & subsistentiæ?

VTRVM nomen substantiæ dici debeat in diuinis, uel etiam subsistentiæ. Et quod sic, uidetur. Augustī. Libr. 5. de Trinit. Deus absque ulla dubitatione dicitur substantia (uel si melius appellatur) essentia, *Cap. 5.*

ITEM. Tam Boetius, quam Augustin. de Trinit. dicunt, quod aliorum nominum genera, ut magnitudo, bonitas &c. transeāt in substantiā: si ergo substantia non transeat in aliud, constat substātiæ nomen proprie dici: nam si non proprie, quę benè diceretur, quod substantia trāseat in alia, sicut econuersō. *Boet. in libello de trin. sit unum deus uel tres dij. Aug. 7. de Trin. c. 5. & 6*

ITEM. Ratio substantiæ secundum Philoso. est, quod est ens per se, sed solus Deus proprissime est per se. ITEM. Ratio substantiæ secundum Aug. est dici ad se, & absolute: sed ibi est proprie dici ad se, ubi nulla est dependentia: ergo si hoc est in Deo: ergo &c. *Lib. 5. Tri. 4*

CONTRA. Aug. 7. de Tri. Inconueniens est dicere de deo, quod substet bonitati suę: sed si de bonitate, eadem ratione & de qualibet ꝓprietate: ergo simpliciter loquendo, inconueniēs est dicere ipsum esse substantiam. ITEM. Boetius in Libr. de Trin. deus non est substātia, sed *Cap. 5.*

supra omnem substantiam: ergo hoc nomen substantia proprie est in creaturis & non in deo. ITEM. hoc ipsum uidet ratione, omne, quod substat, habet aliquid inhęrens, sed in deo nō est inhærens. ITEM. oē, qđ substat, alicui illi compouitur: ergo ubi nō est compositio, nec nomen compositionis, ibi nec nomen substantiæ: ergo cum in diuinis non sit compositio, patet &c.

RESOLVTIO.

Vndecunqu derinetur substantia, uel a per se stando, uel a substando semper uerius & rectius utimur in diuinis, quā in creaturis.

RESP. Dicendum, ꝙ nomen substantiæ a duplici proprietate pōt dici, uidelicet a per se stādo, non per aliud: si sic, proprie est in diuinis, & magis ꝓprie ꝙ in creaturis. Vel a substando alii, uel aliis. Et hoc ē tripliciter. Vel alii inhærenti, & sic falsc & improprie dr̄ in diuinis: quia ꝓprietates in diuinis nō sunt accidentes, nec inhęrētes. Vel alii distinguenti, & sic dr̄ in diuinis nō omnino improprie, nec omnino proprie, quia proprietas illa non inhæret, & ideo non facit subsistere siue substare, quasi sub alio stare, sed existere: qa ab alio esse: & hinc est quod Richar. dicit in Lib. de Tri. ꝙ melius dr̄ existentia quàm substantia. Vel quia substat ut perficiēti, & sic dicitur res naturæ substare respectu essentię, & iste modus magis est circa nostrum intelligere, quam circa diuinum esse: & sicut patebit in sequenti Problemate, ex nostro intellectu cuenit talis modus dicendi, non ex proprietate diuini esse.

QVAESTIO III.

An in diuinis & nomina essentiæ uendum est?

VTRVM nomen essentiæ dei debeat in diuinis. Et qđ sic, uidetur Aug. de Trin. Essentia uere ac proprie dicitur, in diuinis, ita ut forte solum deum dici oporteat per essentiam. *Lib. 7. c. 5. in fine.*

ITEM. hoc nomen [qui est] est nomen, quod ipse deus sibi imposuit: ergo si ipse proprie se nominat, deus proprie dicitur qui est: sed de quocunque proprie dicitur [qui est] proprie potest dici de ipso essentia: ergo & in diuinis dicitur essentia. ITEM. inter omnia nomina, nomen essentiæ est absolutissimum. Vnde essentia secundum Auicēnam dicitur rei quidditas nomine absoluto: cum ergo in diuinis sit omnimoda absolutio, ergo nomen essentiæ.

CONTRA. Non intelligimus Deum nisi in creaturis & per creaturas, sed nominatio Dei est per nostrum intelligere: ergo nullum absolutum nomen oīno debet poni in deo. ITEM, quæro in quo differant nomen substantiæ, & nomen essentiæ. Nam substantia aut dicit cōmune, aut suppositum. Si suppositum: ergo superfluit nomen personæ. Si commune: ergo superfluit nomen essentiæ: ergo cū debeamus labia nostra circuncidere in loquēdo de deo, nequaquam debet poni hoc nomen in deo. ITEM. quæritur gratia huius de necessitate, & sufficientia, & differentia istorum quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruor nominum, essentia, subsistentia, substantia, & persona.

RESOLVTIO.

Si græcè nomine usiæ congruè indimus utimur, & latine nomine essentiæ congruè utemur: cum tãdem nomẽ hoc nostrum apud nos ualeat; quantum apud illos suum.

RESP. Ad intelligentiam prędictorum est notandum, quod ista quatuor nomina, siue uocabula respõdent quatuor uocabulis in Græco, quæ sunt usia, usiosis, hypostasis, & prosopon; ut usiã respondeat essentię, usiosis substãtiæ, hypostasis subsistentiæ, prosopon personæ. Ratio aũt & sufficientia istorũ quatuor nominum aliqñ accipitur sic. In diuinis est accipere communicabile, & incõmunicabile, & hoc ex ueritate & necessitate fidei, quę dicit deum trinum & unum: & cum debeamus intelligere in deo, quod uere est per illud quod uidemus in his inferioribus, maxime secundum notabiles & primas & præcipuas conditiones, cum in cõi in inferioribus inueniatur, quod est & quo, rõne cuius significatur in concretione & in abstractione, ut dicatur homo, & humanitas: sic in diuinis intelligimus, q̃uis non intelligamus in differentia illa duo: ideo & in abstractione significatur per hoc nomẽ Deitas, & in concretione p hoc nomen Deus: & ideo imposuimus ei nomen quo significaremus ipsum quo est, & hoc est Essentia, & ipsum quod est, & hoc est Substãtia, & ita hęc duo nomina accipiuntur ex parte communis. Et est in diuinis accipere, quod est incommunicabile, & hoc est quid distinctum, siue quis distinctus. Et hoc quidem dupliciter contingit intelligi siue significari. Vel inquantum distinguibile, & hoc per nomen subsistentiæ siue hypostasis. Vel inquantum distinctum, & hoc per nomen personę. Et licet in deo nihil differãt distinguibile & distinctum, quia potentia in eo semper actui est cõiuncta, tamen contingit dupliciter nomine significari. Vnde differunt ista quatuor nomina secundum modum intelligendi, sicut quo est, & quod est; & qui est, & quis est: & quoniam in deo idem est quo est & quod é, ex una parte: & distinguibile & distinctum ex alia secundum rem, sancti accipiunt & substantiam & essentiam pro eodem: similiter & hypostasis nomine utuntur Græci pro supposito actu distincto. Vnde distinctio per quo est, & quod est, & per distinguibile & distinctum, in omnibus diuinis nõ facit diuersitatem nisi secundum rationẽ intelligendi. FVERVNT & alii uolentes dicere ꝙ substantia & essentia accipiuntur ex parte cõmunis, sed differenter. quia illud commune contingit intelligi sub duplici ratione. Vna est, ꝙ omnia indigent eo ut sint. Alia est, ꝙ ipsum non egit aliis. Primo modo dicitur essentia a qua, & per quam omnia sunt: secundo modo substantia, qñ per se stat aliis circumscriptis. Subsistentia uero siue hypostasis, & persona accipiuntur ex parte incommunicabilis, & differunt, quamuis n. utrunq; nomen dicat quid distinctum, tamen hypostasis dicit suppositũ substantię distinctum, sed persona dicit distinctum proprietate nobili. FVERVNT alii, q̃ uoluerunt dicere ꝙ ista quatuor nomina distinguuntur per cõicabile & incommunicabile, ꝛm ꝙ potest unumquodque dupliciter significari. s. uel in abstractione, uel in concretione. Nã communicabile potest significare in abstractione, & sic dicitur essentia: uel in concretione ad suppositum, & sic dicitur substantia. Sic̃ incommunicabile potest significari in abstractione, & sic dicitur subsistentia siue hypostasis: uel in concretione, & sic dr̃ persona. Sed tñ oẽs isti modi habent calumniã. Primus quidẽ qui sumitur p distinguibile & distinctum, quia Gręci utuntur persona: & ita pro supposito distincto, & Damas. dicit, ꝙ hypostasis est substantia cum proprietatibus: & ita significat actu distinctum. Secundus modus similiter habet calumniam, quia essentia non uł aliquo modo significari ut in rõne causæ respectu aliorum, cũ sit nomen absolutissimum. Tertius modus habet calumniam, quia substantia significatur in abstractione sicut essentia: & p̃terea est dubiũ, utrũ sit intellegere hypostases in abstractis proprietatibus: & ideo si non est intelligere, qũo contingit significare? ET propterea quartus modus dicendi est, quòd cum fides dicat deum esse trinum & unũ: inquantum dicit unum, nõ possumus intellegere unum, quin intelligamus quod est & quo ẽ unum: & quo est unum est id quo est: & quod est unum est illud, quod est: primum est essentia, secundum substantia. Si ĩtelligamus trinum, necesse est quod intelligamus eum, qui distinguitur, & quo distinguitur. Quo distinguitur, est proprietas: ille autem qui distinguitur, semper significatur ut distinctus. Et hoc põt esse dupliciter, uel ut distinctus ꝓprietate quacunque, uel ut distinctus proprietate nobili siue notabili: primum significatur nomine substantiæ, quæ dicitur prima substantia: & nõ tantum conuenit indiuiduo hominis, sed ẽt asini. Secundum, ꝙ significatur per hoc nomen, persona, quod importat nobilem proprietatem: non conuenit nisi suppositorationalis creaturæ: quia Græci utunt hypostasis noĩe, sicut nos noĩe personę, ut dicit Boetius, ꝙ Græci utuntur noĩe hypostasis pro supposito rõnalis creaturę.

HIS uisis patent obiecta. Qd autem obiicitur, ꝙ non debemus deum nominare absolutè. Dicendum, quòd quamuis nominemus deum per creaturas, tamen etiam per creaturas cognoscimus eum habere esse absolutum: Alia patent.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An nomen substantiæ in diuinis numeretur.

CONSEQVENTER est quæstio secundo de numeratione nominum prædictorum: & supposito, quòd numeretur hoc nomen Persona, quæritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur, utrum in diuinis numeretur hoc nomen substantia. Secũdo queritur, si numeretur essentia. Tertio, si hoc nomen deus, utrũ. s. catholice possimus dicere plures deos.

QVOD numeretur hoc nomẽ substantia, ostenditur sic. Hila. de synodis, Sunt quidem per substantiam tria: sed unum per consonantiam. ITEM. Ansel. in fine Monol. Aptius tres dicuntur substantiæ. ITEM. Boetius in lib. de duabus naturis & una persona Christi, Dicimus unam essentiam, & tres substantias. ITEM. hoc ipsum uidetur ratione, quia substantia est medium inter essentiam & personam: sed medium sapit naturã extremorum: ergo pari ratione qua dicitur una substantia ab unitate essentiæ, poterit dici plures a pluralitate personarum. ITEM. omnis numerus ad substãtiam reducitur originaliter, nunquam enim accidentia uel proprietates numerantur nisi per substantiam, sed actus numerantur, & pluraliter dicuntur in diuinis: ergo necesse est ponere numerũ ſm substantiã: ꝙ autem pluraliter dicantur, patet, dr. n. pater & filius & s. s. creant. ITEM. Idem, est relatiuũ substantiæ: sicut talis & qualis qualitatis: sed hæc est falsa, pater est idem cum filio, quia dicit Hilarius, ꝙ non possumus dicere Deum eundem: ergo necesse est ꝙ cadat distinctio in substantia: si ergo propter distinctionem personarum dicamus plures personas: ergo & plures substantias.

CONTRA. Nihil magis dr secundum substantiam, quã hoc nomen substantia: si ergo nomina substantialia dicuntur de omnibus singulariter, sicut patet ex regula Aug. supra posita: ergo &c. ITEM. inter quæcunque cadit distinctio secundum substantiam, cadit uera diuersitas: sed inter patrem & filium non est confitenda diuersitas: ergo nec numerus secundum substãtiam: ergo non est dicere plures substantias. ITEM. Aug. dicit ꝙ idem est Deo subsistere & esse: ergo cum unum sit esse, unum subsistere est: ergo sicut ab uno esse dicitur una essentia uel eõuerso, ita & ab uno subsistere debet dici una substantia, siue subsistẽtia. ITEM. Hieronymus ad Damasum Papam. Quis unquam nisi ore sacrilego tres substantias prædicauerit.

Cap. penult. *5. de Trin. c. 8.* *7. de Trin. c. 4* *tres finem.*

RESOLVTIO.

Si substantia dicatur idem, quod natura, siue (ut græci dicunt) ousia: non numeratur. Si pro hypostasi, numeratur.

RESP. Dicendum ꝙ tam nomẽ substantiæ quam subsistentiæ dupliciter accipitur in diuinis, quia quodlibet istorum habet in se intellectum actus & proprietatis: potest ergo dici substãtia quasi per se stans: siue sub alio, siue sub proprietate. Primo modo una tantum est, siue non numeratur, quia unum est ibi quod est. Alio modo prout dicit respectum ad proprietatẽ, tunc enumeratur siue plurificatur. Primo modo tantum ualet quantum usiosis, secundo modo tantum ualet quantum hypostasis. Omnino eodem modo distinguitur subsistentia, & ſm alterum

alterum intellectum æquipollet usiosi, & ſm alterum hypostasi. Et ſm alterum plurificatur, secũdum alterũ uero minime. Et quia substantia dicitur dupliciter. s. substantia, & subsistẽtia: ideo uenit diuersitas modi loquendi inter doct. Nam Boe. dicit ꝙ subsistentia & substantia æquipollent hypostasi: & ideo dicit ipse Boetius eam non plurificari: & secundum hunc modum loquitur Hilarius, Anſ. & Boetius: Hiero. & Aug. uolunt ꝙ substantia æquipolleat usiosi: & ideo dicunt eam non plurificari: & subsistentia hypostasi, & ideo dicunt eam plurificari.

EX HIS patet responsio ad utranque partem. Patet ẽt quare Græci non transtulerunt nomen Prosopon sicut Latini, qa oportuit nos transferre nomen personæ propter ambiguitatẽ, & ideo maluit ecclesia etiam respondere tres personas, quã tres subsistentias: siue substantias. Tamen ad argumentum quod facit, ꝙ substantia tenet mediũ, dicendum ꝙ substantia prout æquipollet hypostasi, plus se tenet cum persona, & ideo numeratur sicut persona: siue plurificatur: prout tamen æquipollet usiosi plus se tenet cum essentia, & ideo non numeratur, nec plurificatur, sicut nec essentia. Omnes autem illæ rationes precedentes, & sequentes loquuntur de substantia: prout æquipollet hypostasi, siue suppositõ, & hoc modo plurificatur.

RATIONES autem ad oppositam partem currunt ſm aliam acceptionẽ huius nominis, substantia. Similiter iudicandum est de hoc nomine subsistentia. Sed qm̃ Aug. auctoritas, & mos utentium nomine illo [substantia. s.] accipitur magis in illa acceptione in qua dicit ipsum qd̃ est, siue usiosim, siue ipsum commune, ideo communiter non recipitur, ut dicantur tres substantiæ in diuinis.

QVAESTIO. II.

An nomen essentiæ numeretur in diuinis.

DE enumeratione illius nominis essentia. Et ꝙ non numeretur, ostenditur sic, quia in diuinis est unitas absoluti ſtima quæ non multiplicatur: ergo cũ nullum nomen sit adeo absolutum sicut nomen essentiæ: ergo per illud significatur unitas non multiplicata: ergo nomen essentiæ non numeratur, & hoc est quod dicit Aug. ꝙ ratio repugnat. ITEM. hoc ipsum uidetur a minori. Hoc enim nomen Deus, est nomen essentiæ in cõparatione ad personam, sed ſm scripturam in lege. s. Deut. 7. deus dr unus & non plures: & ſm symbolum, Non tres dii sed unus est deus: ergo hoc nomen Essentia minus plurificatur, cũ dicatur absolute. ITEM. natura diuina non multiplicatur in tribus, sed hoc nomen Essentia est nomen naturæ diuinæ, ut hoc nomen, substantia: ergo nec essentia, nec substantia multiplicatur sub propriis nominib. ut uf.

Athanasius.

CONTRA. Aug. de Trin. Cur hæc tria non dicatur una persona? & loquit̃ de tribus personis: sed tria in neutro gñe respicit essentiã proprie: ergo cũ dicantur tria: ergo tres essentiæ. ITEM. ra

Lib. 7. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tioneuſ. Aug. in eo. Lib. dicit ꝙ pater & filius & ſ. ſ. dicãtur tres perſonæ, quia cõe eſt eis hoc ꝙ eſt, perſona: ſed hoc nomen Eſſentia eſt cõe: ergo põt dici tres eſſentiæ. ITEM. ibidem dicit, & hr̃ in litera, ꝙ ideo dr̃ tres perſonæ, quia pater eſt una perſona, & filius una perſona, & S.S. una perſona. Sikr tres eſſentiæ ſunt, quia pater eſt eſſentia &c. ITEM. pater & filius ſunt entes plures: ergo plures habentes entitatem. Sequitur n. ſunt plures dii, ergo plures deitates. Sikr pater & filius ſunt: ergo plura eſſe: ergo plures eſſentiæ.

RESOLVTIO.

Præter aliarum naturarum ordinẽ, natura, uel eſſentia diuina multiplicatis & numeratis perſonis ipſa nec multiplicatur, nec numeratur; idque ratione ſummæ ſuæ ſimplicitatis.

RESP. dicendum, ꝙ in omni ſubſtantia, cuius eſt eſſe & operari, neceſſario intelligimus naturã, & hr̃tem naturã. Cum ergo hoc ſit in deo, intelligimus ī deo naturam & hr̃tem naturã. Et naturã dicimus eſſentiã uel ſubſtantiam: hr̃tem naturã, dicimus perſonã: qũo ergo ī creatura rõnali cõtingit unam ꝓſonam hr̃e plures naturas. ſ. corporalẽ & ſpũalem, ſic & a contrario ſenſu, contingit in deo ꝓp ſummam ſimplicitatem unã naturam haberi a plurib. quia contingit eam haberi alio & alio modo, & hoc nõ põt eſſe ab eodem. Quia ergo eſt natura tantum habita & non numerata, ideo tantum dicitur una ſubſtãtia, & eſſentia: quia uero plures hr̃tes, ideo plures perſonæ, nulla oĩno repugnantia exiſtente.

AD ILLVD ergo, quòd obiicitur de eſſentia per hoc ꝙ Aug. dicit, hæc tria. Dicendum, ꝙ miſſus expreſſe loquitur & impropriè, & ideo uerbum eius eſt exponendum. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ ideo tres, quia perſona eſt cõe, & quælibet eſt perſona, &c. Dicendum, ꝙ non dicit totam rõnem, ſed partem quantum ad uerbum exterius, ideo oportet intelligere quod ibi additur, quia eſt cõe quod diſtinguitur. Vnde pater eſt perſona, & filius eſt perſona, non eadem ſed alia & alia. AD VLTIMVM, ꝙ obiicitur, Dicendum, ꝙ ens aliqñ dr̃ ſubſtantiue, & ſic non trahit numerum aliũde. Aliqñ do tenẽ adiectiue & ſic trahit numerum a ſuppoſito, & ſic nõ numeratur forma: & hoc modo non ſequitur ꝙ ſint plures entitates, nec de hoc uerbo quòd plura eſſe.

QVAESTIO IIII.

An catholice dicere poſſimus plures Deos?

VTRVM catholice poſſimus dicere plures deos? ꝙ ſic, oſtendit hoc modo. Hoc nomẽ [deus] recipit diſtinctũ terminũ rõne ſuppoſitionis, ut cũ dicit, deus gñat deũ: ergo cũ eadẽ diſtinctio importetur per hoc ꝙ eſt, gñat, & per hoc qđ eſt, tres, quia perſonalis: ergo hæc patet rõne eſt catholica tres dii ſunt. ITEM. idem eſt deus hr̃s deitatem, ſed plures ſunt hr̃tes deitatem, hoc dicit catholice: ergo ſikr plures dii ſunt. ITEM. hoc nomẽ Deus quis ſit ſubſtãtiale, tñ impoſitũ eſt ab operatione. Sed cõtingit operationẽ pluraliter dici

diciſle perſonis, ut patet Gen. 1. Faciamus hoiem &c. ergo hoc nomẽ dii. ITEM. Ad numerationẽ alicuius ueri, nõ plura requiruntur quã una multiplicatio ſuppoſitorũ & formę; ſed hęc eſt in deo: qa tres ſunt ꝓſonæ diuinę, ꝓſona, dicit ſuppoſitũ, diuinę, dicit formam: ergo &c. ITEM. Cũ omne gñale contingat ſpecificari, & perſona ſit nomen gñale, ut ꝙ poſſit ſpecificari cum dr̃ tres perſonę, ut dicatur adhuc ſpecialiùs, qui tres; ſed hoc non põt eſſe niſi addatur nomẽ cõe tribus, nec eſt aliud dare quam hoc nomen Deus; ergo &c.

CONTRA. ꝙ non dicatur catholice patet ex mãdatis. Deut. 6. Audi Iſrael, Deus tuus deus unus eſt. Vnde in ſymbolo. Nõ tres dii, ſed unus ẽ DEUS. ITEM. Hocipſum uĩ ratione: quia hoc nomen DEUS, dicit diuinã naturam; ſed diuina natura non numeratur ſiue ſpecificatur: ergo nec hoc nomen DEUS.

RESOLVTIO.

Tametſi unaquæque perſona Deus ſit, non tamen plures Deos dicere orthodoxè poſſumus; cum forma per hoc nomen, Deus, importata non multiplicatur.

RESP. Dicendum, ꝙ non eſt dicere plures DEOS catholice; quia numerus pluralitatis ſignificat pluralificationem termini ſm ſuppoſitum, & formam in noĩe ſubſtantiuo, cum plurale geminet ſuum ſingulare, & ideo, cum forma importata per hoc nomen Deus, non ſic multiplicata, non debet dici plures Dii.

AD ILLVD, quod obr̃, ꝙ catholice, dicit deus gñat, Dicendũ, ꝙ non eſt ſimile; quia gñat, ſimul importat diſtinctionẽ cum conuenientia; ſed plures Deos, ſimpliciter importat diſtinctionem quantum ad ſuppoſitum & formam. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd idem eſt deus, & habens deitatẽ, Reſp. quod iſta locutio eſt duplex: quia habẽs deitatẽ uno modo põt dici neutraliter, & ſic eſt unũ ſolũ, & æquipollet ei quod eſt deus, qđ quidem dicit, quod eſt. Alio modo maſculine, & ſic non habet æquipollens, & ſic multiplicatur. Poteſt tamen aliter dici, qđ Deus non ſignificat habentem; ſed ſignificat deitatem in comparatione ad habentem, & ideo nõ multiplicatur. AD ILLVD, quod dicitur de operatione, Dicendum, quod nomen, uel poteſt ſignificare operationem per modum adiacentis, & ſic trahit numerum aliunde, uel per modũ ſubſtantiui, & ſic nõ multiplicatur, & totaliter ſignificat hoc nomẽ Deus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod ibi eſt multiplicatio ſuppoſitorum, & formæ, Dicendum, ꝙ hoc nomen diuinum, eſt quaſi poſſeſſiuum, unde impoñitur a duplici forma. ſ. poſſeſſionis & poſſeſſoris. Et forma diuinitatis eſt in ratione poſſeſſoris, & forma poſſeſſoris exiſtente in diuiſa, numeratur forma poſſeſſionis, ut omnes Socraticæ, & ſic in propoſito. Vnde nõ numeratur forma habita. AD ILLVD, qđ obr̃, ꝙ generale contingit ſpecificari, Dicendum, quod perſona cum nominat individuum intellectualis naturæ, dupliciter poteſt ſpecificari ſ. per propria perſonarum, ut cum dicit tres ꝓſonæ, ideſt pater, filius, & ſpiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſ. ſ. poteſt etiam ſpecificari per naturæ determinationem, ut ſi dicatur perſonæ diuinę uel angelicæ, uel humanæ. Et ſi tu q̃ris, quare non ſpecificatur per unum nomen, ſicut eſt in creaturis, ubi tres perſonæ angelicæ dicuntur tres angeli, Reſponderi poteſt, q̃ hoc eſt propter inopiã humani eloquii: qua laborat tã lingua Græca quam Latina: ſed magis Latina. Vel poteſt dici, q̃ hoc nõ permittit natura ipſorũ nominũ: q̃m nomen ſpãle a ſpeciali forma impoſitũ eſt. Aut igitur impoſitũ eſt a natura cõmuni, aut a proprietate perſonæ. Si eſt impoſitum a natura communi, cum illa non multiplicetur, non potuit per unum nomẽ ſpecificari. Si autem eſt impoſitum a proprietate pſonę, tunc cũ illa nõ conueniat tribus, nõ pót per illud ſpecificari, & ideo eccleſia cõpulſa neceſſitate imponit nomen generale, ſiue quod importat cõitatem nominis quod eſt commune & multiplicabile: & ideo non eſt quærenda ſpecificatio per aliud nomẽ niſi per nomen adiectiuum, & per nomina perſonarum.

DISTINCTIO XXIIII.

Quid ſignificetur per nomen numerale, cum loquimur de diuinis.

HIC diligenter inquiri oportet, cum in Trinitate nõ ſit diuerſitas, uel ſingularitas, nec multiplicitas, uel ſolitudo, quid ſignificetur his nominibus, ſcilicet unus uel una, duo uel duæ, tres uel tria, trinus uel trinitas, plures uel pluralitas, diſtinctæ uel diſtinctio, cum dicitur unus Deus, duæ perſonæ, uel tres perſonę, plures perſonæ, diſtinctæ ſunt perſonæ. Vel cum dicitur, diſtinctio perſonarum, pluralitas perſonarum, trinitas perſonãrum, & huiuſmodi. Videmur enim hoc dicentes, numerorum quantitates, & rerum multitudinem, uel multiplicitatem in Deo ponere. Quid ergo iſta ſibi ſignificẽt, ipſo, de quo loquimur; aperiente, inſinuare curemus.

Cur nomina numeralia ad diuina introducta ſunt.

Si diligenter præmiſſis authoritatum uerbis intendimus, ut dictorum intelligentiam capiamus, magis uidetur horũ uerborũ uſus introductus ratione remouẽdi, atq; excludẽdi a ſimplicitate deitatis, quę ibi nõ ſunt, quã ponẽdi aliqua.

Quid per unum ſignificetur, cum dicitur, unus Deus.

Cum enim dicitur, unus Deus, multitudo Deorum excludi-

tur nec numeri quantitas in diuinitate ponitur: tanquam ſi diceretur, Deus eſt, nec multi ſunt, uel plures Dij. Vnde Ambroſius in Lib. de fide ait, Cum unum dicimus Deum: unitas excludit numerum Deorum, nec quantitatẽ in Deo ponit: quia nec numerus, nec quantitas ibi eſt. Li. 1. c. 2 & li. 3. de ſpiritu ſancto Cap. 14

Quo ſenſu dicitur, unus eſt pater, unus eſt filius.

Similiter cum dicitur, unus eſt pater, uel unus eſt filius, & huiuſmodi; ratio dicti hæc eſt: quòd non ſunt multi patres, uel multi filij; ita & de ſimilibus. Item, cum dicimus plures eſſe perſonas, ſingularitatem, atque ſolitudinem excludimus: nec diuerſitatem, nec multiplicitatem ibi ponimus, quaſi diceretur, Siue ſolitudine, ac ſingularitate perſonas confitemur. Vnde Hilarius in 4. Li. de Trin. ſic ait, Dixit Deus Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram. Quæro nunc, an ſolum Deum ſibi locutum exiſtimes, an hunc ſermonem eius intelligas ad alterum extitiſſe. Si ſolum fuiſſe dicis, ipſius uoce argueris, dicẽti. Faciamus, & Noſtram. Suſtulit enim ſingularitatis, ac ſolitudinis intelligentiam proceſſio conſortij: quia aliquod cõſortium eſſe non poteſt ipſi ſolitario, neque ſolitudo ſolitarij recipit, Faciamus: nec alieno a ſe diceret. Noſtram. Attende lector his uerbis, & uide, quia nomine cõſortij pluralitatẽ ſignificauit. Profeſſio ergo cõſortij eſt profeſſio pluralitatis, quã profeſſus eſt dicens, Faciamus, & Noſtram. Pluraliter. n. utrunque dicitur. Sed hac profeſſione pluralitatis non diuerſitatẽ, uel multitudinem poſuit; ſed ſolitudinẽ, & ſingularitatẽ negauit. Sic ergo cum dicimus plures perſonas, uel pluralitatem perſonarum, ſingularitatis, & ſolitudinis intelligentiam excludimus. In medio. Gen. 1. ca.

Quid per ternarium ſignificetur, cum dicitur, tres perſonæ.

Ita etiam cum dicimus tres perſonas, nomine ternarij non quantitatem numeri in Deo ponimus, uel aliquam diuerſitatem; ſed intelligentiam, non ad alium niſi ad patrẽ, & filium, & ſpiritum ſanctum dirigendam ſignificamus, ut ſit huius dicti intelligentia, Tres perſonę ſunt, uel tres ſunt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ideſt, nec tantum pater,

nec

nec tãtum filius, nec tantum pater, & filius in deitate sunt, sed etiam spiritus sanctus, & non alius ab his. Similiter nõ tantum est ibi hæc persona, uel illa, uel hæc & illa; sed hæc, & illa, & non alia. Et hoc fore ita intelligendum Aug. satis
li. 7. de Tri. c. 4 *ostendit, ubi dicit, quod illo nomine, non diuersitatem intelligi uoluit; sed singularitatem noluit.*

Quid per duo, cum dicitur duæ personæ: uel pater, & filius duo sunt.

Similiter cum dicitur, duo sunt pater, & filius, non dualitatis quantitatem ibi ponimus: sed hoc significamus, quod non est tantum pater, nec tantum filius: sed pater, & filius, & hic non est ille: ita & de alijs huiusmodi. Ita etiam cum dicimus, pater, & filius sunt duæ personæ, hoc significamus, quòd non tantum pater est persona, nec tantũ filius est persona: sed pater est persona, & filius est persona, & hæc non est illa.

Ex quo sensu dicitur in personis distinctio, uel personę distinctæ.

Cum autem dicimus distinctæ personæ, uel distinctio est in personis, confusionem, atque permixtionem excludimus, & hanc non esse illam significamus. Cumque addimus, distinctę sunt personæ proprietatibus, siue differentes proprietatibus, aliam esse hanc personam, & aliam illam suis proprietatibus significamus. Et cum dicimus, aliam, & aliam, non diuersitatem, uel alienationem ibi ponimus: sed confusionem Sebellianam excludimus.

Quomodo ibi accipiatur discretio.

Ita & cum dicuntur discretæ personæ, uel cum dicitur discretio in personis esse, eandem intelligentiam facimus. Eo dem enim modo ibi accipitur distinctio, quo discretio. Et cõgrue dicitur ibi esse discretio, uel distinctio, non diuersitas, uel diuisio, siue separatio. Vnde Ambro. in 1. Lib. de Trin. Non est ipse pater, qui filius: sed inter patrem & filium expressa distinctio est.

Quomodo Trinitas ibi accipiatur.

Cum uero dicitur, Trinitas, id significari uidetur quod significatur, cum dicitur, tres personæ: ut sicut non potest dici pater

pater est tres personæ, uel filius est tres personę, ita non debet dici, pater est Trinitas, uel filius est Trinitas.

Quod hoc uideatur contrarium esse prædictis.

Hic non est prætermittendum, quòd cum supra dictum sit, Deum nec singularem, nec multiplicem esse confitẽdum, idque sanctorum auctoritatibus sit confirmatum, in contrarium uidetur sentire Isidor. dicens: Distinguendum est inter Trinitatem, & unitatem. Est enim unitas simplex & singularis, Trinitas uero multiplex, & numerabilis: quia Trinitas est trium unitas. Ecce unitatem dicit esse singularem, & Trinitatem multiplicẽ, & numerabilẽ. Sed ad hoc dicimus; quia singularem accepit, sicut & alij accipiunt unum: multiplicem uero, & numeralem, sicut dicit trinũ:

VPRA excepit Magister hoc nomẽ Persona, a generali regula nominum substantialium, ostendens, ꝙ dicendum est tres personæ, non tres essentię, uel tres Dii, uel tres substantiæ. Hic incipit secunda pars, in qua determinat quid significetur, cum dicitur, tres personę: & hæc pars habet duas partes. In prima oñdit quid significetur p nomen numerale, siue per dictionẽ numeralem. In secunda qd significetur per hoc nomen, persona, infra Dist. 25. *Considerandum est, cum hoc nomen persona, &c.*] Prima pars iterum habet duas. In prima quęrit, & soluit generaliter. In secunda solutionem suam adaptat nominibus distinctis in speciali ibi. *Cum enim dicitur unus Deus, &c.*] Et hæc pars habet quatuor partes. In prima determinat, quid significetur p unus, & plures. In secunda quid significetur per duo, & tres, ibi. *Ita etiam, cum dicimus tres personas, &c.*] Tertia quid significet discretus, & distinctus, ibi. *Cum autem dicimus distinctæ sunt personæ, &c.*] In quarta quid significent Trinitas, & trinus. ibi. *Cum uerò dicitur Deus trinus etc.*]

Cum dicimus plures esse personas, &c.] Notandum, quòd in diuinis recipimus unitatem, non singularitatem, nec solitudinem: quia singularitas excludit communicabilitatem, solitudo excludit pluralitatem, & nos ponimus unã essentiã in pluribus: iõ hoc non recipimus. Similiter notandum ex parte pluralitatis, ꝙ recipimus ibi quatuor, alietatem, pluralitatem, discretionem, atque distinctionem; sed hæc quatuor econtrario non recipimus, scilicet diuersitatem, multiplicitatem, diuisionem, & separationem. Ratio autem huius est, quia separatio supponit diuisionem, diuisio multiplicitatem, multiplicitas diuersitatem, diuersitas aũt ponit formæ, uel naturæ distinctionem. Et quia in diuinis est natura omnimoda *Dub. 1.*

nimoda unitas: ideo cum non recipiat diuersitas, nec aliquod istorum quatuor. Econtra, discretio supponit distinctionē, distinctio pluralitatem, pluralitas alietatem. Alietas autem non tātū attenditur, quantū ad formā: sed etiam quantum ad suppositum: qa sunt plures hypostases, ideo prædicta quatuor in diuinis recipiuntur. Distinctio autem nominum prædictorum hæc est. Nam de primis quatuor alietas, & plu ralitas, important distinctionē a parte rei: sed distinctio, & discretio per comparationem ad nostram cognitionem; sed alietas per modum substantiæ, pluralitas per modum quantitatis, quamuis non sit ibi uere quantitas. Distinctio autem, & discretio differunt, quia discretio dicit i cōparatione ad usum. sed distinctio in cōparatione ad tactū. Alia autem quatuor dicunt sic: quia diuersitas attenditur secundum substantiam, multiplicitas quantum ad ueram quantitatē. diuisio ḡtum ad positionē, siue ad discontinuationē, sed separatio quantū ad ubi. Vel aliter, diuersitas quantū ad principiū in trinsecū, multiplicitas quātū ad numerum, diuisio quantū ad terminum, separatio uero attenditur quātum ad medium interiectū.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An nomen hoc, Vnus, positiuè uel priuatiue dicatur in diuinis?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in præsenti Distin. est quæstio de terminis numeralibus, qualiter accipiantur in diuinis. Et circa hoc principaliter tria queruntur. Primo quæritur de termino numerali & partitiuo, sicut est hoc nomen, unus. Secundo de termino simpliciter numerali, sicut ē hoc nomen, tres. Tertio de nomine cōplectente utrunque, sicut hoc nomen, trinus. Et quantum ad primum duo quæruntur. Primo quæritur utrū hoc nomen Vnus dicatur positiue, uel priuatiue i diuinis. Secundo utrum dicatur secundum substātiam, uel secundum relationem.

QVOD priuatiue dicatur in omnibus, uidetur p eius rationem. Nā Philosophus dicit, q unum est, quod nō diuiditur i se, sed ista ratio data est per priuationem, igitur unum dicit priuatiue. ITEM. Commentator dicit super Metaphysicam, q unum, & multa opponūtur sicut priuatio, & habitus: quia unum dicit priuationem, multitudo dicit habitum: q si uerum est, unum non tm in deo; sed i oibus dicit priuationē. ITEM. Hoc ipsum uidetur ōne, qa unū opponit ei qd est multa, aut ergo cōtradictorie, aut relatiue, aut cōtrarie, aut priuatiue. Nō cōtradictorie, hoc patet. Item nec relatiue; quia relata sūt simul, & unū depēdet ab alio mutuō; sed unū nō depēdet a multis. Nec cōtrarie: qa unum cōtrariorū nō est alterius principiū. Sed unū est principiū multorū, igit p locū a diuisione, opponit priuatiue. Sed cōstat, q multa dicit positionē: igit unū nō dicit nisi priuationē. ITEM. Quōd est in deo specialiter dr priuatiue, ut qa unum qd dr positiue, est principium multitudinis, & quātitatis: sed in DEO nulla est oīno quātitas, igitur nec unum positiue dr. ITEM. Hoc ipsum uidet: qa si DEVS est positiue unus, & lapis est unus, ut igitur, q lapis, & DEVS sunt duo: igitur DEVS, & creatura constituunt numerum. & si hoc, DEVS est pars numeri, qd supra improbatū est. Si dicis, q non sequit: quia unū non dr uniuoce. Illud certe nihil est, ut ūr: qa si aliqd ponit, cū illud ēt possit cōuenire creaturæ, ad minus analogice, & sm analogiā attendat numeratio, ut cum dr humanitas, & albedo sunt duę essē tiæ: ergo hoc non soluit. *10. Metaphy. 9.*

CONTRA. Ab eodē hēt aliqd esse, & unum; qū forma, q dat esse, dat esse distinctū: si igit ens non dr priuatiue: sed positiue, pari ratione nec unū de aliquo dr priuatiue. ITEM. Qd sonat in cōplementum, sonat in habitū, nō priuationē; sed unum sonat i cōplementū: quia quāto aliqd perfectius, tanto magis accedit ad unitatē: igit unum nō priuatiue dr. ITEM. Si unū ē priuatiuū, cōstat, q nō nisi respectu multitudinis. Sed cōtra, nulla priuatio antecedit habitū naturaliter: sed unū naturaliter antecedit multa: igitur unū, nō est priuatio. ITEM. Nulla priuatio cōstituit suum habitū, nec saluat in illo; sed unū saluatur in multis, & illa cōstituit: igit unū opponit ut priuatio: igit non accipitur priuatiue.

RESOLVTIO.

Positiuè, nec aliquo modo priuatiuè. Quinimmo cum in diuinis sit unum unū per formam, ibi tātò uerè & propriè positiuè dicetur.

RESP. Quod quorundā opinio fuit, & Magistri principaliter, q quicquid sit increaturis de hoc nōie, unū; in DEO nō dr positiuè: sed priuatiue, ut dicit in litera, & assumit auctoritatē ab Hilar. quāuis Hilarius nō dicat expresse, nisi q horum nōium usus in DEO inuentus est magis causa priuandi, q aliqd ponendi. Et ratio sua fuit: qa positiue dictū, est principium quāritatis, & numeri; DEVS aūt in se non hēt quantitatē, nec in se ē numerabilis, nec alii connumerabilis. Sed quāuis hæc positio probabilis habeat; tm cōiter non tenetur. Et ratio huius est: quia cum unum multo cōplectius sit in DEO, q in creaturis, multo formaliùs ibi dicit positiue. Et rursus, cum oīs unitas ad primam unitatē reducat, & non est reductio habitus ad priuationem, necesse est, q unū in DEO aliquid ponat. ET PROPTEREA dicendum, q est loqui de hoc nōie [unus] in creaturis, uel quantū ad rem intellectam, uel quantum ad rationē intelligendi. Si. n. loquamur quantum ad rationem intelligendi, sic dico, q dicit priuatiue unum, & ratio eius præassignatur per priuationem diuisionis, siue multitudinis: & hoc est, quia unum est primū, & prima nō hābt intelligi a nobis, & notificari nisi p posteriora, & inde est, q priuatiue dicit unum, unitas in substātia, quātitate, & qualitate: & qa hēt aliquid prius, per quod possit intelligi, dicitur positiue, ut identitas, æqualitas, similitudo, & eorum opposita priuatiue. Si autē loquamur quantum ad rē intellectam, sic unum hēt respectū ad materiā, & hēt respectum ad for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam. Ratione respectus ad materiam, est in se indiuisum, tamē potentia diuisibile: & quia potētia materialis se habet per modū priuationis, similiter & unū. Rōne respectus ad formā, q̄ dat esse distinctum, & limitatum, sic dicit positionem. Quoniam igit in deo est unum omnino ſm formam, in creaturis attendit ſ ſm formā, & ſm materiam, hinc est, q̄ solum in deo positiue, in creaturis uero aliquando accipit positiue, aliquando priuatiue, & secundum rem.

AD ILLVD, q̄d obijcitur primo, q̄ distinitur, siue notificatur priuatiue: patet responsio; quia ſm rationem sui nominis, eo q̄ primum, sic debet notificari. AD ILLVD, quod obijcitur secūdo, quod opponitur ut priuatio, Dicēdum, q̄ [unum] p respectū ad numerū accipit priuatiue, & sic accipit Commentator. Per respectum ad formam, contrārie accipitur ſm q̄ multitudo formaliter accipitur. Per respectum ad actum consequētem, qui est mensurare, accipitur relatiue, & secūdum genus relatiuorum, i quo unum non dependet ab altero, sicut patet in scientia, & scibili: & sic diuersæ super hoc opiniones sunt uerę. AD ILLVD, q̄d obijcitur, q̄ in deo non est principiū numerandi, &c. Dicēdū, q̄ unū, dicit priuationem multitudinis ſm gñalem nois rationē: sed illa priuatio, & si noie tenus est priuatio, tñ realiter est positio. quia quanto magis est priuatio diuisionis in aliquo, tanto illud est completius, & perfectius; cum igitur in deo sit perfectissima unitas, ibi accipitur ſm omnimodam priuationem multitudinis: hoc autē modo dicitur unū quod non habet actu multitudinem, nec est in potentia ad multitudinem, neque per diffinitionē, neq; per aggregationē. Hoc autē unum est perfectissimum, & summum, & infinitum, & sūmū non est in potentia ad numerum, hoc non est alii cōnumerabile, & hoc mō est in solo deo. Et sic patet, q̄ dicit deus unus: positiue, & quomodo differat unitas eius a creatura. QVOD igitur obijcitur quòd unum est principium multitudinis. Dicēdum, q̄ uerum est i unitate creata: sed non est uerum in unitate perfecta, & increata. Dico principium intra se sicut pars. Vnde non est uerum si dicatur; deus, & creatura sunt duo, aut hoc improprie dictum est, & duo, cadit a ratione numeri, ſm rem. Aut si dicat numerum, hoc est solum a parte intelligentis, quia cum intelligit diuersa, & distincta, accipit sub ratione numeri, sicut cū intelligit intellectus noster, cōcernit tempus.

QVÆSTIO II.

An, Vnus, secundum substantiam, uel secundum relationem dicatur in diuinis?

VTRVM, Vnus, dicatur secundum substantiam, an secundum relationem. Quod secundum substantiam, uideturquia ens, & unum conuertuntur, sicut uult Philosophus, & Boetius: sed ens dicitur secundum substantiam, igitur & unum. ITEM. Hęc conceditur: pater, & filius, & spiritus ſ. sunt unus deus: sed si sunt unus deus, cum deus, non diminuat de ratione uniusergo sunt unus. Sed nihil dicitur in summa de tribus singulariter, q̄ nō dicatur substantialiter, igit, &c. Si dicatur, q̄ qñ adiectiue tenetur, tunc non dī substantialiter. Contra. eadē est significatio termini qñ tenetur substantiue, & qñ tenetur adiectiue. ITEM. cū substantiuatur in neutro gñe, dicitur substātialiter, cū igitur eadem sit significatio termini in masculino, & in neutro, cū eadē sit impositio: igitur dicitur substantialiter in masculino. PRAETEREA, alia noīa in masculino dñr substātialiter, ut hoc nomē, æternus. Vnde in Symbolo. Nō tres æterni, sed unus æternus: similiter ergo unus. ITEM. cum dicitur, pater est unus, aut tenetur substantialiter, aut notionaliter. Si substantialiter, habeo propositum. Si notionaliter, sed pater habet duas notiones: igit non debet unus dici, sed duo. ITEM, notio & proprietas sunt idem: igitur cum proprietas dicatur, q̄ conuenit uni soli, nulla notio pōt dici de trib. sed hoc nomē unus pdicaī de qualibet psona, igit nō dicit notionem

Aristo. 4 Meta. 2 & 10 met. 3 Boeth. 1 Libello de Hebd.

Sententiæ, siue dicta magistri.

Athanasius.

CONTRA. Regula est superius habita. dist. 22. omne quod prædicat substantiam, uel essentiā, dicitur de tribus singulariter in summa: sed hoc non conuenit huic nomini. unus: igitur &c. ITEM. Nihil pertinens ad essentiam, siue substantiam multiplicatur, siue plurificatur: sed hoc qd est Vnus plurificaī, quia pater est unus, & filius est unus, & sunt duo: quia unus, & unus, ergo &c. ITEM. idem est esse unum, & esse distinctum; sed cum dicitur, pater est distinctus, hoc quod est distinctus nō dicitur substantialiter, igitur nec hoc, q̄ est, unus. ITEM. respectu cuiuscunque termini est dicere [alium] in diuinis, ille terminus dicit relationem: unde non dī alius Deus: sed respectu eius, q̄ est [unus] est dicere alium. Nam pater est unus, & filius est alius: ergo &c.

RESOLVTIO.

Et secundum substantiam, et secundum relationem. Secundum substantiam quidem, si cum essentia concipiatur: secundum relationē uero, si cū personis intelligatur

RESP. dicēdū q̄ cū rō unitatis sit ratio distinctionis cū in diuisione: in diuinis aūt ponamus essentiam distinctam ab aliis essentiis per seipsam, & personā distingui ab aliis per proprietatem, necesse est etiam in diuinis ponere & unitatem essentialē, & personalem. Qm̄ igitur persona non est aliud ab essentia; unitas essentiæ, & personæ non sunt duæ unitates secundū rē: sed una, ratione differens: ideo unitas de hac & illa nō dī æquiuocè: qm̄ nec illi, nec isti īponitur specialiter. Quia ergo cōcretū non accipit spāliter significationē ab abstracto, hoc nomen [unus] importat in diuinis unitatē essentialē, & personalē: & cū adiectiue tenet, indifferēter īportat utrāq;, determinaī aūt per adiunctum cum n. addit termino essentiali, īportat essentialē: cū addit termino notionali īportat psonalē: cū aūt substātiuaī, necesse é, q̄ ipso determinet. Et iō cū neutrū genus īportat, q̄ dicit sub indistōne. In neutro cōuenienter attributū é, siue

appropriatū unitati essentiali. In masculino uero, qa iportat distinctionem, & suppositum certum, & quia dicit rationem producentis, appropriatum est unitati personali.

Et iō patet, ꝙ sic nō accipit ut ens, neq; ut conuertibile cū eo: sed solum in neutro. Patet etiam fm ꝙ ibi est fallacia figuræ dictionis ex communicatione istius termini, unus. Quāuis enim non uaricetur significatio per substantiuationem, neque per generis diuersitatem, potest tamen nihilominus diuersificari modus supponendi, maxime si usus hoc facit, & ratio sit conueniens usui.

Ad illvd ꝙ obiicitur, ꝙ æternus: dicitur essentialiter, patet responsio, quia æternitas dicitur solum essentialiter: sed unitas personaliter. Aliqui tamen dicunt, ꝙ hoc est in hoc nomine, unus: quia est nomen partitiuum, & habens in se articulum. Ad illvd, quod obiicitur, aut prædicat notionē, &c. Dicendum, quòd prædicat notionem: sed attendendum, ꝙ non quācunque, sed personalē, quæ facit esse unum, & illa est una in qualibet persona. Ad illvd, quod obiicitur, notio dicitur de uno. Dicēdum, quod est significare notionem sub ratione ppria, ut per hoc nomē, paternitas. Et communiter, ut per hoc nomen relatio, notio, unitas, & proprietas, quæ idem dicunt sub rationibus diuersis: sensus est enim persona una. i. unica personali proprietate in se indistincta, & ab aliis distincta.

ARTICVLVS II.

Qvæstio 1.

An nomina pure numeralia positiuē, uel priuatiue dicantur in diuinis.

Secvndo principaliter quæritur de nominibus pure numeralibus, ut sunt duo, & tres, &c. Et circa hoc similiter quæruntur duo. Primo utrum dicātur positiue, aut priuatiue. Secundo, utrum dicant fm substātiā, aut fm relationē.

Qvod dicantur priuatiue solum, uidetur auctoritate Magistri, qui dicit, quod horū usus magis est inductus causa priuandi, quam ponendi: & uidetur per auctoritates aliorum firmari auctoritas Magistri. Dicit enim Boetius in lib. de Tri. Illud uere est unū, in quo nullus est numerus: sed in diuinis [unum] est uerissime: igitur in diuinis non est numerus: ergo isti termini in diuinis aut falso dicuntur. aut non prędicant numerum. Sed non dicunt aliud quam numerum, si aliquid ponunt, igitur &c. Item. Isid. dicit. Numerus uirtus est memeris, idest diuisionis secundum ethymologiam: sed in deo nō cadit diuisio: ergo numerus, igitur idem quod prius. Item. Dicit Philos. quod numerus ē multitudo mensurata per unū, sed in deo non cadit mensuratio; cum ipse sit immensus, igitur &c. Item. uidetur hoc per rōnem. A quocunque remouet genus, & species: sed genus quātitatis remouet a deo: ergo &c.

An in diuinis sit unus, uel tres dp.

3. meta. tex. 36.

Item, in quocunque est genus necesse est ponere aliquam speciem, igitur si numerus est in deo, uel ibi est trinarius, uel binarius, uel aliquis aliorum. Sed sancti omnes species negant, igitur & genus, igit idē qđ prius.

Contra. Si tantum priuatiue, tres, diceretur: qa nō sunt unus, uel duo: tunc igitur pari rōne posset dici chimeræ sunt tres, quia nō sunt una, uel duę: sed illud non dicitur igitur &c. Item. quod dicat numerum, uidetur. Eusebius dicit, In diuinis est numerus: sed non ordo. Sed si est ibi numerus, tunc contingit illum significare: & si hoc: ergo positiue tenentur dictiones, ꝙ illum significant. Item. Bernard Si una est essentia, & tres personæ, quis numerum neget? q.d nullus, igit &c. Item. hoc ipsum uidetur rōne: quia discreta quantitas est maioris abstractionis, quam continua: igitur discretio magis quam duratio. Sed nomen dicens in diuinis durationem, dicitur positiue, ut æternus: igitur & nomen dicens discretionem Item. in quocunque est ponere speciem positiue est ponere genus: sed in deo est ponere trinitatem, igitur & pluralitatem.

Resolvtio.

Nedum priuatiuē, sed & positiuē: quicquid dicat Magister.

Resp. Ad prædictorum intelligentia norādum, ꝙ positio Magistri fuit, quod hmōi nomina numeralia non ponerent aliqd in diuinis: sed priuarent: sicut patet in litera. Et ratio huius positionis fuit, quia hmōi noīa si aliquid ponunt, utique numerū ponunt: sed numerum (dicit) non esse ponendum in diuinis, & ideo dicit, & auctoritate sanctorum confirmat. Cum enim in diuinis non sit diuisio & separatio: non sit etiam aggregatio, non sit etiam mensuratio, & numerus separationem importat antecedenter: & aggregationem & mensurationē consequenter: numerus in diuinis non est ponendus: ideo etiam dictiones numerales in diuinis non dicunt aliquid: sed magis priuant, maiorem. s. numerum & minorem. Sed nec positio, nec ratio positionis uidetur esse conueniens, si interius attenditur. Positio enim destruit seipsam. Ponit enim, quod nomina designantia pluralitatem dicantur priuatiue, similiter & nomina significātia unitatem: & si hoc, sic inuicem opponuntur, ut utrumque sit priuatio alterius, erit ibi circulatio in notificando: & si utrunque alterius priuatio est, cum priuatio non sit priuationis sed habitus, utrunque aliquid ponit: & ita si dīr priuatiue, dīr positiue, & sic positio non est conueniens. Ratio similiter positionis non est conuenienter assumpta Nā numerus importat distinctionem, & super hoc compositionem aggregationis, & quamuis in diuinis non sit aggregatio, nihilominus est distinctio: ideo numerus non simpliciter remouendus est a diuinis, sed numerus talis: & Magister omnino remouet, ideo in positione sua defecit. Et in illo articulo communiter non tenetur a Magistris Parisi. Concedendū igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

qđ hmõi noīa dñr positiue, sicut probant rationes ad hoc inductæ: & concedendum, quod in diuinis aliquo modo est numerus, aliquo modo non. Nam secundum quod dicit distinctionem personalem secundum originem, sic dicendum est numerum esse in diuinis: secundum autem quod aggregationem, & diuisionem substantialem dicit, non est ponendus numerus in diuinis.

Ex his patent obiecta. Nam rationes ad primam partē procedunt de numero, secundum eam acceptionem, qua sumitur in istis inferioribus quantum ad conditiones prædictas. Vnde in sensu suo uerum concludunt quod ibi non est numerus. Similiter rationes ad partem oppositam procedunt secūdum quod numerus distinctionem certā importat, & hoc quidem est ponere in diuinis, & id eo uerum concludunt in suo sensu. Vnde in diuinis negandum est esse numerum simpliciter, sed concedendum est numerum esse personarum. Ad illvd tñ q̄ obiicitur de q̄titate cōtinua, & specie numeri: dicēdū, q̄ nec q̄titas cōtinua ē in deo quia æternitas nō est quātitas, nec trinitas est spēs numeri.

Qvæstio. II.

An item nomina hæc numeralia secundum substantiam, uel secundū relationē in diuinis dicantur.

Vtrvm prædicta nomina dicantur in diuinis secundum substantiam, aut secundū relationem. Et quod secundum substantiam uidetur. Quia sicut dicit Boetius, & Augustinus. Quantitas in substantiam transit: sed numerus, quantitatem dicit: ergo transit in substantiam: ergo dictiones numerales ſm substantiam dñr. Item. omne nomē, qđ dr ad se, dr ſm substantiam: sed duo, & tres, est nomen, quod dicitur ad se, non ad aliud, ergo dicuntur, secundum substantiam. Item. cum dicitur pater, & filius, & s. s. sunt hoc, q̄ ē Tres, aut dicitur notionaliter, aut essentialiter. Non notionaliter: quia nulla est notio quæ communiter dicatur de tribus: igitur dicit essentialiter. Item. notiones sunt quinque, sed si termini numerales important pluralitatem notionum, igitur erit numerus quinarius in diuinis: igitur non tres: sed quinque sunt: sed hoc est falsum, igitur non dñr notionaliter, sed dñr essentialiter, siue substantialiter. *Boetius in libr. de Tri. Aug. 7 de Tri. capit. 5*

Contra. Omne nomen pertinens ad substantiam non dicitur pluraliter: sed singulariter: sed tres tantum dicitur pluraliter: ergo nullo modo dicitur ſm substantiam: ergo dicit ſm relationem. Item. omne nomē substantiale prædicatur de qualibet persona: sed tres de nulla persona prædicatur: ergo &c. Item, si hoc nomen, tres, ſm substantiam dicitur: ergo licet addere terminum substantialē, igit possumus dicere, tres deos, uel tres substantias: quorum utrunque est contra fidem.

Resolvtio.

Secundum relationem: sed unā notionem important.

Resp. Dicendum, q̄ aliqui uoluerunt dicere, quod huiusmodi termini numerales nihil aliud

aliud dicant in deo, quam hoc nomen, personæ, pluraliter. Vnde si dicatur, personę sunt tres, idem subiicitur, & prędicatur, & ratio & modus intelligendi hic est, quia si ponerentur formæ esse ab æterno (sicut imponitur Platoni, quod posuit) tūc plures essent, & in aliquo certo numero: sed numerus ille, nec esset proprietas, nec passio consequens, sed ipsę formæ numerales: & per hunc modum dicere, tres, in diuinis non est dicere nisi tres personas. Sed illud non oportet dicere, q̄m si idem esset omnino, tunc uideretur esse nugatio, si dicerentur, tres personæ, una persona: & uideretur non plus dici, cum dicit, tres sunt personæ, & personæ sunt personæ. Et propter hoc alius modus dicendi est, q̄ hmõi termini numerales dñr ſm relationem, & important notiones: & hoc patet, quia in diuinis important distinctionē, distinctio autem est a proprietatibus. Vnde, tres, importat proprietatem trium personarū in cōcretione. Notio aūt inquātum conuenit soli Deo, dicit es se proprietas: inquantum uero ab alio distinguit: dicitur esse unitas. Vnde dicuntur personę tres, tribus proprietatibus distinctæ. Et si tu queris, quid dicitur q̄ñ dr tres notiones, dicendū, q̄ seipsis distiguunt proprietates, iō non dicit nisi notiones ipsas:

Ad illvd igit q̄ obiicitur, q̄ quantitas transit in substantiam, Dicēdum, q̄ numerus in creaturis est quantitas, sed in deo dicit relationem: & hoc patet sic. Distinctio in creaturis ē q̄ alicuius proprietatis, uel qualitatis appositionem, & ita p additionē: ubi aūt additio, ibi limitatio, ubi limitatio, ibi unius ab alio diuisio: & ubi hæc sunt, ibi aggregatio diuersorum, & mēsuratio: & quia quantitatis est mensurare, ad distinctionem in inferioribus sequitur numerus, & est modus essendi cōsequens materiā cū forma. In diuinis āt est distō per originē, nō per additionē alicuius: & iō nulla additio, nulla limitatio: & vbi hoc non est, nec mensuratio, & ideo nec quantitas, Sed ubi origo, ibi habitudo & relatio, & ideo in diuinis numerus nō dicit q̄titatē: sed magis relationē: sed q̄m relatio non transit in substātiā, igit nec termini numerales. Ad illvd, q̄ obiicit, q̄ dñr ad se: dicendū, q̄ nomē dici ad aliud, pōt esse dupliciter. Vno mō intra, uel extra: uel īplicite, uel explicite. Et illud nomē substaliter dr, q̄ nō dr ad aliud, nec intra nec extra, nec implicite nec explicite. Sed terminus numeralis dicit relationē ad aliquid itra, q̄a importat distōnem numerorū, & implicat relationē. Ad illvd, q̄ obiicit. Nulla notio dr de trib. Dicendū, q̄ uerum ē nulla notio determinata, sed cō mune ad notiones ſm rōnē dr de tribus, ut hoc nomē, relatus, & hoc nomen, distinctus, & alia noīa consimilia. Ad illvd, q̄ obiicit, q̄ notiones sunt quinq. dicendum, q̄ [tres] nō quascūq; notiones importat: sed solū p̄sonales. Illa. n. notio q̄ facit illā p̄sonā esse personā, & ab oīb. distinctā: illa dr unitas personæ inquātū dat esse distīctū: & illa

notio

Universidad de Deusto
Biblioteca

notio est una unius: sicut una est unitas unius, & illæ sunt tantum tres, & ideo cum sint tres unitates in tribus personis, hinc est, quod personæ solummodo tres dicuntur.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An nomina numeralia unitatem importent.

TERTIO principaliter quæritur de differentia nominum numeralium: sicut est hoc nomen, trinus, uel trinitas. Et circa hoc quæruntur duo. Primo, utrum huiusmodi nomina importent unitatem. Secundo dato quod sic, quæritur cuiusmodi sit illa unitas, quã importãt.

QVOD importent unitatem, uidetur primo per ethymologiam, Trinitas enim dicitur quasi trium unitas, similiter & trinus. ITEM. hoc uidetur, qa in diuinis reperitur hoc nomen trinitas, sed non hoc nomen, trinarius: Sed hæc duo eandem pluralitatem important: ergo hoc nomen trinitas, si recipiatur in diuinis, hoc non est ratione pluralitatis: ergo hoc nomen Trinitas ultra pluralitatẽ aliquid importat, & non nisi unitatem: ergo &c. ITEM. in diuinis recipitur hoc nomen, trinus: sed non recipitur hoc nomen, triplex: non enim dicitur Deus triplex: sicut dicitur multipliciter in litera: sed fides communiter dicit deum trinum: igitur aliquid dicit ultra hoc, quod est triplex: sed non pluralitatem: igitur unitatem. ITEM, Magister dicit supra dist. 22. trinitas est nomen quasi collectiuum, sed nomen collectiuum non tãtum importat pluralitatem: sed etiam unitatem: ergo &c

CONTRA. Ex tribus personis nihil unum fit, sed ex pluribus unitatibus creatis aliquid fit, siue resultat: ergo numerus in creaturis dictus, potius debet importare unitatem quam in diuinis, sed cum dicitur in creaturis binarius, uel trinarius, ita importat numerum, quod nec unitatem, ergo nec hoc nomen trinitas, debet in diuinis importare. ITEM. si trinus & trinitas important pluralitatem & unitatem, cum nullum nomen sit distinctum & indistinctum, nec habeat pluralitatem distinctionis, & unitatem indistinctionis, de nullo nomine in diuinis poterit dici. ITEM. si unitatem importat: ergo cum ité non debeat sibi copulari, male, & negatorie dicitur in hymno Confessorum in fine. *Qui supra eelx residens cacumen, totius mundi machinã gubernat trinus & unus.*

RESOLVTIO.

Et unitatem, & pluralitatem important: nec obstat collectiua nomina censenda: sed quasi collectiua.

RESP. Dicendum, quod quia in diuinis singulari modo est numerus, scilicet ex distinctione suppositorum cum unitate formæ specialis, debuit ex primi nomine, quod simul dicit pluralitatem & unitatem: quia ergo huiusmodi nomina important pluralitatem & unitatem, ideo sunt similia nominibus collectiuis. Sed quia unitas collectiuorum est unitas aggregationis, quæ consequit pluralitatẽ: hic autem est unitas formę, quę non est pluralitatẽ cõsequens: ideo non est collectiuum tale nomen. Et ideo dicit Magister quod est quasi collectiuum.

ET PER hoc patet primum ī contrarium. Concedendum: ergo, quod importat pluralitatem & unitatem. AD ILLVD, quod obiicit, nullum nomẽ importat simul unitatem, & pluralitatẽ. Dicẽdum, ꝙ hoc uerum est ratione formæ, sed cum sit unum in forma, potest habere pluralitatem suppositorum, & hoc nõ est inconueniens uel impossibile. AD ILLVD, quod obiicitur de negatione. Dicendum, ꝙ sicut hoc uerbũ [cede] hẽt intellectũ huius dandi, & loci: sed cum dicitur, cede locum, cadit ab intellectu, similiter in proposito: & similiter intelligendum de relatiuis, cum dicitur filii pater.

QVAESTIO II.

An unitas, importata per hoc nomen Trinitas, uel Trinus: essentiæ, uel suppositi unitas sit.

CVIusmodi sit illa unitas, quam importat hoc nomen trinitas, uel trinus, utrum uidelicet suppositi, uel essentię. Et ꝙ essentiæ, uidetur, qa hoc, quod est trinitas, dicitur de omnibus simul in singulari. Sed hoc cõuenit solum termino importanti unitatem substantialem: ergo &c. ITEM. Nulla unitas est triũ nisi essentia uel essentialis unitas, sed trinitas est trium unitas: ergo hoc nomen Trinitas dicit essentialem unitatem, pari ratione, & hoc nomen, trinus. ITEM. Nec hoc nomen trinitas, nec hoc nomen trinus, dicitur de gsona: ergo non importat unitatem personalem. Non enim hęc conceditur, persona est trina, uel persona est trinitas.

CONTRA. Huiusmodi nomina simul important unitatem & pluralitatem, sed sola unitas personæ est plurificabilis, nõ essentię: ergo importat unitatem personæ. ITEM. Vnitas essentię prędicatur de parre, sed neque hoc nomen, trinus, neq; hoc nomen. trinitas prædicatur de patre, igitur &c ITEM: Vnitas essentiæ prædicatur de essentia, sed nequaquam dicitur essentia diuina est trina: igitur non dicit unitatem essentialem. Quæritur igitur quam unitatem importent, & utrum dicantur ista nomina secundum substãtiam, an secundum relationem. Et cũ dicantur de omnibus simul in singulari, uidentur dici secundum substantiam: cum iterum non dicantur de aliquo singillatim, non uidentur dici secundum substantiam.

RESOLVTIO.

Essentia unitas est, cum pluralitate tamen suppositorum.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam. Dicendum, ꝙ ad hoc conuenit dici, quod hoc nomen [trinitas] duplicem habet ethymologiam. Vno modo trinitas dicitur unitas ter, & sic nomẽ numerale cadit in eo ut complementum, & sic dicitur secundũ relationem, sicut termini numerales, & unitas quam importat, est unitas personalis nõ essẽtialis, quia illa plurificatur. Alia ethymologia est, trinitas est unitas trium, & tunc unitas nonnũ meratur, sed significatur ut cõmunica-

municabilis tribus, & qm̃ hæc unitas est essentialis, ideo importat unitatem essentialem: & hæc quidem ethymologia absque dubio habet ueritatem. Sed prima non uidetur habere ueritatem. Nam cum eandem significationẽ habeat, trinus & trinitas, si illa est ethymologia, trinitas unitas ter, tunc trinus diceretur unus ter. Hoc autem modo non potest dici de Deo, uide licet ter unus, cum tamen dicat trinus. Propter, quod dicendũ, qđ huiusmodi nomina important unitatem formalem siue essentiæ, cum pluralitate suppositorum: & ideo habent quodammodo naturã termini substantialis in hoc, quod dñr de tribus singulariter: & termini numeralis in hoc, quod dicuntur de nullo per se.

Ad illvd, ꝙ obiicitur, ꝙ sola unitas ꝓsonę est plurificabilis. Dicendũ, ꝙ trinitas nõ importat pluralitatẽ circa unitatẽ in recto, sed solum in obliquo, ꝙ sit triũ, uel in tribus & hoc ẽ essentiæ. Ad illvd, qđ obiicitur, ꝙ unitas essentiæ prædicat̃ de patre. Dicẽdum, ꝙ uerũ est, sed non rõne hac, quia plures in ea conueniunt: sicut animal prædicatur de hoie non ea rõne qua diuersa specie in eo conueniunt: & quia trinitas importat illam unitatem ut in pluribus: ideo &c. Ad illvd, qđ obiicitur, ꝙ non dicitur essentia trina neq; trinitas trina. Dicendum, ꝙ hoc nomen Trinus importat unitatem ut in cõcretione, & ita inherentem pluribus. Et ideo de eo solo dicitur, ꝙ importat unitatem ut in concretione; ut hoc nomen Deus, quod quidẽ supponit personas, & qa tale est hoc nomen Deus, ideo conceditur, Deus est trinus, nec deitas est trina: quia deitas non supponit personam similiter: nec hoc nomen Trinitas, & sic patent obiecta.

DISTINCTIO XXV.

Quid significat nomen hoc Persona.

Præterea considerãdum est, cum hoc nomẽ, Persona (vt prædictum est) secundũ substantiã dicatur, quæ sit intelligẽtia dicti, cum pluraliter profertur, tres personę, uel duæ personæ: & cũ dicitur, Alia est persona patris, alia est persona filij, alia est persona S.S. Sic enim in his locutionibus personæ vocabulum essentiæ intelligentiam facit, plures essentias confiteri videmur, & ita plures deos. Si verò essentiæ significationem ibi non tenet, alia est huius nominis rõ, cum dicitur, Pater est persona, vel filius est persona: vel alia cum dicitur pater & filius & spiritus sanctus sanctus sunt tres personæ: & cum dicitur, Alia est persona patris, alia filij, & huiusmodi.

Quòd

Quòd cum dicitur pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona: uel pater & filius, & Spiritus Sanctus, sunt tres personæ: secundum essentiam dici uideatur.

Persona enim, vt supra ait Augu. ad se dicitur, & idem est Deo esse personam quod esse: sicut idem est ei esse, quod Deum esse. Vnde manifestè colligitur, quòd essentiam diuinam prędicamus, dicentes, Pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona, idest, essentia diuina: & omnino vnum & idẽ significatur nomine personæ. i. essentia diuina, cum dicitur, pater est persona, & filius est persona, quod significatur nomine Dei, cum dicitur, pater est Deus, filius est Deus. Ita etiam idẽ significatur, cum dicitur, Deus est Deus, & Deus est persona. Vtroq; n. nomine essentia diuina intelligitur, quia vtrunq; secundũ substantiã dicitur. Cum verò dicitur, pater & filius & spiritus sanctus sunt tres personę, quid nomine personę significamus? an essentiã? hoc enim uidetur, si supra posita verba Aug. diligẽter seruemur. Supra enim dixit, quòd ideo tres personas dicimus, quia id quod persona est commune est tribus. Et item, quia pater est persona, & filius est persona, & S.S. est persona, ideo tres personæ dicuntur. Videtur ergo eandẽ tenere significationem hoc nomen, persona, cum dicitur, tres personæ, quam habet, cum dicitur, pater est persona, filius est persona, S.S. est persona. Quia ut ostendit Aug. hoc dicitur, idest, tres personæ, propter illud, quia id quod persona est, est cõmune eis. Id ergo quod commune est eis, idest, patri & filio & spiritui sancto, uidetur significari nomine personæ, cum dicitur, tres personæ.

Alia ostensio, etiam cum pluraliter profertur.

Aliter etiã uidetur posse ostendi, quòd ibi nomine personæ significetur essentia, cum dicitur, tres personæ. Vt enim supra dixit August. Ea necessitate dicimus tres personas, vt responderemus quærentibus quid tres, vel quid tria. Cũ ergo quæritur quid tres, vel quid tria, conuenienter respondetur, cum dicitur, tres personæ. At cum quæritur, quid tres vel quid tria, per quid de essentia quæritur. Non enim Dis. 23

conueni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenitur quid illi tres sint, nisi essentia. Si ergo quæstioni recte respondemus, oportet vt respondendo, essentiam significemus: alioquin non ostendemus quid tres sint. Si vero respondentes essentiam significamus, ipsam essentiam personæ nomine intelligimus, cum dicitur, tres personæ.

Opinio quorundam ad hæc.

Lib. 7. de Tri. c. 4 *Quibusdam videtur quòd nomine personæ significetur essentia cum dicitur, tres personæ, propterea quia Aug. dicit ideo dici tres personas, quia commune est eis id quod est persona: vt sit talis intelligentia, Pater & filius & spiritus sanctus sunt tres personæ, id est, sunt tres id habentes commune, quod est persona, idest, tres sunt quorum quisque est persona, idest, essentia. Sed quomodo iuxta hanc intelligentiam diceretur, alia est persona patris, alia filij? Et hoc etiã ita volunt intelligere, scilicet alius est pater, & alius est filius, id tamen cõe habentes quod est persona. Et hoc confirmant Auctoritate Aug. qui in 7. Lib. de Tri. ait. Tres personas eiusdem essentiæ, vel tres personas vnam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus: quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona est. Hac auctoritate & præmissis conantur asserere in prædictis locutionibus nomen personæ essentiã significare.*

Cap. 6. In hac distinc.

Cap. 1. *Sed quid respondebunt ad id quod ipse Augu. in Lib. de fide ad Petrũ dicit. s. quod alius est pater in persona siue personaliter, alius personaliter filius, alius personaliter S. S. Quomodo enim alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter S. S. si in esse personã omnino conueniunt, id est, si persona essentiæ tantum intelligẽtiam facit? Ideo non nobis; videtur aliter hoc posse dici congruentius iuxta catholicorum doctorum auctoritates.*

Quod hoc nomen, persona, tripliciter in Trinitate accipitur.

In medio lib. *Sciẽdum est igitur, quod hoc nomẽ Persona multiplicem intelligentiã facit, nõ vnã tantũ. Et vt Hilar. ait in Libr. 4. de Trin. Intelligentia dictorũ ex causis est assumẽda dicẽdi, quia nõ sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Discernentes ergo dicẽdi causas huius noīs. s. persona, significationem distin-*

distinguimus dicentes, quòd hoc nomẽ. s. persona, proprie secundũ substantiã dicitur, & essentiã significat, sicut supra ostendit Aug. cum dicitur Deus est persona, pater est persona. Quadam tamen necessitate (vt supra dixit August.) translatum est hoc nomen, vt pluraliter diceretur tres personę, cum quæreretur, quid tres, vel quid tria: vbi non significat essentiam, id est, naturam diuinam, quæ communis est tribus personis, sed subsistẽtias vel hypostases secundum Græcos. Græci quippe (vt supra dicit Augu.) aliter accipiunt substantiam, idest, hypostasim, aliter nos. Nos enim substantiam dicimus essentiam siue naturam. Personas autem dicimus, (sicut illi dicunt) substantias, idest, hypostases. Si ergo nos ita accipimus personas, vt illi accipiunt substantias vel hypostases, at illi aliter accipiunt hypostases, quam nos substantiam: aliter ergo nos accipimus personas, quam substantiam. Cum ergo dicimus tres personas, non ibi personę nomine essentiam significamus. Quid ergo dicimus? Dicimus, quia tres personæ sunt, id est, tres substantiæ, scilicet tres entes: pro quo Græci dicunt tres hypostases.

Ostendit verba Augu. conuenire huic sententiæ.

Et hic sensus adiuuatur ex verbis Aug. præmissis, si interius intelligantur. Quia enim pater est persona, idest, essentia, & filius persona, & spiritus sanctus persona: ideo dicuntur tres personæ, tres subsistentiæ, tres entes. Non enim possunt dici tres subsistentię, vel entes, nisi singulus eorum esset persona, id est, essentia. Quia ergo eis commune est id quod est persona, idest, essentia: ideo rectè dicuntur tres personæ, ideſt subsistentiæ, uel subsistentes: ut sicut essentia, quę est eis cõmunis, verè ac propriè est ita illi tres uerè ac propriè subsistentiæ, uel entes intelligantur. Ideoque Augustꝰ causas dictorum discernens, dicit tres personas esse vnam essentiam, uel eiusdem essentiæ, non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur ibi esse persona, aliud essentia. Tres enim personæ, idest subsistentiæ, vna sunt essentia, & vnius essentiæ, non autem sunt una persona, vel vnius personæ: licet persona secundum substantiam dicatur aliquando. Nam si hoc diceretur, confusio fieret in personis.

Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio ad superiores opinantes.

Ad hoc autem quod illi dicunt, cum quæritur, quid tres, uel tria, de essentia quæritur, quia non inuenitur quid illi tres sint nisi essentia: per hoc volentes non inducere vt nomine personæ essentiam intelligamus, cum respõdemus tres personas: ita dicimus. Indubitabiliter verum est, quia non inuenitur vnum aliquid quod illi tres sint nisi essentia. Vnũ enim sunt illi tres, idest, essentia diuina. Vnde ueritas ait,

Ioã. 10 *Ego & pater unum sumus. Veruntamen cum quæritur, quid tres vel quid tria, nõ de essentia quæritur, nec ibi quid*

3. Io. 5. *ad essentiã refertur. Sed cũ fides catholica tres esse profiteretur, sicut Ioannes in epistola canonica ait, Tres sunt qui testimonium perhibẽt in cœlo: quærebatur quid illi tres essent, id est, an essent tres res, & quæ tres res, & quo nomine illæ tres res significarentur. Et ideo loquendi necessitate inuentum est hoc nomen (persona) ad respondendum, vt dictum est, tres personæ.*

Quid tres res, & quid una res hic dicatur.

Non autẽ te moueat, quod dicimus, tres res. Non enim hoc dicentes diuersarum rerum numerum ponimus in Trinitate, sed ita tres res dicimus, ut easdem esse unam quandã

cap. 3. & 5. in 3. tom. *summam rẽ confiteamur. Vnde Aug. in 1. lib. de doct. Christiana sic ait, Res quibus fruendum est, nos beatos faciunt, Res ergo quibus fruendum est, sunt pater & filius & spiritus sanctus. Eademq; Trinitas una quædam summa res est, cõiisq; fruentibus ea, si tamen res, & non rerum omnium causa sit. Non enim facile potest inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ conueniant: nisi quod melius dicitur, Trinitas hæc unus Deus. Sicut ergo tres res dicuntur, & hæ sunt una res: ita tres substantiæ dicuntur, & hæ sunt una essentia. Ecce ostensum est quæ sit intelligentia huius nominis, persona, cum dicimus tres personas.*

Ex quo sensu dicatur, alia est persona patris, alia filij, alia Spiritus Sancti.

Nunc incipiamus, utrum secundum eandem rationẽ, & causam dicatur, alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Quod utiq; sane intelligi põt: ut sit sensus talis,

Alia est subsistentia vel hypostasis patris, alia subsistentia filij, alia subsistentia Spiritus Sancti. Et alia subsistentia pater, alia filius, alia Spiritus Sanctus.

Quomodo hæc intelligantur, alius in persona pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

Deinde quæritur, utrum secundum eandem rationem accipiatur cum dicitur, Alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona Spiritus Sanctus: siue, alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter Spiritus Sanctus. Ad quod dicimus: quia etsi possit eodem modo accipi: congruentius tamen ex ratione dicti alia uariatur intelligẽtia, ut hic personę nomine proprietas personæ intelligatur, ut sit sensus talis, Alius est in persona uel personaliter pater, id est, proprietate sua pater alius est quàm filius, & filius proprietate sua alius quàm pater: paternali enim proprietate distinguitur hypostasis patris, ab hypostasi filij, & hypostasis filij filiali proprietate discernitur a patre, & Spiritus Sanctus ab utroque processibili proprietate distinguitur.

Quomodo secundum hunc modum etiam in prædictis locutionibus potest accipi.

Hoc etiam modo sane potest accipi persona in præmissis locutionibus cum dicitur, alia est persona patris, alia filij, idest, alia est proprietas: qua pater est pater: alia qua filius est filius: alia qua Spiritus Sanctus est Spiritus Sanctus. Ita etiam nomine personæ quidam proprietates intelligere uoluunt, cum dicuntur tres personæ; sed melius est ut subsistentias uel hypostases intelligamus, cum dicimus tres personas. Ex prædictis colligitur, quod nomen personæ in Tri. triplicem tenet rationem. Est enim ubi facit intelligentiam essentiæ, & est ubi facit intelligentiam hypostasis, & est ubi facit intelligentiam proprietatis.

Auctoritatibus comprobat quod dixit.

Quod autem secundum substantiam dicatur, & essentiã aliquando significet, supra ex dictis Aug. aperte ostẽdimus. Quod uero pro hypostasi atq; proprietate accipiatur, ex auctoritatibus sanctorum ostendi oportet, ne cõiecturis

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtris aliquid auſi dicere videamur. De hoc Hier. in expoſi tione fidei catholicæ ad Damaſum ita ait, Non eſt prorſus aliquis in Trinitate gradus, nihilque quod inferius ſuperiuſue dici poſſit; ſed tota diuinitas ſui perfectione æqualis eſt, vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem indicant perſonarum, quicquid de una perſona dicitur, de tribus poſſit digniſſime intelligi. Atque ut confutantes Arrium, vnam eandemque Trinit. dicimus eſſe eſſentiam uel ſubſtantiam, & Deum unum in tribus perſonis fateamur: ita etiam impietatem Sabellij declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus: non ipſum ſibi patrem, ipſum ſibi filium, ipſum ſibi ſpiritum ſanctum eſſe dicentes; ſed aliam patris, aliam filij, aliam ſpiritus ſancti eſſe perſonam. Non enim nomina tantummodo; ſed etiam nominum proprietates, ideſt, perſonas, vel (vt Græci exprimunt) hypoſtaſes, ideſt, ſubſiſtentias confitemur. Nec pater filij, uel ſpiritus ſancti perſonam aliquando excludit. Nec filius, uel ſpiritus Sanctus patri nomen, perſonamq; recipit; ſed pater ſemper pater, & filius ſemper filius, & ſpiritus ſanctus ſemper ſpiritus ſanctus. Itaque ſubſtantia vnum ſunt; ſed perſonis ac nominibus diſtinguuntur, Ecce hic aperte dicit Hieron. proprietates eſſe perſonas, & perſonas eſſe ſubſtantias. Vnde manifeſtum fit quod diximus, ſcilicet perſonæ nomine ſignificari & hypoſtaſim & proprietatem, Ioannes etiam Dama. perſonas dicit eſſe hypoſtaſes, & eas dicit entes, ita inquiens, In deitate vnam naturam confitemur, & tres hypoſtaſes ſecundum ueritatem entes. i. perſonas.

SVPRA reſpondit Magiſter quid ſignificatur per terminum numeralem cũ dicitur, tres perſonas, hic ſubdit quid ſignificetur per iſtum terminum Perſona. Et diuiditur hec pars in duas. In prima quærit & opponit. In ſecunda ſoluit, ibi. *Quibuſdam uidetur, quod nomine perſ nã*, &c.] Prima pars habet tres partes. In prima mouet dubitationem. In ſecunda opponit per auctoritatem Aug. oſtendens, T dicitur ſecundum ſubſtantiam, ibi. *Perſona enim, ut ſupra Aug.* &c.] Tertio opponit per rationem, ibi. *Aliter etiam uidetur poſſe oſtendi.* &c.] Similiter ſecunda pars, in qua ſoluit; diuiditur in duas. In prima ſoluit ſm opinionem aliorũ, qui dicunt: quod perſona accipitur ſm eſſentiam, tñ relatã ad ſuppoſitum. In ſecũda ſoluit ſm opinionem ſuam per diſtinctionem, ibi, *Secundum eſt igitur*

igitur, quod hoc nomen, perſona, &c.] Et hæc pars diuidit i duas. In prima parte oſtendit quomodo accipitur hoc nomẽ, perſona in plurali. Secundo quomodo accipitur in ſingulari, cum dicitur alius eſt pater, alius ẽ filius, ibi, *Nunc inſpiciamus, utrum ſecundum eandem rationem* &c.] Prima pars habet tres partes. In prima ponit diſtinctionem, per quam ſoluit. In ſecunda confirmat per auctoritatem Aug. ibi, *Et hic ſenſus adiuuatur ex uerbis*, &c.] In tertia ad obiectionem reſpondet ibi. *Ad hoc autem, quod illi dicunt*, &c.] Similiter ſequens pars hẽt tres partes. In prima determinat quomodo accipitur perſona, cum dicitur alia eſt perſona patris. Secundo, quo modo accipitur, cum dicitur. Alius eſt pater in perſona. Tertio hoc confirmat auctoritatibus. Primum facit ibi. *Nunc inſpiciamus* &c.] Secũdum ibi, *Deinde quæritur, utrũ ſecundum rationem*, &c.] Tertium ibi, *Quod autem ſecundum ſubſtantiam dicatur*, &c.]

Dub. 1. THec perſonæ, ideſt ſubſiſtentiæ, &c.] Contrarium dicit Boetius in Li. de duabus naturis & una perſona Chriſti: aſſignans diuiſam inter ſubſiſtere, & ſubſiſtere. Quòd ſubſiſtit illud, quod indiget alio, quòd ſit. Subſtat uero quod ſubiectum aliis, ut eſſe ualeat, ſubministrat. Videtur ergo quòd ſubſiſtere ſit idem quod eſſentia; ergo nullo modo poteſt dici, quòd ſint plures ſubſiſtentiæ. Reſpon. Dicendum, quòd Boetius accipit ibi hoc nomen Subſiſtentia ſecundum Marcum Tullium, prout accipit ſignificationem ſecundum actum ſubſiſtendi, ſiue per ſe ſtandi, & ſic tantum una eſt ſubſiſtentia. Sed nunc Doctores ſcripturæ accipiunt prout magis importat reſpectum ad proprietatem, cui ſubeſt, & ſic pluralificatur. Ratio autem huius eſt communis uſus. Quia accipiũt ſubſtantiã ꝑ natura rei: tiõ ꝑ ſuppoſito magis uoluerũt accipere ſubſiſtentiam.

Tres perſonas eſſe unam eſſentiam, &c.] Videtur hoc falſum: quia pater generat filium de ſua ſubſtantia, & ſpirat ſpiritum ſanctum: ergo uidetur, ꝙ omnes perſonæ ſint eadẽ ſubſtantia. Item; Quæritur quare non conceditur iſta, ꝙ perſonæ ſunt ex eadem eſſentia, ſicut conceditur iſta, perſonæ ſunt eiuſdem eſſentiæ. Et uidetur, ꝙ debeat concedi Quia [ex]dicit in diuinis habitudinẽ originis, & ſimiliter genitiuus originem importat. Si tu dicas, ꝙ propter tranſitiones: quia ſicut præpoſitiones ſunt tranſitiuæ, ita & obliqui caſus ſunt trãſitiui. Prẽterea hoc recipitur, perſonæ ſunt in eadem eſſentia, & tñ hoc, ꝙ dico, in, eſt præpoſitio Rñ. Dicẽdũ, ꝙ aliqñ aliquid cõparat ad aliud ut informãs, ſiue denominãs, & tñ nõ ponit propter hoc diuerſitas, ſiue diſtinctio unius ad alterum: ſic n. cõparatur Deitas ad Deum. Alio modo comparatur aliquid ad aliud, ſicut principium ad principiatum, & tunc de neceſſitate importatur diſtinctio. Quoniam ergo hæc præpoſitio, ex, importat habitudinem cauſæ, uel ſaltem principii: ideo de neceſſitate dicit diſtinctionẽ inter extrema: ideo hæc non poteſt eſſe uera, ꝙ perſonæ ſunt ex eadẽ eſſentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentia. Sed quia genitiuus non tantum construitur in rõne principii, immo ex ui declarationis essentię, cũ dicitur, mulier egregię formę, ut dicit Priscianus, ideo cũ genitiuo hæc est uera, tres pſonæ sunt eiusdẽ essentiæ.

Tres res, &c.] Accipit hoc
Dub.3 ab Augu. in 1. Lib. de Doctrina Christiana. Et uidetur male dicere, dicendo tres res: quia res est nomen absolutum, & generale: ergo uidetur, ꝙ si aliquid dicat in diuinis: ꝙ dicat essentiam, siue substantiam: ergo sicut nullo modo accipit tres essentiæ, ita nullo modo debet recipi tres res. Et si tu dicas tres entes. Hic non est simile: quia ens est participium, & ita trahit numerum aliunde, & non numeratur secundum formam propriæ entitatis: res autem est nomen substantiuum. Si tu dicas mihi, ꝙ res nominat formam a parte animæ, uel istud nomen impositum est a parte animæ. Hoc nihil est: quia illa sunt nomina intentionum, & res diuiditur contra intentionem. Resp. Dicendum, ꝙ res pót considerari tripliciter. Aut ſm proprietates, quas hẽt in propria natura. Aut ſm modum, per quẽ fit apud aiam. Aut ſm proprietatẽ cõem, quæ inest ei ab actibus aiæ, qui sunt subiicere, & prædicare, componere & diuidere: ſm hãc ergo triplicem acceptionem contingit re tripliciter nominari. Vno modo per nomen, quod indicat exittentiã a parte suæ naturæ, sicut dicitur album, & nigrũ, & huiusmodi. Alio modo secũdum ꝙ aĩa accipit per modum entis, hoc modo nominat res. Vnde omne illud res dr, ꝙ anima cogitat, ut existens in natura. Alio modo contingit noĩare per intentiones secundas, sicut dicitur genus, species, subiectũ, ꝑdicatũ: qm ergo hoc nomẽ res, dicit mediũ inter nomen, quod dicit pure formã naturæ, & nomen quod dicit formam intentionis: ideo non tm essentiæ conuenit; sed ẽt personis: & ideo tres res, dicimus tres personas, non sic tres essentias: & huic significationi alludit ipsum nomen. Res. n. dicitur a reor reris, quod dicit actũ a parte aiæ: & alio modo res uenit ab hoc, qđ est ratus, quod dicit stabilita tẽ a parte naturæ, & sic res dicit stabilitatem, siue ratitudinem ex parte entitatis, & sic patent obiecta: quia uno mõ est nomẽ naturæ, alio modo est nomẽ rationis.

Non est prorsus aliquis in Trinitate gradus, &c] Videtur hic Hie-
Dub.4 ron. dicere contra illud, quod dicit Aug. 9. Confess. Pater, & filius non differunt substãtia: sed causa, & gradu. Item, in diuinis est suba: igit ibi ẽ sub. sed [sub] dicitur relatiue ad superius: igit ibi ẽ sub. & super: ergo inferius, & superius, igit gradus. Itẽ, ubicunque est auctoritas, & subauctoritas, ibi est gradus: sed hæc est in patre, & filio: ergo &c. Resp. Dicendum sicut dicit Glosa. Exo. 20. Non ascẽdas per gradus ad altare, &c. Per gradus ascendit ad altare, qui dicit patrem maiorẽ filio, & filium. s. s. licut Arrius dixit. Vnde cũ gradus de ratione sui nominis tollat personarum æqualitatẽ, ideo bene dicit Hiero. quod non est prorsus in diuinitate gradus, nihilominus ponitur ordo. Differunt

runt. n. gradus, & ordo, sicut punctus, & unitas. Nã punctus ẽ substãtia posita: ideo solũ est in corporalibus. Vnitas uero est substãtia non habens positionem, ideo est in ſpũalibus. Sic gradus dicit superpositionem, uel loci, uel dignitatis. Ordo uero dicit habitudinem ad principium sine positione. Ad illud igitur quod dicit Augu. Dicendum, ꝙ improprie loquitur in utroq, uerbo, & causa sumitur ibi pro principio, gradus uero sumitur ꝑ ordine. Ad illud quod obĩ de sub. Dicendũ ꝙ sub, in diuinis nõ dicit subauctoritatem, sed solum habitudinem ſm rationem intelligendi. Ad illud quod obĩ de auctoritate, dicendũ ꝙ uerũ est ſm ꝙ auctoritas sonat in rõnem dñii qđ ponit gradum: sed sic non est in diuinis: sed solum prout sonat ĩ rationem principii, & hoc ponit ordinem in cognoscendo.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An nomen personæ secundum substantiam, uel secundum relationem dicatur in diuinis?

AD intelligentiã huius partis duo principaliter q̃runt. Primo q̃rit de quidditate huius nois persona. Secundo q̃ritur de communitate eiusdem. Quantũ ad primum duo queruntur. Primo de persona ſm rem quid sit. Scđo qđ sit ſm diffinitionẽ.

QVOD persona dicat ſm substãtiam, uſ ex uerbis Aug. in 7. de Trin. Idem est deo esse. & personam esse. Et iterum, cum dicimus personam patris, non aliud dicimus, quam substantiam patris: ergo persona dicitur ſm substantiam. ITEM. Ans. in fine Monolog. quot sunt personę, tot sunt substantiæ, sgit nomen personæ dicitur secundum substantiam. ITEM. Hugo de S. Victore in Lib. de Sacramẽtis, Vnũ solũ nomen est substãtiale, qđ de singulis dr singulariter. In summa tamen non dicitur singulariter; sed pluraliter pronunciatur, ut persona, igitur hoc nomen persona ẽ nomen substantiale. ITEM. Boetius in Lib. de duabus naturis, & una persona Christi, personam diffiniens dicit: ꝙ est rationalis naturæ substantia indiui dua: sed si substantia prædicatur in recto, & non per accidens: sed secundũ se; tunc ergo persona dicit substantiã ſm oẽs Doctores. ITEM. Hoc ipsum uidetur rõne, & hoc per diffinitionẽ. Boetius enim uenãdo diffinitionem personæ dicit, ꝙ aut est substantia, aut accidens: & dicit, ꝙ non est accidens: ergo substantia. Si ergo persona in his inferioribus dicit substantiam, & quid per se existens, ergo & in deo. ITEM. Hoc ipsum uidetur per eius absolutionem, quoniam omne nomen quod dr ad se, dicit substantiam in diuinis: quia tale non ſm relationem dicitur; sed hoc nomen persona est huiusmodi, ut patet. Et Augustin. dicit 7. de Trini. Ad se quippe dr persona, ut bonus, magnus, &c. ITEM. Hoc ẽt uidetur per ecclesiæ repõsionem: quia omne nomen, ꝙ conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quid, indicat substantiã: quia quid quęrit substantiam: sed hoc nomen, persona, ab ecclesia hæreticis re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. 7. de Tri. c. 4. & seq.

sponsum est, quærentibus quid tres, sicut dicit Augustinus & Magister, ergo indicat substantiam. ITEM Hoc ipsum uidetur relationis abstractione. Intelligamus, quòd nulla relatio sit in diuinis: & cp in una sola hypostasi sit natura diuina, sicut intelligũt Gentiles: tunc contingit, quod adhuc est intelligere naturã intellectualem, & habentem illã: ergo & personam, & naturam: igitur si circunscripta omni relatione saluus est intellectus personæ: persona non dicitur secundum relationem, & dicitur ſm relationem, uel ſm substantiã: ergo dicitur secundum substantiã.

CONTRA. Boetius in Lib. de Trinitate, in fine. Si personæ diuisę sunt, necesse est uocabulũ, quod ex partibus trahit originem, ad substantiam non pertinere. Si ergo quæ trahunt originem à partibus, non pertinent ad substantiam: multfortius nec nomen personæ. Vnde Richardus de Sancto Victore dicit, cp persona idem est, quod p se existens, iuxta quendam singularis existentiæ modum naturæ rationalis: sed singularis modus existentiæ est relatio in diuinis, &c. ITEM. Ratione uidetur: quia oẽ nomen quod recipit multitudinem, uel plurificationem, pertinet ad relationem: quia secundũ omnes substantia remanet indiuisa: Et Boetius dicit, quòd substantia continet unitatem: relatio multiplicat Trinitatem. si ergo nomen personæ est multiplicabile, paret quod dicitur secundum relationem. ITEM. Omne nomen de se importans distinctionem dicitur secundum relationem, sed nomen personę importat distinctionem: quia persona est hypostasis proprietate distincta. Et Boetius dicit, cp est in diuidua, & indiuiduatio non est aliud, quàm distinctio: ergo &c.

Lib. 4. de Trin. cap. 23

Loco al leg.

RESOLVTIO.

Secundum utrunque: principalius tamen secundum substantiam, quàm secundum relationem.

RESP. Dicendum, quòd aliqui uoluerunt soluere distinguendo significationẽ psonæ ſm diuersitatẽ numeri, ut in singulari dicerẽt ſm substantiã, in plurali ſm relationem. Sed hæc solutio nõ ualet: quia dicitur in singulari, alia persona patris, alia filii, qđ dici non posset si esset terminus substantialis, cũ non sit alia personа substantia patris, alia filii. ALII uoluerunt per distinctionem significationis soluere secũdum diuersa tẽpora, uidelicet, cp ante responsionem ecclesiæ diceretur substantialiter, & secundum substantiam: post responsionem, diceretur secundum relationem. Sed hæc solutio nõ ualet nec in se, nec ad propositum. In se non ualet: quia ecclesia aliqua ratione respondet magis illud nomen, quàm aliud substantiale, & tunc non imposuit significationem: ergo responsio ecclesiæ nihil facit ad mutationẽ significationis. Ad propositũ non ualet: quia secundum significationem quam habet post responsionem ecclesiæ, loquuntur Doctores, & currunt rationes ad utranque partem. ET PROPTEREA est intelligendum, cp persona dicitur rationalis naturæ suppositum proprietate distinctum, secundum omnes, qui intelligunt

telligunt eius significationẽ specialem: sed suppositum rationalis naturę constat esse substantiam, proprietatem distinguentem cõstat esse relationem: ergo cum persona utrunque importet, scilicet suppositum, & proprietatem, necesse est dici secundum substantiam, & secundum relationem. Et cum dicatur secundum substantiam, & secundum relationem, principalius dicitur secundum substantiã quãtum est de generali, & primo nominis intellectu. Persona enim dicit suppositum certum substãtiæ, siue in Deo, siue in creaturis. Et huic consonat modus dicendi a parte nominis. Sed quantum est de speciali, & ultimo nominis intellectu: quia dicit suppositum distinctum proprietate, quę est relatio: dicitur in Deo secũdum relationem. Et hinc est, cp Sancti, & Doctores dicunt nomen personæ secundum substantiam dici, licet etiam secundum relationem dicatur. Sed obiiciet aliquis cum isti modi, dici secũdum substantiam, & dici secundum relationem, diuidãt nomẽ diuinum, ut uidetur ex oppositio, aut non potuerunt inueniri in eodem, aut illud nomen implicat in se oppositа. Et propterea intelligendum, sicut dicit Richard. de S. Vict. dici ſm substãtiã, est dupliciter. Aut indicãdo substantiã ſm naturam cõem, & sic dr hõ ſm subam. Aut indicãdo subam, ut suppositũ certũ, ut quidam homo. Primo modo est dicere quid, secundo modo est dicere aliquid. Dico ergo, cp nomen essentiæ, uel substantiæ dicitur secundum substantiam: quia indicat naturam communem: sed persona dicitur secundum substantiam: quia indicat suppositum certũ, & distinctũ. Natura autem communis non multiplicatur, nec refertur, & iõ quod dicit substantiam secundũ naturam cõem, ita dicitur ad se, cp nullo modo potest dici secundum relationem, & hoc quidẽ modo diuidit ex opposito. Suppositum autem, siue hypostasis, natum est plurificari, & ad aliud comparari, & ita referri. Et qđ sic dicitur secundum substantiã, nihil ipedit rõne relationis supadditæ dici ſm relationẽ, & hoc uult dicere Richard. de S. Vict.

Patet ergo respõsio ad obiecta secundũ utranque partem. Concedendum est enim nomen personæ secundum substantiam dici, ut explicatum est, sicut dicũt sancti, & rationes probant. Ita enim intelligunt dici secundum substantiam. Concedendum est nihilominus dici secundum relationem, licet non ita principaliter, sicut probant rationes sequentes, quoniã multitudo relationũ plurificat ipsam personã.

AD ILLVD tamẽ, quod obiicitur, qre spondetur ad interrogationem factam per quid, & ex hoc pót cõcludi, cp non tñ dicit subam, ut suppositũ: sed ẽt, ut natura cõem. Dicendũ, cp qd aliqñ qrit essentiã suppositо qd est qđ p nomẽ dr, ut qd ẽ hõ, & qđ rñdeẽ ad hanc qõnẽ indicat subam pure, & essentiã, & qñ ẽ qstio de suba. Aliqñ suppositа uoce inde terminate qrit qd p nomẽ dr, sicut si dicat Brunellus currit, & q raẽ qd Brunellus, utrũ. s. hõ, uel asinus. aliqñ suppositа qdditate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& significatione, q̄rit de eo respectu cuius dr̄ nomē dependens, ut si dicaf albi currit: & si q̄raf qd albi? pōt rn̄dere hoīes, uel asini, & hoc mō q̄sierunt heretici qd tres: qa beatus Io. dicit in canonica. §. Tres sunt q testimonium dant, &c. q̄sierunt qd tres cū sit adiectiuū, sine substantiuo, & tūc magis q̄rit suppositū, q̄ essentiā: & ideo suppositū est responsum, & sic p hoc nomē psona. Vñ (s. s. suggerēte) p optime, & nobiliter, & catholicē (sicut dicit Richardus) rn̄det ecclesia: & ualde bene, & instinctu s. s. sicut dicit Ricardus, magis rn̄det hoc nomē, q̄ aliud. Sed tunc posset q̄ri, quare hæreticus nō q̄siuit p hoc tertogatiuū, Qui, uī q debuisset. Si. n. q̄rebat de suppositō; & [q] q̄rit de suppositō, debuit quērere, q tres. Et ad hoc ē rn̄sio, qd, q, q̄rit de suppositō certo, siue reali, & de illo nō q̄rebāt: qa i eadē auctoritate subdit, pr̄, uerbū, & s. s. sed q̄rebāt de suppositō respectu cuius hoc qd ē, tres, significat in adiacētia: & iō magis q̄sierūt qd tres, q̄ q tres. Si. n. oportet unico noīe rn̄dere, & ipsi hoc q̄rebant.

Ad ultimū argū q nō recte p- cedat, patebit melius īfra rn̄sio. Diſſeq. q. 2. Tn̄ pōt dici, q etsi intellectus p sonæ posſit abstrahi ab hac proprietate determinate: tn̄ desuo gn̄ali intellectu, claudit intellectū pprietatis: & qa i diuinis p- prietas ē relatio: io de gn̄ali intellectu claudit relatione. Vñ sicut hæc psona i diuinis, q est pr̄, nō pōt abstrahi a paternitate, q ē relatio psonalis salua psonalitate, sic nec psona a relationis intellectu i spāli, & sic patet q nō sequtur q dicatur f̄m substantiam.

Qvaestio. II.

Persona quid secundū definitionem?

De hoc noīe psona qd sit f̄m diffinitionē. & diffinit eam Boet. sic. Persona est rōnalis naturę indiuidua substa. Sed q ista diffinitio sit cōueniens diuinæ psonę, ondit̄ p intētionē auctoris: qa Boet. intēdit agere de psona Xpi: cōstat aut personam Xpi esse increatā: ergo intēdit assignare rōnem psonæ diuinæ, siue increatæ. Item. Quòd hęc sit rō in diuinis, uī. Nam in deo constat ponendū esse suppositū incōicabile: & hoc suppositū est substa diuina. & hoc ēt ē rōnalis naturæ, & nō cōuenit ei, nisi de quo dicitur persona: igitur est eius ratio, ut uidetur.

Contra. Oīs diffinitio dicit aggregationē: cū cōstet ex pluribus, alioqn esset ibi nugatio. In simplici aūt nulla ē aggregatio. igit nullū simplex ē diffinibile i sed psona i diuinis est oīno simplex: ergo, &c. Si dicas f̄m q aliq, q quāuis sit simplex f̄m rē, tn̄ nō est simplex f̄m rōnem. Cōtra. Aut illi rōni rn̄det aliqd in re, aut nihil. Si aliqd ergo aliqua cōpositio est in re. Si nihil: ergo rō oīno uana est; sed pp rōnem uanā non ē aliqd diffiniendū: ergo &c. Item Rone suarum partium non uī conuenire diuinæ personæ. Nam rationale est dia ālis: ergo cui non conuenit esse animal, non conuenit naturā rōnalis. Sed ālal non conuenit deo, cū sit species corporis: ergo nec hoc qd est rōnale. Item. Vē q substantia non dicaf in recto de persona: qa multiplicato diffinito, necesse est multiplicare diffinitionem, & partes diffinitionis

nis: ergo si persona est suba: cū sint plures psonæ: igit plures substātiæ. Si tv dicas, q suba stat ibi pro hypostasi. Contra. hypostasis dr̄ suba indiuidua, sicut dicit Boe. ergo sicut est nugatio si diceretur hō rationalis, sic & in prædicta notificatione. Quæri. ergo utrū hoc nomē [suba] stet q cōi, uel pro hypostasi. Item. Videf esse non conuertibilis. Nā aia hoīs est naturę, rōnalis substantia indiuidua: ergo &c. Vltimo quęritur cū diuersę sint diffinitiones, siue assignentur de persona, quomodo differant.

Resolvtio.

Persona (teste D. Seuerino Boeth.) est rationalis natura indiuidua substantia.

Resp. Dicendum, q sicut patet ex intentione auctoris, hæc diffinitio conuenit, & assignatur diuinæ personæ.

Ad illvd uero, quod obiicitur, quòd simplex non est diffinibile, dicunt aliqui, quòd dupliciter est aliquid diffinibile. Vno modo in recto & per differentiam dicentem positionem, ut cū dicitur homo est animal rationale mortale, & hoc mō uerū est, q diffinitio dicit aggregationē, & compositionē, & hoc mō solū aggregatū est diffinibile. Alio mō contingit aliqd diffinire i obliquo, & per dr̄iam dicentē priuationē, ut cum dr̄ simitas est curuitas nasi: & tunc nō significaf suba rei aggregati ex diuersis, q̄n qd ponit in obliquo nō intrat essentiā de necessitate. Vlterius, dr̄ia priuans non ponit a iquā cōpositionem, siue appositionē, & talis est dicta rō. Nam hoc qd est, rōnalis, cadit in obliquo, & hæc differētia indiui dua non ponit: sed priuat. Sed hæc responsio non potest stare. Primum quidem quia quod diffinitur per obliquum, aut diffinitur sicut accidens per substantiam, aut sicut per rem eiusdem generis: sed siue sic, siue sic, est ibi additio. Nam diffinitiones accidentium, (sicut dicit Philosophus) sunt ex additamento. Si militer si per rem eiusdem generis: tunc ergo intrat essentiā, & non dicit totam, cum sit pars diffinitionis: ergo necesse est illud quod apponitur, aliquid addere secūdum rem: & ita siuē in recto, siue in obliquo necesse est dicere aggregationem. Et propterea dicendum aliter, q hæc ratio intellecta de persona creata, est notificatio dicens aggregationem. In deo autem non dicit aggregationem secundum rem, sed secundum intelligendi rationem: quę tamen non est una, eo quòd omnia quæ dicuntur in ratione personę, inueniuntur in deo, licet non per diuersitatem: & hoc quidem potest intelligi sic. In creaturis specificatio per additionem complētem, est indiuiduatio per additionem; siue appositionem contrahentem. Et ideo cum dicitur substantia indiuidua, indiuiduum realiter addit supra substantiam, unde & substantia indiuidua supra naturam, & ideo necesse est esse compositam personam in creatura. Sed indiuiduatio, uel distinctio est in deo per solam originem. Et quia persona oritur seipsa, ideo nulla est ibi additio, sed plurificatio, & per plurificationem

Ex 7. Metap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem distinctio,& indiuiduatio, & ideo nec indiuidua addit supra substantiam,nec substantia supra naturam: ideo uere dicitur, & uera est ratio intelligẽdi: & notificatio ista conuenit personæ diuinæ, nec significatur in ea aliqua compositio: unde tenet rationem cuiusdam notificationis,& cadit a ratione diffinitionis:quia nec Deus, nec diuina persona est diffinibilis, & tamen cognoscibilis, & notificabilis. Ad illvd, quod obiicitur de differentiis positis,siue de membris. Dicendum quod rationale dicitur uno modo, quod habet potentiam discernendi bonum a malo,uerum a falso,& sic deo, & creaturæ conuenit. Alio modo quod habet potentiam discernendi per inquisitionem,& collationẽ & discursum,& hoc est proprium animæ coniunctæ carni,& sic differentia talis. Primo modo ponitur in diffinitione, sed secundo modo obiicit. Ad illvd,quod obiicitur, substantia indiuidua dicitur in recto. Dicendum,quòd numeratur,sicut persona:quia(sicut dicit Anselmus) plures substantiæ sunt indiuiduæ,sicut plures personæ. Ad illvd, quod quæritẽ, utrũ hoc nomen Substantia stet pro communi,aut pro hypostasi: cõsueuit dupliciter responderi. Primo modo,quòd substantia stet pro communi. Et si tu obiicis, quòd illa non indiuiduatur: Dicunt,quòd differentia aduenies respicit substantiam ratione suppositi,& non ratione formæ, ut patet cum dicitur, indiuiduum animal. Hęc autem responsio non uidetur conueniens: quia hoc nomen substantia secundã quòd stat pro communi,nõ supponit personam. Vnde hæc est falsa, essentia generat, similiter hæc, substantia generat. Secundo modo dicitur, quòd ibi,substantia,tantum ualet, quantum hypostasis,nec est nugatio. Nam indiuiduatio attenditur in persona quantum ad triplicem incommunicatem,scilicet per prædicationem,& hæc conuenit hypostasi. Et per compositionem: quia nõ est alteri componibilis. Et per unionem; prout aliquid unitur digniori. Et ita differentia indiuidua dicit istas duas incommunitates: unde patet, q̃ non est ibi nugatio; patet etiã quia diffinitio est conuertibilis. Per istam duplicem incommunitatem excluditur anima hominis, quæ est alteri componibilis, & humana natura in Christo, quę est unita digniori. Sed ramen illud licet rationabiliter sit dictum: adhuc restat quæstio de hypostasi: quia hypostasis est substantia indiuidua. Quæritur similiter quomodo ibi accipiatur substantia: & non potest accipi nec pro communi, nec pro hypostasi. Et propter hoc dicitur tertio, quòd hoc nomen substãtia stat ibi secundum quod hoc nomen substantia diuiditur in primam,& secundam, & ita in quadam communitate ad substantiam uniuersalem, & particularem:& illud colligũt ex uerbis Boetii,quando uenatur diffinitionem personæ per prædictã diuisionem substantiæ,ut ibi patet. Vnde hoc nomẽ [indiuidua] coarctat illam indifferentiam illius nominis,substantia; ut stet pro substantia prima, & sic non est ibi nugatio, nec substantiæ cõmunis indiuiduatio. Ad illvd, quod ultimo quæritur de assignatione diffinitionum. Dicendum. quod persona diffinitur a Boet. Persona est rationalis creaturæ indiuidua substantia. Rich.sic. Persona est intellectualis naturæ incommunicabilis existentia. Diffinitur etiam alio modo sic Persona est existẽs per se iuxta singularem quendã rationalis existentiæ modum. A Magistr. diffinitur sic. Persona est hypostasis distincta proprietate ad noscibilitatem pertinente. Et notanda est differentia harum diffinitionũ: quia Boetius & Magistri diffiniunt personam, secũdum quod communiter dicitur in Deo, & in creaturis: sed Boetius magis considerat rationem rei: Magistri uerò addunt rationem translationis. Diffinitiones uerò Richar. sunt personæ, prout est in diuinis præcipue: sed una est propria a signatio: alia uero diffinitionis Boetii expositio, siue correctio. Posset tamen dici, quod omnes idẽ dicunt: differunt tamen secundum modum dicendi: quia diffinitio Boetii fuit data,& uidebatur in proprietatem sonare, ideo posuit. Richar. alia magis p pria uerba, & sic usq; ad quartã.

ARTICVLVS II.

Qvaestio I.

An nomen hoc Persona, uerè diuinis personis commune sit.

Secundo quæritur de se cũdo articulo s. de cõmunitate huius nominis, persona. Et circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, utrum hoc nomen persona sit uere cõe personis increatis. Secundo, utrũ sit cõe uniuocè personis creatis, & increatis.

Quod hoc nomẽ persona sit uere commune personis increatis, ostenditur per Aug. 7. de Trini. Ideo(inquit) dicuntur tres personæ: quia commune est eis,quod est persona: sed cõstat, quod ad plurificationem nõ sufficit communitas nominis solũ: ergo uere est cõe secundum rẽ. Item. Hoc ipsum uidetur ratione: quia omne nomen,quod recipit supra se nomen distributiuũ, est uere cõe ad illa in quæ distribuitur, sed tale est hoc nomen, persona: ergo est commune ad tres. Item Omne quod est secũdum idem nomen,& secundum eãdem rationem dicitur de pluribus,est uere cõe ad illa, sed persona est huiusmodi: ergo &cæt. Item. Cũ dico, pater est persona,hoc nomen [persona] predicatur, aut ergo tanquam ens de ratione patris, aut tanquam accidentale. Constat,quod non tanquam accidentale: ergo tanquã ens de ratione patris, aut ergo dicit totum quod est pater, aut non. Si totum, sicut ergo patet prædicatur de solo patre, ita & persona, quod falsum est: ergo non dicit totum: ergo in plus est hoc, quod est persona,quam pater, & in plus,quòd est de ratione patris,& similiter de ratione filii:ergo est uere commune.

Contra. Omne commune ad aliqua, quod numeratur in illis, est uere uniuersale ad illa: maxime si non dicitur accidentaliter de illis: hoc patet: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustſ. dicebat ſupra Diſtin. 28. quod non ob aliud eſſentia non eſt uniuerſale, niſi quod nō numeratur in ſingularibus: ſi ergo perſona eſt cōmune ad tres, & ulterius numeratur ſiue plurificatur in illis; ergo eſt uniuerſale: ergo in diuinis eſt ponere uniuerſale, quod eſt contra prædeterminata: & contra Auguſtin. qui uult, quod in diuinis non ſit uniuerſale, nec particulare. ITEM. Nihil eſt commune, quod de ſua ratione, & nomine priuat communitatem: ſed perſona dicit indiuiduum, ſiue incommunicabile de ratione ſui nominis: ergo &c. ITEM. Omne, quod dicitur ſecundum ſubſtantiam, & eſt commune, dicitur ſecundum ſubſtantiam communem: ſed nihil, quod dicitur ſecundum ſubſtantiam communem, plurificatur: ergo perſona non plurificatur. Conſtat autem, quod plurificatur, & tamen dicitur ſecundum ſubſtantiam: ergo non dicit quid commune. ITEM. Si dicit quid commune, aut nominis tantum, aut nominis & rationis tantum, aut nominis, & rationis, & rei, Si tantum nominis: ergo eſt æquiuocatio: ergo non eſt commune. Si tantum nominis, & rationis, ita quod nihil eſt commune in re: ergo eſt unitas ſolum. Si uero nominis, & rationis, & rei: ſed communitas realis (ut uult Damaſcen.) non eſt niſi cōmunitas ſubſtantiæ, & naturæ, & hæc nullo modo plurificatur: ergo hoc nomē [perſona] nullo modo poteſt eſſe commune.

RESOLVTIO.

Verè quidem: ut non quamcunque communitatē dicit, ſed priuationis, & proportionis.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam eſt notādum, quod perſona abſque dubio eſt communis tribus, & eſſentia communis: ſed tamen alius modus communitatis eſt in eſſentia, & perſona: & huius ſignum eſt, quod plurificatur perſona, non eſſentia: differentia autem communitatum differenter accipitur a diuerſis. Quidam enim dicunt, quod dupliciter contingit aliquid eſſe commune. ſ. ſecundū poſitionem, & ſecundum priuationem. Secundum poſitionem dicunt animal eſſe commune ad hominem, & aſinum. Secūdum priuationem uero, ut non animal eſt cōe ad lapidem, & ad lignum: & dicunt, quod communitas ſecundum poſitionem, eſt in natura, & eſſentia, & in nomine hoc ſignificante. Communitas uero ſecundum priuationem eſt in perſona, quia dicitur perſona quaſi incommunicabilis, ideſt ſecundum priuationem communitatis. Alii dicūt, quod duplex eſt communitas. Quædam ſecundum unitatem naturæ abſolutę. Quædam ſecūdum ſimilitudinem habitudinis comparatæ. Communitas ſecundum unitatem naturæ abſolutę, eſt humanitas reſpectu Petri, & Pauli: quia una natura uniuerſalis reperitur in utriſque. Communitas uero ſecundum ſimilitudinem habitudinis relatæ, eſt illa, quæ attenditur in conſimili operatione, ſicut modus regendi communis eſt nautæ ad regē dum nauem, & doctoris ad regēdas ſcholas: quia uterque nō dēc eſſe ſorte; ſed arte peritus. Et primus quidem modus attenditur in eſſentia. Secundus uero attenditur in perſona. Nam perſona dicitur quaſi proprietate diſtincta, & ita dicit habitudinem ad proprietatem, quæ conſimilis eſt in qualibet perſonarum. Non enim dicit quantū eſt de ſe unā formā naturalē, niſi in obliquo: ſed ſubſtantia ſiue eſſentia dicit formam, & naturam abſolutam in qua communicant. ALII DICVNT tertio modo, quod duplex eſt communitas, rei ſcilicet, & rationis. Rei, ſicut uniuerſale ad ſingularia. Rationis uero ſicut aliqua intentio accepta ab anima ſecundum conſimilem modum accipiendi: & ſic hoc nomen [indiuiduum] eſt commune ſecundum rationem ad Petrum, & ad Paulum. Primo modo dicūt eſſentiam eſſe communem. Secundo modo dicunt eſſe communē perſonam. Quia hoc dicit perſona in diuinis quod indiuiduum in creaturis. Omnes autem iſti modi dicendi ſi diligentius attēdamus, conueniētes ſunt, & ſumpti ſunt ex ſignificatione huius nominis, qđ eſt, perſona, ſiue ex diſtinctione. Perſona enim dicit incōmunicabile ſecundum rationē, & hoc dicit priuationem communitatis. Perſona ulterius, quia incommunicabilitatem habet ratione eius, quod iubeſt proprietati diſtinguenti, dicit habitudinem ad proprietatem, ſicut per nomen hypoſtaſis. Rurſus ex his habetur, quod perſona ponit circa ſuppoſitum, de quo dicitur, intentionem ſubiiciendi &

non prædicandi de pluribus, & ita patet, quod ratione ſui noīs importat habitudinis priuationem, & intentionem rationis. Et quia cōitas eius accipitur ſm rationem nominis, ideo importat cōitatem ſecundum priuationē, & proportionem, ſiue analogiā, & rationē. Tamen inter oēs hos modos medius magis accedit ad naturā rei: qa reuera priuatio illa ī perſona magis eſt poſitio quā priuatio: rurſus noīs intentio fundamentū, & radicē habet in re. Concedendę ergo ſunt rationes, quod perſona dicit commune in diuinis.

AD ILLVD, qđ obiicitur, qđ plurificatur, iam patet reſpōſio: quia uniuerſale dicit communitatem ſecundum poſitionem, & ſecundum unitatem naturæ, & ſecundum rem, non ſolum ſecundum rationem: & quoniā perſona hoc modo non importat communitatem, ideo non eſt uniuerſale. Nihilominus tamen ratio non ualet: quia uniuerſale plurificatur, & uere numeratur propter uerā additionē, propter quam cōtrahitur ad indiuiduum: & hic perſona non addit ſupra perſonāquoniam ut (prędictum eſt) non eſt diſtinctio in diuinis per additionem; ſed per originem: ideo perſona nec uere numeratur, nec trahitur in partem illo modo, quo uniuerſale. AD ILLVD, quod obiicit, quod priuat communitatem. Dicendum, quod illud, quod priuat communitatem, non eſt commune ſecundum illam communitatem, quā priuat; ſed perſona priuat communitatem rei; ſed nō communitatem rōnis, & ſecun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum illam non est communis, sed secundum communitatem rationis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod est cōmune, & dicitur secundum substantiam communem. Dicendum, quod hic est accidens, sicut hic est albus & ille est monachus: ergo est albus monachus: ergo aliam rationē denominandi importat ille terminus [albus] ī præmissa & in conclusione. Sic rectè dicendum de hoc termino, commune: quia primo secundū habitudinem, secundo secundū naturæ unitatem accipitur.

QVOD quæritur, aut est communitas rei, aut nominis, aut rationis. Dicendum, quod omnibus his modis: sed communitas realis duplex est, sicut ubique est. s. secundum naturæ unitatem, & secundum similem habitudinē, & primo modo loquitur Damascenus: & ideo patent cætera.

QVAESTIO II.

An Persona uniuocè dicatur de creatis & increatis personis?

VTRVM hoc nomen Persona sit commune uniuocū creatis, & increatis personis. Quod sic, uidetur: quia eadem est ratio, & idem nomen personæ secundum quod dicitur de his, & de illis. ITEM. Hoc uidetur: quia communitas personæ est communitas consimilis habitudinis: sed consimilis habitudo quæ reperitur in Deo, reperitur & in creatura. Quia sicut pater est suppositum diuinæ naturę, ita Petrus humanę: ergo &c. ITEM. Complementum rationis personę consistit in cōmunicabilitate, sed incommunicabilitas communis est personis diuinis, & creaturis, ergo &c.

CONTRA. Deus, & creaturę summè distant: ergo nihil habent commune: ergo nihil uniuocum. ITEM. Persona est substantia, ergo quę uniuocantur in persona, uniuocantur in substantia. Sed creator, & creatura non uniuocantur in substantia: quia tunc deus esset in genere: ergo nec in persona. ITEM. Quę uniuocantur in aliquo, æqualiter sunt in illo, sed nihil participat æqualiter creatura cū deo: ergo hoc ipsum, quod est persona dicitur uniuoce de deo, & creatura. ITEM. Quæritur ergo, de quo per prius dicatur persona? Et uidetur, quod per prius persona dicatur de creatura: quia inde translatum est ad diuina. Contra. Natura intellectualis, & substantia, & distinctio est in deo per prius, quàm in creaturis, & nō sunt plura de ratione personæ, ergo &c.

RESOLVTIO.

Non quam uniuoce, sed analogice.

RESP. Dicēdum, quod hoc nomen [persona] sicut prius ūtum est, non dicit nisi communitatem habitudinis, super quàm fundatur communitas rationis. Quoniam ergo consimilis habitudo reperitur in personis creatis, & increatis: hinc est, quod hoc nomen Persona non dicitur equiuoce, sed analogice. Sed attendēdum, quod communitas habitudinis pōt esse per respectum ad res eiusdem generis, & tunc est uniuocatio, & analogia secundū æqualitatem, ut Petrus est individuum, & Paulus: & æqualiter conuenit eis ratio individui. Potest etiam esse per comparationē diuersorum generum ut Petrus, & albedo Petri, in hoc, quod est esse individuum uniuntur: & prius conuenit ratio individui Petro, quàm eius albedini. Sic dicendum, quod hoc nomē Persona, dictum de personis diuinis dicitur secundum comparationem rerū eiusdem naturę: ideo analogice, & æqualiter: & ideo quodammodo uniuoce: similiter cum dicitur de personis creatis. Cum autem dicitur de personis creatis, & increatis, dicitur per comparationem rerum diuersarum naturarum, & ideo per prius & per posterius. Et sic Persona, prius dicitur de personis creatis secundum nomē: sed secundum rem nominis p prius dicitur de personis increatis. Et quod quæritur utrum persona sit cōis personis creatis & increatis. Dicendum, quod si dicatur commune uniuocum, non: & rationes ad hoc concedendę sunt.

QVOD ergo obiicitur, qđ eadem est ratio &c. Dicendū, qđ non est eadem ratio, nisi secundum analogiam: quia longe nobilius, & aliter est natura intellectualis, & hypostasis, & distinctio, & proprietas in deo, quàm in creaturis. AD ILLVD, quod obiicitur, quod est habitudo cō similis. Dicendum, q̄ non est similitudo æqualitatis: & præterea talis similitudo non facit uniuocationem, sed analogiam solū. AD ILLVD, quod obiicitur de incommutabilitate. Dicendum quod non est pura priuatio, immo importat distinctionē, & cū alia rō distinguendi distans multum ab illa sit in deo, & hoc nō tantum sm rem, immo etiā secūdum rationem rectam, intellectus non attribuit deo modum distinguendi, qui competit compositis, ideo nec ratione uniuocum est, sed solum analogum.

DISTINCTIO XXVI.

De his, quę proprie & æternaliter dicuntur de Deo secundum relationem siue proprietatem personalem, secundū quod ipsis personis assignantur.

NVNC de proprietatibus personarū, quas frequēter in hoc tractatu cōmemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primū audiamus quid de hoc nomine, Hypostasis Hiero. dicit: Ait .n. sub hoc nomine uenenum latere: sed hoc dicit secundū quod hæretici eo utebātur ut simplices seducerēt, scilicet pro persona & pro essentia, ut siue diceretur una tantum hypostasis, siue tres, minus peritos ad incōueniēs deducerēt: cū non erat hoc nomē ita apud catholicos uulgatū, nec ita eius significatio determinata ut modo. Et ideo Hiero. dicit hoc nomine non utēdū fore sine distinctione uel expositione, tunc. s. quādo cū hæreticis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticis contendebatur ita scribens de fide catholica ad Damasum Papam, Ab Arrionorum præsule hypostasion nouellum nomen a me homine Romano exigitur. Interrogamus, quid tres hypostases arbitrẽtur, intelligit: tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus: ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid ueneni in syllabis latet, Clamamus, Si quis tres hypostases, idest, tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis autem hypostasim vsiam intelligens, nõ tribus personis unã hypostasim indicit, alienus a Christo est: qui scilicet tres hypostases dicens, sub nomine pietatis, tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam substantiã, & tres personas perfectas æquales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bonæ suspicionis est, cum in eodẽ uerbo sensus dissentiunt. Aut si rectum putatis, tres hypostases cũ interpretationibus suis debere nos dicere, nõ negamus. Sed mihi credite, uenenum sub melle latet. Trãsfigurat.n. se angelus Satanæ in angelũ lucis. His verbis nõ negat utendum esse noïe hypostasis: sed hæreticos eo praue vsos ostẽdit: contra quos cautela opus erat ĩ distinctione significationis: alio quin sibi cõtradiceret, qui supra tres hypostases confitetur.

Rem. 2

2. Cor. 11.

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis.

Iam de proprietatibus personarũ videamus (quæ ẽt notiones siue relationes in scriptura plerunq; dicũtur) in illa sancta trinitate: quæ ideo à nobis repetitur, ut cordi nostro tenacius infigatur. Ait Aug. in Li. de fide ad Petrũ. Aliud est genuisse, quã natũ esse: aliudq; est procedere, quã genuisse uel natũ esse. Vnde manifestũ est, quod alius est pater, alius filius, alius S.S. Et est propriũ solius patris, nõ quia non est natus ipse; sed quia unũ filiũ genuerit: propriumq; solius filij, nõ quia ipse nõ genuit; sed quia de patris essentia natus est, Propriũ uero S.S. est, non quia nec natus est ipse, nec genuit; sed quia solus de patre filioq; procedit. Ecce breuiter assignauit tres proprietates triũ personarũ: quarũ una non est alia. Hoc.n. significauit cum dixit, Aliud est genuisse quã natũ esse, aliudq; procedere. i. alia proprietas siue notio est generatio,

Cap. 1. & 2.

generatio, & alia natiuitas, alia processio, quæ aliis noïbus dicũtur paternitas, filiatio. Has proprietates designãt noïa personarum. s. pater, filius, & S.S. quæ relatiua sunt: & ad se inuicem dicuntur: quia notãt relationes, quæ nõ sunt deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt ĩmutabiliter, ut non nõ appellationes sint relatiuæ, sed ẽt relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

Quod non omnia, quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam.

Quocirca sciendum est, non omne quod dicitur de Deo, dici secundum substantiam, quia quædam dicuntur secundum relationem, quæ non est accidens, quia non est mutabilis. Vnde Augustin. in 5. Lib. de Trin. ait, Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamen omne quòd dicitur secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis atq; mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. In Deo aũt nihil quidẽ secundũ accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est, aut amissibile: nec tamẽ omne quoddicitur de deo, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidens: quia & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ita semper quia semper natus est filius, non cœpit unquam esse filius. Quod si aliquando esse cœpisset, aut aliquãdo desineret esse filius, secundum accidens diceretur. Et quia pater non dicitur pater, nisi ex eo quòd est ei filius: & filius non dicitur filius, nisi ex eo quòd habet patrem: non secundũ substantiã hæc dicuntur, sed adinuicem ista dicuntur: neque tamen secundum accidens: quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, & æternum atque incommutabile est eis. Ecce aperte his uerbis ostenditur, quædam dici de Deo secundum substantiam, quædam secundum relationem, nihil tamen secundum accidẽs. Ostẽditur etiam proprietas patris esse, quod habet filium, & proprietas filij, quod habet patrem. Ideoq; cum dixerit æternũ & incõmutabile esse quòd pater dicitur, & quod filius dicitur: ita ĩtelligi uoluit. i. proprietas, qua pater est pater: et proprietas,

Cap. 4. & 5.

qua filius est filius, æterna est & incommutabilis: quia & pater semper pater, & filius semper filius. Vnde & Hilar. In medio lib. proprietates personarum assignans in 12. Lib. de Trni. ait, Si semper patri proprium est, quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse, quòd semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper & filius est: ergo qui non semper pater est, non semper genuit. Item in eodem, Nato Deo manifestum est proprium esse quod filius est. Paulo ante medium.

Quare dicatur esse proprium unigeniti, quod est filius Dei: cum etiam homines sint filii Dei.

Hic queritur quomodo dicatur propriũ nato Deo quod est Dei filius vel genitus ex Deo: cum etiam homines filij Dei dicantur & fiant secundum illud, Filij excelsi omnes. Et ad Moysen de populo Israel dominus ait, Filius meus primogenitus Israel. Sed magna est distantia, Homines enim filij Dei sunt factura, non natiuitatis proprietate: Deus autem filius originis proprietate filius est, & ueritate natiuitatis, non factura uel adoptione & filij quidem ante sunt, quam filij Dei sunt; fiunt enim filij, non nascuntur filij dei. Vnde Hilarius solum Deum natum originis proprietate Dei filium ostendens, inter ipsum & homines filios Dei euidentissimè distinguit in 12. Lib. de Trin. ita dicens, Vero patri solus qui ex eo nascitur verè filius est: & nos quidem filij Dei sumus, sed per factũram. Fuimus enim aliquando filij iracundiæ, sed filij Dei per adoptionem effecti sumus potius quam nascimur: & quia oẽ quod fit, antequã fiat non fuit, nos cum filij, nõ fuissemus, efficimur. Ante enim filij nõ eramus, sed per gratiam facti sumus, non nati neque generati, sed acquisiti. Acquisiuit enim nos Deus sibi, & per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse enim Deum filios nunquã cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione enim homo factus est filius Dei, non ex generatione: neque ei proprietas est, sed nuncupatio: ac per id non vere filius est, quia nec propriè natus dicitur, nec semper fuit filius. Vnigenitus autem Deus nec fuit aliquando non filius, nec fuit antequam filius, nec quicquam ipse filius. Atque ita qui semper est filius, nascibilitatis proprietate ac ueritate filius est eius solius qui genuit, & ille tantum qui genuit, pater ipsius est: quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione. Pf. 81. Exo. 4.

Quod homo dicitur filius trinitatis, & trinitas potest dici pater hominum.

Homo vero, qui filius Dei est factura, non tãtum patris, sed filij, & spiritus sancti filius, ideſt, totius trinitatis: & trinitas ipsa pater eius dici potest. Vnde Augu. in 5. de Lib. de Trin. dicit, Non potest dici trinitas pater, nisi fortè translatiue ad creaturam, propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est, Audi Israel, dominus Deus tuus Deus unus est: non vtique excepto filio aut spiritu sancto oportet intelligi: quem vnum dominum Deum nostrum rectè dicimus etiam patrem nostrum, per gratiam suam nos regenerantem. De hoc etiam Hilarius in 6. Lib. de Trin. ait, Omnibus per fidem Deus pater est, quibus est pater per eam fidẽ, qua Iesum Christum Dei filium confitemur. Ecce ostensum est, quare proprium dicatur esse Dei nati, quod filius est, quia scilicet ipse solus natus proprie dicitur. Vnde Hilarius in Libr. 3. de Trin. ait, Dominus dicens, clarifica filium tuum, non solo nomine contestatus est se esse filium, sed & proprietate. Nos filij Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine, non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione. Cap. 11. Deut. 6. loẽ. 17.

Quod spiritus sanctus dicitur propriè donum Dei.

Ita etiam de spiritu sancto dicendum est, qui propriè dicitur donum Dei, cum tamen & alia plura sint dona Dei. Sed spiritus sanctus proprietate immutabili & æterna donum est sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donũ, quo spiritus sanctus, & utroque utique nomine relatiuè dicitur: eademque relatione dicitur spiritus sanctus & donum: licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine Spiritus sanctus, sicut in hoc nomine, donum. Vnde Augustin. Lib. de Trin. ait, Spiritus Sanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur, in eo quòd proprie dicitur s.s. relatiuè dicitur, cũ ad patrẽ, & filiũ refertur: quia S.S. & patris, & filij & spũs est. Sed ipsa relatio nõ appãret in hoc nomine Cap. 11. Quid sit Spũs S.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine, apparet aũt cũ dicitur donũ Dei. Donũ. n. eſt patris & filij, quia a patre procedit, & a filio: ergo S. S. meſſabilis quę dam patris filijq; cõmunio eſt. Et ideo fortaſſe ſic appellatur, vt iam diximus, nec iterare piget, quia patri & filio põt eadẽ appellatio cõuenire. Nã hoc ipſe proprie dicitur, quo illi cõuer, quia ẽt pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus. Vt ergo ex noīe quod utrīq; conuenit, utriuſq; communio ſignificetur, vocatur donum amborum ſpiritus ſanctus. Ecce habes quare ſpiritus ſanctus proprie dicatur donum, & quod relatiuè dicitur, ſiue donum, ſiue ſpiritus ſanctus, & quòd nomen ſibi proprium tenet, quòd cõmuniter patri & filio conuenit, ſed diuiſim. Et eſt ſecundum quod eum pater vel filius dicitur ſpũs, ſiue ſanctus, neutrũ relatiuè dicitur, ſed ſecundum ſubſtantiã.

An pater, uel filius, uel trinitas ipſa poſsit dici ſpiritus ſanctus.

Hic quæri poteſt, vtrum pater, vel filius, vel etiam ipſa trinitas poſſit dici ſpiritus ſanctus, ſicut diſiunctum dicitur & ſpiritus ſanctus. De hoc Aug. in 5. Lib. de Trin. ſic ait, Trinitas nullo modo poteſt diei filius: ſpiritus uero ſanctus poteſt quidem uniuerſaliter dici, ſecundum in quod ſcriptũ eſt, Quoniam Deus ſpiritus eſt, Itaque pater & filius & ſpiritus ſanctus, quoniam vnus Deus eſt, & utique Deus ſanctus eſt, & Deus ſpiritus eſt, poteſt appellari trinitas, & ſpiritus ſanctus. Sed tamen tunc ſpũs ſanctus relatiue non dicitur, ſed ſecũdum eſſentiam, quia propriè ſpiritus ſanctus, qui non eſt trinitas, ſed in trinitate, dicitur relatiuè.

Quidam putant ſpiritum ſanctum non dici relatiuè ad patrem & filium.

Quidam tamen putant ſpiritum ſanctum, vel donum nõ dici relatiue ad patrem uel ad filium. Si enim, inquiũt, hæc relatiuè ad ſe dicuntur, ſuis inuicem ſibi reſpondent uocabulis: ut ſicut dicitur pater filij pater, & filius patris filius; ita dicatur pater ſpiritus ſancti, uel doni pater: & ſpiritus ſanctus uel donum patris ſpiritus uel donum. Sed non ita eſt in omnibus relatiuis. Non enim omnia, quæ relatiuè dicuntur, ſuis ad ſe inuicem reſpondẽt vocabulis. Vnde Aug.

horum elidens opinionem, in 5. Lib. de Tri. Non te moueat, inquit, quoniam diximus ſpiritum ſanctum non ipſam trinitatem, ſed eum qui eſt in trinitate, relatiuè dici, licet non ei reſpondeat uiciſſim uocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim ſpiritum ſanctum patris, ſed nõ uiciſſim dicimus patrem ſpiritus ſancti, ne filius eius intelligatur ſpiritus ſanctus. Item dicimus ſpiritum ſanctum filij, ſed non dicimus filium ſpiritus ſancti, ne pater eius intelligatur ſpiritus ſanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, ut non inueniatur uocabulum quo ſibi uiciſſim reſpondeant. Cum ergo dicimus donum patris & filij, non quidem poſſumus dicere patrem doni aut filium doni: ſed ut uiciſſim reſpondeant, dicimus donum donatoris, & donatorem doni: quia potuit inueniri uſitatum uocabulum, illic non potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cum dicimus, relatiuè utrumq; ad inuicem dicimus, donator tamen non fuit deus, niſi ex tempore, cum S. S. ſit donum, & ab æterno.

SVPRA Magiſter multipliciter egit de his, quę dicunt de Deo ſecundum ſubſtantiã. Hic ſecundo agit de his, quæ dicuntur de eodem ſecundum relationem. Diuiditur autem hęc pars in duas. In prima agit de his, quæ dicuntur de Deo proprie: & æternaliter. In ſecunda agit de his, q̃ dicuntur de Deo propriè, & temporaliter, infra Diſt. 33. *Sunt enim quædam, quæ ex tempore &c.*] Prima pars iterũ diuiditur in duas. Quia quædam ſunt proprietates, ſiue relationes perſonales, & de his agit primo. Quædam non perſonales; & de his agit ſecundo: infra Diſtin. 28. *Præterea conſiderari oportet, quod non tantum tres &c.*] Prima pars iterum diuiditur in duas. In prima aſſignat proprietates perſonarum ſecundum quod in ipſis perſonis aſſignantur. In ſecunda uero agit de ipſis, ſecundum quod eſt contingit diuerſis nominibus exprimi, infra Diſtin. 27. *Hic quæri poteſt, utrum proprietates &c.*] Prima pars habet duas. In prima Magiſter aſſignat proprietates perſonarum. In ſecunda uero circa aſſignationem mouet dubitationem, ibi. *Hic quæritur, quomodo proprium dicatur eſſe nato &c.*] Prima pars habet tres partes. In prima determinat quibus aſſignentur proprietates, quia hypoſtaſibus. In ſecunda aſſignat, quæ ſint illę proprietates, ibid. *Iam de proprietatibus perſonarum uideamus &c.*] Tertio oſtendit quid ſunt illæ proprietates, quoniam ſunt relationes, ſiue dictæ ſecundum relationem, non tamen ſecundum accidens, ibi. *Quæ circa ſciendum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est non omne &c.] Similiter secunda pars in qua mouet dubitationes iuxta prædictas assignationes, habet duas. In prima mouet dubitationes contra assignationem proprietatis filii. In secunda contra assignationem proprietatis spūs s. ibid. *Hic quæri potest, utrum pater &c.*] Prima pars habet duas. In prima proponit quæstionem, & soluit auctoritate August. & Hilarii. In secunda illam solutionem applicat etiam circa proprietatem spūs sancti, quæ est donum, ibi *Ita etiam de S. S. dicendum est &c.*] Similiter secūda pars hēt duas partes. In prima q̄rit & soluit. In secunda quorundam positionem improbat. Primum facit ibi. *Hic quæri potest, utrum pater &c.*] Secundum facit, ibi. *Quidam tamen putant S. S. &c.*]

Dub. 1. *A Arrianorum præsule hypostasion &c.*] Obiicitur, si est noueilum nomen, cum Apostolus dicat 1. Timoth. ultim. uocum nouitates esse uitandas, nullo modo debuit concedere. Præterea Dama. dicit, quod hypostasis est substantia cum accidentibus, sed in diuinis non cadit accidens, igitur nec nomē hypostasis: igit &c. Resp. Dicendū, q̄ nouitas uno mō sonat in uitiū, alio modo non. Quando est talis adiunctio, quod sententiam etiam facit, quæ non habet ortum ex ueritate antiqua, tūc est uere nouellum, & sic dicit Apostolus esse fugiendum, unde addit [prophanas] ergo quantum ad intellectum sanum, non erat nouum: sed quantum ad intellectum quem hæretici supponebant. Quod obiicitur de auctoritate Dama. Dicendum, quod nomen hypostasis de se non importat respectum ad accidens, sed solum ad proprietatem distinguentem, quæ (inquam) in creaturis est accidens. Ideo dicit subiectum cum accidentibus, non sic autem est in deo.

Venenum sub melle latet &c.] Dub. 3. Obiicitur, quia cum hoc non dicat nisi per errorem conuictus, uidetur, quod talia nomina omnino essent fugienda. Resp. Dicendum, quòd uenenum non latebat sub nomine, sed sub eorū intentione, siue occasione, qui ex hoc occasionaliter uolebant inducere in hæresim. Vel potest dici, quod uenenum latebat nō quantum ad significationem, sed propter dubitationem: ideo nunc cum determinata est eius significatio, absque dubio est tenendum.

Aliud est genuisse, quàm natum esse &c.] Dub. 4. Videtur male dicere, quia cum, aliud, dicat diuersitatem in essentia, secundum hoc uidetur, q̄ generatio actiua, & natiuitas differant p essentiam, q̄d est cōtra fidē. Resp. Dicendū, q̄ [aliud] nō dicit ibi diuersitatē a parte rei absolutè, sed p cōparationem ad dicentem, & intelligentē. q. d. aliud est intelligere, siue dicere patrem generāre, & huiusmodi, & huic actietati non subest diuersitas essentiæ, sed alietas proprietatis.

Et est proprium solius patris &c.] Videtur dicere contra illud, q̄d dicitur, infra distin. 28. ubi dicitur quod hoc quod est, ingenitus, est proprium patris, sed ingenitū non est aliud dicere, quam non genitum: Resp. quod Aug. loquitur de hoc, q̄ est, non natus, secundum quod dicit puram negationem, & sic non dicit proprietatē. Ingenitus enim prout est proprietas, non est pura negatio.

Dub. 5. *Nihil in deo secundum accidens dicitur, &c.*] Videtur ista ratio non ualere: quia aliqua sunt accidentia inseparabilia, & talia non sunt amissibilia. Resp. Dicendum. Sicut ipse Aug. dicit, omne accidens aut est per suam naturam mutabile, aut amissibile, aut pōt circa subiectum suū intendi, uel remitti. Et ipse non dicit, quod sit accidens tātum, quia potest amitti, sed quia potuit aduenire rei prius existenti, uel recedere a re iam existente, uel saltem intendi, uel remitti, siue uariari. Et si tu obicias, quod accidentia non pāt uariati, sm Boetium: uerum est de alteratione a subiecto ī subiectū: tñ certum est, quod in eodē intenduntur, & remittuntur. Aliter pōt dici, quod accidens pōt cōparari ad subiectum primū, & ad subiectum proximum. Et habito respectu ad subiectum primum, omne accidens dicitur aduenire, quod est possibile ēt abesse, quamuis non respectu subiecti, quod est subiectum, & causa. Tertius modus dicendi ē ille, quod id solū est per naturā immutabile, q̄ est omnino simplex. Si igitur Deus est immutabilis, igitur est oīno simplex: & in nullo simplici est accidens. igitur in nullo immutabili accidens est ponere. Si igitur pater est immutabilis, & in eo est paternitas, igitur non est accidēs.

Homines enim filij Dei sunt factura &c.] Dub. 6. Obiicitur, q̄ secundū illum modum dicendi, cum asinus sit factus, uidetur quod possit dici deus filius. Et similiter, quòd area, quæ facta est ab artifice: possit dici filia artificis: quorum neutrum conceditur. Si tu dicas; q̄ oportet, q̄ sit ad imaginem Dei factus. Contra. Diabolus est ad imaginem Dei factus: igitur Diabolus est filius dei. Resp. Dicēdum, quòd hoc, q̄ dico Filius, duo dicit. s. ortum, & imitationem. Dicendū igitur, q̄ est imitatio per omnimodam assimilationem, & sic filius naturalis imitatur patrem, & quia non habet socium imitādo, sic ideo solus ipse est filius naturalis. Et iterum est imitatio expressa: & hæc consistit in imagine & hæc tener adhuc rationem filii, & factura. Et est iterum imitatio longinqua, & hæc tenet tantum rationem facturę non filii. Sed attendendū est, q̄ imitatio expressa, ut consistit in sua conditione, aut est insignita ulterius sua perfectione, & decore: aut est priuata honore, & deformata a sua conditione. Primo modo dicitur filius factura. Secundo modo filius factura, & adoptione. Tertio mō neutro modo dicitur, filius, nisi ualde impropriē, & cū additione distrahente: quia Dominus Ioan. 8. dicit, peccatores habere patrem diabolum, propterea quòd a deo recedunt, & imitantur eum.

Deus autem filius originis &c.] Dub. 7. Ponit tres proprietates nominum, quibus Deus filius Dei ē, s. origine, ueritatē, & natiuita-

tem: quæritur ergo de distinctione illorum nominum. Dicendum, ꝙ tria dicit ad excludẽdum tres hæreses. Contra Fotinum dicit, origine, non adoptione: quia Fotinus dicebat Christum esse filium dei adoptiuũ. Contra Sabellium dicit, ueritate, non nuncupatione: quia ipse dicebat, quod idem ipse primo pater nuncupatur, postea filius. Contra Arrium dicit, natiuitate, non creatione, quia Arrius dicebat esse Dei filium creaturam.

Dub.1. *Sed eum qui est in Trinitate; relatiue dici &c.*] Videtur hoc falsum: quia proprium est relatiuorum dici ad conuertentiã: ergo si non dicuntur ad conuertentiam: nõ dicuntur relatiue. Resp. dicendum, ꝙ illud uerum est, si nomen impositum est utrique extremo: alioquin si deficit ex una parte, non dicitur, ut si dicatur remus nauis. Similiter uult dicere Augustinus sub istis nominibus pater, & filius non referuntur ad spiritum sanctum. Sed tamen ubi deficiunt nomina, decet fingere: sed in diuinis melius est tacere, quàm fingere, propter uitandum errorem:

Dub.9. *Quia hic potuit inueniri &c.*] Videtur hoc falsum: quia ita bene spirator dicitur ad spiritum, sicut donator ad donum. Respond. Vnus modus dicendi est, quòd Augustinus non loquitur simpliciter de hoc nomine spiritus, sed de hoc toto, spiritus sanctus. Vel aliter, hoc dicit, quia spirator tunc non erat nomen usitatum, ut donator.

Dub.10 *Donator tamen non fuit deus &c.*] Obiicitur, quia secundum hoc nec donum dicitur nisi ex tempore, cũ relatiua sint simul natura. Ad hoc dicẽdum, quòd potest dici ab actu donandi, uel ab habitu: Primo modo dicitur solum ex tempore, & sic donũ. Secundo dicitur ab æterno.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An ponere sit in diuinis proprietates personales?

AD intelligentiam eorum, quæ in ista distinctione dicuntur, quatuor quæruntur. Primo, utrum in diuinis sit ponere proprietates personarum: Secundo dato quòd sic, quæritur quid sint illæ proprietates. Tertiò, quæritur quis sit actus ipsarum.

QVOD in diuinis sit ponere proprietates personarum, non solum uocaliter, sed etiam realiter, ostenditur sic. Hieron. *In expo. fi. symbo. ad Dama. Cap. 3.* dicit, & habetur in fine præcedentis distin. Non tantum nomina, sed etiam nominum proprietates confitemur: ergo &c. ITEM. Augu. dicit in Lib. de fi. ad Petrum: Proprium est patris, quòd unum filium genuit: ergo a coniugatis generatio est proprietas patris: sed constat, quòd generatio realiter est in deo: & constat quòd conuenit soli patri: ergo secundum rem est proprietas patris. ITEM. Proprietatis ẽ distinguere: ergo ubi est uera distinctio: ibi est uera proprietas: sed in diuinis est uera distinctio. *Li. de orthod. fi. de. 1. 11* unde Dam. differentiam hypostaseon. i. personarum in tribus proprietatibus, paternali, filiali, & processibili cognoscimus.

ITEM. Hoc ipsum uidetur rõne, quia sicut est alius modus quærendi de essentia, & persona, ita est alius modus quærendi de essentia, & proprietate. De essentia enim quæritur per quid, de proprietate per quomodo se habet: ergo sicut ponitur essentia in diuinis, & persona secundum ueritatem, ita debet poni proprietas. ITEM. Supra probatum est ꝙ differunt generatio, & processio realiter: alioquin non differrent personæ: ergo generatio, & spiratio differunt realiter: sed tam generatio, quàm spiratio est in una persona non multiplicata, ut ẽ in persona patris, ergo cum persona sit realiter una, & proprietates realiter plures, ergo est ponere proprietates realiter in diuinis differentes, sed non differentia essentiali, sed nec personali, cum sint in eadem persona, ergo notionali: ꝙ si non differunt generatio, & spiratio, sicut hæc est uera, pater spirat. s. s. & hęc, pater generat. s. i. & tunc sequeretur, ꝙ s. s. esset filius.

Supra dist. 15 q. 3.

Dist. 11 q. 2.

ITEM. Pater, & filius sunt unũ principium. s. s. hoc supra probatum est, & est ratio in promptu, quia unus omnino est, qui spiratur, & hoc quod est, unum, dicit unitatem. Non essentiæ, nec personæ: ergo oportet, ꝙ proprietatis: & si hoc, necesse ẽ poni, proprietates in diuinis realiter, nõ nominaliter, nec tantum in uoce. ITEM. In patre est paternitas, & innascibilitas: aut ergo eadem proprietas, aut alia. Si eadem proprietas: ergo & relatio eadem: sed secundum paternitatem refertur ad filium: ergo & secundum innascibilitatem: sed hoc est falsum: igitur alia: & psona est una: ergo necesse est ponere proprietates in diuinis psonis, etiam realiter differẽtes.

CONTRA, Hila. de Trin. Pater, & filius, & s. s. solis differũt nominibus; igitur si differunt solis nominibus, non sunt ibi reales proprietates, sed uocales. ITEM. Damas. dicit in 1. lib. Oportet scire, ꝙ aliud est differre re, aliud ratione: & dicit, ꝙ in creaturis est differentia re, & cõuenientia ratione: sed in diuinis econtrario: cum ergo sit distinctio secundum proprietates, uidetur igitur, quòd sint ibi solum secundum modum loquendi, uel intelligendi, non a parte rei. ITEM. Hoc ipsum ũrõne, quia in summo simplici non cadit differẽtia aliqua: sed diuina persona est summe simplex. Aut igitur ibi non est proprietas, aut solo modo loquendi, ergo &c. ITEM. Ita simplex est persona, sicut essentia: sed proprietates essentiæ non differunt nisi solo modo loquendi, non secundum rem. ergo similiter proprietates personæ. ITEM, Diuina essentia ꝓꝓ summã simplicitatẽ seipsa refertur ad creaturã, & iõ relatio essentialis solo mõ loquendi differt ab essentia, ut cum dr Dñus: omnino. n. in substantiam transit: ergo pari rõne psona seipsa refert ad personã. ITEM. Creatura ꝓꝓ essentialẽ comparationẽ ad suũ principiũ, seipsa refertur ad suũ creatorẽ. Alioqn in creaturã, & creatorẽ caderet mediũ,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non esset nec creatura, neque creator: ergo si multo essentialior est comparatio personæ ad personam: ergo seipsa refertur: & si hoc, igitur uidetur, ꝙ ipsa proprietas, uel relatio non differat nisi solo modo loquendi a persona.

RESOLVTIO.

Cum plures sint diuinæ personæ & distinctæ ad inuicem; necessario & inibi distinguens esse necesse est: quod quidem distinguens proprietatem dicimus: quare & proprietates personales æquè illic admittimus.

RESPON. Dicendum, quòd omnes catholici tractatores posuerunt proprietates personarum in diuinis. Cum enim sint plures personæ, & distinctæ, necesse est, ꝙ sit ibi distinguens: hoc autem proprietatem appellamus: sed diuersificati sunt in modo positionis. Qm̃ ergo uiderũt aliqui summam simplicitatem in persona; sicut in essentia posuerunt, ꝙ sicut in essentia omnino est idem quo est, & quod est: ita in persona omnino idẽ, qui distinguitur, & quo: & ita suppositum, & proprietas omnino est idem, differens autem solo modo loquendi: sicut si dicatur, Rogo te benignum, uel benignitatem tuam. Sed ista positio non potest stare, quoniam sicut in opponendo probatum est, in eadem persona sunt proprietates differentes, nõ solum modo loquendi, sed & realiter. Videmus enim, quòd uno modo una persona comparatur ad unam, ut pater ad filium: & uidemus unam personam, uno modo, siue una habitudine cõparari ad plures, ut S. S. ad patrem, & filium. Et iterum unam personam pluribus modis comparari ad plures, ut si una ad patrem, & spiritum sanctũ. Similiter uidemus plures personas eodem modo comparari ad unã, ut pater, & filios ad spiritũ sanctum: ergo unitas habitudinis non potest accipi a parte essentiæ: certum est: nec a parte personæ, quæ refertur; nec ex parte personæ ad quam refertur. Restat ergo, ꝙ sit alius modus dicendi a parte rei sumptus. Et ideo nunc communis opinio tenet in diuinis esse proprietates personarum realiter differentes a seinuicem, & per hoc etiam differentes a psonis aliquo modo. Sicut enim quia in una essentia non plurificata, plures ponimus personas; modi dicendi essentialiter, & personaliter differunt, non solum differentia sumpta a parte nostra, sed etiã a parte rei. Sic & dicendum de modo dicendi personaliter, & notionaliter. Et ideo distinguũt Magistri tres modos dicẽdi in diuinis, qui sunt a parte rei, scilicet essentialem, personalem, & notionalem. Et dicitur communiter, ꝙ tres sint modi prædicandi, scilicet in quid, in quis, & in quæ, siue in quo modo se habet. Et incidit in peccatum. f. figuram dictionis ex communicatione horum modorũ, sicut in creaturis ex commutatione prædicamentorum. Sicut igitur in diuinis uera est essentia, & ueræ sunt personæ, ita sũt personarum proprietates.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium primo de Hilario dicendum, quòd ipse non accipit nomina pro ipsis uocibus: sed pro intellectibus: siue significatis importatis per illa tria nomina. Important enim proprietates. Nam [solum] ibi non excludit proprietatis ueritatẽ: sed excludit diuersitatem formæ, uel substantiæ uel naturæ. AD ILLVD, quod obiicitur de Damasceno, quòd differunt solum ratione. Dicendum, quod differre ratione est tripliciter. Vno modo a parte nostræ apprehensionis, sicut differunt in deo bonitas, & magnitudo. Alio modo differre ratione est secundum differentiam attributionis: quia aliquis modus ponitur circa unum, uel attribuitur uni, qui non attribuitur alteri: & sic differũt ratione essentia, persona, & notio. Tertio modo differre ratione, est differre secũdum pluralitatem distinctionis, quæ non inducit diuersitatem in essentia, uel in natura, tamen tantam inducit differentiam, quod unum non dicitur de altero: & sic differt ratione persona a persona, & proprietas a proprietate. Et prima quidem differentia secundum rationem est minima: quia nihil ei respondet a parte rei: sed ultimę respondet. Non uult Damascenus igitur diuidere rem contra rationem, nisi secundũ ꝙ res accipitur pro natura: nec etiam sic omnino diuidit, sed quasi a principali denominat. Nam in creaturis nõ solum est communitas rationis, imo etiã naturalis. Nam Petrus, & Paulus non tantum in ratione conueniunt, sed etiam in natura communi. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ hæc tollit summã simplicitatem. Dicendum, ꝙ differentia rationis quædam fundatur super quid absolutũ, siue substantiale: siue accidentale. Quædam autem super respectum, siue modum se habendi. Et prima differentia omnino repugnat simplicitati: & nõ potest esse in deo: secunda uero non repugnat, Nam uidemus respectum aliquem de nouo esse circa aliquid, illo nullo modo mutato. Videmus etiam aliqd habere plures respectus, ipso sine compositione existente. Dicendum igitur ꝙ proprietates personales sunt respectiuę non absolutæ, & ideo possunt differre ratione respectuum: qa persona suppositum, siue hypostasim dicit: sed proprietas dicit habitudinem ad alterum.

EX HOC patet sequens. Quia enim proprietates essentiales sunt absolute, non possunt dicere realem differentiam, nisi essentialem habeant: ideo solo modo loquendi differunt. Non sic proprietates personales. Vnde proprietates essentiales omnino tãtcunt in essentiam: sed personales non. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ essentia seipsa refertur, Dicendum, ꝙ essentia diuina non potest referri nisi ad aliam essentiam, ad aliam autem nõ refertur, quoniam relatio dicit ordinem, & habitudinem. Sicut autem unus Philosophus, Deus non ordinatur ad res: sed res ad ipsum: & ideo ibi non est relatio nisi solo modo loquendi: sed cum persona ad personam refertur, ibi uere est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ordo originis: & ideo habitudo, & ideo uera relatio: & sic patet illud. AD IILVD quod obiicitur, q̃ creatura seipsa refertur, dicendum, quòd referri seipso potest intelligi triplicíter. Aut quia inter rei respectũ, & essentiam non cadit mediũ, quia ipsa essentia essentialiter dependet: & sic quidem reperitur in creaturis: sic.n. refertur materia ad formam, & forma ad materiam. Vnde dicit Philosophus, q̃ materia hoc ipsum q̃ est, ad alterum est: tamen nec materia est suus respectus, nec forma est suus respectus, quia non habet omnimodam simplicitatem: Alio modo est referre seipso, quia inter id quod refertur, & suum correllatiuum non cadit aliquod medium, quod non sit alterum illorum: & sic pater refertur seipso ad filium, & econuerso. Nam pater est sua paternitas, & hoc propter summam simplicitatem. Tertio modo referri seipso est, quia ipsum quod refertur non est nisi relatio, & respectus purus, & hoc est impossibile esse neq; in deo, neque in creatura. Quia (sicut dicit Augustinus) Omne q̃ refertur: est aliquid, excepto eo quod relatiue dicitur: alioquin relationis esset relatio: & sic pater q̃ omnis proprietas relatiua, siue sit in deo, siue in creaturis, necessario differt aliquo modo ab eo cuius est proprietas, & magis in creatura quàm in creatore, & intelligantur omnia hæc sicut prius assignatum est, quoniam omne respectiuum fundatur sũper aliquod absolutum.

Lib. 7. de Tri. cap. 1.

QVAESTIO II.

Proprietates personales in diuinis quid sint.

DE proprietatibus quid sint: Et q̃ sint relationes uidet, quia dicit Hilarius 12. de Trinitate. Proprium est deo nato esse filium: sed filiatio est relatio: igitur &c. ITEM. Damascenus, dicamus diuinam uerbi hypostasi, naturam modo, & habitudine a paternali hypostasi differentem: sed modus habitudinis est relatio, igitur, &c. ITEM. Richardus de sancto Victore, in Libro de Trinitate dicit, q̃ personæ distinguuntur proprietate originis, sed origo in diuinis non est motus, sed habitudo: ergo & relatio. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione. q̃ proprium est, quod conuenit soli, sed nihil absolutum est incommunicabile in diuinis, & cõueniens soli: igitur omnis proprietas personalis est relatio.

CONTRA. Sicut paternitas est relatio, sic magnitudo quantitas, & bonitas qualitas: sed magnitudo dei non est quãtitas, nec bonitas qualitas: igitur, nec paternitas est relatio, sed paternitas est proprietas: igitur &c. SI DICAS quòd non est simile, quia alia transeunt in substantiam, relatio non: Contrarium ostenditur primo sic. Sicut quantitas est unum genus distinctum a substantia, ita & relatio: sed quia in deo non cadit diuersitas, ideo necessario genus quantitatis transit in substantiam, cum ibi non sit accidens, nec diuersitas generum: igitur pari ratione relatio. ITEM. Sicut deus

deus é sua magnitudo, ita deus est sua paternitas: sed quia deus est sua magnitudo, ideo quantitas nõ differt a substantia; sed in eam transit: ergo & paternitas similiter. ITEM. Videtur, q̃ relatio magis transit: quia inter omnia genera accidentium, relatio importat maiorẽ dependentiã: quia ad obiectũ, & subiectũ: sed deus oĩno est independens: igit & relatio minime manet i deo. ITEM. Inter omnia genera entium, relatio minus habet de entitate, sicut patet: quia aduenit, & recedit sine mutatione illius ad quod refertur: sed in summo ente non debet poni nisi quòd multum habet de entitate, igitur &c.

RESOLVTIO.

Proprietates personales in diuinis relationes sunt; tum quia incommunicabiles: tum q̃ realiter differentes.

RESP. Dicendum, q̃ proprietates personales necesse est esse relationes, & hoc duplici ratione, tum quia sunt incommunicabiles, & soli cõueniunt: tum etiam quia realiter differunt, ut ostensum est prius. Sola autem relatio manet in diuinis.

Contra dat §. 1. p. 41 ar. 1.

§. in. mediate pra. cedits.

AD QVINTVS intelligẽtiam notandum, quod relatio in aliquibus conuenit cum aliis prædicamentis, in aliquibus differt. Conuenit enim in hoc, quòd est prædicamentum, & genus entis, & in hoc quòd est accidens: & diconuenit in hoc, quòd præter alia genera habet respectum nõ solum ab subiectum; sed etiam ad obiectum, secundum habitudinem, & dependentiam. Quantum ad primas conditiones impossibile est relationem manere in diuinis, sicut alia genera: & hoc propter summam simplicitatem. In DEO enim relatio non est prædicamentum, nec accidens, sed substantia est. Quantum uero ad conditiones quas habet respectu obiecti, necesse est quodammodo manere; & hoc propter ueram distinctionem, quæ est in diuinis, & ueram originem, & habitudinem. Et necesse est quodammodo non manere, scilicet quantum ad dependentiam: & hoc propter omnimodam absolutionẽ; quæ est in diuinis. Alia igitur genera simpliciter transeunt; sed relatio quodammodo manet, & quodammodo transit: Quia alia genera respectum solum ad subiectum dicunt: & secundum illum transeunt. Sed relatio ultra dicit respectum ab obiectum. Et secũdum illum respectum dicit pluralitatem, quæ uere est in diuinis, & illa relatio manet.

PATET etiam quomodo trãfit; uidelicet quãtum ad omne, quod dicit compositionem. Vnde non est genus, neque in genere, nec est accidens; nec aliud. Et sic patent prima tria obiecta circa hoc: quia unum sumitur a natura generis, aliud a natura accidentis, tertium a pdicatione idẽtitatis. PATET etiam quomodo manet. s. quãtum ad illud, quod dicit distinctionem; non quantũ ad illud, quod dicit dependentiam, & inclinationem: quia sicut priuat absolutionis omnem perfectionem. Et per hoc patet quartum argumentum, quod obiicit de dependentia relationis.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD ILLVD, quod obiicitur, q̄ minus habet de ente. Dicendum, q̄ hoc est uerum, cum differt essentialiter a substantia: in Deo aũt non sic est. Posset tamẽ præter rationem prædictam hæc ratio reddi, q̄ non transit: quia enim minimum habet de ente, ideo minimam uel nullam facit compositionem, & tamen manet secundum suam proprietatem. Alia uero quæ habẽt aliquid de ente absolute, faciũt compositionem: & hinc est q̄ relatio melius ualet in summo simplici, quàm aliquod aliorum.

QVÆSTIO III.

An actus personalium p̄oprietatum sit hypostases distinguere uel distincta ostendere?

DE proprietatibus quantum ad actum. Et quæritur utrũ actus huiusmodi proprietatum sit hypostases distinguere, aut distinctas ostendere. Et q̄ sit distinguere, uidetur per Boetium in Libro de Trinitate. Substantia continet unitatem, relatio multiplicat Trinitatem: sed si multiplicat, igitur distinguit. ITEM. Ricardus de S. Victo. de Trinitate dicit, quòd persona distinguitur proprietate originis: sed proprietas dicit originem, & relationẽ, igitur, &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione, quia cum personæ distinguantur, aut distinguũtur per aliquod absolutum, aut respectiuum. Per absolutum nõ quia (sicut uult Augustinus) qđ ad se dicitur, de singulis dicitur: igitur necesse est, q̄ differant per aliquod respectiuum. ITEM. Proprietas patris, aut accidit ipsi hypostati, aut est consubstantialis ei: Quòd si accidit, igitur sunt ibi accidentia, igitur est ibi aliqua compositio. Si autem consubstantialis, & cõnaturalis: igitur cum non consequatur esse hypostasis, non tantum est ratio innotescendi; sed etiam distinguendi. ITEM. In summe simplici idem est omnino ratio essendi, & cognoscendi: sed persona patris est summe simplex: igitur eodem modo distinguitur, quo distingui cognoscitur: hoc autem est per proprietatem: igitur, &c.

Li 1. c. 10. secundum se distinguit quam.

3. de Tri. c. 8 & 6. de Tri. c. 2

CONTRA. Omne respectiuum reducitur ad absolutum: sed qđ reducitur ad aliquid secundum rationem intelligendi, sequitur illud: igitur cum proprietates sint respectiuæ, hypostases absolutæ, proprietates reducuntur ad hypostases. igitur hypostases sunt priores. Sed quod prius est, non distinguitur ab eo quod est posterius: quia ab eodem est esse, & esse distinctum: ergo &c. ITEM. Omne, quod distinguitur aliquid, dat ei tale esse, quale ipsum est, uel habet; sed proprietates habent de se solum esse respectiuum: igitur si hypostases per propietates distinguuntur, habent solum esse respectiuum: sed hoc est falsum; quia cum sint suppositia essentiæ: habent esse substantiæ absolutum. ITEM. In diuinis personis est plurificatio p̄ originem: igitur & distinctio. Sed origo dicit emanationem, uel exitum: relatio autem per se non emanat, nisi prius alio emanante: quia in ad aliquid nõ est motus: igitur prius oritur hypostasis ab hypostasi secundum rationem intelligendi, quàm sit intelligere relationem esse: & si hoc, relatio consequitur esse distinctum in hypostasibus: ergo &c. ITEM. Omne quod relatiue dicitur, est aliquid excepto eo quod relatiue dicitur, sicut ratio dicitur, & Augu. in quinto Libro de Trinitate. Sed pater, & filius dicunt relatiue: igitur uterque eorum est aliquid, excepto eo quod relatiue dicitur, igitur abstracta relatione contingit aliquid intelligere: quæro igitur, quid sit illud, aut essentia, aut hypostasis. Si essentia, igitur relatio est in essentia, igitur multiplicat eam. Si hypostasis, aut igitur una, aut duæ. Non una: quia impossibile est intelligere, quod pater, & filius, sint una hypostasis; igit duæ: & si hoc, patet &c. ITEM. Si abstractis omnibus, proprietatibus duorum individuorum, scilicet Petri & Pauli, hypostasibus remanentibus, adhuc cõtingit intelligere remanere distinctionem, igitur pari ratione hypostasibus diuinis: quod si uerum est, tunc igitur non sunt solum ratio distinguendi quo ad nos.

cap. 5.

RESOLVTIO.

Vtrumque: & distinguere & distincta manifestare.

RESP. Dicendum, quòd circa hoc duplex opinio fuit. Quidã enim dixerunt, quod abstractis proprietatibus, impossibile est intelligere hypostases distinctas; quia huiusmodi proprietates in diuinis non solum dant personis innotescere, immo dãt etiam esse: unde ipsis abstractis, abstrahitur esse, & esse distinctũ. Aliorum opinio fuit, quod proprietatibus abstractis, adhuc est intelligere distinctionem in hypostasibus, quoniam proprietas secundum ipsos non est ratio distinguendi secũdum rem. Vnde dicunt, quod abstracta paternitate, & filiatione, adhuc contingit intelligere qui ab alio, & a quo alius. Et si quæras quomodo distinguuntur. Dicunt quod seipsis: sicut principia & genera lissima seipsis distinguuntur, & differunt. Vnde hæc est immediata, substantia non est quantitas. Et si respiciamus interius, utraque opinio continet aliquid probabilitatis: & hoc patet sic. In diuinis enim hypostasibus intelligimus originem, siue emanationem, intelligimus etiam habitudinem. Secundum rationem intelligendi, origo precedit ipsum qui oritur, & secundum rationem intelligendi, relatio consequitur ipsum qui refertur. Potest igitur proprietas relatiua importare solum habitudinem, & hoc modo consequitur rationem distinctionis, & est ratio innotescendi distinctionem, non distinguendi, sicut secunda opinio dicit, & probant rationes inductæ ad secundam partem de ipsa relatione. Potest enim intelligi tunc distinctio; quia intelligit qui ab alio, & a quo alius: potest etiam utrunque proprietas importare. t. habitudinem, & originem, & tunc non tantum est ratio innotescendi: sed etiam distinguendi: circunscripta enim origine, siue emanatione, impossibile est in diuinis intelligere pluralitatem: immo sicut essentia est una, sic & intelligitur hypostasis una. Et sic procedit prima opinio, & rationes ad primã partem.

Aduersatur Scotus dist. 28. q. 3. ibi Aliter distinguitur.

SED

Universidad de Deusto
Biblioteca

SED notandum, quod cum idem sit in diuinis oriri, & esse, & ad alterum se habere: tamen secundum rationem intelligendi sunt ordinata, ut primum sit oriri, deinde esse intelligatur in his, quæ habent esse ab alio, & deinde se ad alterum habere: quæ uero idē sunt in Deo, ideo eodem nomine designantur. Vnde generatio dicit originem, & habitudinem, tamen proprie loquendo generatio dicit originem, & paternitas habitudinē. Quoniā igitur proprietas diuina secūdum communem usum loquendi importat habitudinē, & originem, ideo tenendum, quod proprietates non solum sunt ratio innotescendi distinctionem: sed etiam distinguēdi.

Suntar gum. Scot. d. præs. q. unica ibi, Contra istā conclusionem.

ET AD illud, quod obijcitur, quod respectiuum reducitur ad absolutum. Dicendum, quod reduci ad aliquid, est dupliciter. Aut sicut ad principium, aut sicut ad terminum. Proprietas originis his duobus modis reducitur ad absolutum. Ad hypostasim patris reducitur innascibilitas sicut ad principium: ad hypostasim autem geniti, & spirati, sicut ad terminum. Quoniam igitur quod reducitur ad aliquid sicut ad principium, ipsum cōsequitur: ideo abstracta origine solum intelligitur Deus innascibilis, non eus ab alio: & ita in unitate hypostasis: Quia uero, quod reducit ad aliud sicut ad terminum, intelligitur præcedere, hinc est, qđ abstracta origine, iam nō est intelligere hypostasim procedentem. Vel illud intelligendum ubi respectiuum dicit dependentiam, ratione cuius deficit a summa simplicitate, quod non est in deo. AD ILLVD, quod obijcitur, quod esse respectiuum solū dat esse respectiuum. Dicendū, quod hoc uerum est de respectiuo, quòd dicit solum habitudinem: sed non est uerum de respectiuo, quod dicit originem. AD ILLVD, quod obijcitur, qđ relatio non oritur per se. Dicendum, quod relatio est proprietas secundum quod ipsa est origo uero proprie est id quod oritur, & quia origo proprie non oritur, sed est illud quo oriens oritur: ita quod non consequitur tempore, uel natura, sed secundum rationem intelligendi, uel est simul necessario, uel præcedit, ideo patet illud. AD ILLVD, quod obijcitur, quod omne quod relatiue dicitur est aliquid, excepto eo, quòd relatiue dicitur. Dicendum, quod illud non habet ueritatem in summo simplici: quod sic differat esse, & referri, quod unum possit ab altero separari siue abstrahi secundum rem: quia ibi unum sunt: sed solum secundum intellectum nostrum: nec adhuc intellectus noster sic abstrahit, ut intelligat hypostases distinctas abstractis proprietatibus, & relationibus. Si enim ab hypostasi patris abstraheretur paternitas, uel econuerso, iam nō haberet aliquid speciale, quod sit principium intelligendi ipsam: & ita consideratur sub ratione generali, & incompleta. Vnde & bene uidentur mihi dicere qui dicunt, quod remanet intellectus huius nominis, res, secundum quod est generale uo

Concordat S. Thom. 1 part. q. 36. ar. 2. et q. de pote. q. 8. ar. 3.

Potere cabulum, & sic patet, quod ab-
S.B. qd stractis proprietatibus nō rema-
persone net distinctio nec re, nec intelle-
distinā ctu, & ideo utroque modo sunt
tur per ratio distinguendi. AD ILLVD,
absolu. quod ultimo obijcit, ꝙ Petrus
dist. 26. & Paulus distingui intelligun-
q. unic. tur abstractis proprietatibus. Di-
ibi. Ter cēdum, quòd non est simile. Nā
tia opi. distinctio est ibi a parte proprię materiæ, & a parte propriæ formæ, quæ innotescit per proprietates accidentales, sed in diuinis solum est distinctio per originem. Ideo patet illud.

QVAESTIO IIII.

Quot numero sunt proprietates hę personales in diuinis?

DE proprietatibus quantum ad numerum. Et uidetur, quod sint infinitæ, quia proprietates sunt respectus, per quos Deus innotescit, sed illi sunt infiniti, sicut patet ex respectibus idealibus: ergo &c. ITEM. Pater & filius adinuicem assimilantur secundum omnes conditiones essentiales, igitur secundum omnes comparantur, & secundum omnes innotescunt nobis, sed illæ sunt in numero infinito: ergo &c. ITEM. Quanto aliquid ē simplicius, tanto plures hēt respectus, ut punctus quàm linea, & linea quàm superficēs, sed diuinum esse est simplicissimum, igitur in eo sunt infiniti respectus, sed oēs sunt rō innotescendi, igitur notiones sunt infinitę.

SED quod tres sint tantum,
Lib. 2 & metha. Sd. 2. q. 9. hic, & 11. uidetur per Dama. qui dicit qđ in diuinis omnia sunt unum præter generationem in generationem, & processionem, sed istæ non sunt nisi tres proprietates, igitur &c. ITEM. Videtur rōne,

quia proprietas conuertitur cū eo cuius est proprietas, sed proprietas est personæ, sed personæ sunt tres, igitur &c. ITEM. Fiat talis ratio: omnis persona est aliqua triū proprietatū, hæc est uera: omnis notio est persona, sed omnis proprietas, siue notio est aliqua trium, igitur &c. QVOD autem sint plures tribus sic ostenditur. Notiones siue proprietates sunt relationes. In omni autem habitudine sunt duæ relationes secundum duo extrema, sed in diuinis sunt duæ origines, igitur saltē quatuor relationes. ITEM Proprietas est, quę conuenit uni soli, sed innascibilitas conuenit soli patri, igitur est proprietas, & non est aliqua illarū quatuor relationum, igitur sunt quinq. Quæritur ergo sufficiētia, & numerus notionū in diuinis, & primes quid accipiātur, & utrum sit idem numerus proprietatum, & relationum.

RESOLVTIO.

Quinque, iuxta quinque notiones.

RESPON. Notandum, quod uis consueuit fieri inter ista tria nomina proprietas, relatio, & notio. Nam proprietas dicitur inquantum conuenit soli: relatio inquantum dicit habitudinem ad alterum: notio inquantum principium cognoscendi. Et quia omnis proprietas est ratio cognoscendi, similiter & omnis relatio, ideo nomen notionis est in plus, quam ista duo. Quia quædam proprietas est relatio, ut paternitas. Quædam non, ut innascibilitas, quæ non dicit respectū, sed priuat. Similiter quædā relatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

est proprietas, ut filiatio. Quædam nō ut actiua spiratio, & iō quia pluribus, non uni soli conuenit. Et hinc est, ꝙ nomen ꝓprietatis, siue relationis habent se ut excedentia & excessa. Nomen uero notionis est in plus'.

Vnde plures sunt notiones, quā proprietates, plures etiā quam relationes. Sed proprietates, & relationes mutuo se excedunt, & æqualiter, ideo sunt numero æquales, non tamen oportet facere uim. Nā oīs relatio distinguit aliquo modo ab alio, & ita est aliquo modo proprietas. Similiter omne quod distinguit, aliquo modo importat relationē, igitur omnis relatio proprietas, & omnis proprietas relatio. Sed omnis notio est proprietas, uel relatio, igitur omnis notio est proprietas, & similiter relatio. Et ita extēso nomine sunt æqualia, ideo idem est numerus, & eadem ratio assignandi numerum in omnibus istis. Intelligendum igitur, quod circa numerum proprietatum tres fuerunt opiniones. Quidam dixerunt, quod infinitæ, quidam, quod tres, quidam quod quinque. Ratio autem diuersæ opinionis fuit, qa diuersimodè notiones cōsiderauerūt. Qui considerauerunt illas in comparatione ad eos quibus innotescunt, dixerunt eas infinitas esse, quia per infinitas comparationes, & similitudines, & respectus deus nobis innotescit. Qui uero cōsiderauerunt in comparatione ad hypostases, quæ distinguuntur, uel innotescunt, dixerunt tātum tres, quia tantū tres sunt personæ, ideo tantum tria sunt propria, per quę sufficienter innotescunt. Qui uero considerauerunt quantum ad rationes ꝙ bus innotescunt, dixerunt esse quinq;. Eadem. n. est ratio innotescendi, & distinguendi. Sed rō distinguendi accipit a parte originis, aut igitur positiuè, aut priuatiuè. Si priuatiue, aut priuat originē per modum ꝓducentis, & hoc non dicit nobilitatem. s. non producere, ideo non est notio. Aut priuat originem ꝙ modum producti, & hoc uel specialiter, uel generaliter. Si specialiter, non dicit nobilitatem. Si generaliter, sic dicit nobilitatē, & ideo notio est una sola, scilicet innascibilitas. Si autem accipitur a parte originis positiuè, cum duplex sit origo. & cuilibet respōdeat de necessitate duplex habitudo, de necessitate erunt quatuor, generatio actiua & passiua, & spiratio actiua & passiua, & in uniuerso quinque. Prima opinio sumpsit rationem e longinquo, & ideo magis a ueritate recessit. Secunda magis de propinquo, ideo magis ueritati appropinquauit. Tertia sicut debuit, ideo ueritatē dixit, posuit, & inuenit. Et hæc est positio, quam tenet communis opinio Magistrorum notiones esse quinque, & ratio huius prius uisa est.

Ad illvd igitur, ꝙ obiicitur, de respectibus, & comparationibus, & infinitis. Dicendū, ꝙ nec proprietates, nec relationes sunt notiones, nisi quæ important respectum distinguentem personam, a persona, & hoc est respectus originis. qui tantē quinque modis spectantibus ad dignitatem potest comparari, ideo patet illud. Ad illvd, qđ obiicitur, quod tātum tres, per uerbum Damas. Dicendum, ꝙ sub generatione comprehendit duas relationes similiter sub ꝓcessione. Ad illvd, qđ obiicitur, quod proprietas debet conuerti cum persona. Dicendum, quod uerum est de illa, quæ est proprietas personalis, faciens ꝓsonam esse personam: tamen non sequitur, si conuertitur, qđ tot sint, non plures; quoniam unū & idem potest habere plura conuertibilia. Ad illvd, ꝙ obiicitur, de syllogismo illo. Dicendum, ꝙ in processu illo est fallacia accidentis sicut hic, pater est innascibilitas, & pater est paternitas, igitur paternitas est innascibilitas; quia quod attribuitur subiecto siue hypostasi, attribuit habitudini. Posset tamen poni figura dictionis ex modi prædicandi mutatione, quia in diuinis essentia prædicatur ut quod, persona ut quis, notio ut quæ, & procedit a persona ad notionem.

DISTINCTIO XXVII.

PARS PRIMA.

De proprietatibus personarum secundum quod diuersis noibus exprimuntur per uocabula magis usitata.

Hic quæri potest, utrum proprietates, quas Hilar. supra assignauit. s. quod pater semper est pater, & filius semper est filius, sint illæ eædem proprietates quas Aug. superius distinxit, dicēs: propriū esse patris, quod genuit filiū, & propriū filij quod genitus est a patre, & S. S. quod ab utroq; procedit. Ac deinde utrū & istæ sint illæ quæ dicuntur paternitas, filiatio, processio. Videtur quod non sint eædem proprietates, quas ponit Hilarius: & illas, quas ponit Aug. Si enim eadē sunt, idem est ergo patri esse patrem, & genuisse filium: quod utique quidam concedunt. Si autem hoc est: cui ergo conuenit ut sit pater, ei conuenit genuisse filium. Natura ergo diuina si pater est, genuit filium, si uero nō genuit, pater non est. Sed quis audeat dicere, aut quòd ipsa genuit filium, aut quòd ipsa pater nō sit. Si aūt ipsa pater est, nec filiū genuit, non est ergo idem dicere aliquid esse patrem, & gignere filium. Et ita non uidebitur una eademque esse proprietas. *Dis. præceden.*

Responsio, ubi ostendit easdem esse proprietates. Ad quod sine præiudicio aliorum dicimus, quod easdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprietates notauit uterque, licet diuersis uerbis. Quod enim Hilarius ait, ita intelligi debes. Proprium patris est quod semper pater est, id est, proprietas patris est, qua semper pater est, semper uero pater est, quia semper genuit filium. Ita & proprium filij est, quod semper filius est, ideſt, proprietas filij est, qua semper filius est. Filius uero semper est, quia semper genitus est: ergo proprietas qua pater pater est, quia semper genuit: & hæc eadem dicitur paternitas, uel generatio. Et proprietas qua filius semper est filius, est quia semper genitus est a patre, & hæc eadem dicitur filiatio, uel genitura, uel natiuitas, uel origo, uel nascibilitas. Sic proprietas qua spiritus sanctus est spiritus sanctus uel donum, est quia procedit ab utroque: & hæc eadem dicitur processio. In præmissis ergo locutionibus eædem significatæ sunt proprietates.

Quomodo non est omnino idem dicere, esse patrem, & genuisse, uel habere filium, ita & de alijs.

Nec tamē uidetur nobis omnino esse idem dicere aliquid esse patrem, & genuisse filium, uel aliquid esse filium, & habere patrem: uel esse spiritum sanctum, & procedere ab utroque: alioquin pater non esset nomen hypostasis, id est, personæ, sed proprietatis tātum: similiter filius, & spiritus sanctus, & ita non per tria nomina significarentur tres personæ: ideoque dicimus, quia patris nomen non tantum relationem notat, sed etiam hypostasim, id est subsistētiam significat, ita & filius, & spiritus sanctus. Relationum uero uocabula, scilicet paternitas, filiatio, processio, uel gignere, gigni, uel procedere ipsas tantum relationes, non hypostases significant, siue habere filium, & habere patrem, ut uerbi gratia, cum dicimus Deus est pater, nomine patris & relationem, & diuinam hypostasim significamus: ut sit intelligentia talis, Deus uel diuina essentia est pater, ideſt, ille qui genuit, ideſt, hypostasis, quæ habet filium. Similiter Deus est filius, ideſt, hypostasis genita uel habens patrem. Ita etiam Deus est spiritus sanctus, ideſt, hypostasis procedēs ab utroque, siue ille qui procedit. Cum uero nomina relationum ponimus in prædicatis, notiones ipsas tantum significamus,

non hypostases: ut cum dicimus, Deus genuit, ideſt, habet filium, & Deus genitus est, ideſt, habet patrem. Et tunc oportet intelligi in subiectis hypostases tantum, non essentiam, quæ illis proprietatibus denominantur.

Quod proprietates determinant hypostases, non substantiam, id est, naturam.

Ille enim proprietates singulæ singulis proprie conueniunt personis & per eas personæ determinantur, & a se inuicem differunt, sed a se non secedunt. Vnde Ioannes Damascenus. Non differunt ab inuicem hypostases secundum substantiā, sed secundum characteristica idiomata, ideſt, determinatiuas proprietates. Characteristica uero, i. determinatiua sunt hypostaseon, & non naturæ: etenim hypostases determinant. Item † esse quidem intemporaliter & æternaliter dicimus diuinā uerbi hypostasim, simplicem, omnia habentem, quæ habet pater, ut eius homousion, ideſt, consubstantialem, natiuitatis modo & habitudine a paternali hypostasi differentem, nunquam uero a paternali hypostasi secedentem. Idem apertius exprimens personales proprietates, in eodem ait, Differentiam hypostaseon, ideſt, personarum in tribus proprietatibus, ideſt paternali & filiali & processibili recognoscimus. In secessibiles autem ipsas hypostases & indistabiles inuicem, & unitas quidem inconfusibiliter: tres enim sunt, etsi unitę: diuersam autem indistanter. Etenim singula perfecta est hypostasis, & propriam proprietatem, scilicet existentiæ modum proprium possidet: sed unitæ sunt substantia, & non distant neq; secedunt a paternali hypostasi. Ecce hic habes distinctas res proprietates, quę supra diuersis significatæ sunt modis.

Lib. 3. & Ortho. si. de c. 6. c 7. eiusd.

† Loco esse, in uero exemplari legitur, cōcedere.

Lib. 3. c. 5.

SVPRA assignauit Magister ꝓprietates ꝑsonales, hic agit de ipsis ꝓprietatibus ſm ꝙ per diuersa uocabula exprimunt. Et qm̄ contingit eas exprimi ꝙ uocabula magis usitata & minus usitata; iō hæc pars habet duas partes. In pīa agit de expressione proprietatum ꝙ uocabula magis usitata. In ſcda ꝙ uocabula minus usitata, infra Dist. eadem. *Hic nō est prætermittendu &c.*] Prima pars hēt quatuor. Cum.n. Hila. & Aug. proprietates aliis, & aliis uocabulis assignent: uterque tamen cōstitetis: quia unus scilicet Aug. ꝙ generare, & generari: aliter. i. Hila. ꝙ esse patrē, & esse filium. Et ideo Magr̄ primo quęrit, utrum sint exdē ꝓprietates ab utroqi

Universidad de Deusto
Biblioteca

assignatę. Secundo soluit, ostendens quod sint eędem, ibid. *Ad quod sine præiudicio aliorum &c.*] Tertio, ne credat aliquis, quod omnino sint eędē, ostēdit quod re eędem sunt, sed differunt quātum ad modum significandi, id est in concretione, & in abstractione, ibi. *Nos tamen uidetur nobis omnino idem &c.*] Quarto uero, quia dixerat proprietates significari in concretione, queri posset respectu cuius, & ostendit, quod respectu hypostasium, ibi. *Illę enim proprietates singulę singulis &c.*]

Dub. 1. *Proprium patris est, quod semper est pater &c.*] Videtur dicere falsum. Omnis enim proprietas differt ab eo cuius est ꝓprietas, uel re, uel rone: sed pater, & pr conueniunt re, & ratione, & nomine: ergo unū non est proprietas alterius. Respo. Dicendum, quòd in patre intelligimus & illum qui est pater, & quo est pater: quando ergo pater prædicatur de se, ratione unius subiicitur, & ratione alterius prædicatur. Similiter quādo assignatur esse patrem proprium patris, qa assignatur ut in ratione attributi, ideo ratione ipsius proprietatis attribuitur ipsi hypostasi. Vnde dicit, quod esse patrem est proprium patris, non quod pater sit pater.

Dub. 2. *Vel nativitas, uel origo &c.*] Videtur dicere contra illud, quod dictum est supra Distin. 3. cap. de uestigio: & tractum est ab Augustino de uera religione, scilicet, quod origo appropriatur patri. Respond. Dicendum, quòd origo semper dicitur relatio: potest ergo accipi origo, uel respectu creaturæ, uel respectu personæ. Si respectu creaturæ, sic & respectu totius trinitatis, & appropriatur patri. Si autem respectu personæ, sic potest accipi actiuè, uel passiuè. Si actiuè, sic est patris, & filii, sed appropriatur patri. Si passiuè, sic filii, & S. S. & appropriatur filio, non secundum quod simpliciter dicitur, sed secundum quod origo dicit emanationē per modum naturæ. Sic enim cum id sit proprium filii, similiter & origo secundum quod sic accipitur: & hoc modo accipitur hic, & ideo non est contra illud.

Gignere, uel gigni, uel procedere, &c.] Videtur hoc falsum, quia relationes significant in concretione, & non tantum important relationes, sed etiam suppositum. Sed quando tantum important relationes, significant abstractè. Si ergo hoc quod est gignere, non importat relationem abstractè, sed concretè, uidetur, quod non tantum importent relationes. Respon. Dicendum, quòd differenter importatur concretio. Aliter enim importatur per uerbum, aliter per nomen adiectiuum. Quia enim uerbū importat actum, ut egre dientem, ideo in quadam distātia, & ideo importat sub quadam inclinatione. Et propter hoc quia in distantia importat, non claudit intra se suppositum, immo oportet, quod addatur extra, nisi locum exterioris additionis suppleat demonstratio, quæ est in actu proprie primæ, & secundæ personæ, quoniam semper sunt præsentes, & demonstratiuæ, & ideo

ideo quamuis importet in concretione, tamen non importat nisi relationem quantum est de se, non suppositum: sed nomen adiectiuum idem significans, significat ut proprietatem informantem, & ideo in quadam unione, & indistantia, & ideo formam simul importat & suppositum, ut cum dicitur album: nisi significetur in abstractione ut cum dicitur albedo. Hoc attendens Magister dicit, ꝙ pater nitas, & filiatio, gignere, & gigni dicunt tantum relationes.

Dub. 4. *Cum uero nomina relationum ponimus &c.*] Contra, quia si hoc uerum est, quando dicitur essentia est pater, cum pater ponatur in prædicato, stat tantum pro notione, ergo idem est dicere essentia est pater, ac si dicetur, essentia generat, sed hæc est falsa: ergo &c. Respon. dicendum, ꝙ quædam ponuntur in prædicato per naturā propriā, & significationem, & talia sunt quæ important compositionē, sicut uerba: & de talibus loquitur Magister. Quædā ita ponūtur in prædicato, ꝙ sunt nata subiici, ut hoc nomen, pater, & hoc nomen, filius, & talia: quia non solum nata prædicari, uerumetiam subiici, possunt importare intellectum hypostasis: unde uerbum Magistri intelligendum est cum præcisione. s. de illis quæ ita nata sunt prædicari, ꝙ non subiici, & ita nō habet instantiam.

Dub. 5. *Characteres ipsa uero i. determinata sunt hypostaseon, &c.*] Videtur male dicere, quia proprietates, quæ non determinant naturam, sunt non naturales: quia omnis proprietas naturalis, eo ipso ꝙ naturalis est, naturam determinat: ergo si proprietates in diuinis non determinant naturam, non sunt naturales: ergo præter naturam: ergo accidētales. Resp. Dicendū, ꝙ sicut ordo naturæ dicitur dupliciter, aut quo natura ordinatur, aut in quo natura est ratio ordinādi: sic etiam de proprietatibus intelligendum: & quoniam dicimus proprietatem naturalem, non oportet ꝙ proprietas habeat naturam ut subiectum, sed ꝙ sit consonans naturæ ipsius subiecti, sicut filius naturalis nō dicitur, quia sit a natura uel essentia, sed a patre naturaliter producente, sic & in proposito est intelligendum.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An esse patrem & generare, una & eadem notio sit?

AD intelligentiam huius partis quatuor quæruntur. Primo, quæritur utrum esse patrem, & generare, sit una notio. Secundo, quæritur quæ illarum sit alterius ratio. Tertio, utrum proprietates contingat abstrahi. Quarto, utrum circa eas liceat contrarie opinari.

QVOD sit eadem notio, ostēditur sic. Vna sola proprietas est hypostasis, quæ dat esse distinctum. Nam non est in ratione accidentis, sed formæ, sed illa est una sola unius: sed generare est una proprietas, per quam hypostasis patris distinguitur, similiter & esse patrem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur ibi èadē est notio. ITEM. Patris ad filium est una sola relatio: quia una tantum origo, & unus modus emanandi. Sed generare dicit relationem patris ad filium: similiter & esse patrem: igitur eadem relatio, uel notio: uel si sint diuersæ proprietates, tunc igitur notiones erunt plures, quam quinque, immo infinitæ. Sicut enim ad generare sequitur esse patrem, ita sequitur referri ad patrem, distingui a patre &c. quæ si sint notiones aliæ: tunc igitur infinitus est numerus notionum. hoc autem inconueniens sequitur: si illæ proprietates sint diuersæ, ergo &c:

CONTRA. Si eadem proprietas est esse patrem & generare, igitur omnino idem importat nomine patris, & nomine genitoris: igitur sicut quis est baptizatus, si baptizetur in nomine patris, ita si in nomine genitoris: sed hoc communiter negat. ITEM. Proprietates, & notiones sunt diuersæ, & cognoscuntur esse diuersæ, quia de diuersis prædicantur, quia de uno prædicatur una, de quo non prædicatur alia, sed hæc conceditur, essentia est pater: & hæc negatur, essentia generat: igit &c. SI DICAS ꝙ hoc est propter diuersum modum significandi. Contra. hoc nihil est: quia tam esse patrem, quā generare, utrū que in concretione dicitur. ITEM. Diuersæ probantur esse proprietates: quia una de alia non prædicatur ut paternitas; & innascibilitas: sed generare, *Dist. 33 q. ult.* ut patebit infra, non dicitur de paternitate: hæc enim non admittitur, paternitas generat: igitur sunt diuersæ.

RESOLVTIO.

Vna & eadem secundum rem; significatione uerò diuersa.

RESP. Dicendum, ꝙ omnino sunt eedem proprietates ſm rē. Et huius ratio manifeste appareret, nam una dicitur de altera non solum in concretione ut patet generat: sed & in abstractione. ut paternitas est generatio, quod nō esset si differrent. Cum autem eadem sit proprietas, differenti tamen modo significatur, & hoc quantum ad tria. Primum quidem, quia generatio proprietatem personæ generalius exprimit, quam hoc, quod est pater. Nam sicut dicit Aug. & habetur in Lib. 3 distī. 5. Ad esse patrem sequitur generare, sed conuertitur. Homo enim dicitur generare pediculos, non tamen est pater eorū. Alia ratio est, quia hoc, quod ē pater, importat intra se hypostasim, circa quam notat proprietatem. Sed hoc uerbum, generat, non importat hypostasim, imo eget sibi apponi ab extra, & hāc ponit Magister in litera. Tertia est, quia cum proprietas duo importet. scilicet emanationem, & habitudinem, quæ quamuis idem sint re, differunt tamen ratione intelligendi, quia hoc, quod est generare, importat productionem, & generatio emanationē. Sed hoc, quod est esse patrem proprie importat habitudinem. Ex his patent obiecta. Nam, quod non sit baptizatus in nomine genitoris, hoc non est propter diuersitatem rei, sed modi exprimendi, & utrunque conside-

Dist. 3 per. 1. art. 2. q. 3. deratur ibi, sicut patet in Quar. tō. AD ILLVD, ꝙ obiicit, ꝙ non predicatur. dicendum, ꝙ hoc est ꝙ diuersum modum significā di. Nam hoc, quod est, generare, quia non habet suppositum intra, ponit rem circa essentiā, & ideo ipsam significat distinguī: non autem sic hoc quod ē, pater, cum habeat suppositum intra, sensus enim est, essentia est pater, id est ille qui generat. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, ꝙ una non prēdicatur de altera, dicēdum, quod est prædicatio per modum denominationis, & hæc est per concretionē. Et est prædicatio per modum identitatis, & hæc est per abstractionem, quoniam ergo generare, & esse patrem est una & eadem proprietas, ideo non secundum modum denominandi tāquam, sed per abstractionem prædicatur, ut paternitas est generatio.

QVAESTIO II.

An generatio sit causa paternitatis: uel paternitas causa generationis?

QVæ istarum sit ratio intelligendi alteram. i. utrū hypostasis patris siue pater ideo generet quia pater est, uel ideo sit pater quia generat. Et quod ideo sit pater quia generat, hoc uidetur auctoritate Magistri in litera. Semper est filius, quia semper est genitus, ideo generatio passiua est ratio essendi filium, igitur pari ratione generatio actiua est ratio essendi patrem. ITEM. Secundum rationem intelligendi prius est generari quàm esse, & prius est esse, quàm referri igitur prius est generari, quàm esse filium igitur pari ratione prius est generari, quam esse patrem secudum ordinem intelligendi. Si igit prius est ratio posterioris, & non ecōuerso, igitur, &c. ITEM. hypostasis patris est pater, aut ergo quia deus, aut quia deus generans. Non quia deus quia pari ratione & filius: ergo ꝙa deus generans: igitur &c.

CONTRA. Non generat nisi persona distincta, quoniam generare non conuenit essentiæ, sed personæ: sed persona patris non est distincta nisi per paternitatem: igitur non conuenit generare illi hypostasi nisi per paternitatem: igitur non generat nisi quia pater. ITEM. In his quæ non acquiruntur per actū, prius est habitus, quàm actus secundum rationem intelligendi: quia enim non sumus boni per opus: sed magis ecōuerso: prius etiam sumus boni, quàm operemur bona: sed paternitas non acquiritur in deo per actum: ergo prius ordine intelligendi intelligitur esse pater, quàm generet. ITEM. Pater generat, iste est quidam actus dicimus, qui per se inest soli patri: quæro per quid. Aut enim quia Deus, aut quia deus pater, aut quia innascibilis. Non quia Deus, quia tunc etiam inesset filio. Non quia innascibilis: quia innascibilitas dicit natiuitatis priuationem, non positionem: igitur a diuisione: quia deus pater.

RESP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Cum generatio originē dicat, paternitas habitudinem; illa huius, non hæc illius causa erit.

RESP. Ad intelligentiam huius notādum, ꝙ hic est duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ cum proprietates relatiuę cōtrario sint in deo quàm in creaturis: quia in creaturis, ut aduenientes, in deo ut insistentes. In creaturis, actus est relationis ratio. Vnde in inferioribus iō est pr, qa generat. Sed in diuinis econtrario, relatio est ratio actus. Vnde simpliciter concedunt ꝙ pater generat: quia pater: & negāt conuersim. Sed quamuis illud posset aliquo modo capi ab intellectu ex parte patris, tamen si illud consideramus in filio, omnino non ut intelligibile, ꝙ ideo sit pater, quia filius generetur. Nam cōiter dr, & rō concordat, ꝙ filius, & ꝙ sit, & ꝙ filius, hoc habet per generationem: igitur gñatio fm rōnem intelligendi præcedit filiationem, & relatiua sunt simul natura in intelligendo, non tantum in essendo: igitur generatio est ratio dicendi paternitatē in deo patre. Sicut enim se habet generatio passiua ad filiationem, ita actiua ad paternitatem. Et propterea est alia opinio, ꝙ ideo ē pater, quia generat: & ꝙ illud sit bene dictum patet per differentiam assignatam inter generationem, & esse patrem. Nam secundum propriam rationem, generatio dicit notionem, siue originem: paternitas dicit habitudinem. Cōstat autem ꝙ origo est ratio habitudinis, non habitudo ratio originis est. Et iō gñatio ē rō paternitatis, nō ecō uersō: iō cōcedunt rōnes ad hoc.

AD ILLVD igitur ꝙ obicitur in contrarium, quòd nō generat nisi persona distincta. Dicendum, quòd uerum est fm rōnem intelligendi. Necesse est enim ante generationem esse hypostasim (secundum rationē intelligēdi loquor) sed nō oportet præintelligere eam actu distinctam: quia ipsa distinguitur per proprietatem generationis distinctione completa, sicut melius patebit infra: tamen secundum rationem intelligendi ratio distinguendi inchoatur innascibilitate: ideo generat, non ut prius distincta paternitate, sed ut distincta quodammodo innascibilitate. AD ILLVD ꝙ obicitur, ꝙ non acquiritur per actum: dicendum, ꝙ in diuinis nulla proprietas acquiritur, qa quælibet est essentia tamen secundum rationem intelligendi, origo, siue emanatio originis, est ratio relationis, sicut in his inferioribus est ratio secundū esse. Vnde sicut actus generationis est æternus, ita & proprietas paternitatis æterna. Vnde quamuis non acquiratur per actum, inest tamen per actum: unde illa propositio est falsa, & debet generaliter exponi in his sic, quæ ibi non iniunt per actum, &c. & tunc minor est falsa. Potest tamen dici, ꝙ illud est uerum de actu, qui elicitur ex habitu, sicut opus meritorium ex gratia: sed actus generationis non elicitur, nec intelligitur elici ex paternitate, ideo nō oportet præintelligere paternitatē ad hoc ꝙ intelligat gñare.

AD ILLVD, Aut generat, quia deus, aut quia pater, &c. Dicendū, ꝙ generat, quia Deus innascibilis: & est inspirabilis, quia improcessibilis. Quod obicitur quòd innascibilitas dicitur secundum priuationem: dicunt aliqui, quòd priuatio non est ratio habitus, scilicet pura: sed priuatio aliqua cum habitu substrato est ratio. Vnde sicut aliquis homo liberalis inuitat ad comedendū, quia solus: sic pater generat ex liberalitate, & ne sit solus, & ideo cum semel generauit, & spirauit, non amplius generat, quia tam non amplius est solus, quamuis sit liberalis. Aliter tamen est dicendum sicut dictū fuit, ꝙ innascibilitas est priuatio, quæ fm rem est perfecta positio. Innascibilis enim dicitur pater, quia non est ab alio, & non esse ab alio est esse primū, & primitas est nobilis positio. Primum enim ratione primi, ideo dicit nobilem positionē, & conditionem [ut uidebitur] ꝙ ad positionem primi sequit positio secundi. Vnde quia primo, ideo principium: quia principium, ideo uel actu, uel habitu est principiatum. Quoniam igitur ratio primitatis in aliquo genere est ratio principiati in illo, ideo quia pater est primum respectu emanationis, generationis, & processionis, generat, & spirat. Et quoniam primum in genere generationis, quia innascibilis, primū in genere spirationis: quia Deus improcessibilis: ideo generat quia deus innascibilis, & ultra non est ponere quare est innascibilis. Cū enim innascibilitas dicat primitatem, & status sit in primo, & ideo &c. Et hoc est quod dicitur infra, dist. 29. circa principium totius diuinitatis, quia à nullo: & hoc est, quod in pluribus locis supra positum est.

QVOD autem mouet ad hoc dicendum, primum est antiqua positio magnorum Doctorum, qui dixerunt, ꝙ innascibilitas in patre dicit fontalem plenitudinem, fontalis autem plenitudo consistit in producendo. Sed constat, ꝙ non, ideo quia creaturam producit, dicitur in eo fontalis plenitudo: quia hoc cōuenit tribus: nec ideo quia producit spiritum sanctum: quia hoc conuenit filio: igitur fontalis plenitudo in patre, ponit generationem in eodem. Si ergo innascibilitas est fontalis plenitudo: patet &c. Mouet etiam cōmunis opinio, quæ dicit innascibilitatem esse proprium patris: sed non potest esse propriū maxime: quia proprium importat notionem, secundum quòd importat puram priuationem, sic enim conuenit essentiæ, & spiritui sancto: igitur aliquid ponit. Non absolutum: constat quia ratione illius non potest esse proprietas: sed non potest ponere respectiuum positiuum respectu producentis: igitur de ratione sua ponit respectū producti, sed secundum rationem intelligendi. Prima ratio respicit diliquem, ut productum, est gñatio: ergo ad innascibilitatis positionem sequitur positio generationis: igitur &c. Mouet et uerbum Hilarii 12. de Trinitate, ubi dicit, ꝙ pater est auctor

filii

Universidad de Deusto
Biblioteca

filii. Constat autem, q̃ per auctorem intelligit non factorẽ; sed genitorem: eo ergo conuenit patri esse genitorem, quo cõuenit ei esse auctorem: auctorẽ autem conuenit ei per id q̃ dicit auctoritatem esse in patre.

sed summa auctoritas est in patre ratione innascibilitatis: ergo conuenit hypostasi patris ratione innascibilitatis generare: & hoc uidentur dicere uerba Hilarii 12. de Trinitate, si quis attendat, & similiter in quarto. Mouet etiam uerbum Philosophi, qui dicit, q̃ principia quanto sunt priora, tanto potentiora, & q̃ causa prima plus influit, & q̃ quæ est simpliciter prima, summe habet influere per omnem modum. Si ergo uidemus in ordine causarũ, inter quas est ordo essentialis: quòd primitas facit esse summã influentiam in causa, & maiorem influẽtiam secundum essentiam, pari ratione ubi est ordo personarum primitas in prima persona est ratio producendi alias, & quia innascibilis dicit primitatem, hinc est, q̃ dicit fontalem plenitudinem, respectu productionis personalis. Et huius signum uidemus, q̃ prima in generibus sunt principia aliorum, & quæ sunt simplicia, ut in pluribus, ita q̃ in eis sit status, habent potentiam infinitã, sicut punctus respectu linearũ, & unitas respectu numerorũ: sic etiam diuina essentia, quia prima respectu creaturarum. Vnde fortassis, quia diuina essentia est prima, ideo est omnipotentissima. Et quia omnis essentia sequitur essentiam triũ personarum, impossibile est q̃ una persona producat aliquid sine altera. Quamuis autem potentia producendi respectu personarum infinitarum non debuerit esse, sicut supra demonstratum est: attamen si per impossibile poneretur, quòd mille personæ producerẽtur, necesse esset, quòd omnes immediatè procederẽt a persona patris. Quia sicut causa prima necessario in omni productione sequẽti immediate operatur, sic tuo modo in personis. Dist. 7. q. 2.

Ad hoc autem mouet ratio. Sicut enim possibile est intelligi hypostasim patris, & filii, non intellecta hypostasi spiritus sancti, sic etiam possibile est intelligi hypostasim patris nulla alia persona intellecta. & tunc quidem intelligeretur non intellecta paternitate. & certum est quòd possibile est hoc intelligi. Possumus enim non intellecta personarum pluralitate intelligere diuinam naturam habentem illam, & q̃ illam non habeat ab alia, ita intelligunt Gentiles: igitur sic intelligendo, contingit de isto dicere, & intelligere, quod possit generare. Per quid ergo potest? nihil inuenio in illa hypostasi non commune, præter innascibilitatem. Si ergo generatio nõ potest ei ineſſe per illud quod est commune, in est ei per illud quod est proprium. hoc autem est innascibilitas: ergo &c. Rursus sicut uidemus plures personas in una natura, sic plures proprietates in una persona: ergo sicut ad perfectionem completissimam necesse est omnes personas reduci ad unam, quæ sit principium aliarum: sic omnes proprietates personæ reduci ad unam, quæ sit ratio illarum. Sed in patre est paternitas, & innascibilitas, & spiratio: sed innascibilitas nõ est reducibilis ad alias: ergo necesse est q̃ aliæ reducantur ad innascibilitatem, quæ est (sicut dixerunt) fontalis plenitudo. Amplius. Paternitatis, & generationis proprietas quantum est de generali sua significatione communicabilis est, ut patet in creaturis: quia genitus generat, & filius unus sit pater alterius. In diuinis autem paternitas est incommunicabilis: ergo cum hoc non sit de ratione paternitatis inquantum paternitas, erit de ratione alicuius q̃d est incommunicabile, hoc autẽ erit innascibilitas, siue primitas, quia primum non potest dare alii primitatem, & innascibilis nõ potest generare innascibilẽ, ergo uidetur, q̃ in diuinis hypostasis patris ideo generet, quia innascibilis. Postremo. Cum idẽ sit primum, & principium, sicut patet, & Philosophus dicit, aut ideo est primum q̃a principiũ, aut econuerso. Constat q̃ ei cõuenit ratio principii quia est primum, ideo per se hoc habet. Et constat q̃ status est in primo principio, nõ quia principium: sed quia primum. Et constat, q̃ illa est cõditio nobilitatis: ergo esi pater sit totius deitatis principium, ut dicit Aug. hoc est quia primum, ac per hoc quia innascibilis. Hoc sine præiudicio aliorum dictum est, utraque enim harum positionum magna est, & neutra est contemnenda: hæc autem uidetur magis cadere in intellectu, quam prima: maxime si respiciatur ipsius paternitatis propria acceptio, quæ est uere relatio, & simul natura cũ filiatione: nec potest abstrahi a natura, & proprietate relationis: unde ita importat habitudinem ad filium, sicut & generare, ideo & ista positio intelligibilior uidetur, & melius patebit infra cum agetur de innascibilitate. Dist. seq. 1. Par. sterio. ca. 13.

Quæstio III.

An diuinarum proprietatum sit aliqua abstractio?

Vtrum contingat proprietates abstrahi. Et quòd non, uidetur, quia omnis abstractio supponit concretionem, sed in eis solum proprie est concretio, in quibus est determinatiua prædicatio: ergo si hoc est in accidentibus tantum, uidetur, quòd ubicunque est ponere proprietatem abstrahibilem, ibi est etiam ponere proprietatem accidentalem: sed talis nullo modo ponitur in diuinis: ergo &c. Item. Vbicunque est abstractio, abstractum est simplicius cõcreto, sed hoc non habet instantiam: sed in diuinis non est maior simplicitas, & minor, cum omne quod est ibi, sit simplicissimũ, & in fine totius simplicitatis est: ergo in diuinis nõ cadit abstractio. Item. Omnis abstractio aut est uniuersalis a particulari, aut formæ a materia. Sed in diuinis nec est uniuersale, nec particulare, nec forma, nec materia: ergo in diuinis non est abstractio. Item. Quandocunq; abstrahitur aliquid ab aliquo, minus est q̃ remanet, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ante abstractionem erat, quia utrumque aliquid est; nihil.n. nõ abstrahitur ab aliquo, nec nihil a nihilo: sed aliquid ab aliquo: ergo si paternitas a persona, uel hypostasi est abstrahibilis: ergo minus haberet de entitate, quàm cũ paternitate.

SED CONTRA. Paternitate abstracta intelligitur hypostasis esse deus: ergo si minus haberet de entitate, quàm cum paternitate, intelligeretur deus nõ habere summum esse. Contra. Magister dicit in litera, Paternitas, filiatio, processio, ipsas tantum relationes significant, aut ergo aliquid adhuc respondet in re, aut nihil. Si nihil, ergo falso, & inaniter significant. Si aliquid, ergo uidetur, q̃ abstrahibiles a parte rei. ITEM. Non intellecto filio non minus potest intelligi hypostasis partis esse, sed non intellecto filio non potest intelligi paternitas, ergo abstracta proprietate adhuc potest intelligi hypostasis illa esse, cuius erat proprietas: Sed quandocunque aliqua duo sic se habent, q̃ unum potest intelligi sine alio, unum potest abstrahi ab altero: ergo uere potest intelligi proprietas abstrahi ab hypostasi. ITEM. Cum dico, personam, intelligo habentem naturam cum proprietate incommunicabili: sed constat hoc totum non simul intelligi, ergo prius unum, postea alterum: ergo prius intelligo naturam, deinde habentem, & tertio proprietatem incommunicabilem: ergo unum quodque per se est intelligibile: ergo & proprietas sine subiecto: ergo ab ipso est abstrahibilis. SI TV dicas mihi quòd a parte intellectus potest abstrahi nõ a parte rei: Contra. Secundum hoc si abstractio est a parte modi intelligendi: ergo notio, & persona non differunt nisi solo modo loquendi, & hoc est supra improbatum. ITEM. Relatio in diuinis est uera relatio: quia, ut dicit Boetius, deus non est sine relatione relatus. Sed ubi est uere, quantitas, & quantum, ibi uera abstractio, non tantum a parte intellectus, sed etiã a parte rei: ergo etiam pari ratione ubi est uera relatio, & uere relatus, ibi est abstractio. ITEM. Quandocunque aliqua proprietas habet distingui ab alia secundum rem, a qua non distinguitur secundum suppositum, ibi est abstractio non solum a parte intellectus, sed etiam a parte rei: sed paternitas differt ab innascibilitate, non autem differt ab innascibili patre: ergo uere, & proprie ẽ abstrahibilis proprietas: sic ue notio a persona, non solum a parte nostra, sed etiam a parte rei.

RESOLVTIO.

Nulla ex parte rei: sicut nulla est ibi compositio: sed solum ex parte intellectus.

RESP. Dicendum, quòd abstrahi aliquid ab aliquo est dupliciter. Vno modo abstractione, quę habet totum a natura rei: & sic abstrahitur uniuersale a particulari, & forma a materia: quoniam utrobique est cõpositio, & diuersitas. Alio modo est abstractio, quę totum habet ab intellectu nostro. Intellectus enim noster, cum intelligit aliquid

quid completum, de necessitate dupliciter intelligit: siue sub duplici ratione, scilicet per modum ipsius quod est, & ipsius quo. Semper enim cum aliquid intelligit, considerat ipsum intelligibile per aliquam rationẽ, per quam etiam ipsum capit: & ita intellectus noster est resolubilis in intellectu ipsius q̃ est, & ipsius quo: quia compositio erat circa ipsum. Quoniam igitur realis abstractio præsupponit compositionem, quæ nullo modo est in DEO: nec quantum ad essentiam, nec quantum ad personam: ideo nullo modo est ibi abstractio a parte rei. Rursus. Quoniam Deum intelligimus secundum possibilitatem intellectus nostri, intellectus noster intelligit Deum per modum ipsius quod, & ipsius quo, & intellectus noster est resolubilis, & quia resolubilis etiam cõpositus, quamuis res non sit composita: quantum ad ipsum potest esse abstractio, & separatio, ut intelligat ipsum quo est: non intellecto quod est: & quoniam modus significandi consequitur modum intelligendi, ideo contingit significare ipsum quo in abstractione, & hoc ex parte communicabilis, ut cum dicitur deus, & deitas: & ex parte incommunicabilis, ut cum dicitur paternitas. Concedo ergo, sicut manifestant primę rationes, quòd non est ibi realis abstractio.

AD ILLVD, quod obiicitur in contrarium de significatione. Dicendum, quòd aliquid respondet a parte nostri intellectus, nec oportet quòd respondeat abstractio. Sicut enim intellectus noster, licet sit compositus, uere intelligit simplex per modum compositi: quia ponit illam compositionem circa se, non circa rem intellectam, ita est omnino intelligendum de abstractione: & ita patent duo sequentia, quę sunt sumpta a ratione intelligendi. AD ILLVD quod obiicitur, quòd tunc differunt solum modo loquendi. Dicendum, quòd sicut tactum fuit in Distinctione præcedenti, relatio secundum comparationem ad subiectum transit, secundum comparationem ad obiectum, siue terminum manet, quia abstractio est formæ a subiecto, non a termino, quia paternitas abstrahit a patre, non a filio, & quantum ad comparationem ad subiectum est omnino idem, ideo nullo modo est abstrahibilis a parte rei. Nihilominus tamen differre potest aliquo modo per comparationem ad obiectum, quæ quidem differentia sumitur a parte rei, sed sicut illa differentia nihil facit ad compositionem, ita nihil facit ad abstractionẽ: & sic patent, duo sequentia: quia relatio manet, & distinguitur ab alia: sed hoc est per comparationem ad obiectum, non ad rem, & hoc est subiectum, &c.

QVAESTIO IIII.

An liceat contrariè opinari de notionibus.

VTRVM peccatum sit contrarie de notionibus, siue proprietatibus opinari. Et quòd non, uidetur, quoniã Sancti contrarias opiniones habuerunt de scripturis, & tamen non peccauerunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerunt, sed solum erat eis pœna. Vnde Aug. Falsa pro ueris approbare non est natura hominis instituti, sed pœna damnati. ITEM. Hieron. Quod de scripturis ueritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur: sed notiones non habent ueritatem a scripturis: sed inuenæ sunt a magistris: ergo licet multa ibi eadem ratione contenere: qua probare. ITEM. Hoc uidetur ratione: quia numerus notionum, & huiusmodi non sunt de illis, quæ sunt necessaria ad salutem: sed contrariè opinari licet in his, quę non spectãt ad uiam salutis, & hoc sine peccato. ITEM. Si est ibi peccatum: ergo aut fidei, aut morum. Non fidei: quia non est contra articulos. Non morum: quia credere falsum, non respicit mores: ergo nullum peccatum.

CONTRA. De duobus contrariè opinantibus circa notiones, necessarium est alterum dicere falsum circa diuina, sed mendacium circa diuina est mendaciũ in Christiana religione, & hoc est grauissimum peccatum: ergo &c. ITEM. Duobus contrarie opinantibus circa notiones, necesse est alterum decipi, & errare. Sed error circa diuina est periculosissimus, unde Aug. 1. de Trini. Nec periculosius alibi erratur, nec fluctuosius aliquid inuenitur. Si ergo error circa humanitatem Christi est peccatum; ergo & circa notiones multo fortius. ITEM. Cum proprietates sint ipse deus, qui dicit uel credit proprietates esse quod nõ sunt, uel non esse quod sunt, dicit de deo, quod non est. Sed qui dicit deum non esse quod est, uel econuerso, erat error peccati: ergo cum aliter opinantium sit huiusmodi: ergo &c. ITEM. Sicut dicit Augustin. non solum ille mentitur qui dicit falsum, sed etiam qui asserit dubium: sed uterque opinantium dicit quid dubium, quia nulla opinio duorum est certa: ergo uterque mentitur: sed qui mentitur circa uerum, peccat mortaliter, uel uenialiter, sed plus mortaliter: ergo uterque peccat.

Cap. 3.

RESOLVTIO.

Si ad contrariam opinionem nihil fidei repugnans sequatur; licet profectò cõtrarie opinari: cum notiones non de necessitate fidei, nec de necessitate scripturæ, sed ijs annexa sint.

RESP. Dicendum, q̃ contrarie opinari, uel potest esse circa ea, quæ spectant ad doctrinam Christianæ religionis: uel circa ea quæ spectant ad doctrinam humanę inquisitionis. Circa ea, quæ spectant ad doctrinam humanæ inquisitionis licet contraria opinari, & contra asserere: quia illa non faciunt ad salutẽ. Asserere autem cõtraria in his, quæ spectant ad doctrinam religionis distinguendum. Nam quædam sunt de necessitate fidei: quædam de necessitate scripturæ: quædam sunt his annexa, ut sunt quæ faciunt ad fidei explicationem, & scripturæ expositionem. Circa ea, quæ sunt de necessitate fidei, opinari contraria, simpliciter est peccatum in altero, scilicet qui falsum opinatur. Et si sit simplex opinio, est peccatum erroris: si autem asserti-

assertio, & defensio: non tantum error, sed hæresis dicenda est. In his autem, quæ sunt de certitudine scripturæ, ignorantes scripturas, licet contrariè opinari; nec est culpa: ut si unus simplex homo credat, quod Iacob fuit pater Isaac, aliter non, sed econuerso. Et licet hic primus suspicetur, uel opinetur; tamen non peccat, quia ignorat scripturam. Scienti autem scripturam non licet: immo peccat si simpliciter opinetur: si autem defendat, hæreticus est iudicandus: quoniam contradicit scripturæ sacræ. In his autem, quæ sunt annexa fidei, uel scripturæ, aut una opinio sequitur ad fidem, & scripturam, & altera sequitur oppositum; & tunc dicendum, quòd ante pertinctionem licet contrarie opinari: sed post per cunctationem non licet: immo peccatum est, sicut in his, quæ determinata sunt per fidem & scripturam: sicut fuit de opinione Porretani circa proprietates: dicebat enim illas non esse deum, & ad hoc consequitur contrarium fidei. Cum enim ecclesia adoret proprietatem, tunc adoraret non Deum, & non Deus esset adorandus. Vnde postquã ostensum est sibi incõueniens, nisi retractasset errorem, fuisset ab ecclesia hæreticus iudicatus, sed hoc retractauit in Concilio Remensium dicit Bernard. In his, quæ sunt annexa fidei, non sequuntur, nec repugnant, quia dubia sunt, licet opinari, sed non licet asserere dubium circa Deum, quia opinari est rationis conferentis, sed asserere dubium circa Deum, est rationis superbientis. Concedendum ergo, quod uterque opinans si asserat, peccat: non propter errorem, sed propter præsumptionem: & sic cõcedendum, quod licet ibi contrarium opinari.

AD ILLVD, quod obijcitur, quòd mendacium in Christiana religione &cet. Dicendum, quòd non est mendacium, quia neuter dicit contra credulitatem in Christiana religione, quia non est de necessitate fidei, uel morum. AD ILLVD, quod obijcitur, quòd error ille est periculosus. Dicendum, quod uerum est inquantum est contrarius fidei: sed si est de his quæ non spectant ad fidem, nõ est uerum. AD ILLVD, q̃ obijcitur, quòd peccat qui dicit Deum non esse, quod est &c. Dicendum, quod illud uerum si sit determinatum per fidem uel scripturam, aliter non peccat, nisi asserat, uel defendat. QVOD ultimo obijcitur, concedendum est, nam qui propria auctoritate de Deo asserit, uel affirmat, quod nec scriptura, nec fides dicit, nec ad illa sequitur, præsumptuosus est iudicandus: etiam si uerũ dicat: & si dubitet corde, & affirmet ore, mendax est, si utroque modo asserit superbus est.

DISTINCTIO XXVII.

PARS SECVNDA.

De proprietatibus personarum secundum, quod diuersis nominibus exprimuntur per uocabula minus usitata.

HIC non est prętermittendum, quod sicut pater & filius & spiritus sanctus nomina personarum sunt, & proprietates personales designāt, ita ēt sunt & alia noīa personarum. i. quæ ipsas personas significant, & earum proprietates denotant, & easdem quas & noīa prędicta. Vnde & relatiue dicūtur. s. genitor, genitus, verbū, imago. Vnde Aug. in 5. Lib. de Tri. ait, Vidē dum est, inquit, hoc significari cum dicitur filius, quia genitus, quod significatur cū dicitur filius. Iō. n. filius, quia genitus, quia filius vtiq; genitus. Sicut aūt filius ad patrem, sic genitus ad genitorē refertur, & sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum. Idē in 6. Lib. de Tri. Verbū quidem solus filius accipitur, non simul pater & filius, tanquā ambo sint vnum uerbum. Si enim verbum dicitur, qūo imago? nō autem pater & filius simul ambo imago: sed filius solus est imago patris, quemadmodum filius. Idem in 7. Lib. de Trin. Verbum secundum quod sapientia est & essentia, hoc est quod pater: secundū quod verbū, non hoc est qd pater, quia uerbum non est pater, & verbum relatiuè dicitur sicut filius. Item in eodem, Sicut filius ad patrem refertur: ita & verbum ad eum, cuius est verbū refertur, cum dicitur uerbum. Et propterea non eo verbū, quo sapiētia dicitur: quia uerbum non ad se dicitur, sed tantum relatiue dicitur ad eum, cuius est verbum, sicut filius ad patrē. Eo quippe est filius quo verbum, & eo est verbum quo filius: sapientia vero, quo essentia: & ideo quia pater & filius sunt vna essentia, & una sapiētia. Item in eodē, Non est pater ipse verbum, sicut nec filius, nec imago. Quid autem absurdius quā imaginem ad se dicī? Idem in 5. Dicitur relatiue filius, relatiue dicitur verbum, & imago, & in omnibus his vocabulis

Cap. 7.
Cap. 2.
Lib. 7 d Tri. c. 2
Cap. 3.
7. ca. 1.
Cap. 13

lis ad patrem refertur, nihil autem horum pater dicitur.

Summam colligit intelligentię prædictorum.

Apertè ostensum est, quòd sicut filius vel genitus relatiue dicitur ad patrem, ita verbum & imago: & quod eo dicitur verbum siue imago, quo filius, ideſt, eadem proprietate, siue notione dicitur verbum & imago qua filius: sed non quo verbum, dicitur sapientia vel essentia, quia non notione qua dicitur verbum, dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Generalis regula eorum, quæ ad se & eorum, quæ relatiue dicuntur.

Et est hic aduertenda quædam generalis regula eorum, quæ ad se, & eorum, quæ relatiue dicuntur de patre & filio. Quicquid enim ad se dicuntur, vt ait Aug. in 6. Lib. de Trinit. non dicitur alter sine alter, ideſt, quicquid dicuntur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec pater est Deus sine filio, nec filius sine patre, sed ambo simul Deus, sed non ambo simul pater, non ambo simul filius, nel uerbum, uel imago.

Cap. 2.

An secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi.

Hic quæritur cum dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, & huiusmodi, utrum dicantur secundum substantiam, nam secundum relationem constat ista non dici. Si vero secundum substantiam dicuntur simul ambo, scilicet pater, & filius, possunt dici Deus de Deo, lumen de lumine, secundum prædictam regulam. Ad quod dicimus, quia licet Deus secundum substantiam dicatur & lumen, & sapientia, & huiusmodi, & nunquam relatiue accipiātur: aliquādo tamē pro relatiuis. i. pro personis, sed non relatiuè accipiuntur, vt cum dicitur, Deus genuit Deum, alterum pro patre alterum pro filio ponimus: similiter cū dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine. In alijs quoque locutionibus sæpe reperiuntur noīa essentiæ ad significationem personarū deducta, ut cū dicitur, Deus natus, Deus mortuus, Deus passus, ubi filius tantum significatur. Ita & de solo filio intelligitur cū dicitur, Deus de Deo, & huiusmodi. Vnde Aug.

quærēs quo huiusmodi dicatur, in 6. Libr. de Trin. ait, Quo
Lib. 6. Cap. 2 *Deus de Deo, lumen de lumine dicitur? non. n. simul ambo Deus de Deo, sed solus filius de Deo, s. patre, nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre.*
Quod tantum secundum nomen substantiæ dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum.

Et est sciendū quod secundū noīa substātiæ tantū dicitur illud de illo, licet ibi illa noīa substantia nō significēt. Secū
Lib. 6 Tri. c. 2 *dū vero eadē noīa personarū nunqua dicitur illud de illo, sicut verbū de verbo, vel filius de filio: quia huiusmodi noīa diuersis personis cōuenire nō possent. Quod Aug. licet obscure, in eodē lib. ita dic. Hoc solū de eis dici nō pōt illud de illo, quod simul ambo non sunt. Illo solo noīe nō possumus vti ad ostendendū vnū de vno, quod simul ambobus nō conenit: sicut verbū de verbo dici nō pōt, quia non simul ambo verbū, nec imago de imagine, nec filius de filio, quia non simul ambo filius vel imago. Et sicut noīa substātiæ aliquando intelligentiā personarū distinctē faciūt, ita vt interdum totius trinitatis simul. Vnde Aug. in eode lib. ait, in patris*
Lib. 5. c. 8. *noīe, ipse pater per se pronūciatur, in Dei uero noīe, & ipse pater, & filius, & S. S. ut cum dicitur,*
Luc. 8. *Nemo bonus nisi solus Deus, quia trinitas est vnus solus Deus.*

SVPRA egit Magister de proprietatibus personalibus secundum, quod exprimuntur p nomina magis usitata, hic agit secundo de eisdem prout exprimuntur per uocabula minus usitata. Et habet hæc pars quatuor partes. In prima Magister assignat nominum differentias per quę conuenit ipsas proprietates exprimi, auctoritatibus confirmans nomina illa esse propria. In secunda uero assignat quandam regulam in qua discernuntur propria à communibus, ibi. *Et hic est aduertenda quædam generalis regula &c.*] In tertia opponit contra prædictam regulam, & determinat, ibi. *Hic quæritur, cum dicitur Deus de Deo &c.*] In quarta ex illa solutione elicit aliam regulam, ibid. *Et ist secundum, quod secundum nomina substātiæ &c.*]

Secundum quod sapientia est, & essentia &c.] Contra, quia aut hoc tenetur essentialiter, aut personaliter. Si essentialiter, non solum secundum quod sapientia est unum per essentiam cum patre, sed etiam inquantū uerbum. Si personaliter, tunc est falsum, quod secundum qđ sapientia, sit hoc quod personaliter pater. Item. Cum [hoc] sit neutri generis ut, quod stet pro essentia, & ita uerbū semper est hoc quod pater, scilicet unum per essentiam uel substantiam. Respon. Dicendum, quod [hoc] stat ibi pro significato termini, ut sit sensus: Verbum secundū quod sapientia, hoc est, quod pater, quia secundum quod sapientia aliquid ei attribuitur, quod etiam patri, scilicet significatū huius nominis, sapientia. Similiter altera est uera, filius secundum quod uerbum nō est hoc, quod pater: quia aliquid attribuitur filio secundum quod verbum quod non conuenit patri. Vnde, secundum, dicit ibi habitudine sub ratione formali, & pronomen [hoc] importat & demonstrat proprium significatum termini, & ideo quia sapiētia significatum essentiale, tenetur in prima essentialiter: quia significatum uerbi est personale, tenetur in secunda personaliter. Vel aliter potest dici, quod tenetur essentialiter, & secundum quod dicit habitudinem per modum formalis, unde sicut alio est Deus, alio est pater: quia diuinitate est Deus, paternitate, pater, ita qꝫ nec paternitate Deus, nec deitate pater: ita accipit Aug. cum dicit secundū quod uerbū non est hoc qū pr, ut nō negetur unitas in natura, sed ut neget habitudo eius, qđ est ſm, quia uerbum inquantum uerbum non dicit unitatē essentiæ, sed distinctionem personæ, econtra sapientia.

Eadem proprietate, siue notione dicitur uerbum &c.] Contra, quia si hoc uerum: ergo ibi est synonymia, uel inculcatio uerborū, aut aliqua differentia. Respondeo. Dicendum, quod differentia est, & una differentia potest accipi sic, ut uerbum dicatur, quod procedit ab interioribus: imago, quod imitatur in exterioribus, & filius complectitur utrumque: ideo magis, & communius dicitur filius quam aliquid aliorum. Vel aliter omnia hæc tria important similitudinem alterius, sed filius importat illam similitudinem naturaliter emanantem, imago ut expresse imitantem, uerbum ut aliis exprimentem, quantum est de se siue natū exprimere: ideo filius frequentius nominatur illa persona propter hoc, quod ipsam emanationem & habitudinem illam nomine importat Aprio. Vel aliter. Imago importat illam similitudinem ut conformem, uerbum importat illam ut mentalem, siue spiritualem, sed filius connaturalem. Et sic patet diuersa ratio significandi eandem habitudinem, & illa eadem proprietas est, nec tamen synonyma. Et in prima acceptione præit intentio uerbi. In secunda intentio filii. In tertia intentio imaginis. Tamen intentionis modus medius est conuentior.

Ita & de sola fil. &c] Videtur falsum dicere, quod solus filius est Deus de Deo, quia s. f. Deus est de Deo: non ergo solus filius. Resp. dicendum, quod illa exclusio arctatur ex modo loquendi, quod patet, quia non dicit simpliciter hoc, sed loquēs de patre & filio dicit, non ambo Deus de Deo, sed solus filius, ita quod ex ipso modo loquēdi [solus] arctatur ad faciendum exclusionem pro patre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum nomina substantiæ tã tum dicitur illud de illo &c.] Videtur hoc falsum, quia bene dicitur filius de patre per nomina, quæ nõ sunt nomina substãtiæ. Si tu dicas, quod intelligit secũdum idem nomen. Obiicitur, quod bene dicitur ,,ceedens de procedente, & principium de principio, siue spirans de spirante, hæc tamen nomina non dicuntur secundum substantiam. Item. Quæritur de hoc, quod ista tim addit ibi [licet illa nomina substantiam non significent] quia si hoc: ergo significant relationem: ergo hoc nomẽ Deus significat relationẽ. Et iterum si non significat substantiam, sed relationem: ergo possent ,p eis poni nomina relatiua: ergo pater de patre. Respon. Dicendum, quod dici hoc de hoc, est dupliciter, scilicet secundum idem nomen, uel secundum aliud. Secundum idem non potest esse nisi conueniat duobus: & quia nomina duabus personis conuenientia, fere oĩa sunt essentialia, licet aliqua sint notionalia, ideo regula Magistri ut in plurimum ueritatem hẽt. Tamẽ quidam libri habent, maximè: in quibus non est, potest poni pro glosa: & sic cessat obiectio, quia Magister non intendit excludere nisi nomina propria, quę dicuntur de uno solo. Quod obiicitur, quod nomina non significant substantiam, dicendum, quod [significatione] accipit pro, suppositione, & tantum ualet non significant, quantum non supponunt.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An uerbum in diuinis dicatur essentialiter, uel notionaliter?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur de uerbo ĩ parte ista, quatuor queruntur. Primo, de uerbi significatione. Secundò, de connotatione. Tertiò, de ipsius comparatione. Quartò, de translatione.

VTRVM uerbum dicatur essentialiter, uel notionaliter? Et qđ dicatur notionaliter, ostẽditur primo auctoritate canonis B. Ioh. elegantissimè exprimentis incarnationem, Verbum caro factum est: sed unio non est facta nisi in psona filii: ergo uerbum non exprimit nisi personã filii, & proprie: ergo &c. ITEM: Aug. 15. de Trinit. In trinitate non dicitur uerbum nisi filius, neque donum nisi s.s. ITEM. An sel. in Mono. Apertissimum est, quia nec ille cuius est uerbum, potest esse uerbũ suum, nec uerbum potest esse ille cuius est uerbum. ITEM. Ratione uidetur, quia uerbum est, quod emanat a mente per modum conceptionis: ergo uerbum de se dicit conceptum: sed esse cõceptum, & genitum sunt idem, sed genitum est notionale: ergo &c. ITEM. Verbum dicitur quod emanat per modum perfectæ expressionis: sed esse imaginem, est proprium filii: ergo & uerbum. ITEM. Omne uerbum dicit respectum ad dicentem, sed esse respectiuum, in diuinis est notionaliter dictum, si dicat respectum ad personam, sed dicẽs poteſt esse nisi persona &c.

Ioan. 1

Ca. 17

circa m.

Ca. 3

CONTRA. Quod dicatur essentialiter, ostenditur sic, sicut dicit Augu. 9. de Trin. c. 10. Verbum est cum amore notitia: sed notitia est essentialiter dictum: ergo &c. ITEM. uerbum est quo res manifestat, & exprimitur: sed manifestari est cuiuslibet psonæ, & manifestatio est æqualis: ergo & uerbum. SI TV dicas, quod non dicitur manifestatio simpliciter, sed manifestatio alterius. Obiicitur tunc, quia spũs sanctus est manifestatiuus filii. Ioh. 16. Ille me clarificabit &c. ITEM Hoc ipsum ostenditur p comparationem ad dicentem, quia uerbum dicitur respectu dicentis, sed dicentes sunt tres, sicut dicit Ansel. ĩ Monol. Vnusquisque in trinitate se dicit: ergo uerbum est trium, sed nihil est trisi nisi essentiale: ergo &c. ITEM. Sicut dicit Anselmus in Monol. Dicere nihil aliud est, quam cogitãdo intueri, sed hoc est essentiale: ergo & uerbum. SI dicas, quod dicere, secundũ quod essentialiter dicitur, non habet correspondens uerbum. Cõtra. sicut dicit Anselmus, Pater se dicendo, generat uerbum: sed omnis actus, secundum quẽ persona reflectitur supra se, est essentialis: ergo & dicere prout est essentiale, respõdet uerbum: ergo &c. ITEM. Hoc ostenditur per cõparationem. Ad id, quod per uerbum dicitur, nihil medium inter creaturam & creatorẽ est notio uel notionale, quoniam medium æqualiter distat ab extremis: sed uerbum est medium, quoniam omnia per uerbum facta sunt: ergo &c.

Lib. 9. de Tri. ca. 10.

Ca. ult. et dein cipi.

RESOLVTIO.

Notionaliter tantum, nec essentialiter dicitur.

RESP. Ad hoc dixerunt aliqui quod dicere tripliciter accipitur in diuinis. Vno mõ dicere idem quod intelligere. Alio modo, quod generare. Vnde Aug. exponit illud Gen. 1. dixit, ideſt, filiũ genuit in quo omnia disposuit. Tertio modo dicere idem est, quod creare, & uerbum non respondet ei, quod est dicere in quantum increatum, nisi secundum quod dicere idem est, qđ generare, & ita conuenit soli patri. Sed istud non uidetur intelligibile, quod sit loqui sine uerbo, & quod aliquid sit dicere, cui non respondeat uerbum, sicut generare sine genito nec noſci sine notitia: & hoc ẽt ipse modus loquendi & intelligẽdi abhorret, quod dicat & loquatur sine omni uerbo. Ideo uoluerunt aliqui dicere, quod dicere accipitur essentialiter, & personaliter: quia tres sunt, qui dicunt (sicut dicit Ansel.) quod uerbum dicit essentialiter & personaliter: & secundum istam uiam soluere nituntur obiecta ad utranque partem. Sed hoc est contra Aug. & contra Ansel. expresse. Nam Augu. dicit ꝙ uerbum eo ipso ꝙ uerbum, dicitur ad alterum. Similiter Anselm. Apertissimum est ꝙ uerbum nõ est ille, cuius est uerbum. Et hoc patet ẽt p auctoritates Augu. quas Magister adducit in litera, & Ansel. in Monol. hoc expresse negat. PROPTER hoc intelligendum, ꝙ dicere est idem quod loqui: loqui autem est dupliciter: uel ad se, uel apud se: uel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad alterum. Loqui ad se, nihil aliud est, quam aliquid mente concipere. Mens autem concipit intelligendo, & intelligendo aliud concipit simile alii: intelligendo se concipit simile sibi: qa intelligentia assimilatur intellecto. Mens igitur dicēdo se, apud se concipit per omnia simile sibi, & hoc est uerbum conceptū. Alio modo dicere ad alterū est conceptum mentis exprimere, & huic dicere respondet uerbū prolatum: Dicendum ergo, ꝙ sicut in nobis dupliciter accipit dicere, ita in Deo. Nam dicere Dei apud se uel ad se, hoc est intelligendo concipere: & hoc est generare prolem similē, & huic dicere respōdet uerbum natū. i. uerbum æternum. Alio modo dicere est exterius se exprimere: & sic idem est dicere ꝙ se ꝙ creaturam declarare: & huic dicere respondet uerbum creatū & uerbum temporale. Concedēdum ergo ꝙ uerbum sicut & dicere dupliciter accipitur. s. æternaliter & temporaliter. Et uerbum temporaliter est creatum, nec est Deus, nec est in Deo, sed creatura respectu Dei. Verbum æternum est Deus, & est illius solius, cuius est concipere: ideo rationes probantes uerbū dici notionaliter, sunt simpliciter concedendæ.

AD ILLVD, quod obiicitur, quod uerbum est notitia & uerbum est manifestatiuum. Dicendum, ꝙ ista non est tota ratio uerbi, sicut nec nosse est tota ratio dicere & manifestare, sed necesse est, quod cadat ibi conceptum, & quia notitia concepta & manifestatio per conceptum fit per solum filium non s. s. ideo patet illud, quod obiicitur.

AD ILLVD quod obiicit, de uerbo in cōparatione ad dicētem. Dicendum, ꝙ dicere non dicit essentialiter nisi secundum qđ dicitur respectu uerbi creati, & secundum quod notat effectum temporalem: ſm uero quod dicit respectum æternum, sic solus unus est dicens. Quod ergo obiicitur, quod dicere non est aliud quam cogitando intueri. Dicendum, ꝙ uerum est, ubi in presentis tuitus non est sine concepto, ut in nobis, & in patre: sed in filio non est, nec similiter in s. s. Quāuis enim se intelligant, tamen non concipiunt prolem, quia non est eis fecunditas ad generandum. Si quæras rationem huius, Aug. te docet. 15. de Trin. quia nos non intelligimus nisi per intelligentiam, & illa semper est genita. In illa autem trinitate beata, aliter est ꝙ in imagine: quia quælibet persona intelligit. Et ideo intelligere non dicit ibi rationem concipiendi, ac per hoc non complectitur totam rationem dicendi uel uerbi in deo, ut in nobis. AD ILLVD, quod obiicitur, qđ ē actus resse xus supra se. Dicendum, ꝙ siue dicatur apud se, siue exterius ad alterum, utroq; modo implicat apud se actum absolutum, & respectiuum. Dicere. n apud se est cogitando, siue intelligendo se, conceptum gignere: & ratione primi est reflexio, sed ratione secundi est relatio. Similiter dicere exterius, est se, uel conceptum declarando aliquid extra formare. Vnde dicere utroque modo reflectitur supra dicentē & dictum: supra dicentem, ratione absoluti: supra dictum, ratione comparati: & sic manifesta ē illa obiectio, qm dicere non tm est absolutū, & iō nō tm essētia le sem ꝙ. AD ILLVD, ꝙ obr. ꝙ uerbum est medium. Dicendū, quod duplex est medium, scilicet essentiæ, & intelligentiæ: & uerbum non est medium in essendo, sed extremum, quoniam ipsum uerbum omnia fecit, sed solum intelligendo, quia pater per uerbum omnia fecit: & hoc infra melius dicetur.

Anſel. Monol. 10. Aug. de Trin. lib. 15. ca. 31. & 33. & 34.

QVAESTIO II.

An nomine uerbi importetur respectus ad creaturas?

DE uerbi æterni connotatione, & est quæstio, Vtrū uerbum ęternum connotet aliquid ex parte creaturæ. Et quod sic, uidetur primo auctoritate Psal. Dixit, & facta sunt: ergo cum dicere, non sit aliud quam uerbū proferre, & ad dicere sequatur facere ipsum factū: ergo ad uerbum sequitur factum: ergo uidetur, quod uerbum connotet aliquid creatum. Si tu dicas hoc esse dictum de dicere prout accipitur temporaliter, & respondet ei uerbum creatum. Contra. Augu. 11. Confessio. Verbo tibi coęterno dicis quæcunque dicis: & sic quicquid dicis, nec aliter quam dicendo facis: ergo uidetur quòd illud sit intelligendū de uerbo æterno. ITEM. Aug. in Lib. 83. q. tractans illud euangelii. In principio erat uerbum dicit: melius in hoc loco uerbum interpretamur, ut signetur non tm ad patrem respectus, sed etiā ad ea quæ facta sunt, operatiua potentia: ergo uerbum dicit respectum ad facta, sed constat ꝙ de uerbo æterno loquitur, scilicet qđ erat in principio. ITEM. Super illud Psal. Semel locutus est Deus, dicit Aug. id est filium genuit, in quo omnia disposuit. Si ergo uerbum nō tantum importat generationem, imò etiā dispositionē omnium: ergo ad omnia dicit respectum. ITEM. Anſel. in Monol. Cum summus spiritus seipsum dicit, dicit omnia quæ facta sunt: ergo eodem uerbo dicit se, & creaturas, sed uerbum dicit respectum ad illud, quod per uerbum dicitur: ergo non tantum ad patrem, sed etiam ad ea quæ facta sunt, dicit respectum: ergo &c.

Pſ. 32.

Cap. 7. tomo 1.

Qſ. 63 tomo 4

Pſ. 61.

Ca. 33.

CONTRA. Omne quod connotat temporale, dicitur temporaliter: sed uerbum non dicitur temporaliter in diuinis, quia in principio erat uerbum: ergo uerbum non connotat temporale, quia omnis creatura uel creatū temporaliter incipit, accipiēdo large tempus: ergo uerbum nihil connotat in comparatione ad creaturas. SI TV dicas, quod connotat in habitu, non in actu, sicut ęterna dispositio & prædestinatio. Contra. Si nunquam aliquid fieret, uel fiendum esset, adhuc pater seipsum diceret: ergo & uerbum mente cōciperet, ergo uerbum esset si nunquam ulla creatura esset futura uel p̄sens: ergo &c. ITEM. Dicere uerbum, est necessarium, quoniā sicut in præcedentibus probatum fuit Dist. 6. productio personæ est necessaria, sed ꝓductio creaturæ est cōtingens: unde cū producit eam, posset nō ꝓducere: si ergo simpliciter necessariū

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non claudit in se contingens, uerbum nō dicit respectum aliquem ad creaturā. ITEM. Creator & creaturæ summe sunt distantia: ergo in nullo communicant: si ergo uerbum patris est unum, & summe unum: ergo illo uerbo cum dicatur Deus pater, impossibile est creaturam dicit ergo si creatura non dicitur illo uerbo: non ergo dicit respectum ad creaturā. ITEM. Si uerbum dicit respectum ad creaturam: ergo poterit dici uerbum creaturæ, qđ expresse negat an
Ca. 32. sel. in Monol. uerbum quo creaturam dicit: nequaquam est uerbū creaturæ. Si tu dicas mihi ꝙ dicit respectum ad dicentē principaliter, unde non pōt dici nisi uerbum patris: eadem ratione cum spiritus dicat respectum ad creaturam, cum omne nomen dicēs respectum ad creaturam, sit essentiale, non personale, uerbum nullo modo dicitur personaliter, quod est contra prædeterminata.

RESOLVTIO.

Verbum diuinum non actualem, sed habitualem respectum dicit ad creaturas, per modū exemplaritatis dispositiue & uirtutis operatiuæ.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dicit
Ex 15. de Tri. c. 11. & 12. cep. Augustin. tunc uerbum dicitur uel generatur, quando mente similitudo, uel imago alicuius cognoscibilis concipitur: & uerbum illud respicit, quod respicit similitudo cōcepta. Quoniā igitur mens nostra, nec simul, nec uno, & eodem uidet se & alia: ideo alio uerbo dicit se, & alio alia, imò alios: tot enim in eo sunt uerba, quod intellecta: summus autem spiritus in patre se, & omnia uno aspectu & eodem cognoscit: & cum intelligit se, & alia, cognoscit se ut aliorū principiū: & ergo ipsa uis conceptiua concipit similitudinem oīa circumplectentem sub intuitu uno, siue aspectu, & concipit siue generat unum uerbum, qđ est similitudo patris imitatiua, & similitudo rerum exemplatiua, & similitudo operatiua, & ita tenet qua si medium: & dicitur pater operari per uerbum, & alterius ipsi uerbo attribuitur, qđ sit Dei uirtus, & Dei sapientia. Et ita patet quod uerbum diuinum dicit respectum ad patrē, dicentem ipsum a quo generat, per omnia consimilem. Dicit et respectum ad creaturam per modum exemplaritatis dispositiue & uirtutis operatiuæ: & ga ista non dicunt respectum in actu, sed solum in habitu: dico, quod sicut exemplar dicit respectum in habitu & potentia similiter, quia multa scit Deus, & potest, quæ non facit: sic & uerbū eternum. Vnde sicut supra dictum est de dono, ita etiam nūc intelligendum de uerbo. Concedendæ igit sunt rōnes probantes: ꝙ dicit respectum, sed non connotat effectum actualiter. Dist. 1

VNDE prima ratio, quæ probat de effectu actuali: soluenda est, sicut in opponendo tactū est: ga ibi loquit de dicere; fm ꝙ ei rñdet uerbū creatū, qđ est quasi uerbū, platum: sed tñ illud dicere est ꝙ uerbū increatum, sicut pater dicitur operari ꝙ filium: & hoc est quod dicit Aug. quòd æterno uerbo dicis quæcunque dicis, & fit quicquid dicis. Pōt tamen Lib. Confes. c. 7.

tamen dici, ꝙ illud dicere est æternum, & tantum uatet quantum disponere: sed hoc non dicit effectum, sed respectū in habitu, & hoc conceisum est, ꝙ uerbum dicit. Et ꝙ iste sit intellectus Augustini, patet per literam sequentem: Et simul & sempiterne dicis, nec tamen simul & sempiterna sunt quæcunque facis. Ex hac auctoritate patet ueritas responsionis, ꝙ uerbum dicit habitualē respectum.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur, in contrarium, ꝙ nullum æternū connotat temporale. Dicendū, quòd uerum est in actu, unde uerbū (proprie loquendo) non connotat effectum, sed dicit respectum, non ad creaturam iam existentem uel etiam futuram tantum, uerumetiam possibilem fieri: & sic patet responsio ad instantiam quam inducit in contrarium. AD ILLVD, ꝙ obiicit, ꝙ productio uerbi est necessaria & eterna, sed creatura contingens. Dicendum, ꝙ quamuis actualis productio creaturæ sit uoluntaria, tamen potentia producendi, & scientia, est necessaria. Impossibile enim est deum nō posse, & impossibile est deū nescire creaturas producere.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ non communicant in aliquo. Dicendum, ꝙ uerum est de cōmunitate essentiali, & prædicatione: & hoc modo non cōcāt i uerbo, quia uerbum est deus, non creatura: nihilominus tamen fm aliquam rationem pōt habere respectum ad idem. Nihil enim impedit, ꝙ unius & eiusdem Deus sit principium, & creatura sit effectus: & ita est de uerbo æterno quod dicit respectum ad patrē ut ad principiū, ad creaturam aūt ut ad effectū.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ tunc potest dici uerbū creaturæ. Dicēdum, ꝙ sicut patet ex ratione nominis, uerbum, dicit respectū ut ad producentem, quia dicit uerbum dicentis: similiter donum: & quia principalis respectus importatur per nomen. solum dicitur respectu personæ, ideo nec filius dicitur uerbum creaturæ; nec spūs sanctus donum creaturæ. Et si tu obiicias de hoc nomine [Spūs] dicendū, quòd prout de spiritu Heliæ dicitur, non accipitur sub actu personali: quia spūs sanctus dicitur spiritus patris & filii tantum: sed accipitur ab actu spirandi. De quo Ioan 3. Spūs ubi uult spirat: & iste est actus essentialis. Vnde sicut dicitur Deus Heliæ, quia fouet Heliam, uel ab aliquo alio actu: ita dicitur spiritus Heliæ, quia spirat Heliæ: ita etiam posset dici spiritus sanctus Heliæ, sicut dicitur Dan. ul tim. Suscitauit Deus spiritum pueri iunioris. Nec hoc est contra Magistrum, quia ipse loquitur de spiritu, prout est nomen impositum a proprietate personali, & magis determinatum, & illud totale nomen, ꝙ stet pro persona quam hoc nomen spūs per se: & ideo frequentius inuenimus spiritum dici alicuius hominis quam S. S. alicuius hominis: attamen inuenitur alicubi, quia sicut dicitur spiritus Heliæ, quia in eum spirat & inspirat: ita spiritus sanctus Heliæ, quia ei sancta inspirat: & ideo fortassis ibi dictum est, quòd suscitauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit spiritum; quia non fuit ad futura prædicendum, sed ad ini quam iudicium retractandum.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ nomen dicens respectū ad creaturam non est notionale. Dicēdum, ꝙ uerum est si illum purè dicat, sed uerbum non tantum ipsum dicit, nec principaliter dicit, sed principaliter dicit respectum ad patrem sicut & de dono dictum est. Magis autem filius & sanctus nominantur nominibus dicentibus respectū ad creaturam q̄ pater, qm̄ fm rationē intelligendi & appropriādi quasi medium sunt iter nos & deū, & fm rationem appropriandi sunt reducentes ad Deum. Vnde fm Aug. pater est principiū ad quod reducimur: filius forma, quam sequimur: & spiritus sanctus gratia qua reconciliamur: uel & ipsi magis ꝓprie nobis dari dicuntur quā pater &c.

QVAESTIO III.

Quod prius secundum rationem intelligendi, uerbum, an sapientia, siue notitia?

DE comparatione uerbi ad sapiētiam. Et cum filius sit uerbum, & sapientia; quæritur quod istorum sit prius secundū rationem intelligendi. Et quòd sapientia prius sit uidetur Aug. 9. de Trini. cap. 10. Verbum est cum amore notitia: ergo uerbū fm rationem intelligendi addit supra noticiam: sed quod se hēt ꝑ additionem ad aliud, pre supponit illud: ergo &c. ITEM. Noticia dicit essentiale; sed uerbū ꝑsonale: ergo cū essētiale sit cōmunius, & esse cōius fm rōnē intelligendi sit prius: ergo &c. ITEM. Verbū dicit respectū ad creaturas, sapientia aūt dicit q̄d absolutum de rōne sui nois: ergo cū absolutū fm rōnem intelligendi sit prius respectiuo: ergo & sapientia quam uerbum.

CONTRA. Eccl. 1. Fons sapiētiæ uerbum Dei in excelsis: fons dicit rationem principii: ergo uerbum est principium sapientiæ, sed quod est principium, est prius fm rationem intelligendi necessario: ergo uerbum prius quam sapientia. ITEM. Verbum sicut dicit Aug. in Lib. 83. quæstionum, dicit operatiuam potētiam: sed potētia (sicut dicit Richar.) fm rationem intelligendi prior est quā sapientia: ergo &c. ITEM. Verbum dicit similitudinem interius conceptam, sapientia dicit habitum uel habilitatē ad cognoscendum. Sed conceptio similitudinis & specierum præcedit ipsam habilitatem: ergo & uerbum præcedit sapientiam in intelligendo.

IVXTA hoc quæritur, cum filius dicatur uerbum & sapientia, propter quid sapientia solū est appropriatum non propriū, uerbum aūt est ꝓprium. Et iterū, cum filius sit filius & imago & uerbum ꝓprie, quæritur quæ sit differetia istorum nominum. Si enim non est differentia nisi in uoce, tunc uidentur esse nomina synonima.

RESOLVTIO.

Cum intellectus, Verbi, præsupponat intellectum notitiæ generationis, & imaginis, nemus dubium illum hoc ordè præcedere.

RESP. Dicendū, ꝙ in intellectu uerbi cadūr istæ conditiones. s. intelligētis cognitio, similitudinis conceptio, & alicuius expressio. Et hoc patet si cōsideremus generationem Verbi secundum Anſel. i suo. Mono. qui dicit sic. 9. 31 §. 5. Cum cogito notum hominem absentem, formatur acies cognitionis in se talē imagine eius qualem illam per uisum oculorum in memoriam cōtraxi, quæ imago in cognitione uerbū est eiusdem hominis, quem cogitando dico. Habet igitur mēs rōnalis, cum cogitando se intelligit, secum imaginē suam ex se natā. i. cogitationem sui ad sui similitudinē quasi sua impressione formatā, q̄ imago eius uerbum est. Hoc itaq; mō quis negat summā sapientiā cum se dicendo, intelligit, gignere consubstantialē sibi similitudinē. i. uerbum suū? Verbū aūt non est aliud q̄ similitudo expressa, & expressiua, concepta in spū intelligentis, fm quod se, uel aliud intuet. Vñ pater, quod intellectus uerbi præsupponit intellectū noticiæ & generationis, & imaginis. Intellectum noticiæ, intuitu spiritus intelligentis. Intellectum generationis, in conceptione interiori. Intellectū imaginis, in similitudine per omnia conformi, & superaddit his omnibus intellectū expressionis. Quoniam igitur intuitus intelligentis non dicit respectum: ideo ipsa sapientia & noticia non dicit proprium. Sed qm̄ conceptio, & similitudo dicunt proprium, ideo necesse est tam nomen Filii, quam Imaginis, quam etiam Verbi proprie dici. Et rursus patet ordo in dicendo, & patet etiam differentis modi dicendi rō. Nam sapiētia uel notitia dicit primū in intelligendo: deinde filius q̄ dicit ipsam emanationem siue conceptionem: deinde imago, quæ dicit modum expressum emanandi: & tertio modo uerbum, q̄d dicit hæc oīa, & superadditrōnē exprimēdi, & manifestādi.

HIS uisis, facile est ad obiecta respondere. Concedo enim, quod secundum rationem intelligendi intellectus notitiæ, & sapientiæ est prior. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, quod est fons sapiētiæ. Dicendum, quod illud intelligit de sapientia creata. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ dicit potentiam operatiuam. Dicendum, quod uerbum & si habeat omnipotentiam sicut pater, tamen ipsum uerbū non dicit potentiam operatiuam de ratione sui nominis, nisi inquantum illa potentia est operatiua prēuia dispositione. & quoniam dispositio est actus sapientiæ, ideo sapientia prior in intelligendo est.

AD ILLVD, q̄d obiicitur, quod similitudo est prior habilitate in intelligendo. Dicendum, q̄d istud uerum est, in quibus est sapientia per acquisitionem, sicut in nobis: sed nō sic in Deo, imò econuerso, quia ex intuitu mentis summe sapientis orit uerbū, quod dī esse summa sapientia, ita quod similitudo concepta non dat sapientiam cōcipienti, imo magis accipit. Q̄d ultimo quæritur iam determinatū est.

QVAESTIO IIII.

An nomen Verbi ad diuina rectè translatum est?

DE Translatione huius nois Verbū ad diuina? Et quod nullo mō debeat transferri uī. Omnis translatio est secundum similitudinem: sed nihil in creatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura uanius est uerbo; quia statim dū fit, trāsit; & nō est: uerbū aūt Dñi manet in æternū. ergo &c. ITEM. Cū sit uerbū itelligibile & sensibile ſm duplex dicere, quæriſ, qđ istorū transferat. Et qđ non exterius, uult Aug. *Ca. 11.* 15. de Tri. Verbū exterius non est uerbū, sed signū uerbi: ergo si uerbū diuinū est uerū uerbū: ergo &c. ITEM. Exterius uerbū exit a dicente: uerbū aūt diuinū semꝑ est in dicente, qa ego ī patre, dicit ueritas Io. 14. ergo &c. ITEM. Videt qđ nec ad similitudinē iterioris cognitionis, quia dicit Aug. 15. de Tri. Cogitatio est qđ uolubile, in Deo aūt nihil est uolubile: ergo &c. ITEM. Cogitationes mortaliū timidæ sunt. Sap. 9. & incertæ, ꝙuidētiæ nostræ: sed in uerbo diuino nulla est falsitas, nulla dubitatas: ergo &c. ITEM. Multa cogitamus q̄ nobis displicent, sed uerbū diuinū est ꝑ oīa placens: ergo &c. ITEM. Multa cogitamus, quæ non possumus: sed uerbum diuinum est omnipotens: ergo &c.

CONTRA. Inter omnia creata imago est expressior: ergo inter oēs emanationes ea est expressior, q̄ est ī imagine, sed emanatio similis uerbo increato ī imagine, est emanatio uerbi a mente: ergo expressiua: ergo conuenienter trāsferī. ITEM. Quod dicaſ ꝑ cōparationē uerbi intellectus, hoc uſ ꝑ cōparationē ad res extra: qm̄ Eccle siasticus ſm aliā translationē. 70. Principiū oīs operis uerbū: sed ꝑ Dei filium oīa sunt facta: ergo &c. ITEM. Quòd uerbū uocis sit simile, uī qa uerbū dicit, qa expressiuū, & manifestatiuū, uñ nec parte qs nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare Matth. 11. sed hoc maxime est in uerbo uocis. Nā uerbū interius nō patet nisi ꝑ uerbū uocis: ergo uerbum in creatum dicit ad similitudinem exterioris uerbi. ITEM. Basilius, Filio Dei attribuit sensus, tapiętia, uirtus, uerbū, & lumē. Sēius quo cogitātur oīa: sapientia qua oīa disponunt: uirtus qua cuncta fiūt: uerbū quo annunciant: lumen quo clarescunt. Si ergo uerbum dicit rōne annunciationis & hoc pertinet ad uerū uoeis, patet ꝙ illud uerbum dicit ad similitudinem uerbi prolati.

RESOLVTIO.

Rectè profectò: tum propter expressam similitudinem sine conuentē tiam: tum propter nostram eruditionem. Quod de uerbo interiori, non exteriori dicimus.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut ratio paternitatis ꝑ prius reperitur in Deo q̄ creaturis, tñ ipsū nomen est translatum a nobis ad deum: sic rō lucis, sic sapiętię, & horū similiū: sic et rō uerbi & significati, ꝑ prius & nobilius est ī deo q̄ in hominibus, uel in nobis: tñ nomē translatum est a nobis ad Deū. Translatio aūt fit ꝑ duo. Vna rō est ꝑ similitudinē expressām. Alia rō est ꝑ instructionē nostram, & hęc duo hic sunt. Primū quidē est expressa similitudo uerbi creati ad ipsum, ad q̄ insinuandam distinguit B. Aug. in Lib. 15. de Trin. uerbum ſm triplicē differentiā. Nam unū est uerbum sensibile, aliud est uerbum intelligibile, tertiū est uerbū medium. Verbum sensibile attendit in prolatione uocis: uerbum intelligibile in cogitatione rei: uerbū medium in cogitatione uocis. Et ē ordo, quia primo cogitat aliqd homo quid fit: secūdō qualiter debeat cogitatum pronunciare: tertiò pronunciat. Sicut ergo rō trinitatis reperitur in sensu, reperitur in ratione conuersa ad sensum, reperitur in ratione ſm se: sic & ratio uerbi. Et quemad modū trinitas, in qua cōsistit expressa similitudo, non est in sensu, nec in inferiori parte rōnis, sed in ratione ſm se: sic cum tripliciter dicatur uerbum, in nullo consistit similitudo expressa nisi in uerbo intelligēdi, & hoc est uerbum quod ad nullam pertinet linguam. Vnde dicit, ꝙ q̄ hoc potest uidere, aliquo modo uider illius uerbi similitudinē. Similitudinem autem illius uerbi ad illud assignat quātum ad tria. ſ. quantum ad emanationē siue originē, quantum ad dispositionem, quantum ad unionē. Nam hęc tria in filio dei est cōsiderare. Originem ſm quā dicit filius: dispositionem æternam, ſm quam dicit mundus archetypus & ars plena oīum rōnū uiuentiū: & unionē, ſm quam dicitur hō factus. Similitudo ē in origine. Nam sicut filius ꝑ modum naturæ procedit ꝑ oīa patris similis, sic uerbum intellectus a mente procedit per modum naturæ per oīa ei simile & æquale, unde dicit mentis conceptus. Quantū ad dispositionē est similitudo, nā sicut hō nihil operatur rōnabiliter, quod non præcogitet & mente concipiat: sic Deus pater in uerbo oīa disposuit. Et sicut dispositio nostra uel præconceptio potest esse etiam si non sequatur opus: sic & dispositio æterna, & præcognitio nō ab opere dependet. Quātum uero ad unionem, est similitudo. Nam sicut uerbum mentis unitur uoci ut innotescat, & tñ non transit in uocem, sed manet integrum in mente: sic per omnia in uerbo ꝙterno intelligendum est, ꝙ unitum ē carni, & non transit in carnem, sed manet īegrum apud patrē, & hæc igitur est similitudo. Sed tñ hæc similitudo non attenditur in uerbo mētis generaliter. Nam sicut dicit idem Aug. frequenter cogitamus, quæ nescimus, & sic uerbo nostro coniuncta est fallacia. Frequenter, quæ nolumus, & tunc coniuncta est displicentia. Frequēter, quæ nō possumus: & tūc iuncta est impotentia. Diuinum autem uerbum est uerissimum, placentissimū, omnipotētissimum; ideo expressa eius similitudo non consistit in uerbo nostro, nisi sit uerbū certæ notitiæ & cōplacētię, & potentię: & hoc est uerbū, qđ cōsistit in cogitatione iuncta sibi affectiua, & operatiua. Vnde Aug. 9. de Tri. Verbum est cum amore notitia: & si addatur uirtus, tunc est rō ꝑfecta: & sic uerbū ē cū amore, & uirtute, & notitia. Transfert igit uerbū a uerbo interiori, ſm ꝑdictas similitudines, & ꝑdeterminatas conditiones: & hęc est rō ex parte rei. Rō aūt ex parte nostra est, quia diuina intelligimus ꝑ creata: ergo cū audimus patrē, & filium, cogitamus de patre carnali & filio, ut subleuemur ad cogitandū ꝙmplationē spūalē: iō diuinissimus Ioā. q̄ totus erat in cōtem-

pla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

platione diuinitatis eleuatus, uerbi nomine usus est dicens. In principio erat uerbum, quod uerbum, qui intelligit, multum proficit in cognitione filii dei.

His uisis patent obiecta. Concedo enim, quod uerbum exterius non habet expressam similitudinem, tum quia uanum, tum quia procedit exterius, tū etiam, quia non est uerbum, sed uerbi signum, uerbū autem interius habet horum oppositā. Concedo etiam, quod uerbum interius dubium, uel falsum, uel impotens, uel diſplicens non habet expressam similitudinem: sed uerbum, quod habet oppositas conditiones. Ad illud, qđ obiicitur ad oppositum, quod uerbum intelligibile habet similitudinem, concedendum est. Quod autem obiicitur de uerbo sensibili. Dicēdum, quod aliquam habet similitudinem, sed non expressam, ideo translatio non est secundum ipsum, sed secundum interius, quod est similius, ut patet. Nullum autē uerbum potest illi assimilari; nam illud solum habet cum dicente identitatem substantialem, & simultatem naturalem, quia est simul natura & duratione, quæ conditiones, ut dicit Beat. Aug. non insunt nostro uerbo, & ib. quāuis sit similitudo, est tñ non nulla dissimilitudo, & iō pōtest dici translatio, quia nō est g oia similis, & sic omnia patent. Trin.

DISTINCTIO XXVIII.

De his, quæ proprie & æternaliter dicuntur de Deo secundum relationem, siue proprietatem non personalem, quę est innascibilitas.

PRæterea considerare oportet, quod non tantum tres prædictæ proprietates siue notiones ī personis sunt, uerumetiam aliæ, quæ aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen, ingenitus, relatiue dicitur de patre tantū, & aliā designat notionē quam pater uel genitor. Nō est.n. idē esse patrē & esse ingenitū. Et nō ea notione pater dicitur qua ingenitus. Pater.n. (vt prę dictū est) dicitur secundū proprietatē generationis, ingenitus aūt secundū proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater à filio auctoritate generationis, differt etiam proprietate innascibilitatis, ideſt, quia ingenitus. Vnde Aug. distinguens inter proprietatē qua pater dicitur, & illam qua dicitur ingenitus in 5. Lib. de Trin. sic ait, Cap. 6. *Non est hoc dicere ingenitum, quod ad patrem dicere: quia etsi filium non genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ex eo ipse est ingenitus, quia genitum homines gignunt alios, Non ergo ideo dicitur pater quia ingenitus. Idem cum de Deo patre utrumque dicitur, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, ideſt, filium. Cum uerò ingenitus dicitur, non quid sit: sed quid non sit ostenditur. Hoc exemplis planum faciendum est. Quod dicitur ingenitus, hic ostenditur, quòd non sit filius: sed genitus, & ingenitus commode dicitur, filius autem latine dicitur: Sed ut dicatur, in filius, non admittit loquendi consuetudo, nihil tamen intellectui demitur si dicatur, non filius: quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quòd dicitur ingenitus, nihil aliud dicitur. Ideo non est rebus considerandum quid uel sinat, uel non sinat dici usus sermonis nostri; sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tantum dicamus ingenitum: sed etiam non genitum, quod tantum valet. Nunquid ergo aliud dicimus, quam non filium? Negatiua porro particula, non, id efficit, vt quod sine illa relatiue dicitur, eadem præposita, substantialiter dicatur; sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur: sicut in aliis prædicamentis, cum dicimus homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit non homo est, non aliud genus prædicamenti enunciat: sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio, homo est: sic secundum substantiam nego, cum dico, non homo est. At si tantum valet quod dicitur genitus, quantum valet quod dicitur filius: tantundem ergo valet quod dicitur non genitus, quantum ualet quod dicitur non filius. Relatiue autē negamus dicendo, non genitus. Ingenitus porrò quid est, nisi nō genitus? Non ergo receditur a relatiuo prædicamēto, cū ingenitus dicitur. Sicut enim genitus nō ad se dicitur: sed quod ex genitore sit: ita cum dicitur ingenitus, non ad se dicitur: sed quòd ex genitore nō sit ostenditur, utrumque tamen relatiue dicitur. Quod autem relatiue pronunciatur, non indicat substantiam. Quamuis ergo diuersum sit genitus, & ingenitus, non tamen indicat diuersam substantiam: quia sicut filius ad patrem, & non filius ad non patrem refertur, ita genitus ad* Lib. & c. eiſdē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Ecce euidēter ostendit quòd ingenitus relatiue dicitur, & de solo patre accipitur: alia notio est qua dicitur ingenitus, alia qua pater. Atque tantum ualet cum dicitur ingenitus: quantum non genitus, uel non filius.

An sicut solus pater dicitur ingenitus, solus dici debeat non genitus, uel non filius.

Opinio quorundam.

Ideo solet quæri. Vtrum sicut solus pater dicitur ingenitus, ita ipse solus debeat dici non genitus, uel non filius, ut nec etiam spiritus. s. possit dici non filius, uel nō genitus. Quibusdam uidetur quod pater solus debeat dici non genitus, uel non filius: Spiritus uero S. sicut non dicitur ingenitus, ita (inquiunt) non est dicēdus non genitus, uel non filius. Debet quidē dici, & credi Spiritus S. non esse genitus, uel non esse filius; sed non debet dici esse non genitus, uel non filius. Aliis autem uidetur, quòd cum spiritus sanctus nō possit dici ingenitus, potest tamē dici nō genitus, uel non filius. Quod autem Augu. supra ait, tantum ualere cum dicitur, ingenitus, quantum cum dicitur non genitus, uel non filius, etymologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicunt, nō ratione prædicationis.

Aliorū opinio.

Quæ sit proprietas, qua dicitur pater ingenitus.

Nō lege a fine.

Si aūt uis scire quę sit proprietas secundum quā dicitur pater ingenitus, audi Hilarium ipsam uocantem innascibilitatem in 4. Lib. de Trin. ita aientē, Est unus ab uno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate uidelicet in unoquoque & originis, & innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distinctio innascibilitatis, natiuitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus. Discretio ergo, uel distinctio personarum in scripturis posita est, in nullo autem naturę distinctio.

Vnde Arriani arbitrati sunt alterius substantiæ patrem, alterius filium.

Illud etiam taceri non oportet, quòd Arriani ex eo probare uidebātur alterius substantiæ esse patrem, alterius filium: quia ille ingenitus, & iste genitus dicitur, cum diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum. Vnde Ambrosius eorum

rum quæstioni respondens, dicit se in diuinis scripturis hoc nomen, scilicet ingenitus, nō legisse, ita inquiens in Libro de incarnationis dominicæ sacramento. Cum dudum audierint quidam, dicentibus nobis filium Dei, qui generatus est, patri qui generauit inæqualem esse non posse, quamuis ille generatus sit, iste generauit; quia essentia, uel generatio est naturæ, aduersus quidem illam quæstionem uocem sibi arbitrantur occlusam; sed tergiuersatione damnabili in eodem loco uestigium uertunt, ut putent mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicentes, Quomodo possunt esse ingenitus, & genitus unius naturæ atque substantiæ? Ergo ut respondeam mihi propositæ quæstioni, Primo omnium in diuinis scripturis (ingenitus) nusquam inuenio, non legi, non audiui. Cuius ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi, ut nos dicant ea usurpare, quæ non sunt scripta, cum ea quæ sunt scripta dicamus, & ipsi obijciant quod scriptum non sit? Nonne ipsi aduersantur, & auctoritatem calumniæ suæ derogant? Attende lector, quoniā hoc nomine ingenitus, nolebat uti Ambrosius propter hæreticos. Ita & nos subticere quædam oportet propter calumniantium insidias, quæ catholicis ac pijs lectoribus secure credi possunt. Sunt etenim quædam quę non tantę sunt religionis, & auctoritatis, ut eis non oporteat semper confitendo ac recipiendo inseruire, uerum silentio aliquando præteriri queūt, nec illius tamen sunt peruersitatis, quin (cum opportunum fuerit) erit uti liberum habeamus. Cap. 8. In 10. 2

An diuersum sit, esse patrem, & esse filium.

Præterea quæri solet, cum supra dictum sit, quia aliud est dicere ingenitum, aliud patrem, & quod diuersum sit genitus, & ingenitus, utrum similiter diuersum sit esse patrem, & esse filium, an idem. Ad quod dicimus: quia ex eodem sensu quo dicitur diuersum genitus, & ingenitus, & quo dicitur non esse idem dicere genitum, & ingenitum, potest dici non esse idem; sed diuersum, esse patrem, & esse filium, uel esse spiritum sanctum: quia non ea notione pater est pater: quia filius est filius, uel qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ideoque ex hoc sensu concedimus Aug. 5 li. 5. de Trin. c. 6

quod aliud est esse patrem, & aliud est esse filium: quia alia notio est: qua pater est pater, alia qua filius est filius. Sed si transponas, ut dicas, aliud est patrem esse, aliud filium esse, uariatur intelligentia: & ideo non conceditur. Est enim sensus talis acsi dicatur, aliud est quo pater est, non quidem pater: sed est aliud quo filius est, non quidem filius; sed est: quod penitus falsum est. Eo enim pater est; quo pater Deus est, id est per essentiam uel naturā; at filius eo Deus est, quo pater Deus est. Eo ergo filius est; quo pater est, & ita idem est patrem esse, quod filium esse: sed non est idem esse patrē, & esse filium. Vnde Aug. in quinto Libro de Tri. ait, Quamuis diuersum sit esse patrem, & esse filium, non est tamen diuersa substantia: quia non hoc secundum substantiam dicitur: sed secundum relatiuum, quod tamen relatiuum nō est accidens: quia non est mutabile. Ecce diuersum esse dicit esse patrem, & esse filium, quod iuxta rationē præcitatam accipi oportet: quia scilicet alia notio est qua est pater, alia qua est filius. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater, uel filius, filius: sed secundum relationem.

Quomodo dicatur sapientia genita, uel nata, an secundum relationem, an substantiam.

Sciendum quoque est, quòd sicut solus filius dicitur uerbum, uel imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata, uel genita. Et ideo quæritur utrum hoc relatiue dicatur? & si relatiue dicitur, an secundum eandem relationem qua dicitur uerbum, & imago. De hoc Augustinus in se-
cap. 2. ptimo Libro de Trinitate, ita ait, Id dici accipiamus, cum dicitur uerbū, ac si dicatur nata sapientia, ut sit filius, & imago. Et hæc duo cū dicūtur, id est, nata sapiētia, in uno eorum, eo quòd est nata, & uerbum, & imago, & filius intelligatur. Et in his omnibus nominibus non ostendatur essentia: quia relatiue dicuntur. At in altero quod est sapientia, etiam essentia demonstretur, quoniam & ad se dicitur, seipsa enim est sapiens, & hoc est eius esse quod sapere: unde pater & filius simul una sapientia: quia una essentia. Caue lector qualiter hoc intelligas, quod hic dicit Aug. Videtur

Videtur enim dicere, quod cum dicitur nata sapientia, ibi sapientia, essentiam significet, & nata, relationem notet. Quod si ita est, cogimur dicere essentiam diuinam esse natam: quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus, quod in altero, id est, in eo quod nata est, eadem notio intelligatur, quæ notatur cum dicitur uerbum, & imago. In altero uero, scilicet sapientia, demonstratur essentia, id est, demonstratur quòd filius sit essentia: quia sapientia secundum essentiam dicitur. Et ideo cum dicitur nata sapientia, intelligitur quod ipse, qui natus est, essentiæ est: ibi tamen sapientia non pro essentia; sed pro hypostasi facit intelligentiam, ut sicut quando dicitur uerbum, uel filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate. Ita cum dicitur nata sapientia idem intelligitur, id est, genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligēdum, cum dicitur uerbum, & cum dicitur nata sapientia, id est eadem relatio, eadem que hypostasis. cui inest illa proprietas. Et ex hoc adiuuatur illud quod superius diximus. s. cum dicitur pater, uel filius, uel Spiritus Sanctus, non tantum illæ proprietates significantur, ut cum dicitur paternitas, filiatio: sed etiam hypostasis cum suis proprietatibus.

Quòd imago aliquando dicitur secundum essentiam.

Illud etiam sciri oportet: quia cum supra dictum sit, imaginem relatiue dici de filio, sicut uerbum, uel filius, interdum tamen reperitur secundum substantiam dici. Vnde Au-
gust. in Libro de fide ad Petrum dicit, quod una est sanctæ Cap. 1.
Trinitatis essentialiter diuinitas, & imago, ad quam factus est homo. Hilarius etiam in quinto Libro de Trinitate ait, homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat, natura non differt. Vna est enim, ad quam homo creatus est, species. Ex his uerbis ostenditur quod imago aliquando essentiæ intelligentiam facit, & tunc ad se dicitur, & non relatiue.



Vpra egit Magister de proprietatibus, quæ sunt personarū, & personales: hic incipit secunda pars, in qua agit de proprietatibus, siue relationibus non personalibus. Et diuiditur hæc pars in duas: quia proprietas non personalis est duplex. s. innascibilitas & cōmunis

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiratio, quæ significatur per hoc nomé principiū, ideo primo agit de innascibilitate, secūdo de cōi spiratione infra Dist 29. *Est præterea aliud nomen, &c.*] Prima pars habet duas. In prima determinat de proprietate innascibilitatis. In secunda: quia oppositā circa se oppositā clarius elucescūt, tangit incidenter de proprietate innascibilitatis, & nascibilis infra distinctione eadem. *Sciendum quoque est quòd sicut filius, &c.*] Itē. Prima pars habet quatuor partes. In prima ostendit quid sit significatum huius nominis ingenitus, in se ostendens q̄ sit proprium personæ patris, & differens a paternitate: & dictū secundum relationem. Secundo determinat significationē ī equipollenti, sicut in hoc nomine nō genitus, & in hoc nomine innascibilis. ibi. *Ideo solet quæri utrū, sicut solus, &c.*] Adiungens, quæ sit proprietas fm quam pater dicitur ingenitus. ibi. *Si autem nis scire, &c.*] Tertio determinat huius nominis usum, ostendens q̄ quamuis non habeat ortum ex scriptura, q̄ tamen licet eo uti. quamuis Ambro. uideatur dicere contrarium: hoc enim facit ad reprehendendum hæreticos, & hoc facit ibi. *Illud etiam tacere non oportet &c.*] In quarta uero determinat quoddam dubium quod ex prædeterminatis habet ortum. ibi. *Præterea quæri solet, &c.*] Similiter secunda pars, in qua incidenter determinat de proprietate filii, siue nati, habet duas, secūdum duo, que ibi tangit. Quia enim supra dictum fuerat, quòd sapientia diceret cōe, & imago proprium: ideo quia hoc posset generare dubium, quia inuenimus econtrario aliquando: ideo primo oñdit, q̄ sapientia nata proprie dicit de filio. Secto uero ostendit q̄ imago aliqñ accipitur essentialiter ibi. *Illud etiam scire oportet, &c.*]

Si filium non genuisset, nihil prohiberet, &c.] Videtur fm hoc Dub. 1. q̄ accidat personæ ingenitæ generare, & ita esse patrem. Itē ex hoc uidetur sequi, q̄ remota paternitate adhuc remaneat persona patris, & ita paternitas nō est proprietas personę. Resp. Dicendum, q̄ est loquide intentione huius nominis ingenitus, & pater, uel simpliciter, uel prout ponuntur in persona diuina. Si loquamur simpliciter, sic differię iunt intētiones, & una præter aliam est intelligibilis, & separabilis secundum rationem, sicut patet in generatione hominum. Alio modo est loqui de his prout ponūtur circa personam diuinam: & sic dicunt aliam rōnem innotescendi, & illæ duæ fm rē oīno sunt inseparabiles, tū fm intellectum una pōt accipi pter alterā: & sic loquit Aug. nō q̄ re separari possit: sed quantum ad intellectum nostrū. Sed q̄ possit intelligi aliquid pter alterum, hoc pōt esse multipliciter, aut quantum ad intellectum apprehendentē, aut quantum ad intellectū resoluentē. Si primo mō, sic non pōt intelligi aliquid sine aliquo, qđ est ei rō intelligendi: sicut deus præter deitatem, & homo præter humanitatem: potest tamen intelligi effectus non intellecta causa, & inferius non intellecto superiori: quia potest q̄s apprehendere hominē: non intellecto aliquo

aliquo superiorum, & sicut dicit Philosophus, q̄ qui unum dicit, quodāmodo multa dicit, nō simpliciter, sed quodammodo, quia implicite. Alio mō cōtingit aliqd intelligere, pter alterū intellectu resoluente: & iste intellectus considerat ea, quæ sunt rei essentialia, sic potest intelligi subiectum sine propria passione. Et hoc potest esse dupliciter, aut intellectu resoluente plene: aut intellectu semipleno, & indeficiente. Intellectu resoluente semiplene, potest intelligi aliquid esse non intellecto primo ente. Intellectu autem soluente perfecte, non pōt intelligi aliquid, primo ente non intellecto. Secundum hunc triplicē intellectū, de comparatione patris & ingeniti, contingit loqui tripliciter: Si enim loquamur de intellectu apprehendente, possibile est unū istorum donorum intelligi altero non apprehenso, eo q̄ aliud est signatum unius, aliud alterius. Si loquamur de intellectu resoluente, adhuc semiplene resoluit, accipiendo intellectum huius nominis (ingenitus) solū priuatiue, sicut accipiunt Gentiles: sic pōt intelligi unum sine altero. Si loquamur de intellectu plene resoluente, cū ingenitus, fm q̄ est proprietas patris non dicat solū priuatiue, imo ponat respectū positiuum, de necessitate ponit paternitatē: & sic uerum est, q̄ ad esse ingenitum, necessario ponat esse pater, cum ponatur plenitudo fontalis per ipsum tantum. Quando ergo dicit Aug. q̄ non ideo dr pater: quia ingenitus: ip se lōquit de intellectu apprehendente: q̄ unum nō est propria rō, & prima intelligendi alterū: immo utrunque. s. ingenitus, & pater dicunt aliam rōnem innotescendi: tū fm aliam relationem una ponit aliam necessario. Vn de distinctio personę patris quasi incohatur in innascibilitate, & consummatur in paternitate: & & ideo non intellecta paternitate, non pōt intelligi persona illa cōplete distincta: & ideo patet nitas est notio personalis, quāuis in ratione intelligendi prius cadat innascibilitas.

Negatiua porrò particula non id efficit. &c.] Videtur hoc falsum quia homo dicitur fm substantiam: tū albedo pōt dici non hō: ergo quia homo, & non homo contradictorie opponuntur, & de quolibet affirmatio, uel negatio: ergo albedo est nō homo, & albedo est qualitas, ergo &c. Si tu dicas, q̄ Aug. loquitur secundum q̄ facit negationem in genere. Tunc obiicitur de hoc qđ est non substantia, constat q̄ nō potest facere negationem in genere: ergo cum non substātia nō dicat nisi de aliis generibus, patet &c. Resp Dicendum, q̄ modus dicendi secundum substantiam circa terminum negatum, siue infinitum, est dupliciter accipere, aut quantum ad significatum, aut quantum ad suppositū. Si quantum ad significatum, q̄n tunc terminus negatus trahit significationem ab affirmato, idē est modus dicendi quantum ad significationem in termino negato, & affirmato. Vnde sicut hō dicitur fm substantiam quantū ad significationē, ita & non hō. Quando.n. dicitur hoc est hō, substantiā prædico. Quādo autē, Dub. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit, hoc est, non homo, substantiam remoueo. Si autem loquamur quantũ ad suppositum, tũc pro alio supponit terminus negatus, & affirmatus: sic opponit, & sic non intelligit Augustinus.

Non genitus ad non genitorem referatur, &c.] Videtur dicere falsum: qa oĩs relatio ponit duo extrema: ergo si non genitus refert ad nõ genitorẽ, necesse ẽ ad hoc ꝙ aliqs sit ingenitus, ꝙ sint duo, quorũ unus sit nõ genitus, alter nõ genitor. Contra. Esto p impossibile, ꝙ nullus esset nisi unus solus, ille utique esset nõ genitor. Respon. Dicẽdum, quòd referri ad aliquem hoc potest esse dupliciter, aut secũdum rationem existendi, aut ſm rationem intelligendi. Scãm rõnem existendi, qñ importat habitudo realis: ſm rõnem intelligẽdi, qñ privat habitudo realis. Adhoc. n. ꝙ intelligat privatio habitudinis, necesse est intelligere habitudinẽ: & ad hoc ꝙ habitudo intelligat, necesse ẽ intelligi duo extrema, ut affirmata: & ita ad hoc, ut intelligat privatio habitudinis, siue relationis, necesse est intelligi duo extrema negata: & quantũ ad hoc dicit Aug. non genitum referri ad non genitorem: quia non põt capi intellectus eius nisi per intellectũ illius: & ita quãtum ad rõnem dicendi, dr ſm relationem, sicut non homo dicitur secundum substantiam. Dub. 3.

Cum dicitur nata sapientia etc.] Contra, ergo secundum hoc licebit loco sapietiæ ponere essentiam, cum faciat eius intellectũ, quod falsum est. Respon. Dicendum, ꝙ est loqui de nomine sapientiæ: uel quantum ad significatum, uel quantum ad suppositum. Quantum ad significatum dicit essentiam: sed tamen supponit personam: & ita adiectiuum respicit ipsum ratione suppositi, cum dr sapientia nata, non ratione significati. Nec sequit pp hoc, qđ loco sapientiæ poni possit essentia: quia cum sapietia sit de nobis mediis, põt supponere pro persona, & trahi ad suppositum; sed essentia eum sic abstracti ſſimum nomen, non. Dub. 4.

Imago aliquando ſſicitur intelligentiam facu &c] Videt hoc falsum: quia imago semper connotat imaginatum: sed non potest esse idem imago & imaginatum: ergo semper dicitur relatiue. Respon. Dicendum, quòd imago semper dicit respectum ad increatum, uel ad creatum: & qñ dicit respectũ ad increatũ, dicitur personaliter, & relatiue, secundum rem. Quando autem respectum creaturæ, essentialiter dicitur & ad se, non quãtum ad modum dicẽdi, sed quia tori trinitati conuenit. Dub. 5.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Ingenitus, siue Innascibilis secundum substantiam, uel relationem dicatur?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in præsenti distinctione, quatuor quæruntur. Primo quæritur, utrum hoc nomen ingenitus, siue innascibilis dicatur secundum substantiam, uel secundum relationem. Secundo, supposito ꝙ secundum relationem dicatur, quæritur, utrum dicat eandem relationem, quam hoc nomen pater. Tertio quæritur, utrum innascibilitas sit proprietas, siue relatio personalis personæ patris. Quarto, & vltimo quæritur, utrum improcreabilitas dicat aliquã notionẽ, In patre.

QVOD Hoc nomen, Ingenitus dicatur secundum relationem, ostenditur per Aug. qui dicit de Tri: & habetur in li. 5. c. 7. Tom. 3 tera, non receditur a relatiuo prædicamento, cum ingenitus dicitur, ergo dicitur secundum relationem. ITEM. in eodem Libro, sicut dicitur genitus ad genitorem, ita ingenitus ad non genitorem: sed quòd dicitur ad aliud, dicitur relatiue, siue secũdum relationẽ, ergo &c. ITEM. hoc ipsum uiderunt ratione, qa omne illud in quo differt persona a persona, dicitur secundum relationem, hoc pater: sed secundu hoc, ꝙ est ingenitus, differt pater a filio: ergo &c. ITEM. nulla negatio privat modum significandi, siue dicendi: sed genitus secundum relationem dicitur, ergo addita negatione, adhuc dicetur ergo &c.

CONTRA. Omnis relatio in diuinis aliquid ponit, illud certum est: sed ingenitus nihil ponit, ergo &c. Probatio mediæ, si hoc nomẽ aliquid ponit: aut ergo ſm ꝙ negatiue, aut ſm quod priuatiue tenet. Non ſm qđ negatiue, hoc cõstat. Si ergo ſm qđ priuatiue tenet; sed priuatio tollit actũ, & ponit aptitudinẽ: ergo ſm hoc ingenitus idẽ erit quod aptus gñari: sed nondũ genitus: sed hoc nulli conuenit ergo &c. ITEM. Oĩs relatio in diuinis in eõcretione significata importat distinctionẽ, & ideo nulla dr de essentia ſm modũ denominationis: hæc. n. est falsa, essentia gñatt sed ingenitus dr de essentia, nã diuina essentia est non genita, cum eius oppositum de essentia non p̃dicetur, ſ genitus ergo &c. ITEM. Negationes se habent eõtrario affirmationibus: sed ſ genitus, est in minus q̃ [relatus] & generatio, quã relatio: ergo ingenitus, est in plus quã non relatus, & ingeneratio quã non relatio: sed non relatus, uel non relatio non dr ſm relationem: quia tunc opposita implicaret: ergo cũ plus sit hoc quod est, ingenitus, non est in genere relationis: ergo &c. ITEM omnis relatio in diuinis: ergo aut ẽ respectu pricipii aut respectu principiati: ergo si hoc qđ est [ingenitus] dicit relationem, aut respectu principii, aut respectu principiati. Sed non respectu principii: quia tũc pater haberet principiũ, qđ est inconueniens. Si respectu principiati, tũc nõ eius est negatio, cuius fuit affirmatio, nã genitus dr respectu principii: qa ab aliquo: ergo si ingenitus non dicitur respectu principii, tũc negatio nõ dicitur respectu eius, respectu cuius fuit affirmatio: ergo non dicit relationem ad principiatum: quia non permittit nomen: nec ad principium, quia non permittit res.

RESOLVTIO.

Ingenitus, siue innascibilis de principali intellectu relationem dicit priuatiue: ex cõi quæri positiue.

RESP. Dicendum, quòd circa hoc diuersæ sunt positiones: omnes. n. posuerunt, ꝙ hoc quod est, ingenitus, dicitur secũdum rela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

relationem, sed differenter. Quidam enim dixerunt, quod ingenitus, solum dicit relationis priuationem, & illud solum sufficit ad hoc, ꝙ dicatur notionaliter, quoniam priuatio potest esse principium distinguendi & innotescendi, sicut ouis non signata a signata. Et iterū negatio dicit nobilitatē, sicut non regi in Rege, non causari i causa, nō produci in principio. Sed ista positio non potest stare: quia pura negatio nec distinguitur, nec dicit nobilitatē, nec distinguit. Non distinguitur, nam negatio relationis dicitur de essentia. Non dicit nobilitatem, nam omnis nobilitas ponit aliquid per modum positionis. Non distinguit, quia non est relatio.

Alii posuerunt quod hoc ꝙ est ingenitus, dicitur ſm relationem, & positiue, quia priuando unam, ponit aliam: sicut in ę quale priuat æqualitatem, & ponit relationem illi oppositam. similiter & hoc quod est, dissimile, unde & relationem importat positiue. Sic hoc ꝙ é, ingenitus, priuando relationem ad genitorem, ponit relationem oppositam ad non genitorem, & hoc dicunt sensisse Augustinum, qui dicit quod sicut genitus ad genitorem, ita non genitus ad nō genitorem dicitur. Sed ista positio non potest stare, quia non genitus, aut dicitur ad principium, aut ad principiatum. Si ad principiatum ergo respectu illius non potest dici hoc nomē ingenitus, cum genitus dicatur in respectu ad principium, & idem significatum sit in hoc nomine genitus & ingenitus, & ingenitus differat sola negatione, ergo necesse est ꝙ hoc nomen ingenitus, dicatur respectu principii. Si autem hoc est uerum: ergo secundum hoc poneret pater habere principium: respectu cuius? dicatur, & iterum illud principium dicitur nō genitor: sed non generare non dicit principium, sed priuationem illius.

5. de Trin.7

Tertius modus dicendi é, ꝙ hoc nomen, ingenitus, secūdum ꝙ assignatur notio patris; dicitur secūdum relationē partim priuatiue, partim positiue. Propter hoc notādum, quod (sicut dicit Aug. idem est ingenitus, & nō genitus. Nō genitus, autem tripliciter potest accipi, sicut nō album, quia potest esse negatio in genere, uel extra genus, uel partim in genere, & partim extra genus. Et secundum quod est negatio extra genus, sic generaliter priuat, & non ponit aliquam qualitatē, sicut potest dici non album, ꝙ non est in genere coloris, uel qualitatis. Secundum ꝙ est negatio in genere, sic priuat albedinem, & ponit qualitatem contrariam: ut nō album, quia caret albedine, sed tamē est nigrum. Secundum ꝙ partim in genere, partim extra genus: in genere scilicet, & extra genus proximum, sic non album dicitur ꝙ caret tam albedine quam colore, habet tamen qualitatem. Per hunc modum intelligendum est in proposito, nam hoc quod est, ingenitū, importat ordinem in ratione generis remoti, & ordinem ad principium in ratione proximi, & ordinem talem per modum naturæ in ratione completiui. Si igitur in

5. de Trin.6 7. & 9. Hic impugnatur a Scoto. 28.q.2 ar.2.in qō.4. quæ.dici Contra istam rōnem.

ingenitus sit negatio extra genus, sic dicitur ingenitus quod non generatur, nec etiam habet ordinem uel relationem: & hoc modo pure dicit priuationem, & dicitur de essentia, nec dicitur ſm substantiam, nec ſm relationem, eo quod priuatio solū est. Alio modo potest esse negatio in genere, & tunc ingenitus dicitur ꝙ non gñatur, habet tñ ordinem ad principium, & hoc modo dicit relationem substratam sed tñ ex hoc non dicit nobilitatē, & sic conuenit spiritui sancto, nec tamen est notio. Tertio modo potest esse negatio quodammodo in gñe, quodammodo extra genus, & sic dicitur ingenitus, ꝙ non generatur, habet tamen ordinem: sed nō ad principium: & hoc modo dicit priuationem relationis respectu principii. Si enim habet ordinem, & non ad principium, ergo ipsum est primum & principium, & hoc modo dicit nobilitatem: sicut & principium, & decuit illam per negationem significari: quia prima cognoscuntur per negationem, & hoc modo est notio. Sed qñ [ingenitus] de rōne sui nominis non uidetur dicere nisi priuationem uel negationē generationis, pp hoc dicendū, est quarto modo, quod hoc nomen ingenitus, secundum quod conuenit patri, proprie dicit relationem priuatiue, sed ex hoc ipso ex consequenti dicit relationem positiue. Quod patet sic. Non generari enim dicitur qui simpliciter non generatur, & sic conuenit non tantum patri: sed essentiæ, & spiritui sancto: sed ultra hunc intellectum, prout proprie conuenit patri, addit: quia pater non generatur, nec p generationem accipitur, & sic excluditur essentia, quæ p generationem accipitur, sed adhuc conuenit spiritui sancto. Prout autem conuenit soli patri, sic dicitur ingenitus, quia non generatur, nec per generationem accipitur, nec generationem consequitur. Per primum membrū excluditur filius, per secundum essentia, per tertium spiritus sanctus, cuius processio præsupponit generationem secundum ordinem originalem: quia procedit ut nexus a patre, & filio. Quamuis enim in diuinis non sit prius & posterius, tamen secundum originem, & rationem intelligendi prior est generatio filii quam processio ſ. ſ. ut supra ostensum fuit, & tamen sunt simul natura. Sic ergo large accepto uerbo consequendi, cum ibi proprie non sit præcedere & sequi, tripliciter dicitur aliquis esse ingenitus; aut quia non producitur per generationem, nec per generationem accipitur siue habetur: aut quia nec producitur nec accipitur, nec consequitur, hoc igitur modo ingenitus importat nullo modo esse ab alio, & ita primitatem ac per hoc fontalem plenitudinem, sicut ostensum fuit in principio Dist. præcedentis & sicut patet ex principio Dist. 1. sequentis, ubi dicitur, quod pater est principium totius diuinitatis, quia a nullo est, & ita in principali intellectu dicit relationē priuatiue, ex consequenti positiue, & ita non dicit negationem quæ nihil ponit: unde concedendæ

Dif. 11 qō.1.

Vide. tur cō cordare S. Tho. hic ar. 1. q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendæ sunt rationes ad hoc.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ nihil ponit secundum quod negatiue, Dicendum, quod falsum est, quia non est negatio extra genus, sicut si dicatur chimæra est ingenita: imo est negatio cum constantia subiecti, & talis negatio in subiecto summã relinquit nobiliratem. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd dicitur de essentia. Dicendum, ꝙ uerum est, sed secundum quod solum dicitur priuatiue, & sic non est proprietas patris, ecundum autem quod proprietas patris, non dicitur de essentia. AD ILLVD quod obiicitur, ꝙ negationes econtrario se habent affirmationibus, Dicendum, ꝙ illud non semper est uerum de negatione in genere, sed extra genus. Non album, enim prout est negatio in genere, non dicit superius ad hoc quod est nó quale: similiter ingenitum ad hoc quod est non relatum non est superius. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, quod dicit relationem, dicendum quod fm qd importat relationem priuatiue, dicitur respectu principii, & ex hoc non sequitur, quod pater habeat principium, imo quod non habeat, quia non dicitur secundum positionem, sed secundum remotionem. Vnde bene dicit Augu. ꝙ dicitur ad nó genitorem, quia ingenitus significat remotionem genitoris. Secũ dum uero quod importat relationem positiue, & ex consequẽti sic respectu principiati: & sic non est inconueniens, quod aliquod nomen priuatiuum aliqd ex consequenti importet, quod non importat affirmatiuum sibi oppositum, & sic patent cetera.

QVAESTIO II.

An innascibilitas eandem relationem dicat, quam paternitas.

SVpposito quod hoc nomẽ, ingenitus, dicatur secundum relationem, quæritur utrum importet eandem relationem quá hoc nomen, Pater, utrum, scilicet eadem relatio sit innascibilitas, & paternitas Et quod non, ostenditur sic. Aug. 5. de Trinit. Aliud est patrem esse dicere, & aliud ingenitum: sed non secũdum essentiam, ergo secundum relationem. ITEM hoc uidetur per rationem: quia possibile est, aliquem intelligi esse ingenitũ, & non esse patrem, ut in Adam & econuerso, ut in Chaim. Si ergo una relatio potest intelligi, altera non intellecta, & econuerso, & poni altera non posita: ergo sunt diuersæ relationes. ITEM. relationes diuersificantur penes terminos, quia relatio secundum quod huiusmodi ad alterum: sed ingenitus dicitur per priuationem prioris s. patris, & pater secundum positionem geminis uel hliis ergo dicunt respectum secundum aliã, & aliam partem: ergo &c. ITEM. plus differt generatio, & ingenerratio, quam generatio, & spiratio: nam hic est oppositio propria, ibi autem solũ disparatio: sed alia relatio est generatio, & spiratio ergo & generatio & ingeneratio: sed generatio, & paternitas est eadẽ, ut supra ostensum est: ergo innascibilitas & paternitas non eædem relationes

CONTRA.

CONTRA. Omnis relatio in diuinis est personæ ad personã: si ergo, ingenitus, dicit relationem, aut ergo ad filium, aut ad s. aut ad utrunque Nõ ad utrũque, quia pater non comparatur unica relatione: sed diuersis ad filium, & s. 1 Non ad personam s. hoc constat, ergo ad filium, si ergo relatio ad filium est paternitas: ergo innascibilitas est eadem relatio. ITEM. relationes in diuinis personis non accidũt, sed esse tribuunt personæ: ergo si unius personæ unicum est esse, unica eius erit relatio. sed pater est una persona, & conuenit ei innascibilitas, & paternitas: ergo &c. ITEM. sicut se habet nascibilitas in filio ad filiationem, ita innascibilitas in patre ad paternitatem: sed in filio eadem è relatio, nascibilitas, & filiatio: ergo &c. ITEM Philosophus, primum & principium idem dico: sed innascibilis dicit illud ꝙ dicit in ratione primi, pater in ratione principii, ergo dicunt eandem habitudinem, & non relationem: ergo non sunt duæ relationes, sed una tantum.

Arist. 1 Phys. 4.

RESOLVTIO.

Innascibilitas & paternitas non eædem, sed diuersæ relationes sunt, tum quo ad principalem, tum quo ad consequentem intellectum.

Obiicit contra hoc dicat. q. 1. ar. 1 dist. 28

RESP. Dicendum, ꝙ hoc quod est [innascibilitas] aliam rationem importat, quam hoc quod est [pater] siue quantum ad principalem intellectum, siue quantum ad consequentem. Quantũ ad principalem, manifestum est, quia importat respectũ ad principium per modum priuationis, pater autem importat respectũ ad principiatũ per modum positionis, & generationis: & ita dicunt diuersas habitudines, quarum una est habitudo uera, altera priuatio habitudinis. Quantum ad consequentem intellectũ similiter differunt, licet non tantum. Nam pater dicit rationem principii solum respectu filii, & per modum generationis: sed innascibile uniuersalem dicit principalitatem, siue fontalẽ plenitudinem in producendo, non tantum quantum ad generationem: sed etiam quantum ad spirationem, non tantum respectu filii, sed etiam respectu s. s. hoc, patet, quia innascibilis dicitur eo quod non generatur, nec generationem consequi tur ergo in nomine innascibilis auferetur ratio nascendi, & producendi, & si hoc, ponitur ratio omnimodæ principalitatis, & id eo fontalis plenitudinis.

AD ILLVD, ergo ꝙ obiicitur ꝙ dicit respectum personæ ad personam, Dicendũ, ꝙ priuatione siue negatiue non dicit respectum ad personam. Et quod dicit, quod omnis relatio dicit respectum ad personam, intelligitur de illa quę dicit positionẽ. Secundum autem quod accipit quantum ad consequentem intellectum, dicit respectũ ad utrãque personam. Quod obiicitur, quod non est una communis relatio, dicendum, ꝙ uerum est quantum ad principalem intellectum, tamen bene potest esse quantum ad consequentem, ut aliquod nomen dicat plenitudinem respectu utriusque. AD ILLVD, quod obiicitur, quod relatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio dat personæ existere, dicendum, ꝙ non quæcunque, sed q̄ est relatio personalis. Quæ autē sit illa, infra patebit. Ad illvd, ꝙ obiicitur, ꝙ in filio idē est nascibilitas & filiatio, ergo &c. Dicendum, quod non sequitur, quia non opponuntur eodē genere oppositionis: quia paternitas & filiatio opponuntur relatiue: non sic nascibilitas, & innascibilitas, imo magis contradictorie uel cōtrarie. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ primum, & principium est idem, Dicēdum, ꝙ primum, dicitur dupliciter: aut per priuationem prioris, & sic primum, & principium idem sunt in re, & non ratione. Alio modo primum dicitur respectu secundi, & sic primum & principium idem sunt re, & ratione: & sic non significatur primum per hoc nomē, innascibilis, importat enim primitatem per priuationem prioris, ut patet ex ipsa nominis impositione.

Q̄ immediate seq.

Qvaestio III.

An innascibilitas, uel paternitas patris proprietas, siue relatio sit?

Vtrvm innascibilitas sit ꝙprietas: siue relatio personę patris, an paternitas. Et quod sit paternitas: uidetur qa illa est proprietas personalis per quam persona ab omnibus separatur, sed talis est hæc relatio paternitas, ergo &c. Item. illa est proprietas personalis per quam persona propriissime nominatur & exprimitur, sed persona patris propriissime exprimitur per paternitatē, ergo &c. Item. sicut filiatio se habet ad filium, sic paternitas ad patrem, sed filiatio est personalis relatio personæ filii, ergo & paternitas patris. Item. illa est proprietas psone, quę dicitur per modum positionis, & propriæ habitudinis, sed inter omnes relationes quæ dicūtur de patre, sola patrnitas est talis: ergo &c.

Contra. proprietas siue relatio personalis dat esse personę, sed paternitas non dat esse personæ patris: quia nihil habet esse ex hoc quod alteri dat esse; sed persona patris dicitur pater, quia alteri dat esse, ergo &c. Item. non intellecta proprietate personali, impossibile est intelligere personam, sed non intellecta paternitate est intelligere habentem diuinitatem, & innascibilitatem, cum innascibilitas sit propritas personæ patris: ergo &c. Item. proprietas personalis debet dicere totum esse personæ, sed paternitas non nominat personā patris secūdum omnem plenitudinem fœcunditatis, & innascibilitatis, ergo &c. Item. Dam. In diuinis omnia sunt unum præter generationem in generationem, & processionem, Cōstat quod nō nominat oēs proprietates, ergo solum personales: ergo ingeneratio est proprieas personalis, & non nisi patris: ergo &c.

Lib. 1. cap. 8. de 2. 10.

Resolvtio.

Paternitas, non innascibilitas patris proprietas est; cum habitudinem per modum positionis, & completionis dicat.

Resp. dicendum quod sicut dicit communis opinio & habet ex uerbis Magistri & sanctorum .s. Hilarii & Aug. paternitas est notio personalis patris. Ad hoc .n. ꝙ aliqua relatio sit personalis, oportet ꝙ dicat illius personæ primam, & propriam habitudinem, & per modum positionis, & completionis: sed constat ꝙ innascibitas quātum ad primum intellectum nō dicit positionem, quātum ad cōsequentem intellectum nō dicit specialem relationem, sed fontalem plenitudinem: similiter spiratio nō dicit propriam relationem: & ideo necesse est ꝙ paternitas dicat: unde & rationes ad hoc inductæ cōcedendæ sunt.

Ad illvd, ergo ꝙ obiicitur, ꝙ proprietas dat esse personæ, dicendum, ꝙ illud nō est intelligēdum de esse simpliciter e sed de esse personali, siue de essu distincto: & ipsa paternitatis auctoritas in diuinis nō accidit illi hypostasi: quia dicit illius personæ complemētum, ratione cuius est hoc. Quamuis ergo pater non habeat esse ad hoc ꝙ dicat alteri esse, tamen nihil impedit ipsum ex hoc esse personam distinctam. Ad illvd, quod obiicitur ꝙ est intelligere personam patris &c. Dicēdum ꝙ intellectu plene apprehēdete & rationabiliter procedēte, nō est intelligere personam patris sine paternitate: quia si intelligatur innascibilis, ita ꝙ nō adsit paternitas, innascibilis dicit priuationem, nec aliquid dicit circa patrem, quod non dicat etiam circa essentiam, & ideo nō intelligitur ut proprietas personalis, nec est alia, & ideo nō intelligitur persona patris ut distincta, siue hypostasis illa. Nam proprietas innascibilitatis, ut ꝙprietas, includit proprietates, & relationes respectu principiati; alioqn (ut supra ostēsum est) nō est ꝙprietas. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ proprietas personalis dicit totum esse personę: dicēdū, ꝙ si dicatur totum esse, id est perfectum, completum, & proprium: sic habet ueritatem. Si autem intelligatur, ꝙ dicit totū esse, id est omnem habitudinē, sic falsum est: quia non debet dicere omnem, sed necesse est, ꝙ dicat unam determinatam, aut nullam determinate diceret: & ita nō erit notio personalis. Ad illvd, quod obiicitur de Dam. dicēdum ꝙ nō enumerat omnes proprietates personales, secūdum ꝙ personales: sed intēdit relationes sub illis comprehēdere: sub generatione duas personales comprehēdit: sub ꝓcessione duas, unam personalē, aliam nō personalem: sed in generatione dicit solum innascibilitatem, quæ proprietas est, licet non personalis.

Qvaestio IIII.

An, improcessibilitas, patris notio sit, sicut innascibilitas?

Vtrvm improcessibilitas sit notio patris, sicut innascibilitas. Et ꝙ sic, uidetur: quia sicut pater differt a filio per innascibilitatem, ita a spiritu sancto per improcessibilitatem: ergo sicut innascibilitas est notio patris: similiter uidetur ꝙ improcessibilitas. Item. sicut nobilitas est patris non generari, ita est nō spirari: ergo si propter rationem nobilitatis, est patris nō generari, ita est nō spirari: ergo si propter rationem nobilitatis ponitur innascibilitas eius notio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, similiter debet poni improcessibilitas. ITEM. Sicut generare cõuenit patri per hoc q̃ innascibilis, ita & spirare per hoc q̃ est improcessibilis siue inspirabilis: ergo sicut innascibilitas notio est: quia nõ tãtũ dicit priuationem, sed etiam positionẽ, ita uidetur q̃ improcessibilitas. SI IV DICAS q̃ improcessibilitas clauditur sub innascibilitate obiicitur: quia filio conuenit improcessibilitas, & tamen nunquam innascibilitas: ergo est alia notio saltem in filio: ergo saltem i eo debet esse notio. SI TV dicis, q̃ non dicit nobilitatem. Contra. omne quod dicitur in diuinis ad nobilitatem pertinet alioquin non dicitur ibi: ergo si dicitur improcessibilitas de filio ui sonare nobilitatem.

IVXTA hoc quæritur, cum pater communicet alicui improcessibilitatem siue inspirabilitatem, quare nõ similiter communicat innascibilitatem. Contra. si improcessibilitas est notio: ergo notiones plures sunt quam quinque, quod est contra communem opinionem. ITEM. si in processibilitas est notio, aut hoc est quia simpliciter priuat esse ab alio, aut quia ponit spirationem. Si primo modo, non differt ab innascibilitate, Si secundo modo, tunc non differt a spiratione actiua, quia non spiratur, qui spirat. ITEM. Si non procedere, esset notio, eadem ratione non producere: sed hoc falsum: ergo &c. Si dicatur quòd non est simile: quia non producere non dicit nobilitatem. Cõtra. Non producere personã, dicit statum emanationis: & sicut ratio principii, ante quod non é aliquid, dicit nobilitatem, similiter ratio status ultra quem non est procedere: ergo nobilitatem dicit: si ergo non est aliud, quare non dicatur notionaliter: uidetur q̃ non producere, sit notio ut non spirati.

RESOLVTIO.

Cum improcessibilitas neque primo, neque ex consequenti respectum positiuum dicat: nosse nullateenus dici non debet.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notãdum, quod nihil potest esse notio in diuinis, nisi dicat respectum positiuum, uel ex primo intellectu, uel ex consequenti. Si enim solum priuat relationem, ita dicitur de essentia: sicut de persona. Vnde sicut dicitur, q̃ pater non producitur, nec spiritus sanctus per hoc nam producit: ita etiam essentia produci non dicitur: & etiã per hoc non producere: & sicut non potest esse notio hoc q̃ est [ingenitus] nisi ponat respectum positiuum, ex consequẽti: & hunc ponit, sicut uisum est similiter nec hoc quod est [inspirabilis] potest esse notio, nisi ponat respectũ positiuum: hunc autem non ponit nisi secũdum q̃ ponit primitatem respectu spirationis, sicut innascibilitas respectu generationis: ut sicut innascibilis dicitur qui nec generatur, nec generationẽ consequitur: ita improcessibilis qui nec procedit, nec processionem consequitur. Et quòniam omnis emanatio uel est generatio, uel ad generationem consequitur: quia generatio dicit primã emanationem, ideo innascibilis priuat omnem emanationẽ: & ideo dicit fontalẽ plenitudinẽ: nec tantum respectu gñationis: sed spirationis: & ideo innascibilitas nec generatio est, nec spiratio. Sed improcessibilitas dr: qa nec spiratio, nec spirationẽ consequitur: & sic non excludit filius, hue generatus. Filius. n. generatur, & tamen non spiratur, nec spirationem cõsequitur. Im processibile igit non priuat nisi unã solam emanationẽ: & ideo dicit solum patrem illius fontalis plenitudinis: & ideo improcessibilitas non potest esse notio distincta in patre ab innascibilitate, nec in filio a spiratione: nec importat fontalem plenitudinẽ: sed solum in spirãdo. Quamuis igitur improcessibilitas possit dicere nobilitatem, tamen quia non distinguit ab aliis assignatis, iam non ponit in numerum cum aliis.

ET SIC patent tria prima obiecta, q̃ improcessibilitas distinguit, & dicit nobilitatem, & dicit fœcunditatem: quia ratio nes non ualent, eo quòd tantum ĩ aliis rationibus assignatis clauditur: ideo contra alias non distinguit.

AD ILLVD, quod quæritur, quare non communicatur innascibilitas, sicut improcessibilitas: Dicendum, q̃ sicut patet: qa improcessibilitas non claudit in suo intellectu non esse ab alio, sicut facit innascibilitas: sed solũ dicit non spirari: Pater autẽ nulli potest cõmunicare quod non sit ab alio: potest tamen communicare alii, q̃ nõ spiretur. AD ILLVD, quod obiicitur, quare non producere, non est notio: Dicendũ q̃ non est nobilitatis: & esto q̃ esset; quia illud non uidetur principaliter considerari in ratione sui nominis: Dicendum, q̃ illud est ratio: quia non dicit respectum positiuum quãtum est de ratione sui nominis, & ideo simpliciter potest conuenire essentiæ, & ideo non est notio. Non sic autem est de innascibilitate, ut in præcedentibus uisum est.

DISTINCTIO XXIX.

De his, quæ proprie & ęternaliter dicuntur de Deo secundum relationem, siue proprietatem non personalem, quę est communis spiratio, signata per nomen, Principium.

EST præterea aliud nomẽ multiplicẽ notãs relationem. s. principiũ. Dicitur. n. principiũ semper ad aliquid: & dicitur pater principii, et filius principium, & S.S. principium: sed differenter. Nam pater dicitur principiũ ad filium, & ad S.S. Vnde Aug. in 4. Li. de Trin. ait, Pater est principiũ totius diuinitatis, uel si melius dicitur, deitatis: quia ipse a nullo est. Nõ. n. habet de quo sit uel de quo procedat; sed ab eo et filius est genitus,

 spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Spiritus Sanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis, quod sui, uel diuinæ essentiæ principium sit: sed quia principium est filij, & spiritus sancti, in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad Spiritum Sanctum dicitur Ca.20. principium. Spiritus vero Sanctus non dicitur principium, nisi ad creaturas: ad quas pater etiam dicitur principiū, & filius, & Trinitas ipsa simul, & singula personarū principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio: Filius principium de principio: S.S. principiū de vtroque, idest, de patre, & filio.

Quod ab æterno pater est principium, & filius: sed spiritus sanctus non: immo cœpit esse principium.

Et pater ab æterno principium est filij, & pater & filius principium Spiritus Sancti: quia filius est a patre, & Spiritus Sanctus ab utroque. Spiritus uero Sanctus non ab æterno principium est; sed esse cœpit: quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creaturæ esse cœperunt, & Spiritus Sanctus esse cœpit principium earum. Ita etiā pater & filius esse cœpit cum Spiritu Sancto unum principium creaturarum: quia creaturæ esse cœperunt a patre & filio & Spiritu Sancto: & dicuntur hi tres, non tria; sed unum principium omnium creaturarum: quia uno eodemque modo principium rerum sunt. Non enim aliter sunt res a patre, & aliter a filio: sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus intelligens hanc Trinitatem esse unum principium rerum ait, Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cum uero audimus omnia esse ex Deo, ut ait Aug. de natura boni omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia quę naturalia sunt. Non enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant; sed uitiant, quæ ex voluntate peccantium nascuntur. Omnium ergo quæ naturaliter sunt, vnum principium est pater cum filio & Spiritu Sancto, & hoc esse cœpit. Ab æterno autem pater principium est filij generatione, & pater & filius vnū principium S. Sancti. Vnde Aug. in 5. Lib. de Trin. ait. Dicitur relatiue pater, idemq; relati Ca.13. ue dicitur principium. Sed pater ad filium dicitur, principiū vero ad omnia quæ ab ipso sunt. Et principiū dicitur filium.

lius. Cum.n. diceretur ei, Tu qui es? Respondit, Principiū, qui & loquor vobis. Sed nunquid patris principium est? imo creatorem se voluit ostendere, cum se dixit esse principiū: sicut & pater principiū est creaturæ: quia ab illo sunt omnia. Cum vero dicimus & patrem principium, & filiū principium, non duo principia creaturæ dicimus: quia pater et filius simul ad creaturam vnum principium est, sicut vnus creator. Si autem quicquid in se manet & gignit vel operatur, nō possumus negare etiam S. S. recte dici principium; quia non eum separamus ab appellatione creatoris: quia scriptum est de illo, quod operatur, & vtiq; in se manens operatur. Non enim in aliquid eorum quæ operatur, ipse mutatur & vertitur. Vnum ergo principium ad creaturam cum patre & filio est S. S. non duo vel tria principia. Ecce aperte ostendit Aug. patrem & filium & Spiritum S. esse vnum principium rerum creatarum, idest, uno eodemq; modo esse principium, & illum modum satis aperit, quia scilicet operantur omnia, & quia similiter operantur hi tres, ideo vnum principium esse dicuntur.

Quomodo pater sit principium filii, & ipse & filius principium Spiritus Sancti.

Deinde in eodem libro continue ostendit quo modo pater dicatur principium ad filium, & ad spiritum sanctum ipse & filius, dicens ideo esse patrem principium filij: quia genuit eum, & patrem & filium esse principium Spiritus Sancti: quia Spiritus Sanctus procedit vel datur ab utroque, ait enim ita, Si gignens ad id quod gignitur principiū est, pater ad filium principium est: quia genuit eum. Vtrum autem & ad spiritum sanctum principium sit pater: quia dictum est, de patre procedit, non parua quæstio est. Quod si ita est, non iam principium eius tantum erit rei quam gignit, vel facit: sed & eius quam dat, & quæ procedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod procedit, principium habet a quo datur vel procedit, fatendum est patrem vel filium vnum principium esse spiritus sancti, non duo principia. Sed sicut pater & filius ad creaturam relatiue vnus creator & vnus dominus dicitur, sic relatiue ad spiritum Ca.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctum unum principium. Ad creaturam uero patex & filius & spiritus sanctus unum principium sunt, sicut unus creator & unus dominus. Ecce habes quod pater principiū filij dicitur: quia genuit eum: qua ergo notione est pater, ea principium filij dicitur, ideſt generatione, secundum quam etiam dicitur auctor filij. Vnde Hilarius in 4. Lib. de Trinita ait, Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit auctor, ostenditur, id nomen habens, quod neque ex alio profectum intelligatur, & ex quo is qui genitus est substitisse doceatur. Nouit ecclesia unum innascibilem Deum, nouit ut ingenitum Dei filium. Confitetur patrē ab origine liberum, confitetur & filij originem ab initio, non ipsum ab initio; sed ab initiabili, nō per se ipsum; sed ab eo, quia à nemine est natum ab æterno, natiuitatem scilicet ex paterna æternitate sumentem. Edita est hic fidei professio; sed professionis ratio nondum exposita est: & ideo quærenda, scilicet quomodo intelligendum sit quod ait, filij originem esse ab initio, & non ipsum esse ab initio; sed ab initiali. Hoc utique subdens determinauit, quomodo acceperit initium, inquiens originem filij esse ab initio, ac si diceret, Non ita intelligas originem filij esse ab initio, quasi ipse filius habeat initium: sed quia ipse est ab initiabili, id est a patre, a quo sunt omnia. Nam licet filius sit principium de principio, non est tamen concedendum quod filius habeat principium. Cumque filius sit principium de principio, & pater principium non de principio, non est principiū de principio, principium sine principio, sicut filius non est pater, neq; tamē duo principia, sed unum: sicut pater & filius, non duo creatores; sed unus creator.

Cum pater, & filius sunt unum principium spiritus sancti, quæritur an eadem notione.

Vnum autem principium sunt pater & filius, non tantū creaturarum, ut dictū est supra; sed etiā S. Sancti, ideo quæri solet, utrum eadē rōne pater sit principium S. Sancti, & filius, an sit alia notio, qua pater dicatur principium S. Sancti, & alia qua filius. Ad quod dicimus, cum pater dicatur principium S. Sancti, & filius: quia S. S. procedit uel datur ab utroque, nec aliter procedit uel datur a patre quā a filio, sane intelligi potest patrem et filium eadem relatione, uel notione principium dici S. Sancti. Si vero quæritur quæ sit illa notio, quam ibi notat principium. Nomen eius nō habemus, sed non est ipsa paternitas uel filiatio, imò notio quædam patris est & filij, qua ab æterno pater & filius unum principium est spiritus sancti. Donator autem (ut prædictum est) dicitur pater uel filius ex tempore, sicut spiritus sanctus datum uel donatum. Dif. 26

VBRA egit Magister de proprietate non personali, quę est innascibilitas. Hic secundo agit de proprietate siue notione non personali, quæ est cōmunis spiratio significata per hoc nomen, principium. Et quoniam illud nomen non tantum notionaliter accipitur, immo ēt essentialiter; ideo distinguit primo huius nominis multiplicitatem: secundò manifestat huius nominis unitatem, secundum quod dicitur de patre & filio respectu s. s. ostendens quòd sunt unum principium s. s. & hoc ibi, *Deinde in eodem Libro, continue, &c.*] Prima pars habet duas. In prima distinguit huius nominis multiplicitatem. In secunda uero membra suæ distinctionis explanat, ostendentes per auctoritates, ꝙ principium habet omnes illas acceptiones, & hoc ibi. *Et pater ab æterno principium est filij, &c.*] Sicr secda pars, i qua agit de hoc noie principiū spāliter ꝙ dr notionaliter, & essentialiter, hēt duas. In prima oñdit, ꝙ pater & filius sunt unum principiū: ibi, *deinde in eodem libro &c.*] In secunda, qua unitate sunt unū, s. unitate notionis: ibi. *Vnū qui principiū sunt, &c.*] Vbi ostē dit, ꝙ eadem notione sunt principiū, & ꝙ illa notio est spiratio.

PAter est principium totius deitatis, etc.] Quæriē ꝙ quo stat ibi hoc nomē, principiū. Nō. n. pōt stare ꝙ essentia, nec ꝙ persona: qa utrunq; dicit quantū ē de se, absolutū: aut ergo stat ꝙ paternitate, & hoc falsū, qa nō est pr̄ s. s. Nec ꝙ spiratione, qa spiratio nō est respectu filii Nec cōiter ad utrunq;, qa nihil hñt cōe nisi essentiā. Nec ꝙ innascibilitate: qa innascibilitas non dicit re spectū ad personā; sed priuationē respectus: ergo oi mō ē falsa. Resp. Dicendū, ꝙ sensus locutionis hic est, pr̄ est principium totius deitatis, i. oīum personarum in deitate, & est distributio accōmoda, sicut dr̄, cēlū continet oīa, se. s. excepto. Si aūt q̄ratur, ꝙ quo stat hoc nomē, principium? Dicendū ꝙ stat ꝙ paternitate simul, & spiratione: qa ꝙ paternitatē est principium filij, ꝙ spiratione principium. s. s. utrunq; principium utriusque. Quod ergo obī, ꝙ non habēt cōe: dicendum, ꝙ non cōueniunt in notione unica conuenientia formali: tñ conuenientia originali, in eadem psona, & eiusdem personæ proprietate. Quia enim persona patris a nullo est, ut dicitur i li- Dub. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tera: ideo omni modo, productionis producit: & ideo est principium totius deitatis. Vnde idē importatur nōie principii cum dicitur principiū deitatis in intellectu principali, quod importat nomine innascibilitatis quātum ad intellectum consequentem, & ex hoc uerbo, & ex hac ratione uerbi confirmationē recipit ista positio, quę dicit, ꝙ innascibilitas dicit in patre plenitudinem fontalitatis, siue fontalem plenitudinem, licet ex consequenti intellectu.

Pater ergo principium est, sine principio &c.] Queritur de huiusmodi locutionibus qualiter accipitur ibi hoc nomen principium cum dicitur, principium sine principio principium de principio. Aut enim accipitur essentialiter, aut personaliter. Non personaliter, ut uidetur: qa ſ.ſ. dicitur esse principiū de principio, & principium non conuenit ei nisi temporaliter. Prēterea sicut dicit Magister Dist. 27. nō potest dici hoc de illo nisi quantum ad nomina substantialia: ergo principium non potest accipi notionaliter. Et iterum pro qua notione acciperetur cum dicitur, filius principium de principio? quia non pro filiatione: quia hoc conuenit spiritui sancto. ſ. esse principium de principio. Non pro communi spiratione: quia communis spiratio conuenit patri, cui non conuenit esse principium de principio. Si tu dicas, quòd accipitur essentialiter. Contra essentia non est personæ principium, hęc dicit respectum ad personam: ergo cū principium dicat respectum ad personā, non potest accipi essentialiter: & ita nullo modo. Resp. Posset dici, ꝙ hoc nomen principium accipitur in comparatione ad creaturam, & trahitur ad personas per præpositiones additas, sicut cum dicitur deus de deo, & deus non de deo, & consimilia, & sic cessant obiectiones. Aliter potest dici, quod hoc nomen principium non est impositum ad significandum respectum essentialem, uel personalē quantum est de se: sed indifferēter se habet ad utrūque, & eius acceptio determinatur per adiūctum, quādo ergo dicitur de patre, stat pro notione paternitatis, & spirationis communiter, & arctatur per proprietatem innascibilitatis per hoc quod dicitur nō de principio. Similiter in filio stat pro communi spiratione cum filiatione, quę importatur per hoc, ꝙ dicitur de principio. De spiritu sancto uero dicendum, quod stat essentialiter tantum, & hoc arctatur ad personam per hoc quòd dicitur de utroque. Dub.2.

Spiritus ſ. esse cœpit principium earum, scilicet creaturarum, &c.] Videtur dicere contra illud qđ dictum est supra. Dist. 3. Ex perpetuitate creaturarum intelligitur conditor æternus: si ergo spiritus sanctus est æternus conditor: ergo æternaliter principium. Item in hymno. Aeternæ rerum conditor. Item. Ratione uidetur: quia res ab æterno fuerunt in deo; sed non nisi sicut in principio: ergo ab æterno fuit principium. Resp. Dicendum, ꝙ nomina, quæ dicunt effectum in creatura, possunt illū dicere Dub.3

actu, uel habitu. Si actu, ex tempore dicūtur. Si habitu, possunt dici æternaliter. Et quoniā principium potest sonare in actum, uel in habitum: ideo non potest dici solum temporaliter, immo etiam ęternaliter: sed quoniam usus magis accipit hoc nomen principiū prout dicitur in actu, quàm in habitu: ideo dicit Magister, ꝙ dicitur temporaliter. Quod obiicitur ꝙ dicitur conditor æternus: Dicendum, ꝙ locutio duplex est. Tū ex parte eius quod est conditor; quia potest dicere actum, uel habitum. Tū ex parte eius ꝙ est æternus: quia potest teneri adiectiue, uel substantiue. Et si æternus teneatur substantiue: sic non ponit æternitatem circa conditionem: sed circa suppositum, & est locutio uera. Si adiectiue, & conditor tenetur habitualiter, adhuc est locutio uera. Si actualiter: tunc falsa. Sensus sunt manifesti. Nam uno modo sensus est, æternus cōditor, id est conditor, qui est æternus. Alio modo æternus conditor, id est ab æterno potest condere in tempore. Et tertio modo æternus conditor: quia ęternaliter cōdidit. Duobus primis sensibus est uera locutio; sed tertio sensu est falsa.

Ab æterno autem pater principium est filij, &c.] Obiicitur pater, & filius, & spiritus ſ. nō sunt principium nisi ex tempore: ergo secūdum hoc cum æternum hat ante temporale, per prius dicitur principium notionaliter in diuinis, qđ essentialiter. Sed contra omne essentialiter dictū est communius, & quāto aliqđ communius, tanto prius: ergo per prius debet dici principium essentialiter, qđ notionaliter. Respon. Dicēdum, ꝙ dupliciter est loqui de hoc nomine principiū, aut respectu subiecti, sic cum intellectus essentiæ sit ante intellectum psonæ, sic principium essentialiter dictum ſm rationem intelligendi prædit principiū notionaliter dictum, sicut opponit. Si aūt respectu termini, sic principium essentialiter dictum respicit, quod est diuersum per essentiam, & creatum: sed principium notionaliter dictum respicit personam consubstantialem, & increatā, & æternam: & ideo principium notionaliter dictū, dicitur æternaliter, & quantum ad hanc uiam prius dicit in deo non solum quantum ad intellectum: sed etiam quantum ad rē: & sic patet de qua acceptione hoc nomen principium dicitur per prius secundum diuersas cō parationes. Dub.4.

Creatorem se uoluit ostendere, &c.] Vī falsum, ꝙ cum filius se dixerit principium, creatorē se uoluit ostendere: quia ipse respondit ad quæstionē Phariseorum q̄rentium, Tu quis es? sed qs, quæritur de persona: sed principium ſm ꝙ pro creatore accipitur, tenet essentialiter; ergo aut dñs non respondit conuenienter, aut principium non stat pro creatore ibi. Si dicas, ꝙ appropriatur filio. Contra. tam ratio creationis q̄ ratio principii appropriatur patri: ergo non filio. Respō. Dicendum, ꝙ principiū tenetur essentialiter, sicut dicitur in litera; sed tractum est ad personam filii. Sed ꝙ obiicis, ꝙ appropriatur patri: dicendum, Dub.5.

quòd principium de ratione sui nominis non appropriatur filio, nisi per additionem, & sic in proposito: quia appropriatur per actum uerbi. Non.n. dixit simpliciter, ego principium: sed ego principium, qui & loquor uobis.

Dub.6. *Nam licet filius sit principium de principio, &c.*] Contra. Videt debere concedi: quia omne relatiuum debet habere correlatiuũ sibi correspondens: ergo si filius cum dicitur principium dẽ principio, dicitur relatiue, debet habere correlatiuum quod est principium. Resp. Dicendum, ꝙ habere principium dicit dupliciter. Aut sicut correlatiuum, sicut filius dicitur habere patrem, & sic filius habet principium. Aut sicut dispositionem sui, & sic dicitur habere principium, quod incipit esse, & sic filius non incipit esse: quia non incipit. Vel aliter, est habere principium essendi, aut durandi. Primo modo filius habet principium, secundo modo non.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An nomen hoc, principium, personaliter siue notionaliter in diuinis accipi possit?

AD euidentiã eorum, quæ dicuntur in præsenti Distinctio. duo quæruntur de hoc nomine, principium. Primo quæritur de ipso quãtum ad multiplicitatẽ. Secdo, quantũ ad unitatẽ. Et quantũ ad primum, duo quæruntur. Primo, suppposito, ꝙ hoc nomẽ principiũ accipiat essentialiter, ꝙritur, utrũ possit accipi personaliter, siue notionaliter. Secdo, dato ꝙ essentialiter, & notionaliter: quæritur, utrum de illis duobus modis accipiatur uniuoce, uel equiuoce.

QVOD hoc nomẽ, principiũ, accipiatur notionaliter, uidetur sic. Aug. 5. de Tri. Pater ad filium principium est: quia genuit eum: ergo idem importatur nomine principii, quod nomine generationis: ergo tenetur personaliter, siue notionaliter. ITEM. Hoc uidetur ratione: qa ubicunque est ratio emanationis, & originis, ibi est una ratio principii: sed in diuinis uere & proprie est ratio principii.

CONTRA. Principium & primum sunt idem: ergo ubi cadit ratio principii, est dicere primum: & ubi est dicere primum, est dicere prius: quia superlatiuus præsupponit comparatiuum: & ubi prius, ibi posterius: ergo a primo, ubi est ratio principii, ibi est ratio posterioris: sed in diuinis nullo modo recipitur, quòd una persona sit posterior alia: ergo nullo modo persona est principium personæ. ITEM. In creaturis idẽ est principium & initiũ, sicut patet ꝑ Philosophum: ergo ubi nõ recipitur initium, nec principium: sed omnes personæ in diuinis sunt sine initio: ergo & sine principio: ergo principium non dicit respectum personę ad personam: ergo non accipit personaliter, siue notionaliter. ITEM. Idẽ est causa, & principium re, differens ratione: quia principium dicitur quantum ad fieri, causa quantum ad esse: ergo si maioris nobilitatis est esse, ꝙ fieri, & prius prius debet ibi accipi ratio causæ, quam principii, sed non recipitur, ꝙ una persona sit causa, & alia sit effectus: ergo nec debet ibi recipi intentio principii. ITEM. Deus est alpha, & omega, principium, & finis: & utrunq; est equalis nobilitatis. Sed intentio finis ita dicit de Deo essentialiter ꝙ nullo modo personaliter: Deus est enim ita finis creaturę, quod non est finis personę: ergo similiter uidetur quòd ita est principium creaturæ, ꝙ nullo modo sit principium psonæ.

1. Post. 13.

RESOLVTIO.

Immo & essentialiter, modo remota omni imperfectione in diuinis sumatur.

RESP. Dicendum, ꝙ in diuinis est uera origo: siue emanatio, nõ tantum uera, sed etiam completissima. Ad hoc autem ꝙ sit perfectissima, necesse est ꝙ emanãs habeat cum producente æqualitatem omnimodam, ac unitatem in substantia: quia nihil potest æquari Deo nisi Deus: si ergo emanatio, & origo debet exprimi conuenienter, & catholicę, debent recipi nomina dicentia originis ueritatem, & non recipi nomina importantia imperfectionem, uel diuersitatem, uel inæqualitatem. Quoniam ergo principium, & principiatum dicunt originis ueritatem, ideo utrũque recipitur in diuinis: maxime autem intentio principii. Sed quoniam posterius dicit imperfectionem, & initium similiter: quia dicit imperfectam durationem. s. inceptionem: & intẽtio causæ importat diuersitatẽ, quia causa est ad cuius esse sequitur aliud: & intentio finis inę qualitatem, quia finis melior est his, quæ sunt ad finem: ideo nec intentio prioris & posterioris, nec initii & initiati, nec causæ & effectus, nec finis & eius quod est ad finem, recipitur in personæ respectu personæ: sed intẽtio producentis & producti, quia possibile est, ꝙ ꝓductus sit summe perfectus, & æquetur producenti: ideo recipitur in diuinis, similiter & intentio principii.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ ad principium sequitur prius, & ad prius posterius. Dicẽdum, ꝙ sicut dicit secundum Hilarium, pater maior est filio: nec tamen filius minor: quia sonat imperfectionem hoc quod est minor: iõ ꝙis recipitur, ꝙ pater sit prior filio, quia ille est ab illo, non ecõuerso: non tamẽ recipitur, ꝙ iste posterior. Attamen nec rõ prioris omnino recipitur proprie, qa cũ in diuinis sit origo, propriũ est origo, & minus ꝓprie ordo, nec est nisi solum ratione originis. Quoniam ergo principium principaliter importat originẽ; & prius, ordinem: ideo simpliciter recipitur intentio principii. Intẽtio uero prioris minus proprie, & cum determinatione. Intentio autẽ principii prout priuat anteriũs, propriissime recipitur in deo: maxime quantum ad personam patris: & ideo non sequitur, ꝙ ita proprie dicatur prius, ꝙ tantum dicet respectũ ad posterius. AD ILLVD, quod obiicitur de initio: dicendum, ꝙ initium, uno modo accipitur large ad principium essendi, & durandi. Alio modo proprie ad principium durandi, ut illud dicatur habere initium, quod incipit esse

esse. Primo modo potest accipi in diuinis, & sic accipit Hilarius in litera: Secundo uero modo non potest, & sic non æquiualet principio. AD ILLVD, quod obiicitur de causa, q̃ idem est, quòd principium: Dicendum, quòd in creaturis idem est principiũ & causa: & hoc est, quia productum differt a producente: & ió potest dici effectus eius: & istud potest dici causa, & in idem concurrit intentio causæ, & principii, & similiter nomen: sed nó ita in diuinis, quia ibi potest esse unius substantiæ producens cum producto: ideo non ualet illud AD ILLVD, q̃ obiicitur de fine iam patet responsio, quia finis quantum est de se dicit excessum bonitatis respectu eius quod est ad finem, non sic principium respectu eius quod est ex illo, & ideo deus non potest esse finis nisi creaturæ inæqualis: potest tamen esse, & est principio personę omnino æqualis: & ió una persona non est finis alterius, est tamen principium.

QVAESTIO II.

An nomen Principij cum essentialiter, uel notionaliter sumitur uniuocè, uel æquiuoce dicatur.

VTRVM hoc nomen principium cum accipiatur essentialiter, & notionaliter, dicatur uniuoce, uel æquiuoce. Et q̃ uniuoce uidetur. Basilius dicit, q̃ filio Dei accipere, cum creaturis est commune; sed habere per essentiam, proprium. Si igitur cõmune est accipere, ergo & dare: & si hoc, cum penes hoc accipiatur ratio principii, respectu filii: & respectu creaturę, uidetur q̃ dicatur uniuoce. ITEM: sic differt principium essentialiter dictum, & notionaliter, sicut sapiẽtia, & sapientia genita, sed non dicitur æquiuoce sapientia: sic & sic: ergo, &c. ITEM. nihil dr̃ multipliciter ex hoc, q̃ dr̃ de genere, & de specie, siue ex hoc, q̃ habet unum suppositum, & plura, & quia multiplicitas respicit significationes diuersas. non suppositas, sed principium essentialiter dictum est in plus, & pluribus conuenit quàm notionaliter cõuenit eisdem ipsis, ergo non dr̃ multipliciter, sed uniuoce. ITEM. q̃ non dicatur analogice, uł, quia ubi est analogia, ibi est prius & posterius: sed in diuinis nõ ẽ prius & posterius: ergo nec analogia. ET iterũ q̃ nec æquiuoce. Quia ubi est æquiuocatio, ibi est diuersitas significationis: sed persona, & essentia non sunt diuersa: ergo nec põt æquiuoce.

SED CONTRA. q̃ dicat multipliciter: uidetur primo per Magistrum in litera, qui dicit, q̃ hoc nomen [pricipiũ] multiplicem facit intelligẽtiam: ergo dicitur multipliciter. ITEM. hoc ipsum uidetur rõne: quia illi actus generare, spirare, creare: sunt ipsius principii ſm q̃ differenter accipitur: sed non est unam communem rationem inuenire ad istos actus: ergo nec ad principium q̃ dicit respectum sic differentem. ITEM. regula est Philosophi, q̃ si aliquid in una sui acceptione habet unum oppositum, & in alia aliud, dicitur multipliciter, sed principium essentialiter dr̃ respectu creati, & notionaliter respectu increati: ergo multipliciter sic: & sic. ITEM. Principium est essentialiter dictum dicitur temporaliter, notionaliter dictum æternaliter, sed nihil est commune uniuocum æterno, & temporali: ergo &c.

RESOLVTIO.

Nec uniuoce, nec æquiuoce, sed analogicè dicitur.

RESP. Dicendum, quòd nomen accipi differenter in diuinis potest esse tripliciter. Aut quantum ad suppositum, aut q̃tum ad significatum, aut quantum ad connotatum. Primo modo accipitur differenter hoc nomẽ deus: quia cum dicitur deus est æternitas, & deus generat, in prima stat pro natura, in secunda pro persona, & illud non inducit aliquam multiplicitatem. Alio modo cõtingit terminum differenter accipi quantum ad significatum, ſm quòd ipse terminus in una sui acceptione significat essentiam, i alia personam: sicut hoc nomen pater prout dr̃ deus pater filii, & prout dicitur pater noster, & hoc inducit æquiuocationem: quia est diuersitas significationis non in re ipsa: sed in significando. Tertio modo cõtingit differenter accipi ratione connotati, ut pote hoc nomen principium dictum essentialiter connotat effectum, dictum personaliter, nihil connotat creatũ, & illud inducit multiplicitatem secundum analogiam, non secũdum æquiuocationem. Secundum analogiam quidẽ, quia accipitur pro diuersis, siue diuersa importat, quæ non habent nisi unitatem proportionis, & ideo necessario oportet q̃ incidat ibi analogia: sed non æquiuocatio: quia æquiuocatio habet plures

institutiones, & determinate accipitur pro qualibet, sicut patet in hoc nomine canis: sed non sic se habet hoc nomẽ principium. Nã principiũ de sua impositione impositum est ab actu producendi, non creandi: nec gñandi. Vnde sicut producere de productione filii, & creaturæ non dicitur æquiuoce, sed analogice, ita & hoc nomen principiũ ſm has tres accipitur comparationes differenter. Concedo ergo q̃ ibi est multiplicitas quędã, quãuis non sit multiplicitas simpliciter, sicut æquiuocationes ꝓprie dictæ, & concedendæ sunt rationes ad hoc: quia non concludit, q̃ sic æquiuocatio uera. Tamen illud uerbum Philosophi intelligitur quando nomen habet diuersa opposita, quæ non uniuntur in aliquo, nec uniuoce, nec analogice, quod sit illi termino oppositum, sed primo, & per se, opponuntur, non sic autem est i proposito: quia principium non dicitur primo ad filium, uel ad creaturam, sed ad quod est productum: siue principiatũ, & quidem dicitur de filio, & creatura, quamuis non uniuoce, sed analogice.

AD ILLVD, quod obiicitur de Basilio, dicendum q̃ Basilius accipit commune pro analogo, quod est medium interpure uniuocum, & æquiuocum. AD ILLVD, quod obiicitur de sapia, & sapientia nata, dicendum, q̃ nõ est simile, quia ibi non est diuersificatio nisi solum quantum ad suppositum, hic autem est quantum ad connotatum, & per hoc patet sequens. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, quòd nõ cadit

prius

prius ibi &c. dicendum, q̃ quamuis non cadat ibi prius, & posterius in se: cadit tamen respectu effectus: quia in comparatione ad effectum accipitur analogia. Quod autem dicitur q̃ non est ibi diuersitas, dicendum, q̃uerũ est in re, tamen in significando, & intelligendo aliud est intelligere essentiam, aliud intelligere personam, ita & dicere, ac per hoc & significare: & ideo quamuis non sit diuersitas a parte rei absolute, nihilominus potest esse a parte significationis.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An pater, et filius possint dici unum principium Spiritus Sancti?

CONSEQVENTER est quæstio de secundo articulo. s. de unitate huius nominis, principium, & circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, utrum pater, & filius possunt dici unum principium spiritus sancti. Secundo, utrum possunt dici unus spirator, uel idem principium spiritus sancti.

QVOD possunt dici unũ principium esse spiritus S. uidetur in litera, ubi dicitur, Fatẽdũ est patrem & filium unum principium esse s. s. ITEM. Ratione uidetur: quia unius principiati unum est principium in uno genere, sed spiritus sanctus unus est: ergo habet unum principiũ: ergo si immediate, & perfecte est a patre, & filio, sunt ergo pater, & filius unũ principium. ITEM. Pater, & filius spirant, aut ergo una potentia, aut duabus. Constat q̃ una: quia cum in eis ẽ una essentia, est & una potentia: ergo cum ipsi dicantur esse principium ratione potentiæ, & una sit potentia in patre, & filio, pater &c. ITEM. Sicut tres personæ unica creatione creant: ita duæ unica spiratione spirant: sed trẽs quia unica creatione creant, sũt unum principium creaturæ, ergo duæ unum principium spiritus sancti.

CONTRA. cum dicitur sunt unum principium spiritus sancti, aut unum dicit unitatem essentiæ, aut unitatem personæ, aut notionis, Non essentiæ: quia tunc spiritus sanctus esset principium spiritus sancti. Non personæ, quia tũc pater, & filius essent una persona. Ergo notionis. Sed contra. Si pater & filius propter unitatem notionis dicuntur unũ principium, ergo ab oppositis pater propter pluralitatem notionis potest dici plura principia. ITEM. Si pater est principium spiritus sancti, & filius principiũ, & hoc principium non est illud, ergo duo principia: ITEM. Pater & filius sunt unum principium, ergo unum principium est pater, & filius: & si hoc: ergo pater est filius. ITEM. Si unum sunt principium, aut unum quod est pater, aut unum quod non est pater. Si unum quod est pater: ergo pater, & filius sunt pater. Si unũ quod non est pater: ergo principium spiritus sancti non est pater: ergo pater non est principium spiritus S.

RESO-

RESOLVTIO.

Admittunt, concedunt que catholici omnes: tametsi in modo ponendi discrepent.

RESPON. Dicendum quod omnes istam concedunt, pater, & filius sunt unum principium spiritus sancti: quoniam Augustinus istam proponit, & dicit: sed in modo intelligendi diuersificãtur. Nam quidam dicunt, q̃ hoc nomen [principiũ] non dicit ibi essentiam, nec notionem, nec personam, sed dicit conuenientiam duarum personarũ in unica notione. Et dicunt: sicut hoc nomẽ [trinus] specialiter est impositũ ad insinuandum trinitatem suppositorum ut conueniunt in unitate nãturæ: sic in proposito dicuntur se habere. Sed tamen cũ non sit facile huiusmodi positionem siue translationem ex uirtute uocabuli accipere; hæc positio nullam dignoscitur habere firmitatem. Et ideo fuerunt alii, qui dixerunt quod hoc nomen, principium, importat notionem in adiacentia, & est nomen adiectiue tentum, & ideo hoc adiectiuum nominis numerale quod ẽ [unum] cadit a ratione nominis & tenetur aduerbialiter, ut sit sensus, pater & filius sunt unum principium, idest uno modo procedunt siue spirant s. s. Sed quoniam hoc nomen Principium de sua impositione est nomen substantiuum (ut patet) non uidetur adhuc positio ista rationabilis. Et ideo fuerunt tertii, qui dixerunt quod hoc nomen Principium quantum est de se, stat pro essentia, & conuenit ipsum per additionem trahi ad personam, & cum dicitur, pater est principium filii, trahitur ad personam patris, quando uero dicitur pater & filius unum sunt principiũ spiritus sancti, stat pro essentia uel natura, inquantum tamen est in duabus personis, & illud uidetur consonare Anselmo dicenti quòd pater & filius spirant inquantum uterque idem Deus. Et dicunt, quod [unũ] dicit unitatem circa hunc terminum, principium, non personæ, sed essentiæ uel naturæ, ut est in duabus personis. Sed quoniam Augustinus uidetur dicere quod principium dictum de patre & filio dicat notionem communem, similiter Magister dicit ultimo capi. quod dicit unitatem notionis, & principium importat relationem, & essentialiter nõ refertur; ideo nec iste modus est adhuc omnino cõueniens, licet sit aliis probabilior. Et ideo est quartus modus dicendi, quod hoc nomẽ [principium] stat pro notione, non tamen in comparatione ad suppositum, sed ad naturam, & unius spiratiuam: & unum, importat unitatem circa ipsum, secundum quod competit eius acceptioni. Et hoc patet sic. Cum enim pater & filius spirant spiritum sanctũ, inquantũ unus deus improcessibilis, & inquantum unus Deus sit in eis uoluntatis unitas, inquantum improcessibilis sit uolũtatis una fœcunditas: & una fœcunditas dicat unitatem principii: dicendum quod sine distinctione concedendum est quod pater & filius sunt unũ principium spiritus sancti. Et ad illud, quod quæritur, quã unitatem dicat, hoc quod est [unũ] circa principium: dicendũ q̃ cũ hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc nomen principium de pluribus simul dicatur, non potest stare pro persona: & cum iterū dicat respectum ad personam: non potest stare pro essentia: ergo necesse est quod stet pro notione: cum ergo dicitur pater & filius sunt unum principium, unum, dicit unitatem notionis, in comparatione tamē ad unitatem naturæ, & uis spiratiuæ, sicut patebit in alio probiemate: & patet ex prædictis.

AD ILLVD, quod obiicitur postmodum, quod hoc principium non est illud, demonstrato patre & filio, respondeti potest dupliciter. Primo quod non potest dici hoc, & illud, quia per regulam non cadit distinctio nisi ubi est ex diuersis causis unio, qui igitur unio omnimoda est i communione principii, ita quod non multiplicetur, ideo non est ibi hoc & illud. Aliter potest dici, quod cū dicitur hoc, & illud, aut demonstrat formam, aut suppositum, aut utrūque. Si formā, falsa est. Si suppositum, uel utrūque, uera est rōne suppositi, & ió non sequitur quod duo, quia forma non multiplicatur. Sīr pōt argui in hoc nomine deus. AD DVO sequentia respondēt quidā quod hoc nomen principiū non potest subiici; nec ad ipsum pōt fieri relatio: quia tenetur adiecti ue. Sed illud nihil est: quia nomē est substantiuum, ergo pōt subiici & prædicari, & ad eum relatio fieri. Et si dicant quod ad hoc inuentum est illud, nihil est: qa non potest prędicari & iterum inuentio debet habere rōnem, & nos uidemus quod potest fieri relatio, ut si dicatur, In principio erat uerbum, i quo principio erat spiritus, quia nō in alio erat sed in eodem. Etiam potest subici: quia si pater est principium s. s. a simplici conuersa, principiū s. s. est pater. Propter qꝫ aliter respondendum est: quia cum dicitur unum principium, [unū] dicit unitatem notionis, quæ communis est duobus, & quia unitatem dicit communem, ideo est hic consequens, unum principiū s. s. est filius & pater, ergo filius est pater, sicut hæc, unus deus ē pater & filius. ergo pater ē filius. AD VLTIMVM, qꝫ obiicitur, aut unum quod est pater &c. Dicendum, qꝫ qa unum dicit communem spirationem ut est in pluribus, ideo nō contingit diuidere aut unum qꝫ est pater, aut unum qꝫ nō est pater, ut si dicatur, ois homo est animal, aut animal qđ est album, aut animal quod non est album, neutrum est dari, qa animal cōmuniter stat pro aliquo albo & non albo, ita quod pro utroque simul reddit locutionē ueram. Similiter in proposito, principium stat pro principio qꝫ est pater & quod est filius, & iò non licet ibi diuidere & decendere, imo est ibi figura dictionis ex mutatione suppositionis &c.

QVAESTIO II.

An propositiones hæ admittende sint. Pater & filius sunt unus spirator. Pater, & filius sunt idem principium S. S. Pater & filius sunt principium S. S.

VTRVM Sint istæ concedendæ, pater & filius sunt unus spirator, uel sunt idem principiō s. s. Et quòd hęc sit concedenda, sunt unus spirator, uidetur, quia pater & filius non sunt unū principium nisi quia spirant unica spiratione: ergo cum hoc nomen spirator importet ipsam spirationem, pater & filius sunt unus spirator. ITEM. quia pater & filius unica creatione creant, non tantum dīr unum principium creatæ, sed etiam unus creator: ergo cum sīr unica spiratione spirant, sunt unus spirator. ITEM, quod sint idem principiū uidef, quia unitas non multiplicata facit idētitatem omnimodam: sed pater & filius sunt unum principium s. s. ita quod unitas principii nullo modo multiplicatur: ergo sunt idem pricipiū. ITEM. hæc est uera, pater & filius eadē spiratione spirant, sed idem importatur hoc nomine principiū quod hoc nomine spiratio: ergo ab æquipollenti pater & filius sunt idem principium.

CONTRA. spirator & qui spirat æquipollent: ergo sicut unus spirator: ergo unus & qui spirat: sed hæc est falsa, unus spirat: qa non unus, sed duo sunt qui spirant, ergo &c. ITEM. spirator importat ipsam spirationem in cōcretione ad suppositum: aut ergo illud est essentia: aut persona. Non essentia: ergo persona: ergo si pater, & filius sunt unus spirator, sunt una persona uel hypostasis. ITEM, quod non sit concedendum quod sunt idem principium, uidetur. Si enim sunt idē principium, sunt idem, sed hęc ē falsa qđ pater & filius sunt idē: ergo & prima est falsa. Quod autē sequatur, manifestum est, bene sequitur sunt idem animal: ergo idem. Quod iterum hæc sit falsa, sunt idem, patet: qa sunt distincti: ergo non sunt idem.

ITEM. hoc quod est idem, est pronomen relatiuum: ergo cum pronomen certam designet personam, & relatiuum sit notans idē titatē, in eo pro quo refert significat identitatem in supposito, sed illud non est essentia, sed persona: ergo significat quod sint eadem persona: quod cum sit falsum, restat quòd illa locutio sit falsa.

RESOLVTIO.

Tertiam admittimus, primam & secūdam negamus.

RESP. Dicendum, qꝫ hæc locutio: pater & filius sunt unum principium s. s. simpliciter recipitur: hæc autem: pater & filius sunt unus spirator, nō recipitur: & hæc similiter non admittitur, Pater & filius sunt idem principium: quamuis enim uideantur æquipollere illi, non tamen æquipollent: differenti enim modo in his locutionibus spirationis notio significatur. Propter quod notandum, qꝫ notio potest significari dupliciter. s. in abstractione, uel in concretione. In abstractione, ut si dicatur spiratio. In concretione, ut si dicatur, principium, uel spirator In concretione autem potest significari uel ī comparatione ad subiectum in ratione suppositi, uel in comparatione ad subiectum in ratione actiui, uel utroque modo. Significatur ergo notio spirationis in concretione ad subiectum in rō ne suppositi per hoc nomen spirator qꝫ est nomen uerbale, & qa suppositū huius nominis est persona, nō una psona, sed duę, ideo dicimus duos spiratores nō unū. Nec est simile de hoc qđ est creator, quia cum sit nomen essentiale

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiale significat in cõcretione ad subiectum quod est substantia. Et illud est unum in tribus: sed notio ad personã, quæ de se multiplicatur, non est una in duab. Significatur etiam notio in comparatione ad subiectum in rõne actiui, ut per hoc nomen, principium, quod dicit originẽ: & quoniam subiectũ agit per uirtutẽ, & uirtus respicit naturam, cum in patre, & filio sit una natura & una uirtus non multiplicata, p hoc nome Principium significatur notio spirationis, ut nullo modo multiplicata: ió dicimus pater & filius sunt unum principium s.s. ut unum dicat unitatẽ notionis, & uis spiratiuæ, & naturæ in spirantibus. Hinc est q̃ pater non dicit plura principia, licet plures habeat notiones: qa non habet diuersas uires & naturas. Significatur etiam in comparatione ad subiectum ut in ratione suppositi & actiui, cum dicitur idem principium: quoniã pronomen, idem, quod certam desiderat personam significare, respicit suppositũ; & principiũ sicut dictum est, respicit ipsum, ut actiuum: & quoniam suppositum non est idem, nec unum, ergo hæc est falsa, pater, & filius sunt idem principium. Hæc igitur est uera, pater & filius sunt unum principium. Hæc autem est falsa, sunt unus spirator. Hæc iterum falsa, sunt idem principium s.s. & ratio horum omniũ patet ex prædictis.

AD ILLVD ergo, q̃ obiicitur primo, quod sint unum principium, quia unica spiratione spirant, Dicendum, q̃ hæc non est tota ró, sed hæc est tota ratio, qa unica spiratione, & unica uirtute, & in unitate naturæ spirant eundem: & principium, hoc modõ importat illam notionem, & ideo sunt unũ principium. Non sic autem significatur illa notio per hoc nomen, spirator; quod est nomẽ uerbale, & descendit à uerbo quod concernit suppositũ personale. Spirator. n. dicitur ille qui spirat, & ille est persona AD ILLVD, quòd obiicitur de creatione, iam patet responsio: quia creatio non tantum habet unã uirtute fieri: sed etiã habet unũ suppositum, & ipsum est substãtia: pater enim non creat tanquã proprium subiectũ: sed ipsa substantia diuina quæ unica est: sed suppositum spirationis non põe esse substantia, sed persona: ideo dicitur, quod pater & filius unus sunt spirator. AD ILLVD, q̃ obiicit, q̃ identitas est unitas non multiplicata. Dicendum, q̃ illud nõ sufficit, nisi sit talis unitas q̃ non multiplicetur, nec cõpatiatur secum pluralitatem suppositorum, quam excludit identitas, & quia unitas principii compatitur pluralitatem personarum, ideo patet illud. AD ILLVD, q̃ obiicitur, quod eadem spiratione spirant. Dicendum, q̃ non sequitur ex hoc quod sint unus spirator: quamuis enim eadem sit notio, tamen suppositum non est idem. Et cum dicitur, idem principium, notatur identitas in utroque. Cum dicitur, eadem spiratione, notatur identitas in altero: ideo hęc non sequitur ex illa: nec una infert aliam

DISTINCTIO XXX.

De his, quæ proprie temporaliter dicuntur de Deo.

VNt enim quædam, quę ex tempore de Deo dicuntur, eiąue temporaliter conueniunt sine sui mutatione: & relatiuè dicuntur secundum accidẽs, non quod accidit Deo, sed quòd accidit creaturis, vt creator, dominus, refugium, datum, vel donatum, & huiusmodi. De his Augustin. in 5. Lib. de Trinit. ait. Creator relatiuè Ca. 13. *dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum. Item,* Cap. 16. *Non aliquem moueat quod spiritus sanctus cum sit coæternus patri & filio, dicitur tamen aliquid ex tempore: veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur, nisi cum habere incipit seruum,* Ibidem, *etiam ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non enim sempiterna creatura est, cuius ille dominus est: ergo dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur etiã creaturam sempiternam dicere: quia ille sempiternè non dominaretur, nisi etiam ista sempiternè famularetur. Sicut autem nõ potest esse seruus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet seruum.*

Oppositio, quòd non ex tempore sit dominus.

Sed hic aliquis dicet, quod non ex tempore competit deo hæc appellatio qua dicitur dominus, quia non est tantum dominus rerum quæ ex tempore cœperunt, sed etiam illius rei quæ non cœpit ex tempore, id est, ipsius temporis, quod non cœpit ex tempore, quia non erat ante tempus quam incipere: & ideo non cœpit esse dominus ex tempore. Ad quod dici potest, quia licet non cœperit ex tempore dominus esse temporis, cœpit tamen esse dominus temporis: quia non semper fuit tempus: & ipsius hominis ex tempore cœpit esse dominus. De hoc Augustin. in eodem libro continue ait ita, Quisquis extiterit qui æternum Deum solum dicat, tempora uero non esse æterna propter uarietatem & mutabilitatẽ: sed tamen ipsa tẽpora non in tempore esse cepisse, quia non erat tẽpus antequam tempora inciperent: & ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

non in tempore accidere Deo vt dominus esset, quia ipsorū temporum dominus erat, quæ vtiq; non in tempore esse cęperunt: quid respōdebit de homine qui in tēpore factus est, cuius vtique dominus non erat antequam esset? Certe vt dominus hominis esset, ex tempore accidit Deo: & vt omnis amoueatur contruersia, certè vt tuus dominus esset vel meus, qui mō esse cępimus, ex tēpore habuit. Qūo ergo obtinebimus nihil secundū accidens dici de Deo, nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur? vt ea sint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt: sicut amicus relatiue dicitur. Non enim amicus esse incipit, nisi cum amare cęperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis, vt amicus dicatur. Nūmus vero cū dicitur preciū, relatiue dicitur: nec tamē mutatus est cū esse cęperit precium, nec cū dicitur pignus & huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione toties dici relatiue, vt neque cum incipit dici, neq; cum desinit, aliquid in eius natura vel forma qua nummus est, mutationis fiat: quanto facilius de illa incommutabili Dei substantia debemus accipere, quòd ita dicatur relatiue aliquid ad creaturā, vt quāuis tēporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur? Qualiter etiam refugium nostrū dicitur? Refugium enim nostrum dicitur Deus relatiue ad nos. n. refertur, & tunc refugium nostrum fit cum ad eū refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequā refugeremus ad eū, non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eū refugiēdo efficimur meliores: in illo aūt nulla. Sic & pater noster esse incipit, cū per eius gratiā regeneramur, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius, cum filij eius efficimur. Similiter & ille pater noster esse incipit, sed nulla sui commutatione substantiæ. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relatiue dici: non tamen secundum accidens Dei, quòd aliquid ei acciderit: sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit relatiue. Ex his apertè ostenditur, quod quædam de Deo

Deo temporaliter dicuntur relatiue ad creaturas, sine mutatione deitatis, sed non sine mutatione creaturæ: & ita accidēs est in creatura, nō in creatore: & appellatio qua creatura dicitur relatiue ad creatorē, relatiua est, & relationē notat, quæ ē ī ipsa creatura. Appellatio vero illa qua creator relatiue dicitur ad creaturam, relatiua quidem est, sed nullam notat relationem quæ sit in creatore.

Solutio quæstionis, utrum spiritus sanctus dicatur datum relatiue ad se, cum ipse det se.

Hic potest solui quæstio superius proposita, vbi quærebatur, cum spūs sanctus datum dicatur vel donatum (quod autem datur, refertur & ad eum qui dat, & ad illum cui datur) & cum spiritus sanctus det seipsum, utrum ad seipsum relatiue dicatur, cum dicitur dari vel donari. Cui quæstioni respondentes, dicimus spiritum sanctum dici datum vel donatum relatiue et ad dantem, & ad illum cui datur. Dans autem, siue donator est pater cum filio & spiritu sancto. Nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se, sed appellatio dati vel donati refertur & ad dantem & ad recipientem: quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo, & alicui detur. Cum autem spiritus sanctus dari a se, uel datus a se dicitur, relatiue quidem dicitur ad illum cui datur, & est appellatio relatiua: & in illo cui dicitur, mutatio fit, non in dante.

SVPRA egit Magister de relatiuis, quæ conueniunt deo ꝓprie, & æternaliter. Hic agit de his, quæ conueniunt Deo ꝓptie & temporaliter: & hēt hæc pars duas. In prima Magister agit de relatiuis, quę ex tempore de Deo dicuntur. In secunda de his, quę pluribus personis cōueniunt, sed tamen appropriari possunt, ut similis & ęqualis, infra Dist. 31. *Præterea considerare oportet, cum tres personæ &c.*] Prima pars hēt quatuor partes. In prima ostendit aliqua nōia dici de Deo ex tempore exemplificās de pluribus. In secunda, quia exemplum uidebatur incōueniens de hoc nomine, dominus, opponit & soluit, ibid. *Sed hic aliquis diceret, quòd non ex tempore &c.*] In tertia uero, quia dictū uidebatur falsum quod aliquid ex tēpore diceret de deo: & ideo mouet & soluit dubiū. ibi. *Quomodo ergo obtinebimus, ut-lui secundum accidēs &c.*] In quarta uero ex ꝓdeterminatione soluit quoddā dubiū in præcedēti bus quęsitum, ibi. *Hic potest solui quæstio superius proposita &c.*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dub. 1. *Creator dominus &c.*] uidetur quod magister falsè dicat ista nomina deo ex tempore conuenire: quia dominium (ut dicit Boetius) est potestas coercendi subditos, sed hoc est in deo ab æterno: ergo &c. Item dominus [ut dicit Amb. est nomen naturæ: ergo si natura est æterna: ergo & dominium. Item, de hoc nomine Creator, obiicitur: quia non dicitur lector quia actu legit: sed quia habilis est ad legendum: sed deus ab æterno habilis est ad creandum: ergo &c. Iuxta hoc quæritur de horum nominum significatione, & connotatione, & unde habuit rationem cõnotandi, cum diuina essentia sit principale significatũ. Resp. dicendum ꝙ quamuis diuina essentia non habeat uere respectum ad creaturam, tamẽ contingit eam intelligere & significare ꝑ modum respectus: nec tamen intellectus est uanus propter hoc quod totam rationem respectus realis ponit in creatura. Quoniam igitur huiusmodi nomina dicunt respectum a quo imponuntur, quamuis imponantur essentiæ, ideo dicunt secundum exigentiam illius respectus. Ideo intelligendum quod quædam dicunt respectum solũ, ut dominus, quædam effectum, ut creator & iustus: & utraque sunt sub duplici differẽtia: quia aut importãt respectum ad rem præsentem, aut ad rem futuram, siue ad rem in actu, uel habitu. Primo modo: quia ponunt creaturam in actu, dicuntur solum, cum creatura incipit: secundo modo ab æterno. Secundum hoc ergo: si dominus & creator important respectum in actu, ab æterno nõ possunt dici: si autem i habitu, possunt. Tamen usus communis accipit huiusmodi nomina ut connotant in actu, & ideo dicit Aug. ea dici cum tempore. Quod ergo dicit Boetius intelligendum quod non est potestas coercendi subditos habitos: sed non habendos. Quod dicit Ambro. patet quod non cogit: quia quamuis imponatur naturæ, tamen imponitur a proprietate naturæ, ut dicit respectum ad creaturas, & ideo cõnotat quid creatum: & sic patent omnia, quia ratio connotandi est modus significandi.

Lib. 1. de fide c. 1. circa mediũ Tom. 3. epistolæ eius.

Aug. de Trin. c. 16. circa medium Tom. 3.

Temporis, quod non cepit ex tempore &c.] Videtur hoc falsum: quia omne quod incipit, est temporale, & omne temporale mensuratur tempore, & omne tale cœpit in tempore &c. Si tu dens instantiam in perpetuis, obiicit quod nihil magis est uariabile quam tempus, sed omne tale est temporale: ergo &c. Item si tempus non incœpit in tempore: ergo cœpit extra tẽpus: ergo fuit tempus extra omne tempus. Respo. dicendum quantum ad præsens pertinet: quia de initio temporis debet dici: Secundo: differt incipere ex tempore, & in tempore, & cum tpe. Quia ex dicit ordinem, & ita præsupponit tempus tanquã anterius, & ideo nihil cepit ex tempore nisi quod sequitur tempus. In tempore dicit temporis existentiam, sed tempus non fuit in sui initio, cum sit successiuum: ideo que sunt æqualis durationis, cũ tpe nõ cœperũt, nec ex tpe, nec in tpe, sed cum tpe. i. cum tps cepit. Si quæras, quo tempus cepit, breuiter dicẽdum quod nullo prædictorum modorum: sed cepit in suo principio, & iõ nõ cœpit extra tempus. Ad illud ꝙ obiicitur, ꝙ ex tpe mensurat tpale, dicendum ꝙ tpale, quod extollitur a tpe, mensuratur, & incipit a tpe: sed illud non extollitur quod incipit cum tempore, & ratio prædicta est.

Aug. de Trin. c. 16. circa medium Tom. 3.

Dub. 3. *Nummus uero, cum dicitur pretium &c.*] Videtur falsè dicere, quod nummus mutatus non ẽ, cum cœperit esse precium: quia esse precium est accidens nummi; & modo inest, & prius nõ inerat; ergo nummus mutatus est. Resp. Dicendum ꝙ relatio non prædicat quid absolutum, sed prædicat ordinem ad alterũ: ordo autem respicit dispositionem ordinatorum. Quædam igitur sunt ordinabilia, ita ꝙ utrunque est in potentia: & tunc relatio introducitur per mutationem factam in utroque. Quædam sunt ordinabilia ita ꝙ alterũ quãtũ est de se, in actu est, sed alterũ in potẽtia: sicut patet de duobus, quorũ unus ꝙ est actu albus, actu habet, ꝓprietatẽ, ẽm ꝙ attendit similitudo: & ideo altero de non albo facto albo, fit perfecta similitudo. Non ergo oportet ꝙ relatus semper induat mutationem in utroque extremorum propter sui corruptionem uel defectionem: sed sufficit, ꝙ in altero. Et ratio ista est, quia respicit duplex extremum. Et quia unum potest esse de se in actu, altero existente in potentia: sicut in nummo qui ẽ in potestate possidentis ꝙ sit pignus, uel pretiũ, uel artha, ẽm mutationem factã in ipso. Nec aduenit nummo aliquid absolutum: sed ordo qui ex parte nũmi erat in actu, ex parte illius ꝙ erat in potentia: fit in actu, ideo mutat illud, non mutato nũmo.

Accidens est in creatura. &c.] Dub. 4. Obiicitur, cum relatio est creaturæ ad creatorem, uidetur hoc falsum: quia contingit rem intelligi accidente remoto: ergo si relatio ad creatorem accidit creaturæ: ergo illo remoto contingit rem creatam intelligi circũscripto respectu ad creatorẽ. Item, relatio qua creatura refertur ad creatorem, est accidens: cum illud sit creatum, refertur, & ita per accidens: & sic de alio: & ita est abire in infinitum. Resp. dicendum, ꝙ creatura ꝗtum ad esse primum essentialiter dependet: & talis relatio, quę exprimit illam dependẽt am, non est creaturæ accidentalis: sed magis essentialis. Quantum autem ad esse secũdum siue ad bene esse, dependet accidentaliter, quia illud bene esse accidentale est: ideo talis relatio secundum accidens dicitur, ut filiatio secũdũ ꝙ dicit adoptionem, & de tali intelligit Aug. Ad illud quod obiicitur, ꝙ relatio relatione alia refertur: aliqui uolunt dicere quòd creatura seipsa refertur: cũ illud non uidetur esse dicendum, quia nullæ creaturæ est sua relatio, cum nõ sit summe simplex, imo hoc ipsum quod refertur, ẽ refert simplicitatem. Ideo dicẽdũ ꝙ sicut relatiua referunt, ꝓprie, ꝙ dñt rẽ. substratã cũ respectu: ipsæ aũt relationes, siue respectus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

referuntur, immo magis alia referunt, quia non sunt entia, sed entium. Sic in proposito dicendum, quod ipsę relationes per se non referuntur, sed cum substantiis, ita ꝙ unum eū alio & ꝙ aliud: ideo non est ultra quærere aliud quo referuntur.

Nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se &c.] Contra uidetur posse referri ad se, quia spiritus sanctus est donum: & donum refertur ad donantem, & ipse est donans: ergo necessario concluditur quod refertur ad se. Respond. Dicendum, ꝙ hoc nomen, spiritus sanctus, dicit relationem, secundum esse: & ideo quia relatione secundū esse nihil refertur ad seipsum, idem nullo modo S. S. inquantum spiritus ad se refertur: sed donum non tantum importat relationem secūdum esse, ut puta cum dicit auctoritatem in dāte, sed etiam secundum modum dicendi, ut quando dicit largitatem & potestatem in donante: & quia taliter potest secundum modum intelligendi comparari ad se, datum inquātum datum dicitur ad se, inquantum dans, non: ideo concedit quod appellatio dati uel donati sequitur ad spiritum sanctum, non autem spiritus sanctus.

Dub. 5.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An nomen aliquod dicatur de Deo ex tempore?

AD intelligentiam eorum, quæ dicuntur in hac distinctione, tria quæruntur. Primo utrum aliquid dicatur de Deo ex tempore. Secundo dato quod sic, quæritur utrum, ea quæ dicuntur de Deo ex tempore, dicantur per se, uel per accidens. Tertio, utrum dicantur secundum substantiam, an secundum relationem.

QVOD aliqua dicātur de deo ex tempore, ostenditur sic. Nō est dominus nisi habeat seruum, sicut dicit Aug. sed Deus dicitur dominus, & non habuit ab æterno seruum: ergo ex tempore: ergo &c. ITEM. Actioni respondet passio, ita quod sunt simul: sed Deus creat: ergo aliqd creatur: sed non creatur aliquid nisi ex tempore: ergo non creat nisi ex tempore: ergo &c. ITEM. Nulli conuenit esse hominem nisi ex tempore, eo ꝙ esse hominem habet principium: sed deo conuenit esse hominem: ergo ex tēpore. ITEM. Sicut se habet temporale ad temporale, ita æternum ad æternum: ergo mutata proportione, sicut se habet æternum ad temporale, ita temporale ad æternum: sed æternum sic se habet quod dicitur de temporali, ut cum dicitur, Petrus est prædestinatus: ergo & temporale poterit dici de æterno.

Lib. 6. Trin. c. 16.

Arist. 2. phys. text. 40. & 8. Phys.

CONTRA. Omne temporale est creatum: sed Deus est increatus, & horum est summa distantia: sed illorū, inter quæ est summa distantia unum prædicatur de altero: ergo &c. ITEM. Omne tēporale é mutabile & uariabile: sed oē illud de quo prędicatur mutabile, ipsum est mutabile: cum igit Deus non sit mutabilis & uariabilis, patet &c. ITEM. Nihil æternum est ex tēpore, sed omne quod prædicatur de Deo, est Deus, & ita æternum: ergo nihil potest tale dici ex tempore. ITEM. Omne quod est aliquid ex tempore, incipit esse aliquid quod nō erat prius, & omne tale est mutabile: ergo nihil tale est in Deo: ergo &c.

SI DICAS, quod non prædicatur aliquid de Deo ex tempore prædicatione per essentiam uel inhęrētiam, sed per causam, quæ non ponit aliquid in Deo, sed in effectu. Contra. cum dicitur Deus est creator, hoc dicitur ex tempore, & non per causam: ergo responsio illa nulla. Probatio, Omne quod dicitur de aliquo per causam, de alio dicitur per essentiam, uel inhęrentiam: sed creator de nullo alio à Deo dicitur, nec per essentiam, nec per inhærentiam: ergo &c. ITEM. Quod dicitur de alio per causam, potest inferri per modū habitudinis causalis, ut dies est sol lucens super terram: ergo dies est a sole: ergo si per causam Deus est creator, pari ratione Deus a creatura uel econuerso. ITEM. Quod prædicatur solum per causam, non est idem illi de quo prædicatur, sed cum dicitur, Deus creat, actio Dei est Deus: ergo non prædicatur per causam. ITEM. Cum dicitur Deus, dominus, uel consimilis, dominus non dicit aliquod genus causæ, & tamē dicitur de Deo: ergo prædicta responsio nō est sufficiens.

RESOLVTIO.

Nomina nonnulla de Deo ex tempore dicuntur, at non per essentiā, uel inhærētiam: sed aut per causam, aut per unionem, aut per cōparationem ad ipsa temporalia; importantia tamen de principali significatione essentiam. Vnde nec circa eam, sed circa temporalia mutationem ponunt.

RESP. Dicendum, ꝙ aliquid dicei ex tempore, est dupliciter: aut quia ipsum est temporale: aut quia dicit respectum ad temporale. Primo modo, nihil prædicatur de Deo per essentiam, uel per inhærentiam: sicut probant quatuor rationes ad hoc inductæ: prædicatur tamen per causam, ut si dicatur, Deus est creator: uel per unionem, ut si dicatur Deus est homo: & hoc non ponit mutationem, uel esse temporale circa Deum, sed circa creaturam. Alio modo dicitur aliquid ex tempore, eo ꝙ de ratione sui nominis dicit comparationē ad aliquid temporale, ut dominus, & creator: sed tamen de sua principali significatione importat essentiam: nam dominus importat dominium; quod est potestas coercendi subditos: & hęc est diuina essentia. Similiter creator, importat diuinam actionē, quæ est diuina essentia: utrunque tamen significat in respū ad creaturam: & ita connotat creatum & tēporale. Quoniam ergo qđ implicat in se contingens & necessarium, denominatur totum contingens: similiter quod æternum & temporale totum denominatur temporale propter na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam totius copulati, ꝙ ponit utrãque partem, & falsificatur pro utraque parte, & pro altera: hinc est quod talia dicunt ex tẽpore non ratione principalis significati, sed ratione connotati in creatura. Et per hoc patent quatuor argumenta sequentia. concedendum enim est, quod non omne quod ex tempore dicitur de deo, dicitur per cãm sed uel dr ꝙ cãm, uel ꝙ unionẽ, uel per quãdam cõparationem ad tẽporale, & sic patent oia.

Ad illvd ergo, quod obiicitur, ꝙ temporale est creatum & mutabile. Dicendum, ꝙ loquitur de temporali primo modo, & hoc non dicitur de deo nisi per causam uel unionem. Ad illvd quod obiicit, ꝙ omne ꝙ prędicatur de deo est æternum. Dicendum, ꝙ hæc est duplex, quia [æternum] potest teneri adiectiue, uel substantiue. Si adiectiue, sic falsa est. Aliqd enim prædicatur de Deo, cuius duratio non est æterna. Si substantiue, uera est, & sic est sensus, omne quod prædicatur de deo, est aliquid ęternum. Nec tamen sequitur, est æternum, imo est ibi fallacia accidentis. sicut hic, creatio est deus, & deus est æternus: ergo creatio est æterna: ita in prædicta. Aliquid. n. ꝙ est æternum rõne principalis significati. i. quod est aliquid ęternum, rõne connotati dicitur tẽporale. Ad illvd, quod obiicitur, qđ illud qđ est ex tpe, incipit aliquid esse. Dicendum, ꝙ illud non est in deo pp mutationem aliquam factam in ipso: sed in creatura: & illud determinatum est supra dist. 8.

Qvæstio II.

An nomina, quæ de deo ex tempore dicuntur: per se, uel per accidens dicantur?

Secundo quæritur, utrum quę dicuntur de deo ex tempore, dicantur per se, uel per accidẽs. Et ꝙ secundum accidens, ostenditur hoc modo. Aug. 5. de tri. & habetur in litera: ꝙ dominus esset hominis, ex tempore accidit ei. Item. hoc ipsum uidetur ratione: quia omne quod adest & abest pter eius de quo dicitur, corruptionem, prædicatur secundum accidens, hæc est per se nota: sed omnia hęc quæ temporaliter dicuntur de deo. sunt huiusmodi: ergo &c. Item. ꝙ prædicatur per se de aliquo, semper inest illi: ergo ab oppositus, quod prædicat de aliquo, & non semper inest, prędicatur non per se: ergo per accidens: sed talia sunt huiusmodi nomina, ergo &c. Item. omne quod prædicatur de aliquo, aut est cõuertibile cum subiecto, aut de ratione subiecti, aut prędicatur per accidens: sed hmõi nomina nec sunt de ratione dei, nec conuertibilia, ut patet de hoc nomine, dominus, ergo &c.

Contra. Au. 5. de Tri. nihil secundum accidens dicitur de deo: Item. Ostenditur ratione: quia in quocunque est ponere accidens, est ponere compositionem, & per consequens uarietatem: sed neutrum est in deo: ergo &c. Item. Omne per accidens reducitur ad per se, sed reductio est posterioris ad prius, non econuerso: Deus autem non habet prius, nec simpliciter, nec secundum quid; ergo nihil de deo dicitur secundum accidens. Item. omne quod dr de duobus, de uno per se, de altero per accidens, perfectiori modo dicitur de ꝙ se: sed quicquid dicitur de deo, dicitur per sectissime: ergo nihil dicitur de deo secundum accidens: ergo huiusmodi nomina non dr de deo per accidens: ergo per se.

Aug. 5. de Trin. cap. 4. in prin. Met. 5. Metaph. tex. 23

Resolvtio.

Per accidens dicuntur: pro quanto s. de eo non necessario dicuntur.

Resp. Dicendum, quod dici secundum accidẽs est tripliciter. Vno modo accidens dicitur p oppositum ad substantiam: & sic dicitur accidens proprietas alii inhęrens, quæ non est de rei essentia: & hoc quidem modo nihil dicitur de Deo secundum accidens: sicut dicit Aug: eo ꝙ hoc modo accidens ponit compositionem, & uarietatem in eo de quo dicitur. Alio modo dici secundum accidens, est per oppositionem ad per se: & sic dicitur secundum accidens, aut quod dicitur per aliud in essentia, ut si dicatur paries dissgregat: aut per aliquid cui est quodammodo idem, quodammodo diuersum, ut puta cũ dicitur de superiori per inferius, ut figura habet tres, uel de inferiori per superius ut Isosceles habet tres: hoc modo non est aliquid dici de Deo secundum accidens. Hoc enim dici per accidens ponit in aliquo posterioritatem & imperfectionem, sicut ostendunt rationes ad hoc inductæ. Deus autem nihil habet imperfecte, nihil habet ab alio quod sit omnino aliud, nec a superiori uel inferiori, quia hæc non cadunt in deo. Tertio modo dici ſm accidens: est per oppositionem ad necessarium, ut illud dicatur accidere quod necessario nõ inẽ: & hoc mõ hmõi noīa dr de deo ſm accidens: quia nõ dr de ipso necessario, sed dicuntur de ipso per se, qa per comparationem ad creaturam. Cõparatio autem ad creaturam per se est: quia deus est sua actio: sed tamen quia deus agit per uoluntatem, quę non semper, nec de necessitate coniuncta est actui: ideo non necessariò: & quantum ad hoc cadit ibi ratio dicendi ſm accidens. Vnde hic modus dicendi per accidens, opponitur per se in creaturis ratione eius, ꝙ ad dici per se sequitur necessarium in creaturis. In Deo autem non: qa ipse seipso facit, & uoluntarie facit: & ideo in deo non habet oppositionem ad per se. Rationes ergo ostendentes ꝙ non dicuntur de deo ſm accidens, procedunt secundum primam & secundam acceptionem.

Qvod autem obiicitur ꝙ esse dominum accidit; sic intelligẽdum est, id est non est necessario, nec semper cõuenit. Ad illvd, ꝙ obiicitur ꝙ absunt pręter corruptionem, dicendum, ꝙ ista diffinitio est accidentis ſm ꝙ adesse est per inhęrentiam: sed sic non conuenit Deo, ut uisum est, sed solum creaturis: unde patet illud. Ad illvd, ꝙ obiicitur de per se: dicendum, ꝙ loquit de per se in creaturis. Ad per se enim in creaturis sequitur necessarium: sed non sic in Deo;

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO III.

An nomina, quæ de Deo ex tempore dicuntur, realem relationem in Deo dicant?

VTRVM ea, quę sic dicuntur de Deo ex tempore, dicantur secundum substantiam, an secundum relationem, quæ sit uera relatio. Et ꝙ secundum relationē, uidetur hoc modo. Sicut pater seipso generat, ita seipso creat, tamen quamuis seipso generet, generatio, & paternitas dicitur uerè in ipso secundum relationem: ergo paritatione quamuis seipso creet, & dominetur, tamen quia sunt ad alterum, dicuntur realiter relatiue. ITEM. Huiusmodi nomina, aut pure dicunt diuinam substātiam, aut superaddunt aliquem respectum. Si pure diuinā substantiam dicunt; sed substantia est æterna, & ab æterno: ergo dicuntur de Deo ab æterno, quod falsum est: ergo superaddunt aliquem respectum: ergo relationem. SI DICAS, ꝙ non addunt respectum secundum rem, sed secundum modum. Cōtra, aut illi modo respondet aliquid in re, aut nihil. Si aliquid in re, ergo realiter dicuntur relatiue. Si nihil: ergo falsus est modus intelligendi, & inconueniēs modus dicendi. ITEM. Sunt quędam relatiua secūdum esse, quædam secundum dici. Sed in relatiuis secūdum dici, est modus respectus, in relatiuis secūdum esse, est ueritas respectus: sed seruus, & Dominus sunt relatiua secundum esse: ergo utrunque importat respectum, non tantū secundum modum, sed etiam secundum rem: ergo &c. ITEM. Dominium dictum de Deo, ita bñ dicit superpositionem, sicut dictum de creatura: illa igitur superpositio, aut ponitur i Deo, aut in creatura. Non in creatura; constat, quia tunc idem sibi superponeretur: ergo ponitor in Deo: ergo superpositio est ue re relatio: ergo &c. ITEM. Cum dico Deus creat, hic notatur duplex respectus, scilicet causæ ad effectum, & econuerso. Aut ergo uterque est in creatura, aut uterq; in Deo, aut unus in Deo, alter in creatura. Constat quòd impossibile est utrunque esse in Deo, quia Deus nō est effectus, & similiter i creatura, quia creatura non est sui causa: ergo necesse est, ꝙ alter sit in Deo: ergo &c. ITEM. Cum dico, Deus creat, Deus uerissimè est causa: & si uera ratio causæ ponit ueram relationem, huiusmodi nomina dicta de Deo ponunt ueram relationem.

CONTRA. Dionysi. In causalibus, & causis nō recipimus reciprocationem: ergo cum Deus sit causa perfectissima creaturæ, non refertur ad creaturam, quāuis econuerso creatura referat ad ipsum. ITEM. Philosophus dicit, ꝙ scientia secundum rem refertur ad scibile; sed non cōuertitur: ergo si minor est dependentia Dei ad creaturam, quam scibilis ad scientiam: ergo nulla in eo est relatio. ITEM. Ratione uiderur, quia huiusmodi nōmina si dicunt relationem circa Deū, aut illa est pure diuina essentia, aut aliquid superadditum. Si pure Dei essentia: ergo æternum quid: ergo respectus huiusmodi nominum est æternus: ergo de necessitate dicuntur ab æterno. Si autem dicit aliquid superadditum: ergo in Deo est aliqua compositio. ITEM. Omnis relatio dicit aliquam dependētiam, uel saltem ordinem, & habitudinem ad illud, respectu cuius dicitur: sed Deus non ordinatur, nec terminatur: ergo nihil de Deo dī relatiue respū creaturę.

Ariſ. in prædic. c. Ad aliquid.

c. Metaphyſ. c. 49.

c. Metaphyſ. c. 49.

RESOLVTIO.

Non realem, ſed rationis tantum relationem dicunt.

RESP. Ad hoc intelligendum, est sciendum, ꝙ dici secundum relationem dupliciter est, aut secūdum rem, aut secundum modum. Realis autem relatio triplex est. Aliquando enim fundatur super proprietatem accidētalem, ut similitudo in duplici albedine. Aliquando super dependentiam essentialem, sicut respectus, uel relatio materiæ ad formam. Nam sicut dicit Philosophus, Materia hoc ipsum qđ est, ad alterum est. Aliquando super originem naturale, sicut effectus ad causam, & filii ad patrem. Prima relatio non potest esse in Deo, quia in Deo nulla est proprietas accidentalis. Secūda non potest esse in eo, qa nulla in Deo est dependentia. Tertia est in Deo, sed non respectu creaturæ, sed respectu personæ, hæc enim non dicit compositionem, nec dependentiæ inclinationem, sicut prima, & secunda: sed ponit distinctionem, & ordinem: & quoniam uerè una persona ordinatur ad aliam, & habitudinem habet, & alio modo secundum rem se habet ad unā, quām ad aliam; ideo hæc relatio est in persona respectu personæ, non respectu creaturę. Nam Deus ad creaturam non habet ordinem, nec hēt aliam & aliā habitudinem: & ideo nullo modo est realiter in Deo relatio respectu creaturæ. Creatura autē ad Deum habet ordinem, & habitudinem mediante proprietate accidentali, & dependentia essentiali, & origine naturali, iō secundum omnem modum refertur creatura ad Deum. Quoniam igitur intellectus noster cum intelligit aliquid referri ad aliquid, intelligit etiam comparari illud ad illud, ideo intelligit Deum ꝙ modum respectus & relationis, cui respectui in Deo nihil respondet nisi diuina essentia: ex parte tamen creaturæ bene aliquid respondet: & iō non est uanus. Concedendum ergo, quod huiusmodi nomina dicta de Deo non important relationem in Deo secundum rē, sed solum secundum modū intelligendi. Ex his patēt quęsita.

Arſ. Philoſo. c. 49. & 12. Metaphyſ. c. 49.

QVOD enim obicitur de patre. Dicendum, ꝙ non est simile, quia patris ad filium est ordo, & habitudo, & alia habitudo ad filium quām ad spiritum sanctum: Deus autem sicut dicit Philosophus 12. Meta. non habet ordinem, nec aliquam habitudinem, nam prima causa eodem modo se habet ad omnia, quamuis alia alio, & alio modo se habeant ad ipsam; ut in 12. primæ philosophiæ dicit, ꝙ primum, & summum bonum non ordinatur ad hæc creata. ADDITVR, ꝙ obicitur, si non dicunt relationem: ergo purè substantiam. Dicendum, ꝙ purè circa Deum dicunt substantiam secun-

Ter. cō. 16. & 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

endum rem, sed relationem secundum modum intelligendi, in creatura uero secũdum esse. Et quod obiicit, quòd uanus est intellectus. Dicẽdum, quòd falsum est, quia intellectus fundatur super aliquid, scilicet super relationem creaturę, cui respondet relatio secundum dici in Deo. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ quædam sunt relatiua secundum esse, &c. Dicendum, quòd quædam sunt relatiua secundũ esse ex parte utriusque extremi, ut dominus, & seruus in creatura: quædam ex parte alterius, ut scibile, & scientia, & mensuratio, & mensura: sic in proposito. AD ILLVD, quod obiicitur, quod dominus, dicit suppositionem, & similiter creatio causalitatem. Dicendum, ꝙ suppositio in Deo est uere superpositio, & uere causalitas, quia uere alii superponit deus, & uere efficit. Tamen illa superpositio non est uere relatio, similiter nec causalitas: sed est uere diuina essentia, quia seipsa superponitur, & efficit. AD ILLVD, quòd obiicitur, quod est ibi respectus causæ, & effectus. Dicendum, quòd respectus effectus ibi est uere respectus, & uere relatio: sed respectus causæ non est respectus, nec relatio in Deo secundum rem, sed secundum modum intelligendi: secundum rem uerò substantia, uel essentia.

DISTINCTIO XXXI.

PARS PRIMA.

De significatione relatiuorum, quę communiter & æteraliter de Deo dicuntur, ut similis & æqualis.

PRæterea considerari oportet: cum tres personæ coæquales sibi sint, utrum relatiuè hoc dicatur, an secundum substantiam, & si relatiuè, utrum secundum relationem, an secundum essentiam consideranda sit æqualitas, deinde quid sit ipsa æqualitas.

Lib. 3. nõ lõgè à fi. lib. *Ad quod dicimus, quia sicut simile nihil sibi est: similitudo enim (ut ait Hilarius) sibipsi non est: ita & æquale aliquid sibi non dicitur, ac per hoc sicut simile, ita & æquale relatiuè dicitur. Dicitur ergo relatiuè filius æqualis patri, & utrique spiritus sanctus. Est tamen æqualis patri filius, & utrique spiritus sanctus, propter summam simplicitatẽ essentię, & unitatem, æqualis est: ergo filius patri secundum essentiam, non secundum relationem. Unde Augustin. 5. Lib.*

Cap. 6. de Trinit. ait Quærimus secundum quid æqualis sit patri filius, non secundum quod ad patrem dicitur filius, æqualis est patri: restat ergo, ut secundum id æqualis sit, quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secundum

substantiam dicitur: restat ergo, ut secundum substantiam sit æqualis; eadem ergo est utriusque substantia. Item in 6. Libro. Satis est uidere nullo modo filium æqualem esse patri, si in aliquo, scilicet quòd pertineat ad significandã eius substantiam, inæqualis inuenitur. In omnibus ergo æqualis est patri filius, & est eiusdem substantię. Æqualis est etiã spiritus sanctus patri & filio, & in omnibus æqualis propter summam simplicitatem illius substantiæ. Ex his perspicuum fit, quòd secundum substantiam filius est æqualis patri, & utrique spiritus sanctus, & appellatio tantum relatiua est. Æqualitas ergo patris, & filij non est relatio, uel notio, sed naturalis unitas, & identitas.

Quomodo dicatur similis, & quid sit similitudo.

Hoc idem etiam dicimus de simili & similitudine. Cum enim dicitur filius similis patri, relatiuè quidem dicitur, sed similis est patri propter unitatem essentiæ. Est ergo appellatio tantum relatiua, similitudo uero indifferens essentiæ. Unde quibusdam non indoctè uidetur nomine æqualitatis, uel similitudinis non aliquid poni, sed remoueri: ut ea rõne dicatur filius æqualis patri, quia nec maior est eo, nec minor: et hoc pp unitatẽ essentiæ. Ita et similis dicitur, quia nec diuersus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis, et hoc propter essentiæ simplicitatem. Non ergo secundum quòd filius est genitus a patre, æqualis, uel inæqualis est patri, nec similis secundum substantiam.

Opinio quorundam.

IN præcedenti proxima particula egit Magister de relatiuis, quę dicuntur de Deo proprie, & temporaliter. In hac parte agit de his, quæ dicuntur de Deo communiter & æteraliter. Et quoniam hæc sunt appropriabilia, ideo hæc pars habet duas partes. In prima determinat eorum significationẽ. In secunda eorum appropriationem, ibi. *Non est igitur hoc prætermittendum &c.*] Prima pars habet duas. In prima determinat significationẽ huius nominis Æqualis. In secunda huius nominis Similis, ibid. *Hoc etiam dicimus de simili & similitudine &c.*]

PRæterea cõsiderari oportet &c.] Dubitatur de situ huius partis, quia cum supra distin. 19. actum est de æqualitate, uidetur hic Magister superflue repetere. Respondeo. Dicendum, quod de æqualitate, & similitudine, est loqui dupliciter, scilicet a parte rei, & a parte nominis. Et primo modo agitur de æqualitate & similitudine in precedẽtibus, secundo modo hic. *Dub. 1.*

Simile

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile nihil sibi est &c.] Videtur hoc falsum, quia aliquis differt a se, sicut Sortes senex a se puero: ergo pari ratione potest esse aliquid simile sibi. Ite Christus homo est sibi similis, quia nullus est beatus, nisi sit Deo assimilatus: sed Christus est maxime Deo assimilatus: ergo &c. Dub. 2.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut differentia aliquando notat alietatem suppositi a supposito, ut eũ dicitur Petrus est annus a Paulo. Aliquãdo alietatem in natura, ut cum dicitur Christus secundum quod homo differt a Deo. Aliquando alietatem status a statu, ut Petrus senex differt a se puero. Per hunc modum intelligendum de similitudine. Quando igitur similis dicit similitudinem suppositi ad suppositum, non potest esse idem similis sibi. Quãdo uero dicit similitudinem naturæ ad naturã, uel status ad statum, potest idem esse sibi similis, quia hæc concurrunt in eadem persona, & ita intelligit Magister.

Æqualitas ergo patris & filij &c.] Obiicitur, quia statim præ dixit quod simile & æquale est relatiuum: ergo similitudo est relatio. Respon. Dicendum, quod Magister intelligit de notione quæ est personæ proprietas, non de relatione communiter intellecta. Vel aliter dicendum, quod uerbum Magistri est causaliter intelligendum, sicut patet ex præcedentibus, quia ęqualitas non consistit in proprietatibus personalibus, sed magis in essentialibus, quæ supra uisa sunt. Dub. 3.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An æqualitas, & similitudo positiuè, uel priuatiuè de Deo dicantur?

AD intelligentiam huius partis est quæstio de his nominibus, similis & æqualis, & circa hæc tria quæruntur. Primo, quæritur utrum hæc nomina dicantur secundum positionem, an secundum priuationẽ. Secundò quæritur, utrum dicãtur secundum substantiam, an secundum relationem. Tertiò quæritur, utrum dicant mutuã relationem in patre & filio.

QVOD dicãtur secundum priuationem, uidetur per auctoritatem Magistri in litera. Quibusdam uidetur noĩe æqualitatis & similitudinis non aliquid poni, sed remoueri, ut dicatur filius æqualis patri, quia nec maior, nec minor est eo. ITEM. Hoc potest probari sic. Euclides diffinit æquale sic. Æquale est ꝙd alteri supposito non excedit, nec exceditur: ergo cum hæc diffinitio sit data secũdum priuationẽ, patet &c. ITEM, Æquale & simile non tãtum dicunt unitatem, sed etiam diuersitatem, sed non est ponere diuersitatem in diuinis: ergo huiusmodi nomina non dicuntur secundum positionem, sed secũdum priuationẽ. ITEM. Æquale secundum quod dicit positionem, dicit commensurationem, sed in diuinis non est commensuratio nec excessus: ergo dicuntur per priuationem excessus, non per positionem.

CONTRA. Similitudo & ęqualitas in his inferioribus dicunt positiuè: sed hæc cõpletius sunt in Deo, quia ut dicit Aug. in filio primo reperitur rõ similitudinis, & æqualitatis: ergo multo fortius in deo dicunt positionẽ. ITEM. Omnis negatio, quę non est pura negatio, fundatur supra positionẽ: ergo cum hoc quod dico, æquale, importet remotionem excessus, & non importet puram negationem, quia tunc chimera esset ęqualis deo, oportet ꝙ importet positionẽ. ITEM. Hæc est falsa, pater & filius sunt inæquales: ergo hoc quod est, inæquale, aliquid priuat quod est in deo: sed hoc nõ est nisi importatum per æqualitate: ergo æqualitas aliquid ponit: quia si eius oppositum priuat, necesse est ipsum ponere. ITEM. Hæretici dicunt hanc falsam, pater est æqualis filio, aut quia aliquid ponitur, aut quia aliquid remouetur. Nõ quia remouetur: quia dicunt hanc ueram, pater est inæqualis, quæ remouet: ergo quia aliquid ponitur: ergo &c. & fundatur utraq; istarum positionum supra positionem inæqualis ad æquale. Si enim æquale & inæquale acciperẽtur remotiuè, tunc eorum opposita acciperentur positiuè.

RESOLVTIO.

Quidquid dicat Magister: non priuatiuè, sed positiuè dicuntur?

RESP. Dicendum, ꝙ secũdum quod in litera innuitur & doctores antiqui dicunt, quod positio Magistri fuit, ꝙ nomina, q̃ nõ dicunt ꝓsonale proprietatẽ, uel essẽtię unitatẽ, priuatiuè accipiantur. Vnde quia similis & æqualis dicit respectum patris ad filium, & ille respectus non est personalis proprietas, nec essentia: uoluit ponere ꝙ omnia talia secundum priuationem dicerentur, sicut duo, tres, similes, & æquales, & similia. Tamẽ ista positio stare non potest, sicut supra probatum est de unitate & pluralitate nominum diuinorum. Si enim in diuinis est unitas positiuè, & pluralitas, & hæc duo faciunt similitudinem & æqualitatem, necesse est hæc positiue accipi in diuinis. Et cõcedendæ sunt rationes ad hoc inductæ. *Dist. 22 q. 2.*

AD ILLVD ergo ꝙ obiicitur, ꝙ æquale est quod non excedit. Dicendum, ꝙ illi negationi substernitur affirmatio, & positio, quæ notificatur per priuationẽ oppositi, scilicet excessus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non est diuersitas in diuinis. Dicendum, quod non indicant diuersitatem nisi suppositi, nõ formæ de se: & quia in diuinis est pluralitas suppositorum, patet &c. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ secũdum ꝙ dicuntur positiuè, dicunt commensurationem. Dicendum, ꝙ in diuinis non est commensuratio simpliciter, sed tamen est cõmensuratio respectu infiniti, & hæc nõ ponit simpliciter commensurationẽ. Aliter potest dici, ꝙ ęquale & simile de suo primo intellectu ponunt unitatẽ quãtitatis & qualitatis. QVOD aũt ponat cõmẽsurationẽ, hoc ꝙd est, æquale; est ęa quãtitas illa est mensuratas qm̃ ergo in diuinis est immẽsa, dicit ibi conuenientiã in quantitate uirtutis, quamuis nõ ponat ibi commensurationem.

Qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

An æqualitas, & similitudo secundum substantiam, uel secundū relationem in diuinis dicantur?

VTRVM nomina prędicta dicantur secundum substantiam, an secundum relationem. Et quod secundum substantiā, uidetur auctoritate Magistri in litera. Aequalitas (inquit) non non est relatio uel notio, sed naturæ unitas uel identites. Et Hilarius, de Trin. Similitudo est indifferens essentia: ergo tam similitudo, quàm æqualitas dicit diuinā essentiam. ITEM. Aequalitas dicitur secundum quantitatem similitudo secundum qualitatem: sed in diuinis qualitas & quantitas transeunt in substātiam: ergo. ITEM. Omne quod dicitur secundum relationem, importat distinctionem de suo principali intellectu: sed simile & æquale dicunt conuenientiā, ergo non dicuntur secundum relationem. ITEM. Nihil quod dicitur secundum relatione, dicitur de duobus, nisi importet relationem in communi: hoc deo propter hoc nomen Relatus & distinctus: sed simile & æquale important relationem specialem, si eam (inquam) inportant, quia non est assignare specialiores sub ipsis, & dicuntur de pluribus: ergo &c.

CONTRA. Hila de Trin. Similitudo sibi non est: sed omne qđ dicitur secundum substantiam, dicit ad se: ergo &c. ITEM. Omne quod dicitur secundum substantiam, dicitur de pluribus singulariter: sed similis, & æqualis, dicitur pluraliter: ergo &c.

ITEM. Aequalitate refertur pater ad filium & filius ad patrē, sed non essentia: ergo æqualitas non dicit essentiā. ITEM. Aut pater est æqualitas filii ad patrem, aut non. Si sic: ergo cum filius æqualitate illa sit æqualis patri, pater est æqualis sibi; quod non conceditur: quod si pater nō est æqualitas filii ad patrem: ergo æqualitas non dicitur de omnibus: ergo non dicit essentiam. Essentia enim filii est pater.

RESOLVTIO.

Secundum relationem formaliter, secundum substantiam causaliter dicuntur.

RESP. Dicendum, q̄ secundum communem omnium opinionē cum simile & æquale dicant conuenientiam plurium in uno, qđ de se importent distinctionem in suppositis, & unionem siue unitatem in essentia. Et quia dinctio personarum spectat ad modum dicendi secundum relationem, unitas essētię ad modū dicendi secundum substātiam, iō huiusmodi nomina nec omnino dicuntur secundum relationem, sed quodammodo secūdum substantiam, quodammodo secundum relationem. Sed quia non possunt secundū hunc duplicem modum dici principaliter, necesse est quod secundū alterum. Ideo ulterius oportet quęrere, secundum quem modum accipiendi, accipiuntur in diuinis, & hic sunt diuersę opiniones. Quidam enim dicunt quòd huiusmodi nomina secundum concretionem significata, dicuntur principaliter secundū relationem. Nam similes dicuntur habentes eandem qualitatē, quia

quia ergo respicit suppositum per se, secundum quod concretum, ideo dicitur śm relationē. Sed in abstractione: quia similitudo est unitas naturæ, uel essentiæ: quia respicit unitatē formæ primo, non distinctionem suppositorum nisi ex consequēti, principaliter dicitur secundum substantiā. Sed iste modus soluendi non est conueniens. Nam est eadem significatio in concreto & in abstracto in principali significato: ergo si dicitur śm substantiam unum, & reliquum similiter: ergo hoc non soluit quod dictū est. SECVNDA opinio, quod huiusmodi nomina & in concretione & in abstractione dicūtur principaliter secundum substantiam, & cōnotant distinctionem in suppositis. Et ratio ipsorū est: quia cum similitudo respiciat ista duo scilicet conuenientiam & differentiam, immediatius & completius respicit conuenientiam. Dicuntur.n. differentes esse similes inquantū conueniunt, conuenientes uero non dicūtur similes inquantum differunt. Respicit ergo similitudo distinctionem per modum materiæ: sed p modum formæ respicit unitatē essentię, & ideo complectiue dicitur secundum substātiam tam similitudo quam similis. Sed ista positio non potest stare. Certum enim est quod similitudo dicit respectus aliquorum ad inuicē: sed in diuinis non est nisi respectus personæ ad personam. Respectus autem personæ ad personam, non potest dici secundum substantiam: ergo necesse est quod hoc nomen, simile, quod a similitudine imponitur, secundum substantiam non dicatur. ET IDEO est tertia opinio, qđ huiusmodi nomina dicantur secundum relationem (formaliter loquendo) dicunt enim respectū suppositorum distinctorum conuenientium in aliquo uno: & ita respectus cadit ibi per modum formalis: sed unitas essentię & pluralitas suppositorum, cadit p modum causæ, ideo proprie & principaliter śm relationem, ex consequenti uero secūdum substantiam dicuntur, causaliter loquendo. Et hoc magis patet, si cōsideremus significationem horum nominum ī creaturis; unde fit trāslatio. Similitudo enim est śm qualitatem; similiter & æqualitas secundum quantitatem: & similitudo dicit relationem formaliter: sed qualitatem causaliter. Sitr equalitas dicit quantitatē causaliter; sed relationem formaliter. Nō.n.est similitudo qualitas: sed relatio, quæ attenditur secundum qualitatem.

AD ILLVD, quod obiicitur de Magistro & Hyla. quod est essentia, Dicendum quod causaliter intelliguntur omnes tales sermones. AD ILLVD, quod postea dicitur, quod æquale dicit secundum quantitatem, dicendum secundum quod dicit causam efficientem, non dicit formam, sic de simili. AD ILLVD, ergo quod obiicitur, q̄ relatiua important distinctionem, dicendum quod quædam in diuinis dicuntur secundum relationem quę sunt distinctiua relatorum, ut pater & filius, & talia important respectum distinguentē, & talia inportāt distinctionem ut exercitā. Quędam autem dicun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur secundum relationem, quæ sunt relatiua distinctorum. ut similis, & æqualis, & talia importãt respectum: sed ille respectus nõ est notio distinguens, sed cõsequens distinguentem. Importat.n. distinctionem ut non exercitam, sed ut conceptam. Nam respectus distinguẽs ẽ per unius personæ ad aliam, secundum q̃ est ab illa. In huiusmodi uero non minibus importatur respectus unius personę ad aliam, secundũ quod communicãt unam naturam. Et quia respectus est relatio, ideo plurificatur: quia uero respectus unius essentiæ, ideo dicitur de pluribus. Et ideo patet ultimũ quo dicitur, quod nullum relatiuum dicitur de pluribus nisi dicat relationem in cõmuni. Dicendum, q̃ hoc non solum est in his nominibus quæ important distinctionem in cõmuni, ut relatus, & distinctus, uerumetiam in his quæ dicunt respectum plurium, ut communicant in aliquo. Tale enim nomẽ dicit respectum i communi, specificatum tamen ratione communicationis in uno, unde simi les dicuntur adinuice relati participantes unam qualitatem.

An æquale & simile secundum mutuam relationem dicantur in diuini?

VTRVM prędicta nomina. s. æqualis, & similis, dicant mutuam relationem, secundum q̃ pater filio, & filius patri sit æqualis. Et quod non, uidetur, quia secundum Diony. In talibus nõ recipimus reciprocationem: sed pater est principium filii: ergo non cadit ibi reciprocatio ut dicatur pater æqualis filio. ITEM. hoc uidetur ratione: quia enim filius similis est patri, ideo dicitur similitudo patris: ergo si ecõuerso pater est similis filio perfecte: ergo pater est similitudo filii, hęc autem non recipitur: ergo &c. ITEM. qui est æqualis alii, secundum æqualitatem sibi adę quatur: si ergo pater est æqualis filio: ergo sibi adæquat: quæro a quo, aut a se, aut ab alio. Nõ a se quia quicũque æquat se alii, aliquid agit in se, sed pater nihil agit in se, ergo non adæquat se: nec alio æquatur: ergo non est æqualis filio.

CONTRA. simile, & æquale sunt relatiua æquiparantiæ, sed ista denominant utrunque extremum, ergo si filius est similis patri, pari ratione pater est similis filio. ITEM. ratio similitudinis est conuenientia uel indifferentia in qualitate, uel substantia. Sed cõuenientia æqualiter respicit utrunque extremum, & indifferentia: si ergo filius est indifferens patri, & ecõuerso, pater est similis filio. ITEM. omne plurale geminat suum singulare: sed hęc conceditur, & pater & filius sunt similes & æquales, ergo pater est similis, quæro cui, aut sibi aut alii: non sibi, ergo alii.

RESOLVTIO.

Si conuenientiam in quantitate & qualitate dicunt, mutuam relationem non inferunt. Si autẽ rationem originis superaddant, æquantur.

RESP. Dicendum, q̃ similis, & æqualis dupliciter accipiuntur. Aut prout dicunt conuenientiam in quantitate, uel qualitate. Aut prout supra conuenientiam addunt imitationem, uel expressionem perfectam. Primo quidem modo sunt relatiua æquiparantię, & dicuntur ad conuenientiam: secundum quod probant rationes secundò inductę. Alio modo similis & qualis addunt super hoc rationem originis. Vnde æqualis dr quasi ad æquatus, & similis quasi assimulatus: hoc modo non conuenit, nisi ei, qui est ab altero: & hoc modo procedunt primę rationes, quod pater non dicitur similitudo filii per imitationem, nec æquatur filio per emanationem ab alio, sed æquat sibi filium.

QVOD tamen dicit Diony. quod non recipimus reciprocationem &c. loquitur de causa proprie, & prout differt ab effectu per essentiã. hoc autem mõ pater non est causa filii, imo bene est habitudo filii ad patrem: sicut econuerso, & sic patent omnia.

DISTINCTIO XXXI.

PARS SECVNDA.

De appropriatione relatiuorum, quę communiter & æter naliter de Deo dicuntur, ut similis & æqualis.

NON est igitur hic prætermittendum, quòd uir illustris Hilarius proprietates personarum assignans, dicit in patre esse æternitatem, speciem in imagine, usum in munere. Quæ tantæ difficultatis sunt uerba, ut in eorum intelligentia, atque explanatione uehementer laborauerit Augustinus, ut ipse ostendit in sexto Lib. de Trinitate ita dicens. Quidam cum uellet breuissime singularum in Trinitate personarum insinuare propria: Æternitas est (inquit) in patre, species in imagine, usus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractatione scripturarum, & assertione fidei uir extitit, (hæc enim Hilarius in libris suis posuit) horum uerborum, ideſt, patris, & imaginis, et muneris, æternitatis, speciei, & usus, abditam scrutatus intelligentiam, quãtum ualeo, non eum secutum arbitror in æternitatis uocabulo, nisi quòd pater nõ habet patrem de quo sit, filius autem de patre est ut sit, atque ut illi coæternus sit. Imago enim, si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ in qua imagine speciem nominauit: credo propter pulchritudinem, ubi tanta est congruentia, & prima æqualitas & prima similitudo nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis, sed ad identitatem respondens ei, cuius imago est, ubi est prima & summa uita, cui non aliud niuere, & aliud esse; sed idem est primus, ac Ca. 10

summus intellectus, cui non est aliud uiuere, & aliud intelligere; sed idem hoc unum tanquam uerbum perfectum cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis, & sapientis Dei plena omnium rationum uiuentium incōmutabilium, & omnes unum in ea, sicut ipsa unum de uno, cum quo unum, ubi nouit omnia Deus quę fecit per ipsam.

Quare Spiritus. S. dicatur usus.

Est autem ineffabilis quidam complexus patris, & imaginis, qui non est sine perfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, fœlicitas, uel beatitudo (si tamen aliqua humana voce digne dicitur) usus ab illo appellata est breuiter, & est in trinitate spiritus. s. non genitus: sed genitoris genitique suauitas, ingeniti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaque illa tria, & a se inuicem determinari uidentur, & in se infinita sunt. Qui videt hoc uel ex parte, uel per speculum in ænigmate, gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat. Qui uero non uidet, tēdat per pietatem fidei ad videndum, non per cęcitatē ad calumniandum, quoniam unus est Deus; sed tamen trinitas. Ecce habes qualiter uerba Hilarij præmissa accipienda sint, licet tantæ sint profunditatis, ut etiam adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus: cum & ipsa earum explanatio, quam hic Augu. edidit, plurimum in se habeat difficultatis, & ambiguitatis.

Quod secundum hanc expositionem non distinguuntur ibi proprietates personarum tres.

Nō enim secundum præmissam expositionem distinguuntur hic tres illę proprietates superius assignatæ, sed ipse hypostases distinctæ ab inuicem monstrantur, æternitatis tamen nomine eadem uidetur designata proprietas, quam notat hoc nomen, ingenitus. Sed videamus quid sit quod ait. Imago si perfecte implet, cuius imago est, ipsa coæquatur ei, nō illud suæ imagini. Videtur. n. dicere, quod filius qui est imago patris, patri coæquatur, nō pater filio, cū et filius dicatur æqualis patri ī scriptura, et pater filio: sed filius hoc hēt a patre, ut sit æqualis, pater autē nō hēt a filio, et tamē filius

filius plene, ac perfecte æqualis est patri, ideſt imago ei, cuius est imago.

Quomodo dicatur Hilarius propria personarum assignare in uerbis prædictis.

Propria ergo personarū ī prędictis uerbis assignasse dicitur Hilarius, quia relatiua noīa personarū posuit. s. imaginis, & muneris, quæ relatiue dicūtur de personis, & proprietates notāt quibus distinguūtur personæ. Ita. n. dicitur S.S. munus relatiue, sicut donū. Veruntamen ipsas proprietates alijs tribus nominibus nō significauit, iuxta prędictā Aug. expōnē, nisi solo noīe æternitatis, quo nō ipsam paternitatē, sed eam uoluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

Quòd eandē distinctionem notat Augustinus in alijs uerbis.

Illud ēt sciri oportet, quòd earundē triū personarum distinctionē Augustinus ostendere uolens sine expressione illarum proprietatum superius cōmemoratarū, in 1. *Lib. de doctrina Christiana, sic ait. In patre est unitas, in filio æqualitas, in S.S. unitatis, æqualitatisque concordia. Et hęc tria unum, oīa propter patrem, æqualia oīa propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum. Itaque pater, & filius, & spiritus sanctus, & singulus quisque horum Deus est, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia est, & simul omnes una substantia. Pater nec filius est, nec spiritus sanctus: & filius nec pater est, nec spiritus sanctus: spiritus sanctus nec pater est, nec filius, sed pater tantum pater, & filius tantum filius, & spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. Eadem tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In his uerbis aperte insinuatur personarum trium distinctio.* cap. 9.

Quare patri attribuatur unitas, & filio æqualitas.

Sed plurimos mouet quòd patri attribuit unitatem, filio æqualitatē. Cum. n. unitas dicatur secundū substātiā, nō tantū in patre est, sed ēt in filio, & in spiritu sancto: & æqualitas una est patris & filij & spiritus sancti. Cur ergo patri attribuitur unitas, & filio æqualitas? Forte eadē ratione attribuitur patri unitas secūdum Augustinū, qua supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

eidē æternitas secundū Hilariū, quia uidelicet pater ita ē, ut ab alio non sit, & quia filiū genuit unum secū Deum, & s.s. ab eo procedit unus cum eo Deus. Vnitas ergo in patre esse dicitur, quia nec est aliquid aliud a quo sit. Non enim ab alio est, nec ab eo aliquis, uel aliquid est ab æterno, quod unum cum eo non sit: filius enim & spiritus sanctus unum
Io.10. sunt cum patre. Vnde ueritas ait, Ego & pater unū sumus.

Quare pater, & filius dicantur esse unum, uel unus Deus, sed non unus.

Hic dici oportet, quòd pater, & filius, & spiritus sanctus recte dicuntur esse unum & unus deus, sed non unus. Res enim duæ, uel plures recte possunt dici unum esse, si sint unius essentiæ, & earum una sit natura. Vnus autē, uel una non potest dici de diuersis rebus, nisi addatur, quid unus, uel
Cap.3 una: quo addito, recte potest dici de rebus & unius, & diuersæ substantiæ. Vnde Augustinus in 6. Lib. de Tri. sic ait, Nescio utrum inueniatur in scripturis dictum, unum sunt quorum est diuersa natura. Si autem, & aliquā plura sunt eiusdem naturæ, & diuersa sentiant, non sunt unum, inquā tum diuersa sentiunt. Cum ergo sic dicitur unum, ut non addatur quid unum, & plura unum dicuntur eadem natu
1.Co.3 ra, atque essentia: non dissidens, neque dissentientes significa tur. Vnde Paulus, & Apollo, qui & ambo homines erant, idem sentiebant, unum esse dicuntur, cum dicitur. Et qui
1.Co.6 plantat, & qui rigat unum sunt. Cum uero additur Quid unum, potest significari aliquid ex pluribus unum factum, quamuis diuersa natura: sicut anima, & corpus nō possunt utique dici unum, quid enim tam diuersum ē nisi addatur, uel subintelligatur quid unus homo. unde Apostolus, Qui adhæret, inquit, domino spiritus unus est. Non dixit unus est, uel unum sunt, sed addidit, spiritus. Diuersi sunt enim natura spiritus hominis, & spiritus Dei, sed inhærendo fit spiritus hominis unus spiritus cum Deo, quia particeps fit ueritatis, & beatitudinis illius. Si ergo de his, quæ diuersæ substantiæ sunt, recte dicitur quod sint unus spiritus, quan to magis qui unius substantiæ sunt recte dicuntur unus deus esse? Pater ergo & filius unum sunt utique secundum

unitatem essentiæ, & unus Deus. In quo & Arriana hæresis damnatur, quæ patrem, & filium, & spiritum sanctum, ut ait Augustinus in libro de hæresibus non ualt esse unius Tom.6 Ar. 30
eiusdemque substantiæ, atque naturæ, uel ut expressius dicatur, essentiæ, quæ Græce dicitur usia, sed filium esse creatum. Necnon & Sabelliana, quę, ut ait Aug. in eodem libro dicebat Christum eundem ipsum & patrē & spiritum san- Eodem Tom. ctum esse: ut esset trimitas nominum sine subsistentia perso ar. 4.
narum. Vtranque pestem (ut ait Aug. super Ioannem) elidit ueritas dicens, Ego & pater unum sumus. Vtrunque audi et aduerte, & unum, & sumus, & à Charybdi, et à Scylla liberaberis. Quod enim dixit unum, liberat te ab Arrio: To.6
quod dixit sumus, liberat a Sabellio. Si unum, ergo non di- Tract.
uersum: si sumus, ergo pater & filius. Sumus enim, non di- 36.
ceret de uno, nec unum de diuerso. Erubescant ergo Sabelliani, qui dicunt esse patrem qui est filius, confundentes personas, qui & dicti sunt patripassiani, qui dicūt patrem suis se passum. Arriani uero dicunt aliud patrem esse, aliud filium, non unam substantiam, sed duas: patrem maiorem, filium minorem. Noli hoc dicere tu catholice. In medio ergo nauiga, utrunque periculosum latus deuita: & dic, Pater, pater est: & filius, filius est. Alius pater, alius filius: sed nō aliud, imo hoc ipsum, quia unus deus. Ecce ostē sus est quare unitas ī patre esse dicatur, cū tres illi unū sūt.

Quare dicatur esse æqualitas in filio.

Nunc uideamus quare æqualitas dicatur esse in filio, cū una & summa æqualitas sit trium. Hoc ideo forte dictum est, quia filius genitus est a patre æqualis gignenti, & dono, quod ab utroque procedit, & ideo tria dicantur esse æqualia propter filium. Filius enim habet a patre, ut sit ei æqualis & spiritui sancto, & spiritus sanctus ab utroque habet ut sit æqualis utrique. Hoc autem sine assertionis supercilio, & maioris intelligentiæ præiudicio dicimus, malentes in apertione tam clausorum sermonum peritiores audire, quam aliquid alijs influere.

Quare in s. s. dicatur esse utriusq; cōcordia, uel connexio.

Quod autem in spiritu sancto dicitur esse utriusque con

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordia, & per eum omnia connexa, facilior est intelligentia, nobis premissa ad mentem reuocantibus. Supra enim secundum auctoritates sanctorũ dictum est, quod s.s. amor est quo pater diligit filium, & filius patrem. Recte ergo s.s. dicitur connexio uel concordia patris & filii, et per eũ oĩa cõnexa. Vnde Au. in 5. Lib. de Tri. Cõio quædã cõsubstãtialis patris & filij est amborũ s.s. Idem in 6. lib. de Tri. S.S. est summa charitas utrunq; coniungens, nosque subiungens. Ca. 11 Capis

ERminata parte illa, in qua agit de significatione horum noĩum similis & æqualis: hic icipit scda pars ĩ qua agit de horũ noĩum appropriatione: & hẽt hæc pars duas partes. In prima assignat appropriationes. In scda mouet & soluit dubitationẽ, q̃ ex hmõi appropriatione hẽt originẽ, infra dis. 32. *Hic oritur quæstio ex prædictis deducta. &c*] Prima pars diuidit ĩ duas partes. In prima assignat appropriata fm Hil. In scda fm Augustinum, ibi. *Illud etiã scire oportet quod earũdẽ &c.*] Prima pars hẽt tres. In prima assignat Hilarius appropriationẽ & eius explanationẽ p̃ p̃ sui obscuritatẽ. In scda ostendit, q̃ illa, q̃ Hilarius assignat, non sunt ꝓpria: sed appropriata, ibi, *Non. n. secudũ præmissam expositionẽ &c.*] In tertia uero ostendit, q̃ illa, q̃b. hæc appropriat, sunt propria. Appropriatio. n. est cõis respectu proprii, & hoc facit ibi. *Propria igitur personarum &c.*] Sit scda pars in qua assignat Magr̃ appropriationẽ Aug. hẽt duas. In prima ponit ipsam appropriationẽ. In scda ponit eius expositionem. *Sed plurimos monet quod patri attribuit &c.*] Et hæc pars habet tres fm illa tria appropriata. In prima ostẽdit qualiter patri appropriatur unitas, ostendens ẽt incidentaliter. qualiter aliqua dr̃ unũ, ibi. *Hic dici oportet etc.*] In scda uero ostẽdit, qũo filio appropriatur ęqualitas, ibi. *Nunc uideamus qualiter æqualitas &c.*] In tertia uero ostẽdit, qũo s.s. approprietur cõcordia, ibi. *Quod aut in s.s. dicitur esse utriusq; concordia &c.*]

NOn est igitur hic prætermittẽdũ &c] Cũ Magr̃ agat de appropriatione dist. 24. & de appropriatis dist. 25. usq; ad finẽ, uidetur q̃ male situet hic tractatũ de appropriatione. R. Dicendum, q̃ duplici de causã ponit hic Magr̃ tractatum de appropriatione. Vna est, quia egerat de nominib. q̃ dr̃ relationẽ fm relationẽ cõem, fm quã appropriatio attendit, sicut sunt similis, & æqualis, & ita incidenter hæc pars hic introducitur. Alia ratio est, quia appropriata faciũt ad euidentiam propriorũ: & ideo statim post tractatum de propriis, egit de appropriatis & hoc maxime prout faciũt ad euidẽtiã propriorũ, ideo de his agit hic q̃ nõ dr̃ respectum ad creaturas. Infra uero agit de his appropriatis q̃ respectu ad creaturas dr̃, & ita patet distinctio huius partis ab illa: unde tria appropriata Hilarii manifestãt p̃sonarũ emanationẽ. Tria uero appropriata Aug. nobis manifestãt p̃sonarũ ordinẽ, si qs inspiciat. Dub. 1

Imago est eius rei, ad quam imaginatur, species indifferens, &c.] Primo ur̃ quod rõ ista, quam Hilarius ponit in notula, non sit cõuertibilis: quia totum ur̃ cõueniret s.s. Itẽ species aut accipit̃ p̃sonaliter aut essentialiter. Si essentialiter: ergo idẽ sensus est q̃ est species indrens, q̃ esset ẽt si dicere rẽ essentia indrens: sed hoc conuenit patri, nõ tm̃ filio. Itẽ essentia nõ dr̃ ut alicuius, sed stat pro p̃sona: ergo idẽ sensus est species indrens, q̃ est cum dicit̃ persona indifferens, hoc autem falsum. Dub. 2.

Imago ergo est res ad rem coæquandam, &c.] Vr̃ hoc falsum: qa frequenter imago non coæquat̃ ei cuius est imago. Itẽ, si est ad rẽ coæquandam, tunc uidetur esse æqualitas, non similitudo. Item ur̃ falsum dicere cum dicit, indistincta similitudo, qm̃ oĩs imago & similitudo distinguit̃ ab eo cuius est imago. Itẽ, cum unius rei una sit diffinitio, q̃ritur qũo differenter istę rões assignent̃. Dicendum q̃ hic diffinit imago in creata, prout est proprium solius filii, & sic semper dicit respectũ ad patrem, & ideo in prima ratione ponitur ingenitus ut in ratione principii, in secunda, ut in ratione termini, quontã imago debet comparari ad patrem, nõ solum tanquam ad aliquam rẽ, siue ad quid, siue in quid ducit: sed etiam a quo emanat: & ita patet harum diffinitionum ratio & ordo. Et prima ratio tres conditiones continet. Per primam notatur filius esse ab alio, Dub. 3.

cum dicitur, imago eius rei ad quam imaginatur, & per genitiuum, & uerbum quod est passiuum. Per secundam notatur qd̃ est secundum modum expressum emanandi, scilicet per hoc q̃ dicitur, species, quæ includit perfectam similitudinem cognoscendi. Per tertiam uerò notatur quod sit indifferens secundum substantiam, s. per hoc quod est, indifferens. Et per primam conditionem differt a patre, & ab essentia, per fm a s.s. & per tertiã ab imagine creata. Et per hoc qd̃ est, species, & si de se sit essentiale, tamen accipitur hic ut tractum est ad personam: & indifferens non dicit indistinctionem in hoc nomine, species sed ĩ substantia. Et sic patẽt obiecta de ratione prima. Hac uisa similiter patet rõ secunda quæ datur in comparatione ad ipsum patrem ut ad terminum, & hoc patet cum dicitur, ad rem coæquandã rei, idest personam filii personæ patris: & per hoc excludit̃ p̃sona patris: & per hoc quod dicitur, imaginata, excluditur persona s.s. per hoc quod dicitur, in differenta, excluditur ipsa imago creata. Et indifferens non dicit indifferentiam personalem: sed solum essentialem. Ad illud ergo quod obiicitur de æqualitate, dicendum quod illud est necessarium de creata imagine. Et rursus, quoniam imago dicit de ratione sui nominis qualitatem In quantitate, ideo prima dicitur similitudo ad rem coæquandam, idest similitudo secũdum quam res coæquatur rei.

Et quia imago, &c.] Quæritur de differentia horum trium Dub. 4.

nomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominum quæ attribuit, scilicet speciem, naturam, & essentiam, quomodo hic distinguuntur. Dicendum, ꝙ uniuscuiusque forma substantialis & completiua, dicitur species, natura, & essentia, & hoc secundum triplicem considerationem. Potest.n. considerari in se, & sic dicitur essentia. Potest considerari in comparatione ad operationē propriā, & sic dicitur natura. Potest iterum considerari in comparatione ad nostram cognitionem, & sic dicitur species. Speciem ergo habet imago auctoris, eo quod similitudo est eius. Naturam autē habet: qa similitudo genita uel imaginata naturaliter. Essentiā uero: quia similitudo indiscreta per substantiam.

Ars quædam omnipotentis, &c.] Dub.5. Videtur male dicere quod uerbum dei est ars quædam omnipotentis & sapientis dei: quia unusquisq; nō intellecta arte est iners: ergo si filius est ars patris, non intellecto filio esse, pater est iners: ergo uidetur quod rationabiliter operari habeat pater a filio suo. Resp. Dicendum ꝙ faciē da est uis in uerbo: quia non dicit, quod sit ars simpliciter: sed quod sit ars quædam: quia non est ars qua pater nouit: sed ubi nouit: non est ars patris qua pater sit sapiens: sed quæ est a patre sapiente, per quam pater omnia operatur. quia omnia produxit per filium. Et notandum qđ eum ars includat & intētionem uirtutis & sapientiæ, & similiter uerbum, tamen differenter: quia uerbum dicit emanationem & & respectum: ideo est proprium, ars autem appropriatur.

Ingenitus largitate, atque proprietate, &c.] Obiicitur: ergo secundū hoc uidetur quod omnibus donetur s.s. Respon. Dicendum, ꝙ s.s. non dicitur dari ratione cuiuslibet effectus: sed proprie ratione eius qui facit s.s. haberi, & ita inhabitare in aliquo ut in tē plo, & quia huiusmodi rationalis creatura capax est, & solt iusti capiunt, ideo patet quod illis solis, spiritus. s. datur. Ideo autē spiritus s. dicitur, ꝙfundere ceteras creaturas, non quia ei attribuatur actus creandi: sed quia attribuitur ei actus conferendi.

Si ipsum innascibilem, ex sine principio dicat filium, &c.] Videtur qđ Hilarius non dicat bene. Quia qui dicit duos innascibiles, dicit duos deos: quia innascibilitas in diuinis non est proprietas essentiæ sed personæ: ergo non sequitur, quod si sint duo innascibiles, quod duæ essentiæ: sed quod duæ personæ. Item. Innascibilitas dicit priuationem eius, quod est natus, unde tantum ualet innascibilis, quantum non filius: sed non sequit, sunt duo filii in diuinis: ergo duo dii: ergo pari ratione non sequit, sunt duo innascibiles: ergo duo dii. Resp. Dicendum, ꝙ innascibilis, sicut supradictum est, priuat, siue negat esse ab alio, & ex hoc ponit tantum plenitudinem in illo qui innascibilis dicitur, & ex utraq; parte concluditur, quod si sint duo innascibiles, quod sint duo dii. Sequit enim, sunt duo, quorum quilibet non est ab alio: ergo non distinguuntur per originem: ergo necesse est quod distinguantur per substantiam.

Item, si sunt duo, in quorum quolibet est totalis plenitudo: ergo quilibet potest esse trinitatis principium, & principium totius deitatis, sicut dicitur de patre; sed si principia sūt distincta, & principiata: ergo si quilibet est principium totius deitatis, & sunt duo: ergo duæ deitates. Quamuis ergo ingenitus non sit proprietas substantiæ, sed personæ: quia tamen est primæ personæ, & in unica persona non potest esse nisi una innascibilitas: ideo de necessitate ponit deorum diuersitatem.

Caput enim omnium filius est, &c.] Dub.7. Videtur male dicere: quia aut dicitur caput ratione deitatis: aut ratione conformitatis in natura. Si ratione deitatis, eadē ratione spiritus sanctus potest dici caput. Item, si Ratione deitatis tunc filii caput non potest dici deus: quia caput superexcellit, & maioritatem nobilitatis tenet quam non habet pater respectu filii. Si tu dicas, quòd caput non dicit nobilitatem, siue superexcellentiam, Obiicitur ex litera sequenti, ubi dicitur ꝙ hoc gradu omnia differunt: sed constat, quia inter patrem & filium ratione deitatis non est gradus: ergo non potest accipi ratione deitatis. Si ratione conformitatis, filius cum non habeat conformitatem in natura cum omnibus, sed tantum cum hominibus, non erit caput omnium. Respon. Dicendum, quòd caput (secundum ꝙ proprie accipitur) importat rationem influentiæ, & conformitatis naturæ: ideo dicitur Christus caput esse totius ecclesiæ: sed Hila. extensiori modo accipit, prout caput dicit originale principium: & quoniam deus pater est principium filii, & filius principium omnium, ita ꝙ filius producitur, & producit, ideo caput est, & habet caput. Sed pater quoniam caput non habet, cum sit innascibilis, est caput omnium, & ideo dicit fontale principium: a quo omnia, & in quem omnia per filium reducuntur: & in hac reductione gradus est, comparando creaturas ad filium: sed ultra comparando filium ad patrem; non est gradus: sed ordo, & origo. Et ideo Hila. non dicit his gradibus: sed hoc gradu. Quod obiicitur de spiritu sancto, dicendum ꝙ ipse s.s. cum procedat a filio, ꝙ filium cum aliis ad patrem reducit, & propterea filio appropriatur reductio.

Vt sint quidem per substantiam tria, &c.] Videtur hęc confessio fidei non esse conueniens: quia Dub.8. de tribus hominibus concordātibus potest illud dici ꝙ per substantiam sunt tria, per consonantiam uerō unum.

Quia cognominato spiritu sancto, idest paracleto, &c.] Videtur Dub.9. illud falsum, ꝙ debeat dici per consonantiam propter s.s. quia s.s. est eiusdem essentiæ cum patre, sicut filius. Respon. Dicendum ꝙ sicut Hila. intendit ostendere catholicam patrum confessionem cum dixerunt ꝙ sunt per substantiam tria, per consonantiam unum sancti patres nolentes elidere hæresim Sabellianam, quæ eludebat, idest euertebat ueritatem patris & filii per nominationem solum, quam docebat ibi esse, non rem, confessi sunt adeo expresse pluralitatē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut minus expresse confiterẽtur essentiæ unitatem. non tamẽ re cesserunt a ueritate: quia ꝙ tria, tres res intelliguntur i. tres hypostases: per substantiam uero, non usia intelligitur, sed persona: & ideo ex hac parte uerum dixerunt. Ex parte consonantiæ similiter uerum dixerunt, & irreprehensibiliter. Nam sicut per patris & filii nomẽ innuitur unitas naturæ, quia filius est connaturalis patri. ita per ſ.ſ. qui est amor, datur intelligi unitas consonãtiæ, & ideo uerbum hoc nõ habebat calumniam, & propter hoc ipsum dixerunt, & hoc uult dicere Hila. cum dicit ꝙ potius consonantiæ quam essentiæ: nõ quia utrunque non sit uerũ, sed quia hoc est expressius, & habet minorẽ calumniã: Tamen adhuc sequitur illud, ꝙ si pater & filius unum ex se producũt spiritum, ratione cuius est ibi unitas per consonantiam; necesse est, ꝙ unitatem habeant in essentia.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An imago in diuinis secundum substantiam, uel secundum relationem dicatur?

AD intelligentiã eorũ quæ dicũtur in hac parte, duo principaliter quæruntur. Primo quæritur de appropriatione Hila. Secundo de appropriatione Augustꝰ. Et quantum ad primũ quæruntur tria. Primo quæritur utrum imago dicatur in diuinis secundum substantiam, an ſm relationem. Secundo, dato quod secundũ relationẽ, quæritur utrum imago sit proprium filii. Tertio, quæritur de ratione appropriationis illorũ trium ſ. æternitatis, speciei, & usus.

QVOD imago dicatur secundum substantiam ostenditur hoc modo. Hil. 4. de Trinit. Deus ad cõem sibi cũ deo imaginem, eandemque similitudinẽ reperit hominẽ operari. ITEM. Beda super illud. Faciamus hominem &c. In hoc ꝙ dicit imaginẽ, notatur una & æqualis substantia Trinitatis: ergo imago est pertineat ad cõitatẽ & unitatẽ substantiæ, dicitur ſm substantiam. ITEM. Hocipsum uidetur ratione: quia illud idẽ, quod dicit exemplar actiue, dicitur imago passiue: sed exemplar in diuinis dr̃ secundum substantiã, nõ secundum relationem: ergo &c. ITEM. Imago consistit in repræsentando aliquid non tm̃ in substantia, sed ẽt in distinctione, & ordine distinctorum: si ergo in diuinis non cadit distinctio in una persona, necesse est ꝙ in diuinis attendatur imago secundũ ꝙ unitas essentiæ est in tribus psonis: ergo non notionaliter, sed essentialiter dicitur imago in diuinis.

CONTRA. Aug. de Tri. Quid absurdius quã imaginẽ dici ad se? sed omne quod dr̃ ſm substãtiam dicitur ad se: ergo cũ imago non dicatur ad se, nõ dicitur ſm substantiam. ITEM. Hila. 4. de Trin. Imago sola nõ est: ergo imago in diuinis est cũ alio, sed essentia nõ est cũ alio: ergo &c. ITEM. Hocipsum ut per diffinitionẽ imaginis: quia Hila. dicit, ꝙ imago est rei ad rem coæquatio: sed res, quę coequatur rei, est persona: ergo imago est personę ad personam: sed quod dicit respectũ ad alterum, dicitur ſm relationẽ: ergo imago. ITEM. Hoc uidetur per etymologiã. Imago enim dr̃ quasi imitago: ergo ubi est ratio imaginis, ibi est imitatio: sed diuina essentia non imitatur aliquid: quia omne tale est ab aliquo: ergo imago non dicitur secundum substantiam, uel essentiam.

Lib. 5. cap. 11. medio. Tom. 3

Lib. de Synod.

RESOLVTIO.

Imago in diuinis notionaliter siue relatiuè dicitur, secundum relationem personæ ad personam.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut exẽplar ſm proprietatẽ uocabuli dicit expressionem per modũ actiui: unde exemplar dicitur, ad cuius imitationem fit aliquid: sic econtrario, imago per modum passiui: & dr̃ imago quod alterũ exprimit, & imitatur. Et hoc modo accipitur imago dupliciter, ſm ꝙ duplex expressio, scilicet uel in naturę unitate, uel in naturæ diuersitate. In naturæ communitate, siue unitate, sicut filius Imperatoris dicitur imago patris. In naturę diuersitate, sicut imago Imperatoris est in nũmo. Sic respectu uel dr̃ imago per expressionẽ ſm identitatem naturę: & sic est imago increata: & dicitur notionaliter, siue ſm relationẽ: quia imago dicit emanationem, emanatio autem in unitate naturæ non est nisi personæ. Dicitur etiam imago p expressionẽ in diuersitate naturæ: & sic dr̃ imago creata respectu totius Trinitatis: Et sic patet, ꝙ imago in diuinis accepta dr̃ ſm relationẽ personæ ad personã: & hoc ſm uocabuli proprietatẽ: sicut pbãt rõnes ad hoc inductę. Sed qm̃ cõtingit abuti nomine exẽplaris, ut ẽt dicat exẽplar, qđ ad imitationẽ alterius fit: sic ecõtrario contingit abuti imagine, ut dicatur imago, ad cuius expressionẽ fit aliquid: & sic cũ creatura fiat ad expressionẽ unius essentię i Trinitate psonarũ, põt dici imago de tota Trinitate, & sic dr̃ imago imaginans: cũ de rõne nois dicat imaginatũ, sicut exẽplar dicit exemplatũ abusiue, quãuis exemplar sit exẽplans: & ſm istum modũ dicit accepisse Hilarius: & Beda, ut dicit Magister. 16. Dist. 2. Lib. Tm̃ põt dici, ꝙ uterque loquit de imagine creata; quæ cum sit respectu unius essentiæ, est communis imago trium personarũ, & indicat unitatem substantiæ in tribus. Vnde nunquã imago pure dicitur ad se, qa semper dicit respectũ uel ad aliam personam, uel ad creaturam, siue creaturę ad diuinam naturam. Nunquã ẽt dicitur purè ſm substantiã: quia semper notat uel distinctionẽ interius, uel exterius. Vnde imago nõ dicitur essentia simpliciter, sed essentia ut in tribus psonis cõsiderata. Tamẽ proprietatem sermonis seruando, imago dicitur tcdm relationem personalem, prout dicitur imago æterna. Et concedendæ sunt auctoritates, & rationes ad hoc. Ad auctoritates in oppositum patet responsio.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, quòd exemplar dicitur essentialiter, ergo &cæt. Dicendum, ꝙ non est simile: quia tota Trinitas est principium. Et ideo quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia exemplar rationem producentis dicit: unde secũdum substantiam dicitur, & conuenit toti trinitati; sed non tota trinitas est principiata: & quia imago dicit ratione producti proprie, ideo non conuenit toti trinitati, nec dicitur secundum substantiã. AD ILLVD quod obiicitur, q̃ ad hoc quòd sit imago, debet exprimere distinctionem & ordinem. Dicendũm, q̃ illud uerum est in imagine, quæ est imago rei habentis distinctionem & ordinem, sicut habet homo in partibus, & tota trinitas in personis: sed cum res cuius est imago, nõ habeat distinctionẽ, utpura una persona, non oportet sic exprimi. Vel potest dici, q̃ illud uerũ est, quando imago substantialiter differt. Tũc enim ad hoc qđ expresse exprimat, necesse est imitari in conditionibus consequentibus substantiam; sed cum imitatur in eadem forma substãtiæ, non oportet.

QVAESTIO II.

An imago in diuinis proprie de filio dicatur?

VTRVM imago sit proprium filii. Et quod sic, uidetur per Hilarium ī propositã appropriatione. Aeternitas in patre, species in imagine, usus in munere: pater dicitur proprie: similiter munus: ergo si recte ponuntur, ex æquo imago dicitur proprie de filio. ITEM. Augu. 6. de Trin. Solus filius est imago patris: & cò expressiùs filius, quò imago, & uerbum: ergo secundum hoc cum filius dicat personalem relationem, patet &c. ITEM. Imago est similitudo expressa, & in diuinis similitudo expressissima: sed similitudo expressissima nõ potest esse plurium distinctorum: si ergo filius est ab uno, s. s. æqualiter a duobus: ergo non poterit esse imago. ITEM. Imago in diuinis attenditur secundum imitationem personæ, non essentiæ: quia non est imago essentiæ, sed personæ: ergo ad hoc quod una persona sit imago alterius, necesse est quod illam imitetur in eo quod respicit personam, ut personam: sed emanatio uel productio respicit personam ut personam: nam productio creaturæ respicit subam: Cum ergo solus filius imitatur patrẽ in productione psonę, solus filii est imago.

CONTRA. Dama. dicit quod s. s. est imago filii: ergo non est filii proprium esse imaginem. ITEM. Hoc uidetur per utranq; diffinitionem Hila. & prima est. Imago est eius rei, ad quam imaginatur species indifferens: sed hoc conuenit spiritui sancto: ergo & imago ITEM. Hoc uidetur per rationem: quia ad imaginem ista duo sufficiunt, scilicet imitatio secundum similitudinem, & secundum æqualitatem: sed hæc duo est recipere in persona s. s. ergo &c. ITEM. Sicut filius procedit a patre, ut exprimẽs patrem, ita s. s. a filio, ut exprimẽs filium: ergo quẽadmodũ est imago filii: ergo & filius patris, ita s. s. est imago filii.

Li. 6. et 7. de Trini. c. 2. Tom. 3.

Li. 4. de Trin. c. 20. Tom. 3.

Li. 83. q. 74.

Aug. 6. de Trin. c. 10. Tom. 3.

Hilar. li. 2. de Trin. Tom. 2.

Li. 6. de Trin. c. 2. Tom. 3.

Li. 1. de fide ortho. c. 8.

Hilar. li. 2. de Trin. Tom. 2.

Aug. 6. de Trin. c. 10. Tom. 3.

Li. 83. q. 74.

Li. 6. de Trin. c. 2. Tom. 3.

Li. 4. de Trin. c. 20. Tom. 3.

RESOLVTIO.

Cum imago in diuinis dicat expressionem in summo, & unius ad unum & secundum omne modum: tunc de filio tantum dicitur.

RESP. Dicendum, q̃ imago in diuinis non tñ dicit expressionẽ personę: sed etiam expressionem in summo. Expressio autẽ in summo duo ponit, scilicet q̃ sit unius ad unum, & q̃ sit secũdum omnem modum. Quod sit unius ad unum, ponit per hoc, q̃ illud quod per superabundãtiam dicitur, uni soli conuenit, & si sit essentiale, essentiæ: si personale, personæ. Nam unum in summo, non potest exprimere plura, uel plures unum: unum in quam in quo nulla est diuersitas. Similiter unum summe nõ põt exprimi a pluribus, ut plures sint: quia tunc omnino differentes essent. Ponit etiam aliud, uidelicet, ut sit expressio secundũ omnem modum. Nam si ex aliquo respectu nõ habet exprimere, non exprimeret summe. Propter primam rationem solus filius est imago: quia solus ab uno procedit, spiritus autem sanctus a duobus, & ideo æqualiter utrũque exprimit, & neutrum in summo. Propter secundam rationem, solus filius est imago: quia secũdum omnem respectum habet rationem exprimendi, & in quantum comparatur ad illum a quo est, & in quantum comparatur ad illum qui ex ipso est. In quantum comparatur ad illũ a quo est: quia exit per modum naturæ, & ita per modum uerbi, & speciei, & per modum similitudinis expressæ. In quantum comparatur ad illum qui est ex eo: quia omnia, & eodem modo spirat filius, ut pater: spiritus sanctus autem in nullo horum conuenit, ideo ratio imaginis est in solo filio: quia ab uno tantum procedit, & quia per modum naturæ: quia etiam consimiliter producit sanctum

spiritum. Media tamen ratio: q̃a per modum naturę, est ratio propria, aliæ uero faciunt ad congruitatem. Concedendum igitur, quòd solus filius (proprie loquendo) est imago: & eo quo filius, eo est imago, & eo ipso uerbum: & filius dicit solum respectum ad patrem; imago principaliter ad patrem; sed consequenter respectum ad aliam personã: uerbum principaliter respectum ad patrem, & consequenter respectum ad creaturam: unde eadem notio sunt ipsius filii: tamẽ alio, & alio modo significata, unde non est superfluitas.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur de Damasceno, dicendum, q̃ Damascenus fuit Græcus: Græci autem non ita proprie accipiunt rationem imaginis, ut Latini: quia nec de origine personarum sic sane intelligunt. Vel potest dici, quòd sermo Augustini, & Damasceni causaliter intelligitur: quia reformat nos ad imaginem Christi. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ diffinitio imaginis conuenit spiritui sancto: dicendum, sicut infra patebit, q̃ *Lõ. seq.* species, ut ibi accipitur, conuenit soli filio. AD ILLVD, quod obiicit de assimilatione, & æqualitate, dicendũ q̃ filius non dicitur imago propter assimilationẽ in substantia, sed propter modũ emanandi: & hic nõ habet spiritus sanctus expressissimã similitudinem, nec cum filio, nec cum patre: ideo nullius est imago.

QVAESTIO III.

An æternitas approprietur patri, species imagini, & usus muneri?

VTRVM æternitas approprietur patri, species imaginis, & usus

Universidad de Deusto
Biblioteca

usus muneri. Videtur q̃ non sit bona appropriatio Hilar. qa oẽs diuinæ ꝓsonæ simul ẽternę sunt, & coæquales, & æternitas abstrahit ab actu personæ: ergo non est appropriabilis. ITEM. Queritur quare species appropriatur imagini Aut.n.sumit ibi speciem, ut species dr forma: aut pulchritudo. Si forma, sed sicut natura nulla est appropriabilis, sic nec species. Si autem pulchritudo, sed pulchritudo imaginis refert ad pro totypum: ergo ad patrẽ: ergo illi debet appropriari. ITEM. Dionysius dicit, q̃ bonũ, & pulchrum idem est: ergo cum bonitas sit appropriabilis spiritus sanctus: ergo & pulchritudo. ITEM. Hilarius dicit, quòd oportet imaginem habere esse tiam, & naturam, & speciem auctoris: quare ergo magis diffinit imaginem per speciem, quàm aliquod aliorum? ITEM. Non est utendum deo, sed solũ creatura: ergo usus nulli personæ est appropriabilis: ergo nec spiritus sanctus.

Lib. 2. de Tri. paulò post initium.

Dion. Lib. de diuin. nomi. par. 1. ca. 4. post medium.

RESOLVTIO.

Æternitas appropriatur patri, quia sine principio. Species filio quia per modu naturæ emanãs. Vsus spiritui sancto: quia per modum uoluntatis, & amoris.

RESP. Dicẽdũ, q̃ illa appropriatio Hilarii fuit ad explicandum personarũ originẽ, siue emanationem: qm̃ ergo persona patris emanatione, & origine caret: ió id debuit ei appropriari, qđ importat priuationẽ principii. Tale aũt est hoc nomen, æternitas. Aeternũ.n.est qđ principio caret: & licet dr suo nomine nõ dicat nisi priuationẽ initii durationis, per appropriationẽ tñ dicit priuationem omnis principii: & sic patet prima obiectio. Spiritus uero sanctus procedit per modũ uoluntatis, & amoris: & ita debuit ei appropriari nomen quod actũ exprimit uoluntatis, hoc autẽ est hoc nomẽ, usus. Nã uti est assumere aliquid in facultatem uolũtatis, siue ad utendum, siue ad fruendum. Quoniã ergo assumptio ad fruendũ est per amorẽ, similiter ad utẽdũ: quia amor est pondus, & ordo: ió usus rectè appropriatur. ſ ſ. Et sic patet ultimò quæsitum, scilicet q̃ usus accipitur hic non prout diuidit contra fruitionem, sed prout dicit amoris cõplexum, & actum liberum, Filius uero emanat per modum perfectæ, & expressæ similitudinis. Nam natura producit sibi simile, & æquale, & quia habet in se rationẽ expressę similitudinis: ideo & cognitionis: qa expressa similitudo est ratio cognoscendi: & quia per modum perfectæ similitudinis, & rationis, habet in se rationem cognoscendi, & exemplar omnis: inde est quòd habet rationem perfectæ pulchritudinis. Quia enim est perfecta, & expressa similitudo: ideo pulcher est in cõparatione ad eum quem exprimit. Qui autem rationem cognoscendi habet, & non unius tantũ, sed totius uniuersitatis: ideo pulchrum, & pulcherrimus i se mundum mente gerens, pulchritudinem habet in comparatione ad omnem pulchritudinem extraneam. Ex his duobus relinquitur perfectissima pulchritudo. Sicut enim dicit Augustinus

Pulchritudo non est aliud, quã æqualitas numerosa. Quoniam igitur in comparatione ad patrem habet pulchritudinem æqualitatis: quia perfecte exprimit sicut pulchra imago: in cõparatione uero ad res habet omnes rationes, secundum quòd dicit Augustinus quod est ars prima omni ratione uiuentium: ita patet q̃ in filio recte reperitur ratio oĩs pulchritudinis. Eo igitur quo filius per modum naturę emanat, habet rationem perfectæ, & expressæ similitudinis. Eo q̃ habet rationem perfectæ similitudinis, habet rationẽ cognitionis: & ratione utriusque habet rationem pulchritudinis. Quoniam igitur nomen speciei importat similitudinẽ, & importat cognoscendi rationem, & importat pulcritudinẽ, ut species quidem prima digna est imperio: ideo elegantissime appropriatur filio. Patet ergo quare illud nomẽ magis appropriat Hilar. filio quàm aliud, quare etiam magis diffinit imaginem per illud nomen quam aliquod aliud.

Super Ioã. c. 1 & 6. de uer. c. 10

Ex ipso Augu. Lib. de Trini. Prosper sen. de spem.

AD ILLVD, ergo quod obiicitur, q̃ pulchritudo imaginis refertur ad prototypum. Dicendum, q̃ uerum est: sed tamen aliter refert honor, aliter pulchritudo. Quia honor imaginis, siue picturæ ita refertur ad prototypum, quod in ipia non est secundum se honor, sicut patet si honoretur iconia beati Nicolai: sed pulchritudo ita refertur ad prototypum, quod nihilominus est in imagine pulchritudo non solum in eo cuius est imago. Et potest ibi reperiri duplex

rõ pulchritudinis, quamuis in eo cuius est, non nisi una inueniatur: quod patet, quia imago dicitur pulchra quando bene protracta est, dicitur etiam pulchra quando repræsentat illum ad quem est. Et quòd ista sit alia ratio pulchritudinis, patet quia contingit unam rem esse pulchram aliter quam aliã: quemadmodum dicitur iconia Beati Nicolai pulchra, quia decorem illius repræsentat, & tunc placida est: & imago diaboli pulchra, quando bene repræsentat fœditatem diaboli, & tunc fœda est. Et ideo Hilarius approprians speciem, siue pulchritudinem filio, magis appropriat sub nomine imaginis quàm sub nomine filii. AD ILLVD, q̃ obicitur, q̃ idem est bonum, & pulchrum. dicendum q̃ Dionysius non uult dicere quod sint unum ratione, sed quòd sint unum re: sed quoniam ratione differunt, ideo alicui potest ita appropriari unum, cui non approprietur alterum, &c.

Lib. de diuinis nominibus pa. 1. c. 4. post medium.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An deus unum cum creatura esse, dici possit.

CONSEQVENTER est quæstio principalis de appropriatione quã facit Beatus Augustinus quæ est in patre unitas, in filio æqualitas, in ſ l. unitatis, æqualitatisq; concordia. Et ita hic quæritur tria. Primo, quæritur utrum deus possit dici esse unum cum creatura. Secudo ut cum creatu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra possit dici unum cũ alia creatura. Tertio de ratione appropriationis illorum trium.

QVOD deus possit dici esse unum cum creatura, ostenditur per auctoritatem Apostoli. 1. Corint. 6. Qui adhæret deo, unus spiritus est: si unus spiritus, ergo unum ens, & una res: & si hoc: ergo unum. ITEM. Homo, qui adhæret deo, unus spiritus est: aut ergo creatus, aut increatus. Non creatus: quia deus non est creatura: ergo ad minus increatus: sed spiritus increatus est omnino unus: ergo homo adherendo deo, est simpliciter unum cum deo. ITEM. Magis vnitur mediũ extremo, quam extremum extremo: sed 1. est medium uniens uiros iustos, & uiri iusti per ipsum uniti sunt. Vnde Ioan. 17. Vt sint unum, sicut & nos unũ sumus: ergo iustus uir cum spiritu sancto potest dici unum. ITEM. magis unitur membrum capiti, q̃ membrum cum membro: ergo cum Christi membra sint unum in Christo, multo fortius membrum est idem capiti: sed Christus est caput non tantum secundum humanitatem: sed ẽt ſm diuinitatem: ergo &c.

CONTRA. Ex illo uerbo qđ dicitur Io. 10. Ego & pater unũ sumus impugnant sancti hæreſm Arrianam, & maxime Augustinus, ex hoc concludens Arrium errare, qui dicit filium alia habere naturam. Si ergo ratio Augustini bona est, unum dicit unitatem in natura, sed tali modo non est unum creator cum creatura: ergo &c. ITEM. Hoc uidetur alia ratione: quia quæ maxime distant, minime sunt unum: sed creator & creatura maxime distant: ergo non possunt simpliciter dici unũ. ITEM Si sunt unu: ergo aliq dynũ: sed si aliquid unũ sunt, ergo Deus, & creatura hñt aliqđ cõe, & sic hæc uniuocantur in aliquo: ergo cum uniuocum simplicius sit, quàm quæ uniuocantur in ipso, aliquid est simplicius deo. ITEM. Sideus & creatura sunt unum, cum in infinitũ differt à qualibet, qua ratione dicitur unum cum una, & cum qualibet? sed quæcunque uni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, ergo secundum hoc omnia sunt unum.

Vide 1. Tri. 5.

1. Phy. tex. 15

RESOLVTIO.

Nequaquam absolutè: sed cum determinatione, puta, unus spiritus.

Vide Tri. 5.

RESP. Dicendum, quod sicut dicit Augustinus, ad hoc q̃ aliqua sint unum, non sufficit conformitas uoluntatis: sed necesse est præsupponi conuenientiam in natura: cum ergo deus, & creaturę summe differant in natura, ideo non debent dici unũ: sicut probant rationes ad hoc inductę: quia uero uir iustus cõformatur per charitatem uoluntati diuinæ, & ei adhæret magis q̃ alicui, recte dicitur unum cũ determinatione, ut puta unus spiritus. Spiritus n. uoluntas dicitur, & amor: unde qui adhæret Deo, unus spiritus est, quia unius & cõformis uoluntatis est.

ADILLVD, quod obicitur, est unus spiritus: ergo una res. Dicendum, quod ibi est fallacia secundum quid, & simpliciter. Nam, unus, distrahitur à rõne sua per hoc quod est, spiritus, & dicit

dicit ibi unitatem non per indiuisionem siue unitatem naturę, sed per conformitatem uoluntatis. AD ILLVD, q̃ obicitur, aut unus spiritus creatus, aut increatus, &c. Dicendum, q̃ nec creatus, nec increatus. Nam spiritus, non stat ibi pro substantia sed pro actu uolũtatis: & unus, non importat nisi cõformitatẽ affectus humani ad diuinam uoluntatem: sic ad diuinum amorem: quia amor trãsformat amãtem in amatum. AD ILLVD, qđ obicitur, quod spiritus est medium uniẽs, Dicendum, q̃ unit quantũ ad uoluntatem: sed non quantum ad conformitatem naturæ & non dicitur unum nisi ratione conformitatis uoluntatis solum: ideo non ualet: quia ligamen spiritus non est tota causa, q̃ sint unũ. AD ILLVD, q̃ obicitur, q̃ membra Christi sunt unum, Dici potest q̃ membra Christi non dicuntur unũ simpliciter, sed unum corpus, & sic etiam Christus est unum commembrum, sed hoc est rõne humanitatis assumptæ, &c.

Vide Tri. 5.

Tri. 5.

in fine

QVAESTIO II.

An creatura cum creatura simpliciter unum dici possit.

VTRVM vna creatura posset dici unum cum alia. Et q̃ sic, ostenditur hoc modo. Apostolus 1. Cor. 3. Qui plantat, & qui rigat unum sunt: sed alius erat plantans, ut Paulus: alius rigans, ut Apollo: ergo secundũ hoc patet q̃ omnis creatura potest dici unum cum alia. ITEM. Augusti. dicit (& Magister ponit in littera) q̃ recte dicuntur unũ, q̃ cõueniũt in natura, & uoluntate: sed hoc hẽt una creatura cum alia: ergo &c. ITEM. Dominus Mat 19. Itaque iam non duo: sed una caro: hęc dicit de uiro, & uxore: sed si sunt, & nõ sunt duę, ergo sunt unum: ergo uir cum uxore potest dici unũ, & sic &c. ITEM. Ab unitate principii materialis uenit unitas simpliciter, quę est unitas numero: sed corpus est materiale principium in homine, qui autem adhæret meretrici, unum corpus efficitur, sicut dr. 1. Cor. 6. Ergo unum simpliciter. & sic &c.

Arist. 5 meth. c. de uno. te. 12.

13. 6. q. 1.

CONTRA. idem simpliciter dictũ, stat pro eodem numero: ergo unũ simpliciter dictũ, stat pro uno numero: sed duę creaturæ non sunt unum numero, quantumcunq; conueniunt: ergo non debent dici unũ. ITEM. Si aliqua dr unum pp conuenientiam in natura: tunc ergo cum homo, & asinus conueniãt in natura, sunt unum, quod nõ conceditur. SI DICAS, q̃ ultra requiritur cõformitas uoluntatis. Contra, Cum ergo uiri peccatores conueniant & in natura, & in uoluntate: ergo debent dici unum: & cum non dicant, non sufficit ergo cõformitas naturæ, & uoluntatis. ITEM. Si homo ex coniunctione meretricis fit unum, cum omnis unitas sit a prima unitate, hęc unitas erit a prima unitate: sed talis unitas est detestabilis: ergo prima unitas facit unitatem detestabilem ergo ipsa est uituperabilis.

RESOLVTIO.

Et quidem si natura, uoluntate, & ratione conformes fuerint: Quod si altera harum conditionum defuerit, totum illico peribit.

RESP. Dicendum, q̃ duę creaturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ distinctæ non possunt habere unitatem, nisi per conformitatem: quælibet autem conformitas non facit dici unum simpliciter: sed illa quæ est conformitas simpliciter, non secundum quid: ad plenam autem conformitatem requiritur triplex cõformitas. s. in natura, in uoluntate, & in operatione: & qñ illa tria cõcurrunt ad aliqua duo, dicuntur unum. Sicut Paulus, & Apollo in natura erãt conformes: quia uterq; homo: in uolũtate similiter, quia uterque salutem fidelium cupiebat: actione similiter, quia uterque ad eam procurandam se exercebat, ille plantando, & ille rigando, & utraque actio conformis: quia utraque erat per diuini uerbi prædicationem. Verbum enim diuinum primo iactatum est semen, deinde accepit irrigationem pluuię. Si autem sit conformitas in natura solum, non debent dici unum nisi ẽm quid, .s. cũ determinatione diminuẽte, ut unum gñe, uel specie. Si solum in uoluntate, tunc sunt unus spiritus: qui dicit amore. Si unum in natura & actione, pñt dici unum cum determinatione: ut fornicator cum meretrice potest dici unum corpus, tamen non potest dici unũ simpliciter, sicut uir & uxor: nec uiri mali ita unum, sicut uiri boni: quia disconueniunt in uolitis principaliter intentis: quilibet. n. malus bonum proprium quærit, & non commune.

Ex his patẽt quæsita. Concedẽdũ. n. est aliqua duo dici unũ simpliciter, si habeant cõformitatem, sicut dictum est, sicut probant primæ rationes tres.

Ad illvd, quod quarto obiicitur. Dicendum, ꝙ non concludit, quia fornicatoi, & meretrix nõ dñr unum corpus rõne substantiæ corporalis, sed rationeoperis carnalis, in quo uniũtur: & ideo nõ sequitur, ꝙ debeant dici unum simpliciter. Ad illvd, quod obiicitur de uno in numero. Dicendum, quòd dupliex est unitas. s. indiuisionis, & conformitatis. Vnitas indiuisionis, attenditur in uno numero, & hæc unitas est simpliciter. Vnitas uero conformitatis, nõ est in uno nnmero: sed in his, quibus contingit aliis conformari, ut dictum est. Ad illvd, ꝙ obiicitur, si ꝑꝑ conformitatẽ in natura dicuntur unum, &c. Dicendum, ꝙ ꝑꝑ conformitatẽ in natura & uoluntate, & in natura non solum secundum qđ ẽ rei essentia: sed ex qua pullulat pullulans, hoc est inquantum ẽ operationis principium: sic patet ꝙ homo, & asinus non dñr unum. Patet etiam ꝙ mali homines non dñr unũ, quia si cõcordant in fine propinquo, & in opere: differunt tamen in remoto, quia quilibet quærit ꝙ suum est. Iusti autem econuerso: si enim aliquando dissentiãt uoluntates eorum in fine propinquo, conueniunt in remoto. Ad illvd, ꝙ obiicitur, ꝙ unitas meretricis nullo modo est a Deo, siue a prima unitate. Dicẽdum, ꝙ sicut in substantia est peccatum actionis, & hoc est a Deo; & deformitas, & hæc non est a deo: sic in unitate tali intelligendum est, &c.

Qvæstio III.

An unitas approprietur patri, æqualitas filio, concordia spiritui sancto?

De ratione appropriationis trium nominum prædictorum, & primo de unitate. Et ꝙ non sit appropriabilis, uidetur: quia unum, & ens cõuertuntur: ergo unitas, & essentia: sed essentia nulli est appropriabilis: ergo nec unitas. Item. Si appropriatur, cum spiritus sanctus sit amborum unitas [ut dicit Augustinus] uidetur, ꝙ debeat appropriari personæ spiritus sancti. Item. Obiicitur de equalitate, quæ appropriatur filio. Nihil enim magis est indifferens in rebus æqualibus, quàm ipsa æqualitas: sed indifferens non est appropriabile, ergo nec æqualitas est appropriabilis. Item. Si appropriatur, debet patri appropriari: quia æqualitas nõ est aliud, q̃ unum: siue unitas in quantitate: sed unitas appropriatur patri: ergo æqualitas. Item. Obiicitur de cõcordia, quæ appropriatur spiritui sancto. Si enim concordia plures reducit ad unitatẽ, uidetur potius de proprio facere commune, quam de communi proprium: ergo si appropriari est de communi facere proprium, concordia nulli est appropriabilis. Item. Videtur, ꝙ debeat appropriari filio, quoniam filius est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Eph. 2. Item, Coll. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siuæ quæ in terris sunt: siue quæ in cœlis sunt. Item. Obiicitur contra rationem Augustini. Omnia æqualia propter filium, &c. ergo pater est æqualis propter filium, ergo habet aliquid a filio, quod falsum est. Item. Quæro quàm causam dicit [propter] utrum efficientem aut finalem: quamcunque harum dicit, est tota trinitas: & sic efficiens, & finis omnis rei, tam unitas, quàm æqualitas, quàm concordia est propter patrem, similiter propter filium: ergo nulla est ratio appropriandi.

Lib. de Trin. 7

Resolvtio.

Vnitas appropriatur patri ratione primitatis personalis. Æqualitas filio ratione primæ, & perfectæ assotiationis. Concordia spiritui sancto ratione connexionis.

Resp. Intelligendum est, quòd sicut appropriatio Hilarii fuit ad explicandã personarum originem. Sic ista est ad explicandum ordinem. Quoniam igitur persona patris est prima, ante quam non est alia, & quæ non est ex alia: ideo appropriatur ei unitas, quæ est prima in numero, & ante quam nihil est in numero. Ex hoc patet responsio ad duo prima: quia accipitur hæc unitas secundum eandem rationem, qua dicit primitatem: non essentiæ, sed indiuisionis: quia. sic conuertitur cum ente. Aut uoluntatis cõformitatem, quia sic appropriatur similiter spiritui sancto, ut prima, aut patri appropriatur similiter: quia persona filii, secundum rõnem intelligendi est secunda, & perfecte exprimens patrẽ, & hoc facit æqualitatẽ: ideo æqualitas rõne ordinis primo reperit in filio. Tũc. n. primo intelligit cũ filius intelligit nasci: & ex hoc patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiectū Q̄t.n.æqualitasappro-
prietur,hoc non est ratione uni
tatis,sed ratione primæ associa-
tionis & perfectę. Aequalitas.n.
tunc primo intelligitur, quan-
do intelligitur associatio:& hęc
intelligitur primo in filio, qui
est secunda persona: similiter p
sona s.s. secundum rationem in
telligendi est tertia. Concordia
autem ponit duos concordabi-
les,& etiam cōcordantem: ideo
primo incipit concordia,ubi pri
mo intelligitur oriri p̄sona ter-
tia. Et sic patet illud, q̄ concor-
dia appropriatur alicui, non
quia de communi aliquid faciat
proprium,sed quia distinctos cō
nectit,& hoc secundum rationē
suæ emanationis:quod non con
uenit filio rōne emanationis,
sed ratione mediationis, quia
mediator Dei,& hominis.

Exhis patent oia obiecta.

Ad illvd uero, quod ultimo quæritur, omnia sunt unum p̄
pter patrē. Dicedum, q̄ si hom
nia, distribuat pro creatis,tunc
(propter) dicit causam formalē
exemplarem secundum rem, &
appropriationem:quia ois equa
litas habet exemplar in æquali-
tate filii,& sic de aliis. Si autem
distribuit pro creatis,& increa-
tis: tunc (propter) dicit causam
formalem exemplarem secun-
dum rationem intelligendi ap-
propriatam,quia intellectus no
ster non intelligit æqualitatem
in patre,nisi propter hoc, q̄ ha
bet filium per omnia exprimen
tem naturam,& potētiam:simi-
liter & de aliis, & tunc (pro-
pter) non dicit causam exempla
ritatis secundum rem, sed secun
dum rationē intelligendi: & sic
non notatur, q̄ pater habet ali-
quid a filio,sed q̄ intellectus no
ster aliquid cognouit de patre,
per hoc q̄ cognoscit filium.

DISTINCTIO XXXII.

Mouet & soluit dubitationem ortam ex appropriatione, qua Spiritui S. appropriatur concordia in fine præcedentis distin. ibi. *Quod autem in spiritu sancto.*

Hic oritur quæstio ex prædictis deducta. Dictum est enim supra, atque sanctorum auctoritatibus ostensum, quod spiritus sanctus est communio patris & filij, & amor quo pater & filius seinuicē diligunt. Ideo quæritur, vtrum pater vel filius per spiritū sanctum diligat. Quod vtique videtur oportere dici secundum auctoritates supra positas: quibus ostenditur spiritū sanctum esse, quo genitus a gignente diligatur, genitoremque suum diligat. Sed contra, si pater vel filius dicatur diligere per spiritum sanctum, videtur esse per spiritum sanctum

ctum: quia non est aliud Deo esse aliud diligere, sed idem: quia vt ait Augu. in 15. Lib. de Trin. Quicquid secundum Cap. 5.
qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritum sanctum, per ipsum spiritum esse videtur: neque tantum essentia sua diligit, sed etiam dono.

Quam difficilis sit proposita quæstio.

Huic quæstioni, cum altitudinem nimiæ profunditatis contineat, id solum respondemus, quod Augu. significare videtur. scilicet quòd pater & filius se diligant, & vnitatem seruent non solum essentia sua, sed suo dono proprio: quod licet supra positum sit, iterare tamen non piget, quia sic expedit. Ait ergo Aug. in 6. Lib. de Trin. ita: Manifestum est Cap. 5.
quòd non aliquis duorum est, quo uterque cōiungitur, qua genitus gignente diligatur, genitoremq; suum diligat, sintque non participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes vnitatem pacis. Ecce hic dicit quod essentia sua, & dono suo seruant vnitatem. Idem in 5. Libr. de Trin. ait, In illa trinitate quis au- Cap. 7.
deat dicere patrem nec se, nec filium nec spiritum sanctum diligere, ni per spiritum sanctum? Hic aperte ostendit patrem non tantum per spūm sanctum diligere: non autē similiter dicit patrem non diligere per spiritum sanctum.

Vtrum pater sit sapiens sapientia, quam genuit: sicut diligit amore, qui ab ipso procedit.

Præterea diligenter inuestigari oportet, vtrum pater sapiens sit sapientia quam genuit, quæ tantum filius est. Quod videtur a simili posse probari. Si enim pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur non est sapientia vel intelligentia quam ipse genuit, sapit, vel intelligit? Hanc quæstionem vrgere videtur, ut ait Augu. in 6. Libr. de Trin. quod cap. 11
scripsit Apostolus, dicens Christum Dei virtutem & Dei 1. Cor. 1.
sapientiam. Vbi quæritur, vtrum ita sit pater sapientiæ & virtutis suæ, vt hac sapientia sapiens sit, quam genuit, & hac virtute potens, quam genuit. Sed absit vt ita sit: quia si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam quā Aliud nere le Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.83. qõ. q. 29. Inuere uideri, patrem sapiẽs dici sapientia genita. Sed illud retractat lib.1.retractatio.cap. 26 Sed melius in 6 de Tri.c. 1 et 2. & lib 7.c. 3 et 4. 11.c 7.

genuit sapiens dicitur pater: alioquin non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit, causa est illi vt sapiens sit, etiam vt sit ipsa illi causa est quod fieri non pot, nisi gignendo eum, aut faciendo: sed nec genitricem, nec conditricem patris vllo modo quisquam dixerit sapientiam, quid enim est insanius? Ergo pater ipsa sapientia est, qua sapiens est, Filius uero dicitur sapientia patris, & virtus patris: non quia pater per eum sit sapiens vel potens, sed quia filius sapientia & virtus est de patre sapientia, & virtute. Ex his ergo patet quòd pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita.

Vtrum filius sit sapiens sapientia genita uel ingenita.

Post hæc quæri solet a quibusdam, vtrum filius sit sapiens sapientia genita, uel ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est: si uero sapientia ingenita sapiens est, non videtur sapiens esse sapientia ingenita: & ita non videtur esse sapiens a patre, cum a patre habeat omnia. Ad quod dicimus, quod vna est sapiẽtia patris & filij & spũs sancti, sicut vna essentia: quia sapientia nihil aliud naturæ simplicitate est essentia: & tamen filius tantũ est sapiẽtia genita, & pater tantũ est sapiẽtia ingenita: & sapientia genita est de sapiẽtia ingenita, uel a sapiẽtia ingenita. Et cũ idẽ sit ibi esse quod sapientẽ esse, relinquitur vt sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia Dei, tanquam ipse solus intelligens sit, uel sapiens sibi & patri & spiritui sancto: quia ut ait Aug. in 15. Lib. de trin. c. 7. Si solus ibi filius intelligit et sibi & patri & spiritui sancto: ad illã reditur absurditatẽ, ut pater nõ sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapiẽtia sapientiã genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quã genuit. Vbi n. non est intelligẽtia, nec sapientia põt esse. Ideoq; si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profectò filius patrem sapientem facit. Et si hoc est Deo esse quod sapere, & ea illi est essentia, quę sapiẽtia, non filius a patre, quod uerum est, sed a filio potius pater hẽt essentiam, quod absurdissimum atq; falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, quæ ipse est, sua sapientia: & filius

filius sapientia patris, est sapiens de sapientia, quę est pater, de quo est genitus filius. Ita & pater est intelligens, ea quæ ipse est, sua intelligentia. Non enim esset sapiens, qui nõ esset intelligẽs. Filius aũt intelligẽtia patris, de intelligẽtia genitus est, quæ est pater: de qua & intelligẽs est. Proin de pater est sapientia, & filius sapiẽtia, & uterq; una est sapiẽtia, & tamẽ solus pater est ingenita sapientia, & filius solus genita sapiẽtia: nec tamẽ alia sapiẽtia pater, alia sapiẽtia filius, sed una eademq; est, sicut pater est Deus ingenitus, & filius est Deus genitus, neq; Deus genitus, est deus ingenitus, nõ iõ tamẽ alius Deus est pater, alius Deus filius sed unus Deus uterq;, non aũt unus. Alius est n. genitus, alius ingenitus, sed nõ alius deus, imò uterq; unũ, siue unus Deus. Ita nõ est sapiẽtia genita sapientia ingenita: sed alia est sapientia genita, alia ingenita: nõ tamẽ est alia sapiẽtia, sed vna eademq; sapientia. Ex prędictis cõstat quod filius non est sapiens a se, neque de se, sed de patre, & a patre.

An filius sit sapiens seipso, uel per seipsum.

Quæri autem solet, utrum filius sit sapiens seipso, uel per seipsum. Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam, & ideo distinguendum fore: ita ut cum dicis filiũ esse sapientem seipso, uel per seipsum, si sui natura & essentia sapientem intelligas, uerus sit intellectus: si uero à seipso uel de seipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectã habes intelligentiam. Alij uero simpliciter & absq; determinatione cõcedunt huiusmodi locutiones, filius est sapiens per se, sed nõ a se, uel de se, & filius est Deus per se, & est per se, sed nõ a se, uel de se, Hoc confirmãtes uerbis Hilarij qui filiũ nõ a se, sed per se agere, in lib. 9. de Tri. ait, Naturæ (inquit) tuæ contradicis hæreticæ, hæc unitas est, ut ita per se agat filius, ne a se agat: & ita non a se agat, ut per se agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentem. Non a se agit, cũ pater in eo manere mõstratur. Per se agit, cũ secundũ natiuitatẽ filij agit ipse, quę placita sũt. Infirmus sit nõ a se agẽdo, nisi a deo ipse agat: nõ sit uero in unitate naturæ, si quę agit ĩ quibus placet, non per se agit.

Sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut ergo (inquiunt) filius per se agit, sed non a se, ita & filius debet dici sapiens per se, sed nō a se. Sic & ipse per se Deus est, uel esse dicēdus est (vt aiunt) sed nō a se uel de se.

An una tantum sit sapientia patris.

Post hæc a quibusdam solet quęri, vtrum vna tantum sit sapientia patris. Quod nō esse, nituntur probare hoc mo do. Filius (inquiunt) est sapientia patris genita, qua pater sapiens non est: est igitur aliqua sapientia patris, qua sapiēs non est. Est autem & sapientia patris ingenita, & ea pater sapiens est. Est ergo quædam sapientia patris, qua sapiens est: & ipsa non est illa sapientia patris, qua pater sapiens non est, non est ergo vna tantum sapientia patris. Item, sapientia ingenita est sapientia patris: & sapientia genita est sapientia patris, non est autem sapientia ingenita, sapientia genita: non est igitur vna tantum patris sapientia. Hæc & his similia, tanquam sophistica & a ueritate longinqua, cunctisque in theologia peritis potentia abijcimus, responsa indigna aduertentes. Id tamen adijcientes, quia vna est tantum sapientia patris, sed non vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit, & sapientia patris dicitur ea qua sapiens est: diuersa est ergo ratio dicti. Illa enim dicitur patris, quia eam genuit, & ea dicitur sapientia patris, quia ea sapit. Vna est tamen sapiētia patris, quia sapientia genita est eadem sapientia, cū ea qua sapiens est: siue ea qua sapiens est intelligatur persona patris, siue essentia patris, quia persona patris, quæ intelligitur cum dicitur sapientia ingenita, & persona filij, quæ significatur cum dicitur sapientia genita, vna eademque sapientia est, quæ essentia diuina intelligitur communis trium personis.

Sicut una in diuinis dilectio, ita & sapientia.

Et sicut in trinitate dilectio est, quæ est pater filius & spiritus sanctus, quæ est ipsa essentia deitatis & tamen spiritus s. dilectio est, quæ non est pater uel filius: nec ideo duæ dilectiones sunt in trinitate, quia dilectio quæ proprie spiritus sanctus est, est dilectio quæ trinitas est, non tamen ipsa trinitas est: sicut spiritus sanctus est essentia, quæ trinitas est, non tamen ipsa trinitas est: ita in trinitate sapientia est, quæ est pater, & filius, & spiritus sanctus, quæ est essentia diuina: & tamen filius est sapientia, quæ non est pater vel spiritus sanctus. Nec ideo duę sapientiæ ibi sunt: quia sapientia, quæ proprie est filius, est sapientia, quæ est trinitas, ipsa tamen non est trinitas: sicut filius est essentia, quæ est trinitas, ipse tamen non est trinitas.

Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia, quam genuit: eadem nec diligens dilectione, quæ ab utroque procedit.

Preterea diligenter notandum est, quod ea ratione qua pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, videtur fore dicendum, quod pater non diligat filium, vel filius patrem ea dilectione, quæ ab vtroque procedit, scilicet quę proprie spiritus sanctus est. Sicut enim idem est Deo sapere quod esse, ita est ei idem diligere quod esse. Ideoque sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit, qui si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse: ita uidetur nō debere concedi, quod pater uel filius diligat dilectione, quæ tantum spiritus sanctus est, quia si ea diligit pater uel filius, non spiritus sanctus videtur esse a patre & filio, sed pater & filius a S.S. quia idē est ibi diligere qđ esse. At supra dictū est atq; auctoritate Aug. sanctū qđ in trinitate tria sunt: vnus diligēs eū qui de illo est: & unus diligēs eū, de quo est, & ipsa dilectio, & nō est aliquis duorū quo genitus à gignēte dicitur, et genitorē suū diligit. Quibus apertè significauit patrem filium, filium patrem diligere: ea scilicet dilectione, quæ non est aliquis eorum, sed tantum spiritus sanctus. Cum idem ergo sit ibi diligere quod esse, quomodo dicitur pater uel filius non esse ea dilectione qua alter alterum diligit? cum ideo pater negetur sapere sapientia quam genuit, ne ea esse intelligatur. Aug. li. 6. de trī ni. c. 5.

Quod & hæc quæstio inexplicabilis est humano intellectui.

Difficillimam mihi fateor hanc quæstionem, præcipuè cū ex prædictis oriatur, quæ similem videntur habere rationem, quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas tenebatur, cupiens magis ex dictis sanctorum referre, quam affer In me& lib.

re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Optimus enim lector est (inquit Hila. in 1. Lib. de Trī.) qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis, potius quā imponat, & retulerit magis quam attulerit, neq; cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cum ergo de rebus Dei sermo est, concedamus Deo sui cognitionem, dictisq; eius pia veneratione fa mulemur. Inuestiget ergo diligenter pius lector rationē dictorum, si fortè dictorū aliquam valeat reperire causam, qua nota, ipsa præmissa quæstio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc quæstionem non absoluens, sed errorem excludens, profiteor non esse dictum patrem diligere filium, nel filiū patrē ea dilectione quæ ab vtroq; procedit, quę non est aliquis eorum, sed tantum S. S. tanquam ea dile ctione pater sit, uel filius. Sed sic ea pater diligit filium, & filius patrem: ut etiam pater per se ea, quæ ipse est, dilectio ne diligat, sic & filius: non autem sic, vt pater per se non di

Lib. 15. de Tri. c. 7. *ligat, & filius, sed per eam tantum. Quis hæc in illa trinitate (inquit Augustinus) opinari uel affirmare præsumat? Eam tamen quæstionem lectorum diligentiæ plenius dijudicandam atque absoluendam relinquimus, ad hoc minus sufficientes.*

SVPRA Posuit magister multipliciter appropriata, in quorum explanatione dixit. s. l. esse concordiam, quia pater & filius diligunt se s. l. ideo hic monet quæstionem de illa locutione. Et hoc facit in ista distinctione. Habet autem hæc distinctio tres partes. In prima mouet Magister principalem quæstionem prius positam, scilicet utrum pater & filius diligant se s. l. In secunda uero mouet aliam quę stionem huic consimilē, quę facit ad eius explanationē: & hoc facit ibi. *Præterea diligenter inuestigari oportet &c.*] Et ē illa quæstio, Vtrū pater sit sapiēs sapiētia genita, uel sapiētia q̄ genuit. In tertia redit ad principalē q̄ōnem determinandam, & hoc facit ibi. *Præterea diligenter notandum est &c.*] Prima pars habet duas partes. In prima mouet Magister q̄onem, & opponit. In secunda rñdet quęstioni, sed nō rñdet obiectioni, ib. *Huic quæstioni cum altitudinem &c.*] Similiter secunda pars, i qua determinat Magr q̄onem annexā s. utrū pē sit sapiēs. s. utrū filius sit sapiēs sapientia genita, uel sapiētia q̄ genuit, diuidit. Et quia ad determinationē huius q̄onis tria alia dubia concurrunt: iō hēt hæc pars quatuor partes, fm quatuor dubitationes, quas mouet & determinat: & primo determinat istā q̄onem, Vtrū filius sit sapiens sapientia q̄ genuit, uel sapientia genita, qđ idē est: quam determinat in partē negatiuam. Secūdo mouet hanc quęstionē, utrum filius sit sapiens sapientia genita uel ingenita. Et determinat eā affirmatiue quantum ad primā partem, s. qđ sit sapiēs sapientia genita ibi. *Post hæc quæ ri solet &c.*] Tertio mouet hanc q̄onem, utrum filius sit sapiens p̄ seipsum uel seipso: q̄ determinat p̄ distinctionē, qđ, seipso, p̄t teneri originaliter, & formaliter, & hoc ibi. *Quæri autem solet utrum filius &c.*] Quarto hāc mouet quæstionem, utrum pater dupliceṁ habeat sapientiam? q̄ determinat in partem negatiuā ostendens hanc quæstionem, & eius rationem non esse responsione dignam, & hoc facit ibi. *Post hæc quæri solet a quibusdā &c. Vtrum una sit tantum sapientia.* Et determinat cum hoc, quod in trinitate est dilectio, quæ est trinitas, & in s. l. est dilectio quæ non est trinitas. Et hoc ibi. *Et sicut in trinitate &c.*] Similiter tertia pars, in qua redit Magister ad quæstionem primo positam, habet duas partes. In prima obicitur contra rationem quam accipit ex determinatione alterius quæstionis. In secunda uero loco solutionis suam insufficientiam ostendit, & hanc quæstionem determinandam lectori relinquit: & hoc ibi. *Difficillimam mihi hanc quæstionem fateor &c.*]

Dub. 1. Lib. de Trī. c. 4. HAt sapientia sapiens &c.] Ex litera elicitur talis rō Aug. Si pater est sapiens sapientia genita, q̄ genuit: & hoc est ei esse qđ sapere: ergo est sapientia genita. Videtur illud argumentū non ualere, quia illud nō ualet; hoc est patri esse qđ operari, sed operatur per filium, ergo est p̄ filium: ergo nec similiter illud argumentum ualet. Si tu dicas quod non est simile, quia operari connotat effectum. Obicitur quod idem est patri esse quod esse patrem, sed tamen illud argumentum non ualet, pater deitate ē Deus: ergo deitate est pater: ergo similiter non ualet hoc argumentū; est sapiens sapientia genita. Resp. Dicendum, q̄ argumentum Aug. est necessarium, quoniam esse sapientem, & esse, in diuinis non differunt modo dicendi, & a parte rei, sed solum a parte nostra: non sic autem est esse & operari: quoniam & si operari quantum ad principale significatum sit idem quod esse, tamen quantum ad connotatum differt, & potest esse extraneum, & ita potest ibi esse accidens, tamen hoc quod est, esse Deū, & esse patrem, quāuis nō differunt quantum ad essentiā uel modum essendi, differunt tamen quantum ad modum se habendi, quod est uere indiuinis absolutū, & cōparatum, & ideo non trāsit paternitas in substātiā, sicut sapientia: ideo hēt aliū modum dicendi, qui potest esse extraneus respū alicuius attributi, ideo ibi est accidens, non autem in argumento Augusti.

Pater non est sapiens sapientia genita, &c.] Videtur male dicere: quia sicut æternitas appropriatur patri, ita sapientia filio: sed æternitas non dēt dici genita, sicut dicit Anse. in Li. de Incarnatione uerbi: ergo nec sapiē

Dub. 2.

tia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia debet nec potest dici ingenita. Item, si potest dici ingenita sapientia, pari ratione potest dici sapientia procedens, & ita uidetur ꝙ sapia sit appropriabilis ita ſ.ſ. sicut & filio. Iuxta hoc quæritur quare non dicitur potentia de potentia, sicut sapientia de sapientia. Respon. Dicendum, ꝙ sapientia est de nominibus mediis, quæ sunt nata supponere pro persona. Et ideo sicut dicit de Deo Deus, & Deus genitus & ingenitus: ita dicitur etiam sapientia non tamen ita propriæ, quia nomen abstractū est quodammodo: magis tamē dicitur sapientia de sapientia q̄ æternitas de æternitate, quia æternitas significat in maiori abstractione quam sapientia, & ideo magis abstrahit a ratione originis. Secundum hoc etiā est concedendum ꝙ possit dici sapientia procedens, licet adhuc minus proprie. Nec ualet istud argumentum: quamuis enim sapientia non sit appropriabilis, ſ.ſ. tamen per determinationem adiūctam potest trahi. Ad illud quare non dicitur potentia de potentia. Dicendum, ꝙ non ita proprie dicitur sicut sapientia de sapientia. Quoniam sapiētia appropriatur filio, q̄ est ab alio, & ab alio habet omne ꝙ habet: ergo & sapientia ab alio, ideo sapientia genita ex sua appropriatione præsupponit sapientiam ingenitā: sed potentia appropriatur patri, qui non est ab alio: ideo non sic dr̄ potentia de potentia, uel potentia genita.

Sed melius istam quæstionem postea &c] Videtur Aug. ista uerba in notula posita male & inconuenienter recitare, quia cō paratio in utroque extremorum præsupponit rem sui positiui, sed si ibi melius: ergo ubique bene: ergo si ibi dicit ꝙ pater est sapiens sapientia quā genuit, uidetur quod dicat uerum. Resp. Dicendum, ꝙ abusiua est comparatio: quoniam in Lib. de Trin. dicit contrarium huius, & ideo si ibi bene, cōstat ꝙ hic male. Quātum ad hoc tamen, quod aliqua uera dixit in Lib. 83. q. de hac quæstione, iō non omnino male, sed quodāmodo bene, quodammodo māle: ideo dicit quod ibi melius, inuens quod aliquid ibi sit male dictum: qui enim unum oppositorum astruit, per consequens destruit alterum.

Sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita &c] Videt ista ratio nō esse bona, quia non uidetur respondere ad quęstionē. Non enim quæritur de sapientia genita, siue an filius sit de patre: sed hoc quæritur, utrum filius sit sapientia ingenita. Respond. Dicendum, quod Magister respōdet, licet in uerbis pauc̄is. in quibus innuit hanc distinctionem, ꝙ aliquem esse sapientem aliquo, hoc est dupliciter. Aut ita quod ablatiuus teneat formaliter, & sic filius est sapiens sapientia genita, & pater sapientia ingenita. Aut ita qđ teneatur originaliter, & sic cum sapientia genita sit de sapientia ingenita, filius est sapiēs sapientia ingenita. Sed quia ablatiuus ut plurimum constituitur in ratione formæ, ideo Magister caute locutus dixit, quod filius qui est sapientia genita, est de sapientia ingenita sapiens, ut uerbum nō haberet calumniam, & ideo bene respondet.

Dub. 2.

Vterque una est sapientia, & ta men solus pater &c] Videtur hic dicere duo opposita, quia istæ duæ proprietates sapientiā contrahunt, & cum sint proprietates distinctæ distinguunt: & hoc pater, quia solus pater est sapiētia ingenita: quia si sapientia distinguitur: ergo est alia, & alia sapientia: ergo non una. Item, uidetur falsum dicere cum dicit, quod solus pater est sapientia ingenita, aut enim dicitur sapientia essentialiter, aut personaliter. Si personaliter: ergo nō una sapientia est genita, & ingenita: cum pater & filius nō sint una persona. Si uero essentialiter non ergo solus pater est sapientia ingenita. Respon. Dicendum, ꝙ in hoc nomine, sapientia, duo est considerare, scilicet significatum & suppositum. Et quantum ad significatum dicit essentiam, sed suppositum est persona. Et illę determinationes, genita, & ingenita, non respiciunt significatum, sed suppositum: & ita distinguunt suppositum manente eadem unitate in significato, siue in forma: & sapientia genita, & ingenita est alia & alia persona: sed non est alia & alia sapientia, sicut non est alia essentia. & ideo Magister bonum exemplum ponit in hoc termino Deus, quod significat essentiam, & supponit personā. Quādo ergo quęritur, utrum dicat essentialiter, aut personaliter. Dicendum, ꝙ quantum ad significatū, dicitur essentialiter, sed quantum ad suppositum, dicitur personaliter, & ita nulla est controuersia.

Ita per se agat filius, ne a se agat &c.] Obiicitur, non agit filius a se, & pater in eo monstratur: & similiter filius manet in patre: ergo pari ratione pater a se nō agit. Item, uidetur falsum dicere, infirmus sit non a se agēdo, nisi a Deo ipse agat, quia secundum hoc cum omnis creatura agat a Deo, tunc uidetur esse ages infirmum: nec in hoc uidetur filius differre ab aliis. Respond. Dicendum, ꝙ Hila. duo intendit ostendere, deducendo ad impossibile. Ipse enim dominus dicit Iohan. 14. Verba ego loquor, pater uero in me manens facit opera: ex hoc ergo arguit ꝙ filius non agit a se, sed a patre manente in se, non tantum ut consubstantialis, sed ut principium: sic autem non manet filius in patre, sed tantū ut consubstantialis. Alia est auctoritas domini Ioan. 8. ubi dicit, Qui misit me nō reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper. Si ipse agit semper una cum patre: ergo est una uirtus eius & patris, & sic agūt una uirtute: tunc ergo per se agit, Hæc duo probat per deductiō nem ad impossibile, quia omnis potentia est a prima potentia, q̄ primo residet in patre: ergo si filius non potest a Deo, simpliciter est impotens uel infirmus, quia infirmus habet potentiam deficiendi a se, non a Deo. Itē. Si filius non agit per se, nō agit per uirtutem propriam sibi connaturalem: ergo alia est uirtus patris, & alia filii. A se enim & non a se, non facit distinctionē in ua-

Dub. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in natura, sed solum in persona, quia dicit rationem principii, uel originis. Per se autem & nō per se, quia per se dicitur cōtra per accidens, per aliud: ponit diuersitatem in natura, & iō filius agit per se, quamuis non a se.

Dub. 7. Nunc est tantum sapientia patris &c.] Videtur male dicere, quia sapientia semper est essentialiter: ergo falsum dicit, non uno modo dicta. Respond. Magister non nulli ꝙ sapientia sit dicta multipliciter, sed quod sapientia patris, quia genitiuus potest construi in ratione originis, & sic dicitur filius sapientia patris, uel ipsa sapientia genita sapientia patris: quia est a patre. Vel potest intelligi in ratione subiecti, ut dicatur sapientia patris: sicut albedo patris, & sic sapientia genita non dicitur esse patris, sed filii. Quia ergo iō patiūa importata per hoc adiectiuum, genita, non est in persona patris & filii una, falsa est locutio ratione determinationis, nō ratione eius ꝙ est sapientia, qa una & eadem est sapientia patris & filii & s.s. & illa est sapietia patris & filii & s.s.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An uerum sit dictu, Pater & filius diligunt se spiritu sancto?

AD intelligentiam præsentis distinctionis duo principaliter q̄runtur ſm duas quæstiones, quas determinat Magister. Primo, quæritur de hac locutione, pater & filius diligunt se. s.s. Secundo, quæritur de illa, an pater est sapiens sapientia genita. Quantum ad primum duo quæruntur. Primo quæritur utrum illa locutio sit admittenda. Secundo quæritur, in qua habitudine construatur ille ablatiuus.

QVOD Ista locutio pater & filius diligunt se spiritu s. sit admittenda, ostenditur auctoritate & ratione. Primo auctoritate sic Augustinus. 7. de Trin. Non est aliquis duorum quo genitus a gignente diligitur, genitorem quę suum diligit: si ergo est a iquis, & non est pater uel filius: ergo est s.s. ITEM. Hiero. super Psal. 13. Spiritus est amor patris ad filium, & filii ad patrem, sed amore q̄ est patris ad filium, pater amat filium, & econuerso: ergo &c ITEM. Bernard. de amore Dei. Amas te, inquit, amabilis Domine, cum a patre & filio procedit s.s. amor patris ad filium, & filii ad patrem, & tantus amor ut sit unitas. ITEM Idem ostenditur ratione sic Magister Hugo de sancto Victore, sā cit talem rationem, in quadam epistola ad Ber. Si rectè diceris amare amore qui a te procedit, cur non pater & filius dicuntur amare amore qui ab ipsis procedit? Et iterum ibidē. Si s.s. esset amor cordis tui ac patris & filii qs quæso posset negare s.s. hoc est amore tuo te diligere? ITEM Alia ratio formatur sic. Sicut se habet uerbum ad dicere, sic amor ad diligere: sed pater uerbo suo ꝙ ab ipso procedit seipsum dicit: ergo pater & filius amore qui ab ipsis procedit, seipsos diligunt. ITEM. Sicut enim non potest produci nisi genera do, sic nec amor nisi diligendo ergo

ergo pater & filius diligendo se, producunt s.s. qui est amor personalis, aut igitur diligendo amore qui est s.s. aut qui non est s.s. Si amore qui non est s.s. aut amor ille est personalis, aut essentialis. Non personalis, quia tunc essent duæ personæ in diuinis, quibus conueniret amor proprie, ꝙ est impossibile. Similiter nec essentialis: quia ille est s.s. Et iterum, si essentialis, tunc ergo cum cōueniat spiritui sancto s.s. similiter produceret. Restat igitur ꝙ producunt s.s. diligendo se amore, qui est s.s. Aut igitur diligendo se: aut diligendo aliud a se. Non aliud: quia tunc aliud exigeretur ad productionem s.s. ergo diligendo se s.s. producunt s.s. ergo pater & filius diligunt se s.s.

SED CONTRA. Diligere idē est quod uelle bonum, & uelle idem quod esse, ergo cum hæc sit falsa, pater & filius sunt s.s. hęc similiter, diligūt se spiritu s. ITEM. sicut se habet sapere ad patrem respectu filii, ita diligere ad patrem & filium respectu s.s. sed hæc est falsa, pater est sapiens sapientia genita: ergo & illa similiter. ITEM. Omne plurale infert singulare: sed hæc est falsa, pater diligit se s.s. ergo & prima. SI DICAS ꝙ diligere, teneatur notionaliter: contra, nulla notione contingit mutuo reflecti unam personā super aliā, sed ſm dilectionem est mutua reflexio in prædicta locutione: ergo diligere nō tenetur notionaliter: ergo idē ꝙ prius. ITEM. nulla notio cōuenit tribus, sed diligere s.s. conuenit tribus. Nā pater diligit s.s. & filius diligit spū s. & s.s. diligit spiritu sancto, quia seipso. ergo nō tenetur notionaliter: ergo idem ꝙ prius. ITEM. pater & filius amore eodem diligunt se, & nos: sed dilectio dei ad nos est essentialis, cū connotet effectū in creatura: ergo sic̄ cum diligunt se. ITEM. Si tenetur notionaliter, quæro pro qua notione? non est dare nisi spirationem: ergo aut passiue, aut actiue: ergo idē est, diligūt se, ꝙ spirāt: sed hæc ē falsa, spirant s.s. ergo & prima. Si passiue, contra, illa notio non pdicatur de patre & filio: sed de solo s.s. Si dicas ꝙ denominatiue prædicatur, contra, omnis proprietas quæ de persona prædicatur in diuinis, in concretione prædicatur, & in abstractione: ergo cum processio non conueniat patri, & filio in abstractione: ergo nec denominatiue.

RESOLVTIO.

Si dilectio, notionaliter intelligatur admittimus: si essentialiter, negamus.

RESP. Ad prędictorum intelligentiam est notandum, ꝙ quidam prędictam locutionem simpliciter negauerunt, & dixerūt omnes consimiles esse retractas a beato Augustino in tua simili, in hac s. pater est sapiens sapientia genita. Sed hæc solutio non potest stare: quia non solum eam dicit Augustinus, sed etiam sancti alii, quorum dicta Augustinus non retractat. Ideo fuerunt alii qui eam simpliciter concesserunt, dicentes hāc locutionē debere intelligi per appropriationem, non per proprietatem, ut sit sensus, pater & filius diligūt se amore, qui appropriatur spūi sctō.

Li. 2. retractatio. cap. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed ista solutio non potest stare, quia tunc similiter hæc esset concedenda, pater & filius sunt boni. s. l. cum. s. l. approprietur bonitas, quæ tamen nullo modo conceditur: igitur prima opinio non potest stare, quæ simpliciter tales locutiones negat, cū multiplex auctoritas eas dicat. Similiter sequens, quæ eas simpliciter concedit: non potest stare: cum multiplex ratio contradicat. Restat igitur elicere opinionem mediam. s. ꝙ uno modo sit uera, alio modo falsa. Nam hoc quod est diligere, pōt teneri essentialiter, uel notionaliter. Secūdum ꝙ tenetur essentialiter, sic dicit uoluntatis complacentiam, quæ communis est tribus. Secundum ꝙ tenetur notionaliter, sic dicit uoluntatis fęcunditatem ad producendā personam ex se, quæ quidem fœcunditas solum est in duobus, quamuis uoluntas sit in tribus. Si ergo tenetur essentialiter, falsa est locutio: quia tunc sequit, quod pater, & filius sunt S. S. Et in hoc sensu pronomen cum uerbo construitur reciproce. Si autem notionaliter, uera est: sicut probant rationes ad oppositum. Et in hoc sensu pronomen construitur cum uerbo retrausitiue. Vnde sensus est. Pater & filius diligunt se. i. pater diligit filium, & filius patrem: & tunc uera est locutio, quia amor, qui est s. l. est amor nectens patrem cū filio, & econuerso: & tunc non licet inferre: ergo pater diligit se spiritu sancto.

Ex hoc patent tria prima. Nam primum procedit ſm ꝙ diligere tenetur essentialiter. Secundum etiam similiter: nā sapere non dicitur notionaliter, sicut diligere: sed uel est cōe, uel appropriatum. Tertium sic, quia procedit ſm ꝙ obliquus cōstruitur reciproce, & tunc diligere tenetur essentialiter.

Ad illvd, quod obiicitur, quod non possit teneri notionaliter: intelligendum est, ꝙ sicut generatio dupliciter potest significari, uno modo, ut dicit emanationem: alio modo, ut dicit modum emanandi superaddita expressione: & primo modo per hoc uerbū [dicere] significatur. Sic & spiratio dupliciter potest significari. Primo modo per hoc uerbū, quod est spirare: secundo modo per hoc uerbum, quod est diligere. Quemadmodum enim dicere importat generationem, & ulterius quandam expressionem circa personam, sic & diligere. Vnde sicut dicere, importat actum generandi, & dicendi, siue exprimendi: & ratione actus dicendi siue exprimēdi dicitur, pater se dici uerbo, hoc est dicendo: siue exprimendo generat uerbum, uel generando uerbū, se exprimit uerbo. Sic in proposito: diligere actum importat connectēdi: siue concordandi, & spirandi: & rōne actus connectendi dicitur, pater, & filius diligunt se. s. l. hoc est inuicem concordando spirant. s. l. uel spirando. s. l. inuicem connectuntur. Ex his patent obiecta. Quod enim obiicitur de mutua reflexione: patet responsio, quia hæc est ratione actus essentialis communiter intellecti. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ diligere s. l. cō

uenit tribus, & dicitur respectu creaturæ. Dicendum, ꝙ non cōuenit tribus ratione spirationis, quā importat: & ideo quamuis dicatur respectu creaturæ, non tamen dicitur essentialiter omnino: sed cōnotat aliquid essentiale, dicit tamen notionem respectus, quem importat ad personam: sicut supra dictum est de uerbo, & dono. Ad illvd, quōd obiicitur pro qua notione stat? Patet, ꝙ stat pro cō mu ni spiratione, tamen non licet, ꝙ ex ponere uerbum spirandi: quia alio modo importat illam notionem. Vnde sicut conceditur hæc, pater dicit uerbo, non tamen hæc, pater generat filio, & tamen dicere importat ipsam generationem. Sic in proposito intelligendum est.

Qvaestio II.

Ablatiuus ille spiritu sancto, cum s. dicitur, Pater & filius diligunt se spiritu sancto, in qua habitudine construitur

In qua habitudine construit ille ablatiuus, cum sic dicitur, Pater & filius diligunt se spiritu sancto. Et ꝙ in habitudine formæ, uidetur per simile: quia pater diligit amore a se procedente formaliter: ergo pari ratione pater. & filius diligunt se formaliter S. S. Item. nihil de nominat aliquid, ad quod comparatur, ut ad principium solū, nisi comparetur, ut informans. Nam quamuis cursus sit a deo, nō tñ deus dicitur currere: Sed amor est a patre, & filio & dñr amare: igitur amor est in rōne formæ. Item. Omni nexu aliq nectuntur formaliter: sed s. l. est nexus: ergo aliqui illo nectunt, & non nisi pater, & filius &c. Item. Omni albedine aliquis ē albus formaliter: ergo oī amore aliquis est amans formaliter: sed nihil amans formaliter, pōt amare, nisi ille, cuius est amor: cum ergo s. l. sit amor patris, & filii, patet &c.

Contra. Omne, quod diligit formaliter alio a se, hēt diligere solum per participationē: ergo si pater, & filius diligunt formaliter aliquo alio a se: ergo diligunt per participationem: sed hoc est inconueniens: ergo &c. Item. Si aliquis diligit aliquo formaliter, illo circumscripto, impossibile est intelligere amorem in eo, siue ipsum amare: ergo si pater, & filius diligūt se spiritu sancto, impossibile est intelligere patrem amare, non intellecto s. l. sed hoc est falsum: ergo & primum. Item. Nulla hypostasis est forma: sed amor, qui est s. l. est hypostasis: ergo non est forma: ergo nullus illo amore diligit formaliter. Item. Nullum relatiuum potest esse forma sui correlatiui: quia ex forma & formato fit unum: relatiuum autem distinguitur a correlatiuo: sed amor, qui est s. l. correlatiue se habet ad patrē, & filium, ergo &c. Item. Omnis forma est ante illud, cuius est forma: ergo si pater & filius diligunt se s. l. formaliter, amor ille præcedit diligere patris, & filii: sed hoc est falsum, quia dilectio producitur: ergo &c.

RESOLVTIO.

In ratione effectus formalis: si modo quod ex principio est, effectum appellare licet.

RESP. Dicendum, ꝙ aliquorũ positio fuit, ꝙ ille ablatiuus cõstruitur in ratione signi, non in ratione formæ. Nam s. s. se hẽt per modum producti respectu dilectionis patris, & filii: ideo illius est signum. Vnde dicunt, ꝙ is est sensus locutionis. Pater, & filius diligunt se: & huius signum est, ꝙ concorditer spirãt s.s. qui est amor unicus, & indiuisus. Sed hęc positio est insufficiens. Nam si ablatiuus posset construi uere in ratione signi cum uerbo, hæc esset uera, Pater & filius diligunt se amore creato, quia amor creatus signũ est illius, quam nullus cõcedit. Si tu dicas, ꝙ illud nõ est signũ propinquum, obiicitur: quia tũc hæc esset uera simpliciter. Pater est sapiens sapia genita, cũ sapia genita sit maxime signũ sapię in patre generante. ALIO MODO positio fuit, ꝙ ablatiuus ille construitur in rõne formæ. Dicunt. n. ꝙ diligere se, nihil aliud est dictum de patre & filio, q̃ inuicem connecti, & nexu formaliter connectuntur, & s.s. est ille nexus: ideo formaliter loquendo, ista est uera, Pater & filius diligunt se s.s. sicut hæc formaliter est uera, Pater & filius nectuntur nexu. Sed hęc positio non potest omnino stare, quia cum dr, Pater, & filius nectuntur: aut [nectũtur] dicit aliquid ꝙ sit in patre, & filio a s.s. aut quod est in eis, ut principium s.s. Si quod in eis a s.s. ergo pater & filius aliquid recipiunt a s.s. Si aliquid, cum non possit recipere partem: ergo totum; ergo sunt a s.s. quod est inconueniẽs. RESTAT ergo ꝙ hoc ꝙ est, nectuntur, dicat aliquid quod est in patre, & filio, ut principium s.s. quamuis ergo sit passiua, secundum modum, actiua tamẽ est secundum rem. Et si hoc, s.s. comparatur ad connexionem, ut ad principium, non ergo ut ratione formæ omnino. Patet ergo, ꝙ prima positio dicit minus sufficiẽter; secunda dicit nimis superabundanter: quia nimis exprimit. Et prima fuit Magistri Simonis Tornacensis. Secunda fuit Magistri Vuilli Altisiodorensis. Et licet neutra sit omnino sufficiens, tamen utraque habet in se aliquid ueritatis. Nam prima dicit, ꝙ s.s. se habet ad patrem, & filium per modum producti: & hoc quidem uerum est. Secunda dicit, ꝙ amor comparatur ad amantes, ut in ratione formæ, & hoc quidem uerum ẽ. Et ideo ex his duabus positionibus, quarũ una est insufficiẽs, alia excedens: colligitur media positio sobria, & sufficiens. s. ꝙ ille ablatiuus construitur in rõne effectus formalis, si licet nominare effectũ, ꝙ est ex principio. Et hęc fuit positio Magistri Hugonis de S. Victore, qui hic clare uidit ueritatem: unde redarguit illos, qui reputant hanc quæstionem insolubilem. Vnde dicit, ꝙ sicut cum dicitur. Ego diligo te amore a me procedente, ibi est constructio in rõne effectus formalis: sic in proposito. In hoc tamen est differentia: quia amor a re procedens, est in re requiescẽs, ut unicus, & inhærens: quia est accidens: sed in diuinis amor a patre, & filio procedens, est in eis requiescens, ut unicus, non tñ ut inhærens: qa nõ est accidens sed substantia, & hypostasis: & ideo adhuc minus habet rõnem formę. Concedendæ sunt igitur rõnes ad hoc inductę: quia ablatiuus habet aliquo modo rõnem formæ.

QVOD tñ ultimo loco obiicitur, non ualet: quia omnis albedo ẽ forma sed aliquis amor non est hypostasis.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicit, ꝙ formaliter diligunt, ergo per participationem. Dicendum, ꝙ diligere alio per essentiam, facit participationem: sed alietas personalis non. Vnde Hug. Animus humanus amor non est: sed ab ipso procedit amor, ideo seipso non diligit: pater uero amor est, & s.s. eius est amor ideo diligit seipso, diligit ẽt s.s. & ideo patet ꝙ non per participationem, & ideo patet sequẽs. Quia enim pater seipso diligit amore essentiali, ideo potest intelligi amare pater, s.s. nõ intelligitur: non sic autem est de amore notionali. RATIONES sequentes procedunt de forma, ẽm ꝙ hẽt perfectũ actũ formę. Formę enim est inhęrere, & ideo non est hypostasis, ideo ẽt non distinguit. Ibi uero ablatiuus cadit ab actu formæ, qui est inhęrere, & tenet actum formæ, qui est unire. AD ILLVD, ꝙ obiicit, ꝙ forma præcedit illud, cuius est forma. Dicendum, ꝙ loquitur de forma ẽm ꝙ hẽt rõnem causæ, qã sic procedit: sed ablatiuus cadit a rõne causalitatis, quia cõstruit modũ effectus formalis: patet ergo ꝙ quodãmodo est ibi rõ formæ, quodãmodo rõ signi, & in hoc patet rñsio ad oĩa q̃sita.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An recte dici possit, pater est sapiẽs sapientia genita.

CONSEQVENTER est qõ de hac locutione. Pater est sapiens sapĩa genita. Et circa hoc quæruntur duo. Primo quęritur utrum illa locutio sit admittenda. Secõ, ad intellectũ huius, utrũ sit hæc admittẽda. Pater ẽ potẽs uirtute q̃ genuit.

QVOD prima locutio sit admittenda, ostenditur hoc modo 1. Cor. 1. Christũ dicimus dei uirtutẽ, & dei sapĩam, sed unusquisq; est sapiẽs sua sapia: ergo si Christus est sapĩa patris, & sapĩa genita, pater est sapiẽs sapĩa genita. ITEM. Aug. 6. de Tri. Filius est ars quędam oĩpotentis, & sapientis Dei, ubi oĩa nouit, sed unusquisq; artifex ẽ sapiẽs sua arte, ergo pr̃ ẽ sapiẽs filio, ergo &c. ITEM. Hoc ur rõne p̃ simile, qa oĩs amãs a quo ꝓcedit amor, ẽ amãs amore a se ꝓcedẽte, ergo oĩs sapiẽs a quo ꝓcedit sapĩa, ẽ sapiẽs sapĩa a se emanãte, sed pater est hmõi, ergo &c. ITEM Aug. 15. de Tri. Nouit deus pr̃ oĩa in seipso, nouit & in filio: sed idẽ est nosse oĩa, ut sapiẽtẽ esse: si ergo oĩa nouit ĩ filio, nõ tñ seipso: sed ẽt filio ẽ sapiẽs. ITEM. deus pr̃ oĩa dicit uerbo, sicut dicit Aug. 11. Cõf. Verbo tibi coæterno, dicis ꝙcunq; dicis. Sed dicere (ut dicit Anſ.) est intelligere: ergo pr̃ oĩa intelligit uerbo mediãte: ergo est

Ca. 10 paulo post ini tium.

Ca. 14

Ca. 7. in fine

Monol. c. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem sit esse sapientem, & intelligere, patet &c.

CONTRA, In diuinis sapere est esse: ergo si pater est sapiens sapientia genita: ergo est sapientia genita: hoc autem falsum, ergo & primum. ITEM. Non intellecta generatione, adhuc est intelligere Deum sapientem: ergo sapientia genita non est ratio sapientiæ Dei.

RESOLVTIO.

Nullatenus: & ſicubi legatur, ſane exponatur.

RESP. Dicendum, ꝙ sine distinctione, cum esse sapientem dicatur essentialiter, ꝙ locutio est simpliciter falsa: & si alicubi legitur ab aliquo sancto, est exponenda. Vnde Au. in Lib. Retractatio. illâ retractat dicēs, ꝙ melius illam quæstionē in Lib. de Trin. tractauit, ubi. ſ. dicit contrarium ostendens illam rationem non ualere: si pater fuit sine filio, cum filius sit eius sapĩa, pater fuit insipiens: quia sapientia non tantum conuenit filio: sed patri & filio, & ſ. ſ. & hoc ipsum in Lib de Trin. dicit in plurib. locis, sed maxime 16. & 15.

Lib. 1. c. 26. aliquantulum à principio. Tomo 1.

Lib 6. fere per totũ, et lib. 15. c. 14.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur, ꝙ filius, est sapientia, & uirtus patris, Dicendum, quod ista conceditur, filius est sapientia patris sapientis, nec tamen ista, pater est sapiens sapientia genita. Vnde notandum, ꝙ cum dicitur sapientia alicuius, hoc dicitur dupliciter. AUT sicut subiecti, ut albedo Petri: aut sicut principii: genitiuus enim originem importat: quoniam ergo filius est sapientia habens originem a patre, ideo hæc est uera, filius est sapientia patris. Cum autem dicitur, pater est sapiens sapientia, genita, ablatiuus cõstruitur in rõne alicuius causalitatis, uel in habitudine formæ, uel principii, & maxime formæ: & ideo falsa, quia filius nec forma, nec principiũ est patris. SI TV quæras, quare non construitur in ratione formalis effectus, sicut amor cum amante, a quo procedit. Dicendum, ꝙ non est simile: & huius duplex est ratio, una communis, & alia specialis. Cõmunis, quæ sumpta est à creaturis, quoniam quidam sunt actus qui dicunt motum a rebus ad animam, ut sapientia: quidam ab anima ad res, ut amare: ideo comparatio amoris est ad amãtẽ in ratione existentis, non in ratione impertinentis: & ideo amor de se importat formam, & effectum. Sed sapĩa, ꝙa dr, ut ad intelligentem, non ut ab intelligente, ideo ablatiuus tñs importat formam, non effectum, & ideo est locutio falsa. Et alia ratio est specialis in diuinis, ꝙa amor procedens est amor proprie, non per appropriationem: & diligere est similiter dictum notionaliter, unde importat originem, ut supra monstratum est: sed sapĩa semper essentialiter, & hoc quod e esse sapiens: nullo modo dr notionaliter, ꝙa nullo modo importat originẽ: & ideo est locutio falsa. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ pater nouit omnia in filio, Dicendum, ꝙ differunt dicere, nouit filio, & in filio. Nam cum dicitur nouit filio, ablatiuus importat rationem formæ, uel principii cognoscedi, & ideo falsa est simpliciter. Hæc tñ est distinguẽda, nouit in

filio, quia præpositio, cum suo casuali põt determinare hoc uerbum nouit, in cõparatione ad subiectum, & tunc est locutio falsa: est enim sensus, ꝙ filius sit patri ratio cognoscendi. Vel potest uerbum determinare in comparatione ad obiectum, & tunc uera est, & est sensus, ꝙ filius sit rebus cognitis ratio, & exemplar, & causa exemplandi. Et quod iste possit esse sensus locutionis, patet. Qui enim pfecte cognoscit aliquid, cognoscit omne quod est in illo: si ergo pater perfectè cognoscit filium, & in filio sunt oĩa: ergo omnia cognoscit in filio: nec tñ ex hoc sequitur, quòd sit sapiẽs filio, quia tunc significatur, ꝙ filius sit ratio cognoscendi ipsi patri. ADILLVD, quòd obiicitur ultimò, quod pater dicit omnia uerbo. Dicendum, ꝙ hoc quod est [dicere] importat originem, importat etiam effectum in creatura, quem dicit per uerbum, siue efficit: sed intelligere non importat de se nisi solummodo actum essentialem, ita ꝙ nec importat de se respectũ ad personam, nec ad creaturam, iõ non omnino idem est dicere, dicit omnia uerbo, & intelligit omnia uerbo: dicere enim idẽ est, quod intelligere, sed amplius importat.

QVAESTIO II.

An item rectè dictum sit, Pater est potens potentia, siue uirtute quam genuit?

VTRVM hæc locutio sit admittenda, Pater est potens potentia quam genuit, siue uirtute. Et uidetur quòd sic. Quia quicũque operatur per aliquem, & non potest sine eo, habet potentiam ab eo: sed pater operatur per filium, & non potest operari sine filio: ergo &c. ITEM. In diuinis idem est uirtus, & operatio: ergo cum pater operetur ꝑ filium, potest ꝑ filiũ: sed quicunque potest per alterum, est potens potentia illius: ergo pater est potentia genita. ITEM. Sicut se habet nosse ad sapientiam, ita operari ad potentiam: sed bene sequitur, iste nouit ꝑ illum: ergo est sapiens per illũ: ergo bene sequitur, iste operatur per filium: ergo habet potentiam ab illo, siue per illum: ergo &c. ITEM. Cum dicitur, pater operatur per filium, hęc prę positio Per, aut importat cãm aut instrumentum. Non instrumentum, quia tunc filius non uere cooperaretur patri. Iterũ esset indigens, si ageret per instrumentũ: ergo in ratione causæ: & si hoc: ergo filius dat operari patri: ergo & potentiam. SI TV dicas, quod non dicit rationem causalitatis, sed subauctoritatem: cum ergo similiter habeat ſ. ſ. subauctoritatem in operando sicut filius, qua ratione dicitur pater operari per filiũ, eadem ratione per spiritum sanctum. SI TV DICAS, ꝙ hoc est dictum per appropriationem, quæro rationem appropriandi. Cum enim operatio sit per potentiam, & potentia appropriętur patri, non filio: non ergo patri poterat appropriari operari per filium. ITEM. Cum immediata causa operationis sit uoluntas, & ilia appropriętur spiritui sancto, uidetur quòd magis debeat dici operari per ipsum

ritum sanctum, q̃ per filium.

CONTRA. Idem est esse potentem quod esse: ergo si pater est potẽs potentia genitat ergo habet esse ab illo. ITEM. Potentia appropriatur patri: ergo nec p̃ proprietatẽ, nec per appropriationem conuenit filio: ergo talis locutio magis est impropria, quam ista, pater est sapiens sapientia genita. ITEM. Potentia qua aliquis est potens, secundum ordinem intelligendi antecedit posse, sed generatio ordine intelligendi sequitur posse: ergo hęc omnino falsa, pater est potens potentia genita.

RESOLVTIO.

Minimè: cum in huiusmodi locutio ne importetur causalitas respectu patris.

RESPON. Dicendum, p̃ hæc est falsa simpliciter, pater est potẽs potentia genita, & magis impropria, quàm aliqua prędictarum. Ad intelligentiam autem prædictorum notandum quòd hæc regula cõsueuit dari de hac præpositione, Per; quòd cum uerbo absoluto importat auctoritatẽ, ut cum dicitur, ille est bonus per illum, uel sapiens, uel potens. Cum uerbo autem transitiuo, importat subauctoritatem, ut Rex potest per balliuum. Dicendum est igitur, quòd hæc est falsa, pater est potẽs per filium, hæc est uera, pater operatur per filium. Et non ualet argumentum. Operatur per illum: ergo potest per illum, quia primo importat causalitatem respũ effectus, & postmodũ respũ patris.

AD ILLVD ergo, quod primo obiicitur, quòd qui operatur per aliquem, potest per illum. Dicendum, quod falsum est, quia hoc non est, quòd habet potentiam ab illo, sed quod habeat potentiam cum illo indiuisam, & dat illi posse: ideo per illum operatur, & nõ potest sine illo. AD ILLVD, quodobiicitur, quòd non differt operatio, & potentia in DEO. Dicendum, quòd uerum est p̃ comparationem ad Deum, differt autem quantum ad effectum connotatum. AD ILLVD, p̃ sequitur, nouit per filium: ergo &c. Dicendum, quòd non est simile de nosse, & operari: quamuis enim nosse, sit uerbum transitiuum, tamen non connotat effectum sicut operari, & ideo præpositio Per, non potest cum ipso importare subauctoritatem: ubi enim est subauctoritas, notatur p̃ aliquid sit a duobus, & ab uno per alterum, sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur, utrum dicat rationem causæ, uel instrumenti. Dicendum, quòd neutrum dicit, sed subauctoritatem, quæ importat rationem utriusque, quantum ad illud, quod est ibi complectionis. QVOD obiicitur, quòd filio appropriatur operari p̃ ipsum, Respon. quòd operatio est per uirtutem, & uirtus appropriatur filio, sicut dicitur 1. Cor. 1. Christum dicimus Dei uirtutẽ, & Dei sapientiam. Ratio autem quare uirtus filio appropriatur, est, quia uirtus est ultimum potentiæ, siue est potentia ultimata: quoniam igitur filius producitur a patre secundum omnimodam perfectionem potentiæ, quia generare est actus perfectæ potentiæ: perfectum est enim

enim unumquodque, quando potest generare tale quale ipsum est, quia igitur filius accipit potentiam producendi æquè perfectam, sicut est in patre respectu spũs sancti, ideo uirtus ei appropriatur, ideo dicitur uirtus patris, & brachium, & dextra, & p̃t operari per filiũ. Aliter põt dici, p̃ uirtus dicit immediatiorem ordinem ad actum, quàm potentia, quia potentia ordinatur ad opus per dispositionem, & filio appropriatur dispositio, ideo & potentia disposita: & sic patent omnia quæsita.

DISTINCTIO XXXIII.

De nominibus substantialibus, & proprietetibus in comparatione secundum conuenientiam, & differentiam ad essentiã & personas.

POST supradicta interius considerari atque subtiliter inquiri oportet, vtrum proprietates personarum, quibus ipsæ personæ determinãtur, sint ipsę personæ, & sint Deus, *ideſt, diuina essentia, an ita sint in personis, ut non sint personæ, ac per hoc nec diuina essentia. Quòd enim in personis sint propietates, nemo inficiari audet, cum apertè clamet auctoritas, quòd in personis* Dis. 2 *est proprietas, & in essentia unitas. Superius quoq; multis* & 24. *sanctorum testimonijs astruximus, personas per proprietates distingui atque determinari, ipsasque proprietates, tres scilicet propriis expressimus vocabulis. Cum ergo proprietates ipsæ ab æterno fuerint, quibus ipsæ personæ determinantur, & differunt; quomodo essent si in eis non essent: & quomodo in eis essent, & ipsæ personæ non essent, quin ibi esset multiplicitas? Quocirca sicut proprietates esse in personis, ita & eas personas esse confitemur: sicut supra auctoritate Hieronymi (vt non pigeat reuocare ad mentem) protestati sumus, in expositione fidei ita dicendis, Sabellij hæresim declinãtes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum ptoprietates, ideſt personas, vel (vt Græci exprimunt) hypostases, hoc est subsistentias confitemur. Ecce apertè dicit personas proprietatibus distingui, & ipsas proprietates esse personas: cuius hic uerbo perstringimus, quia supra latius posuimus.*

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod proprietates sint diuina essentia.

Cumque de simplicitate deitatis supra differeremus, auctoritatibus sanctorum. s. Aug. Hilar. Isid. necnon & Boetij euidenter monstrauimus Deum hoc esse omnino quod in se habet: excepto quod pater habet filium, nec est filius: filius habet patrem, nec est pater: & sic esse in natura trium. vt hic hoc sit quod habet: & totum quod ibi est, vnum esse, vnam vitam esse: quæ modo non iteramus, ne fastidium lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt, singula earum est id in quo est, & unum eademq; uita singulæ sunt. Fateamur ergo & proprietates esse in tribus personis, & ipsas esse personas atque diuinam essentiam.

Auctoritate astruit, quòd proprietas sit natura.

In med. lib. *Quod enim proprietas etiam diuina natura sit, ostendit Hilar. dicens natiuitatem filij esse naturam. Vnde in 7. Lib. de Trin. ait, Vtriusque natura non differt: unum sunt pater & filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas, vt complectatur in se & nomen, & naturam, & potestatem: quia natiuitas non potest esse ea natura, vnde nascatur filius.*

Ibidem. *Idem in 6. Natiuitas proprietas est, veritas est. Idem in 7.*

Ibidem. *dicit quod naturæ natiuitas sit intelligenda esse in natura Dei. Supra enim dixit, quod proprium patris est quod semper pater est, & proprium filij est, quod semper filius est, significans quod proprietas patris est pater, & proprietas filij est filius. His aliisq; pluribus auctoritatibus aperte significari videtur, quod proprietas filij filius sit, sic & Deus: ita & proprietas patris & proprietas spiritus sancti.*

Quidam negant iam iam proposita.

Hoc autem aliqui negant, dicentes quidem proprietates in personis esse, sed non esse personas ipsas: quia ita dicunt esse in personis uel essentia diuina, vt non sint interius: sicut ea sunt quæ secundum substantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iustitia: sed extrinsecus affixæ sunt, atq; ita esse rönibus probare cötendunt. Si. n. inquiũt, proprietates sunt personæ, nõ eis personæ determinantur. Contra quod dicimus,

Tom. 4. Loco s. Ignatio. *quia et seipsis personæ differunt, sicut supra Hiero. loquens de patre & filio & spiritu sancto dicit. Substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt, Si proprietates ipsæ diuina essentia sunt, cum essentia non differant tres personæ, nec proprietatibus differũt. Quomodo enim differt pater a filio, eo quod diuina essentiæ est, cum in essentia unum sint?*

Responsio ad præmissa, auctoritati innitens.

Horum doctrinis nouis, & humanis commentis, verbo Hilarij respondeo. Immensum est quod exigitur & incomprehensibile: extra significantiam est sermonis, extra sensus intentionem: non enuntiatur, non attingitur, non tenetur: uerborum significantiam rei ipsius natura consumit: sensus contemplationem imperspicabile lumen obcæcat, intelligentiæ capacitatem, quod fine nullo cõtinetur, excedit. Mihi ergo in sensu labes est, in intelligentia stupor est: in sermone uero non iam infirmitatem, sed silentium confitebor: periculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid vltra præscriptum cœleste proferre, ut ultra præfinitionem Dei sermo de Deo sit. Forma fidei, certa est. Non ergo aliquid addendum est, sed modus constituendus audaciæ: quicquid ultra quæritur, non intelligitur. Ecc. 43.

Instant adhuc improbi hæretici.

Cæterum hæreticorum improbitas instinctu diabolicæ fraudulentiæ excitata, nondum quieuit: sed in tanta rerũ quæstione addit, Si paternitas & filiatio in Deo, siue in diuina essentia sunt: eadem ergo res est sibi pater & filius. Nam in quo paternitas est, pater est: & in quo filiatio est, filius est: Si ergo una eademq; res habet in se paternitatem & filiationem, ipsa generat & generatur: quod dicentes in Sabellianam hæresim pertrahũtur, extendentes patrem in filium, cum ipsum sibi filium proponant & patrem. Si uero negauerint in una Dei essentia paternitatem esse & filiationem: quomodo ergo dicunt esse Deum? His atque aliis argumentorum aculeis vtuntur in suæ opinionis assertionem, vt veritatis formam dissecent.

Responsio eorum instantiæ.

Quorum audaciæ resistentes, atque ignorantiæ prouidentes audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas & filiatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio non ita esse omnino in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasibus, in quibus ita sunt, quòd eas determinant, vt ait Ioan. Damas. Characteristica idiomata sunt, id est, determinatiuæ proprietates hypostaseos, et non naturæ: etenim hypostasim determinant & non naturam. Ideoque licet paternitas & filiatio sint in diuina essentia, cum eam non determinent, non ideo potest dici, quòd diuina essentia & generet & generetur, uel quod eadem res sit sibi pater & filius. Ita enim proprietas determinat personam, ut hac proprietate hypostasis sit illa generans, & alia hypostasis sit genita: & ita non idem generat & generatur, sed alter alterum.

Li. de or thod. fi. 6.6.

Quomodo proprietates possunt esse in natura, ut tamen eam non determinent.

Sed fortè quæres, cum hæ proprietates non possunt esse in personis quin eas determinent, quomodo in diuina essentia esse possint, ita vt non eam determinent. Respondeo tibi, & hic cum Hilario. Ego nescio, non requiro, sed consolabor me tamen: archangeli nesciunt, angeli non audierunt, sæcula non tenent, propheta non sensit, Apostolus non interrogauit, filius ipse non edidit. Cesset ergo dolor querelarum; non putet homo sua intelligentia generationis sacramentū posse consequi. Absolute tamen intelligendus est pater, & filius; & spiritus sanctus. Stat in hoc fine intelligentia uerborum. Est filius a patre, qui est unigenitus ab ingenito, progenies a parente, vnus ab vno, non natura deitatis alia & alia, quia ambo vnum. Hoc credendo incipe, percurre, persiste, etsi non peruenturum sciam, tamen gratulabor profecturum. Qui enim pie infinita prosequitur, etsi non cōtingat, aliquando tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inferas in illud secretum & arcanum inopinabilis natiuitatis, ne te immergas, summam intelligentiæ cōprehendere præsumēs, sed intellige incōprehensibilia esse. His aliisq; multis euidēter ostēditur nobis nullatenus licere maiestatē perscrutari, ius ponere ptāti, modū circūscribere infinito.

Quibus auctoritatibus fulciantur.

Veruntamen nondum desistunt impatientiæ spiritu agi-

tati

tati, sed opinionem suam etiam sanctorum auctoritatibus munire conantur, quibus ostendere volunt proprietatē qua pater est pater, & proprietatem qua filius est filius, non esse Deum, ad hoc inducentes uerba Aug. super illum locum psal. Et non est substantia, ita dicentis, Deus enim quædam substantia est. Vnde etiam in fide catholica sic ædificamur, vt dicamus patrem & filium & spiritum sanctum unius essentiæ substantiæ. Quid est unius substantiæ? Quicquid est pater quod Deus est, hoc est filius, hoc est spiritus sanctus. Cum autem pater est, non illud est quod, uel quo est. Pater enim non ad se: sed ad filium dicitur, ad se autem Deus dicitur. Eo igitur quod, uel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdem substantiæ est filius, proculdubio filius est Deus. At vero quòd pater est: quia non substantiæ est, sed refertur ad filium, non sic dicimus filium patrem esse, sicut dicimus filiū Deum esse. Ex his verbis significari dicunt, quod proprietas patris uel proprietas filij non sit Deus vel essentia diuina. Cum.n. dicit, eo quòd Deus est, substantia est: sed quòd pater est, substantia non est: aperte (inquiunt) ostendit id esse substantiam, quo Deus est, id uero quo pater est, non esse substātiam. Item cum ait, Pater non illud est, quod est, ostendit eū non esse patrem, eo quòd substantia est. Non .n. simpliciter dixit, pater nō est illud quod est: sed ait, cum pater est aliud quod est, significans quo pater est non esse illud quo est, ideſt, essentiam. Hæc illi ita exponentes, sua commenta simplicibus & incautis, vera videri faciunt. Nos autem aliter foreista intelligenda dicimus. Dicens.n eo quod Deus est, substantia est: sed quod pater est, substantia non est, hoc intelligi noluit: quia essentia Deus est, & deitate substantia est. Eo enim substantia est, quo Deus est, & econuerso: cuius ea est deitas quæ est substantia, & substantia quæ deitas: sed quod pater est, nō est substantia, ideſt, non quo pater est, eo substantia est: quia proprietate generationis pater est. qua substantia non est. Ipsam tamen proprietatem substantiam esse non negauit. Ita etiam illud intelligendum est quod ait, Cum pater est, non illud est quod est, ideſt, non illo pater est, quod uel quo ipse est, ideſt essentia: sed notione.

Alius

Psal. 68. Tom. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliis etiam uerbis Augustini muniuntur.

Dis. 27 *Item illis verbis Augst. vehementer insistunt superius positis, scilicet quod verbum secundum quòd sapientia est & essentia, hoc est quod pater: secundum quod verbum, non hoc est quod pater, Si (inquiunt) uerbum non est hoc quod pater, secundum hoc quod est uerbum: id ergo quo uerbum est, nõ est illud quod pater est: proprietas ergo qua verbum est, non est quod pater est, non est igitur diuina essentia. Ad quod dicimus: quia licet secundum quod verbum, non sit quod pater est, ea tamen proprietas qua verbum est, est id quod pater est, id est, diuina essentia: sed non est hypostasis patris.*

SVPRA egit Magister de nominibus substantialibus, & proprietatibus per se & sigillatim. Hic tertio loco agit de his in comparatione: & hoc secundum conuenientiam, & differentiam: & habet pars ista duas partes. In prima quærit Magister de proprietatibus in comparatione ad essentiam & personas. In secunda uero agit de comparatione personæ, siue rei naturæ ad naturã, infra Dis. 34. *Prædictis adquiendum est &c.*] Prima pars habet duas partes secũdum duo opera sapientis. Quorum primũ est non mẽtiri, de quibus nouit. Et secundum est, mentientem posse manifestare. Vnde in prima parte primo ostendit, & probat ueritatem. In secunda eam defendit contra falsitatem, ibi, *Hoc autem aliqui negant, &c.*] Prima pars habet quatuor partes. In prima ostendit q̃ proprietates sunt personæ, & in personis per naturam ipsius proprietatis: quia æterna est, & distincta. In secunda ostendit illud idem per uiolẽtiam auctoris Sabellii, ibi, *Sabellij hæresim declinantes, &c.*] ubi ponit auctoritates Hieronymi. In tertia ostẽdit hoc ipsum per naturam diuinæ simplicitatis, ibi. *Cumque de simplicitate diuinitatis &c.*] In quarta ostendit q̃ proprietates non tantum sunt personæ, sed etiam diuina essentia. Et hoc probat efficacia auctoritatis, ibi *Quod uero proprietas etiam diuina natura sit, &c.*] ubi ponit auctoritatẽ Hilarii. Si militer secunda pars, in qua ponit Magister ueritatis, phatæ defensionẽ ponendo aliorum rationes, & suas responsiones, fm q̃ duplex est modus impugnandi ueritatem, s. per rõnes & auctoritates: ita hæc pars hẽt duas partes. In prima ponit rõnes, & responsiones. In secũda auctoritates, ibi. *Verumtamen nondum desistunt &c.*] Prima pars hẽt quatuor partes. In prima ponit obiectionẽ, qd proprietates non sint personæ: & quia rationalis erat, respondet ad ueritatẽ. Secundo uero subiungit aliã rõnem: & quia curiosa uidetur, rñdet ad hominẽ, non ad rõnem ibi. *Sed uerum addunt, &c.*] Tertio adhuc resumit rationem illorum, & respondet ad ueritatem, ibi. *Et ea non hæc resistentium improbitas, etc.*] Quarto & ultimo subiũgit eorum interrogationẽ, & quia curiosa erat, præfigit terminum humanæ inquisitioni, ibi. *Sed forte quæritur unum horum proprietates &c.*] Et quilibet istarum partium posset sub diuidi. s. q̃ primo ponit oppositionem, & secundo rñsionem, & illud manifestum in litera est. Vltima pars, in qua respondet Magister auctoritatibus, quas inducunt, similiter hẽt duas partes fm duas auctoritates Augustini, quas inducũt, & prima sumpta est ab expositione Psalmistę, secunda uero sumpta est ab Augustino 6. de Tri. Prima pars ponitur ibi. *Verumtamen nondum desistunt &c.*] Et secunda ponitur ibi. *Item, illis uerbis Augst. &c.*] Et quælibet harum potest subdiuidi: quia primò ponit auctoritatem siue rationem, secundò uerò dissoluit.

Sub. 1. *Horum doctrinis nouis & humanis &c.*] Videtur insufficienter rñdere: quia non soluit argumentũ: sed dicit qd̃ est incõprehensibile: & uꝰ qd̃ ista euasio nulla sit: aut. n. argumentũ necessario concludit, aut sophistice. Si necessario, tunc ergo cũ ꝓcedit ex ueris, cõclusio est uera. Si nõ necessario, tunc ergo sophisticũ elicied unũ sophisma non est incõprehensibile: & ita uꝰ q̃ male applicet auctorit. Hilarii. Resp. dicendũ q̃ ad argumentũ facile est rñdere, qa ibi e sophisma fm accidens: ꝓprietas est essentia, & essentia nõ distinguit: ergo nec ꝓprietas: sed hoc Magister nõ dicit iaco prehensibile: sed dimittit tanquã sophisticum, & indignũ discussione maiorum. Sed illa q̃stio ueritatis, quæ sequitur, incõprehensibilis est fm statum uiæ: qñ si per omnimodam identitatẽ p̃dicatur essentia de proprietatibus, & ecõuerso, hęc distinguit & illa non, & hoc est nobis incõprehensibile. Quia. n. uidemus p speculũ, intelligimus p similitudinẽ sumptã a creaturis, & hoc nullum sub cœlo hẽt simile, imo solus Dei proprium pp summã simplicitatem, ideo dicit Magister esse incõprehẽsibile. Nec est simile de genere, & differentia: quia genus p̃dicatur de differentia, & hoc distinguit, & illud nõ: quia non p̃dicatur per identitatem. Ideo cum Hilarius dicit, q̃ est incomprehensibile, & describit incomprehensibilitatẽ quantum ad triplicem uim: quantum ad receptiuã, cum dicit incõprehensibile, &c. quãtum ad expressiuam: cum dicit, extra sermonis significationẽ: quantum ad indicatiuam, cum dicit, extra sensus intentionẽ: & alia quæ sequuntur his tribus aptantur, ut patet inspicienti.

Quorum aud ciæ resistentes etc.] Dicit quod proprietates, q̃ sunt in hypostasibus, & eas determinant, in essentia sunt: sed eã non determinant. Videtur esse oppositio: quia omnis proprietas est determintiua eius in quo est, alioquin in illo non est: ergo si proprietates determinant essentiã, non sunt in essentia. Resp. Dicendum, q̃ magister bene respodet: quia hæc præpositio [in] notat diuersas habitudines. Aliter enim dicitur pater in filio, aliter paternitas in patre. Pater. n. Dub. 2.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in filio esse dicitur non sicut proprietas distinctiua: sed sicut persona consubstantialis: paternitas uero in patre, sicut proprietas distinctiua. Sic uult dicere Magister, quòd aliter sunt, siue dicuntur esse proprietates in essencia, quam in persona. Nam in essentia dicuntur esse propter identitatem, ita q̃ in, omnino dicit identitatem. In personis dicũtur esse, sicut ueræ proprietates in hypostasibus, & determinationes determinatis. In creaturis autem non est unus modus sine alio: quia proprietas non omnino idẽ est cum eo cuius est proprietas, & ideo in creaturis non dicitur esse proprietas ī aliquo, nisi in eo cui inhæret: non sic in diuinis.

Dub. 3. *Respond o tibi & hic cum Hilario &c.*] Videtur falsum q̃ dicit, quod solutionem istius quæstionis Archangeli nesciunt: cum enim sunt comprehensores, constat quòd omnia cognoscunt quæ sunt de substantia gloriæ: ergo cognoscunt distinctionem personarum, & essentiæ unitatem & modum: ergo uident quare proprietates determinant hypostasim, non essentiam. Et ĩterum, si comprehensio erit, de quibus est modo fides, & nos modo fide tenemus: ergo in patria cognoscemus. Respon. Dicendum quòd sicut dicit Augustin. de Trin. sicut fouea dicitur esse cœca, non quòd ipsa non uideat; sed quia quod habet non ostendit aliis: sic Angeli dicũtur ignorare, & sancti, propter hoc q̃ non reuelant talia; sed magis intelligibilia: & quia talia non habent simile in creatura, immo magis dissimile, dicuntur nobis incomprehensibilia. Et numerat Hilarius triplicem cognitionem quàm habemus de rebus diuinis. Vna est per Angelorum reuelationem, alia per Prophetarum illustrationem, tertia p̃ Apostolorum prædicationem. Et dicit Angelos nõ audire: quia ipsi recipiunt reuelationem a maioribus, & nobis exprimunt. Magister ergo bene respondet, ostẽdendo insufficientiam. Si enim quæratur quare proprietas est in persona, ut distinguens, in essentia non: respondetur q̃ persona se habet ad aliam, & refertur, & distinguitur: & si hoc respondeatur, adhuc manet quæstio quare persona refertur: ergo respondetur quia una est essentia tres personæ. Si tu quæras huiusmodi omnino simile, non inuenies, & ideo in fundamento fidei oportet persistere.

Nos autem aliter fore ista intelligenda &c.] Notandum super ista solutione Magistri quã ponit hic, q̃ locutiones istę quas proponit August. scilicet pater non est eo substantia quo est pater, & consimiles, duplices sunt: quia ablatiuus importat habitudinem in ratione formę, siue causę formalis, quamuis in diuinis non cadat uere habitudo causę quantum ad rem, tamen quantũ ad rationem intelligendi. Potest ergo causalitas cadere sub negatione, ut sit negatio causalitatis, & tũc locutio est uera, & in hoc sensu accipit Aug. & Magister exponit. Est.n. sensus non eo est deus quo pater: q̃a paternitate est pater tanquam ratione diuendi uel intelligendi: non sic autẽ pater-

nitas est ratio dicendi ipsum esse deum uel intelligẽdi, & tunc locutio uera, & nihil facit pro Porretano. Potest iterũ esse causalitas negationis, & tunc est falsa, & est sensus, non eo est deus quo pater. i. quantum ad id q̃ est pater, nõ est deus: & in hoc sensu accipit Porretanus, & ita est falsus intellectus, & sic nõ accipit Aug.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An proprietas sit persona?

AD intelligentiam præsentis distinctionis quatuor quæruntur. Primo, quæritur de comparatione proprietatis ad personam. Secundo, de comparatione proprietatis ad essentiã. Tertio, de comparatione unius proprietatis ad aliam. Quarto, de comparatione eiusdem proprietatis ad seipsam.

DE comparatione proprietatis ad personam. Et quæritur, utrum proprietas sit persona. Et q̃ non, ostenditur hoc modo: ubicunque est uere determinãs & determinatum secundum rẽ, ibi determinans differt a determinato. Nam si non differt, non est determinans uere: sed totum est determinatum: Sed persona in diuinis est uere determinata, & proprietas uere determinans: quia proprietas uere, & non secũdum modum dicendi solum, distinguit: personam: ergo proprietas differt a persona: sed differentia non prædicatur de se in abstractione: ergo nec proprietas de persona, uel econuerso. ITEM. Vbicunque est uere abstractum, & concretum, ibi differt, q̃ abstrahitur ab eo a quo abstrahitur: sed proprietas significatur in concretione ad personam, cũ dicitur, pater: & in abstractione: cum dicitur, paternitas: & non tm̃ est differentia in modo loquendi: quia aliquid dicitur de patre, q̃ non de paternitate: ergo uere differt paternitas a persona: sed quod uere differt ab alio, non prædicatur de eo in abstractione: ergo &c. ITEM. Vbicunque est absolutum, & respectiuum, absolutum non est ipse respectus, quantumcunque se ipso referatur. Vnde q̃is materia seipsa referatur ad formam, tamen non est ipse respectus ad formam: ergo cum in diuinis persona uere sit substantia absoluta, relatio sit uerus respectus, quantumcunque seipsa referatur persona, non est uerus respectus, siue ipse respectus: nec econuerso: ergo proprietas non est ipsa persona. Ex his tribus suppositionib. arguebat Porretanus, q̃ persona nõ est ꝓprietas, nec econuerso: & q̃a oẽ q̃ est ī ꝓsona, est ꝓsona p̃p summã simplicitatẽ; arguebat ulterius: q̃ ꝓprietates nõ sunt in ꝓsonis: sed assistunt. Et q̃ ista positio sit cõuenies, uẽ auctoritate Boetii de Trin. Dicit.n. q̃ relatio non in eo q̃ ẽ esse cõsistit, sed in cõparatione. ITEM. Hoc ipm ostẽdit rõne, q̃a oẽ q̃ aduenit alicui, & recedit sine sui mutatione. nõ p̃dicat aliq̃d, q̃ sit ī illo, sed solũ ẽ assistẽs: sed relatio ẽ hmõi, vt patet ī dextro, & sinistro, ergo &c. Cũ ergo proprietates sint relationes, nõ sũt personę, nec in personis, sed assistunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTRA. Omne simplicissimum est id q̄ habet, excepto eo ad quod relatiue dicitur: hęc est August. in 6. de Trini. & per se nota est: Sed diuina persona est simplicissima, aliter non esset DEUS, & non dicitur relatiue ad proprietatem: ergo est proprietas. ITEM. Omne perfectissimū est omne illud a quo perficitur, & denominatur: hæc est per se nota: quia aliter denominans & perficiens esset perfectius eo. Et Augustin. istam proponit 6. de Trin. dicens, q̄ ipse Deus est maximus: ideo est sua magnitudo: sed persona diuina est perfectissimum quid, & denominatur sua proprietate: ergo persona est sua proprietas, & pater est paternitas. ITEM. Oē simp̄r primum est, quicquid habet, excepto eo, quod nō est ex illo. Nā si habet aliquid, q̄ non sit ab ipso, uel q̄ non sit ipsum: illud est æque primum ut ipsum: ergo ipsum non erit simpliciter primum: sed pater habet paternitatem, & paternitas est ab ipso, & ipse est simpliciter primus: ergo p̄r est paternitas: eadem rōne filius est filiatio, & spiritus sanctus processio. Ex his concluditur, quòd proprietates non sunt tantū personæ, sed etiam in personis. Et quod istud uerum sit, uidetur auctoritate Hierony. Tres (inquit) personas expressas sub proprietatibus distinguimus. in Lib. de expositione fidei catholicæ ad Damasum. ITEM. Hoc uidetur rōne. Quia omne q̄ est, aut est ens per se, aut in se, aut in alio. Proprietates igitur, aut sunt per se entes, & ita substantia: aut in alio. Si in alio, non nisi in personis: quia proprietas non est nisi in eo cuius est proprietas. Si per se: ergo proprietas est substātia, aut ergo creata, aut increata, aut media. Sed non creata, nec media: istud constat: ergo constat q̄ increata: ergo sunt personæ.

RESOLVTIO.

Proprietas in diuinis, & persona est, & in persona est.

RESP. Dicendum, q̄ de comparatione proprietatis ad personam triplex fuit opinio. Prima positio fuit, q̄ proprietates non sunt personę, nec in personis, sed assistunt personis, sicut relationes. Et rō quæ mouit istos, fuit personarum pluralitas, & diuina simplicitas. Quia enim personæ plures sunt, plures habēt proprietates, quæ uere differenter s sunt: & quia differentes sunt, si essent in persona, auferrent ei simplicitatem, quæ cum non possit auferri a diuinis, posuerunt proprietates esse assistentes personis, non esse personas, & huic uidetur cō sonare natura relationis, quæ nō uidetur esse in substātia, nec prę dicare aliquid in subiecto, sed dicere respectū ad aliud. Et hęc positio & si rationabilis aliquo modo fuit, tamen stare non potest: quia ponebat relationes in diuinis, nec deum esse, nec creaturam: unde etiam in principio sui modicum continet errorem, tamen ducebat ad magnum: & ideo retractata fuit in Concilio Remensi, & Magister Gilbertus Porretanus ore proprio retractauit. IDEO fuit secunda opin. multum differens ab ista, uidelicet q̄ proprietates omnino sint personæ: nec differant nisi solummodo in modo loquendi, & tantum sunt tres proprietates, sicut sunt tres personæ. Et ista positio fundata est similiter super diuinam simplicitatem. Quia enim personæ sunt simplicissimæ, seipsis distinguuntur, & ipsæ sunt sue proprietates, nec habent alias differentes re, sed solo modo loquendi. Et ista positio fuit Magistri Prępositiui & magis est probabilis quàm præcedens. Attamē ipsa improbata est supra Dist. 26. quia una persona plures habet relationes, quæ sunt uerę relationes: & plures personæ habent unam proprietatem: & una persona alio & alio modo se habet ad filium, & ad spiritum sanctū, & sm rem. Ex quo necessario sequitur, q̄ realiter aliquo modo differt proprietas a persona, & non solum in modo loquendi, sicut dicebat Magister Prępositiuus. Et propter hoc intelligendum, q̄ utraque prædictarū positionum aliquid ueri dicit, & in aliquo deficit. Nam prima quę dicebat q̄ proprietates aliquo modo differant a personis, uerū dixit, sed in hoc male, q̄ dixit simpliciter differre. Sequēs quæ dixit, q̄ proprietates sint personæ, uerum dixit, sed in hoc excessit quod dixit, quod nullo modo differant a personis. IDEO ex his duabus positionibus conflatur una, & cōis positio, quam tenent modo Magistri communiter, q̄ proprietates sunt personæ, & in personis, tamen aliquo modo differunt a personis. Et q̄ ista positio sit conuentens, patet si quis inspiciat naturā proprietatum. Dictū enim est supra, cū quæreretur quid esset proprietas in diuinis, q̄ erat relatio: dictum est etiam quod relatio ratione comparationis quàm habet ad subiectum, transit in substantiam in diuinis, & ideo de subiecto suo omnino uere prædicatur, ut pater est paternitas. Ratione uero comparationis quam habet ad obiectū, manet uerissime in diuinis, & habet quodam modo differentiam a persona. Nec facit secundum hoc cōpositionem, sed distinctionem respectu cuius est. Compositio enim attenditur per comparationem proprietatis ad subiectum, distinctio respectu obiecti. Et ex hoc patet q̄ proprietas est persona, & in persona: quia idem est per essentiam siue modum essendi: differt tamen quantum ad modum se habendi. Concedendæ igitur sunt rationes, quod proprietates sunt personæ, & in personis, ut patet ex dictis.

RESP. Ad primum argumentū. Quia enim aliquantulam habet differentiam proprietas, & persona penes modum se habendi: iō proprietas uere determinat, & distinguit. hoc tamen non tollit prædicationem: quia modus ille non addit aliam essentiam.

AD ILLVD, quod obiicitur secundo de abstractione. Dicendum, q̄ non est abstractio secundum rem, sed solum sm modum intelligendi, & loquendi: quia abstractio respicit subiectum in quo, & sm illum respectum transit: quia tamen manet in comparatione ad terminum, hinc est q̄ relatio non tantum modo loquēdi differt: nec tamen oportet q̄ sit uera abstractio. AD ILLVD, q̄ obiicitur secundo, q̄ absolutum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum non dicitur de respectiuo. Dicendum, ꝙ uerum est increatura: quia respectus ipse uerus, aut est alius per essentiam, aut ī cōparatione ad aliud per essentiam, ut materia & forma, quorū neutrum est in diuinis: unde respectus in creaturis ponit dependentiam, & ideo priuat summam simplicitatem, & ideo nō prædicatur in creatura. Omne enim simplicissimum est independens omnino. In diuinis autem relationes dicunt respectū sine dependentia, & ideo non priuant summam simplicitatē, & ideo dicunt de hypostasi. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omnes relationes sunt assistētes. Dicendum, ꝙ esse in relatione dicuntur a Boetio, non quia nō sint in re: sed quia eū sint in re: nō sunt in ea absolute: sed in cōparatione ad alterum: quo quidem mutato & corrupto, cōtingit relationem pariter corrumpi & desinere: p p hoc ꝙ non est in subiecto absolute, sed ad alterum, nihilominus est in subiecto. Ex HOC patet responsio ad illud, ꝙ obiicitur. Nam illud nō habet ueritatem nisi in ente absoluto, non respectiuo: Et trahitur ex rōne & uerbis Boetii. Ex ratione, quia quando dico hoc esse ordinatum ad aliquid, non nihil dico de illo de quo dicitur, & quando de aliquo ꝙ non habet ordinem fit habens ordinem, quia non erat illud ad qđ ordinaretur, & ideo ordo erat in potentia in hoc, non rōne sui: sed rōne ad hoc ꝙ est, quantum ex parte sui erat in actu: & ideo nulla mutatione facta ī ipso, sed in obiecto, introducitur in esse, & desinit: & hoc patet ex uerbis Boetii: quia Boetius non negat simpliciter, quod relatio non in eo ꝙ est esse consistit: sed non totaliter concessit: unde dicit, Nō potest prædicatio relatiua quiescere quam rei de qua dicitur per se addere, uel minuere, uel mutare: quia non tota in eo quod est esse cōsistit. Ex hoc innuit ꝙ aliquo modo consistit: & ideo nec in creaturis, nec in deo uerum ē dicere quod relatio non sit in aliquo, sed uerum est dicere, quod non tota est in aliquo absolutē.

QVAESTIO II.

An proprietas essentia sit.

SEcundo quæritur de comparatione proprietatis ad essentiam. Et quæritur, utrum ꝑprietas sit essentia. Et quod sic, uidetur: quia ecclesia cantat. *In personis adoretur proprietas &c.*] sed nihil est adorandum latria, nisi diuina essentia: ergo &c. unde Bernard. Illam proprietatem, q̄ Deus non est, non mihi adorabilem credo. ITEM. Essentia est in persona, & proprietas: aut ergo sunt ibi per differētiam, aut per indifferentiā. Si per differentiā: ergo persona est composita, ꝙ ē inconueniens. Si per indifferentiam omnimodam: ergo proprietas est essentia, & essentia est ꝑpropriatas. ITEM. Proprietas aut est aliquid, aut nihil. Si nihil: ergo aut persona nō distinguitur, aut distinctio personæ nihil est. Si aliquid est, sed omne ꝙ est aliquid, est essentia uel creata, uel increata: sed proprietas non est essentia creata, hoc manifestum est: ergo increata. ITEM. Oē ꝙ est, aut est deus, aut melius deo, aut minus bonum, aut maius. Proprietas ergo aut ē deus, aut melius, aut maius, aut minus. Sed maius non potest esse: quia Deus est, quo maius excogitari non potest. Minus non potest esse: quia tunc pater esset minor quam si ipse, ergo deus est.

CONTRA. Aug. dicit, & hī supra dist. 18. Nō eo est deus quo ꝑ: sed deitate est deus, paternitate est pater: ergo deitas non ē paternitas, imo aliud & aliud. ITEM. hoc uī rōne. Hęc est conceptio animi per se uera, quod non est idem principium distinguendi & uniendi, formaliter loquendo: sed essentia est rō uniēdi, ꝑprietas distinguēdi: ergo essentia, & ꝑprietas nō sunt idē. ITEM. Nulla ꝑprietas ꝑprie pdicē de aliqua essentia siue substantia, nisi sit in illa: ergo si proprietates dicuntur de diuina essentia: ergo sunt ī illa: sed ꝑprietas ponit rem suam circa subiectum in quo est: ergo cum rei proprietas sit respectus, & ad respectum sequatur distinctio, de necessitate proprietates ponunt distinctionē circa diuinā essentiā, si sint in illa: sed hoc est inconuenēs: ergo &c. ITEM. Si essentia est proprietas, aut ergo p se, aut per accidens. Si per se, ergo cuicunque inest essentia, & paternitas: sed hoc est falsum: ergo si est uera, est uera per accidens: ergo cum in diuinis nō sit ponere accidens, nec per accidens, patet &c. ITEM, Si proprietas est diuina essentia, cū diuina essentia, uel substantia sit creatrix, & creet, ergo proprietas creat, quod non conceditur. Quæritur ergo, quare conceditur, ꝙ paternitas sit essentia, & quod etiam sit adoranda: non tñ quod sit creatrix, uel sapiēs.

RESOLVTIO.

Proprietas, & est diuina essentia, & ab eadem distat. Ratione comparationis ad subiectum illa est: ratione comparationis ad terminum, ab eadem differt.

RESP. Sicut Magister tangit in litera, aliquorum positio fuit [& imponitur Pictauiensi] ꝙ ꝑprietas nec sit essentia: nec in essentia: sed solum assistens. Sed ista positio manifeste improbata ē: quia necesse est quod sit diuina essentia, si est aliquid.

Propter hoc ad intelligētiā obiectorū intelligēdū: sicut ꝓnotatum est: ꝙ relatio rōne cōparationis ad subiectum transit in substantiam, & ideo proprietas est diuina substātia. Rōne uero comparationis ad terminū, siue obiectū, remanet, & q̄tū ad hoc ē distincta, & differt ab essentia: non qa dicat aliā essentiam: sed aliū modū se hndi, q̄ p cōparationē ad essentiā, uel ꝑsonā dicit modū nihil addēs. In cōparatione uero ad correlatiuū, uere dicit rē, & distōnē: & iō nō ē uariata ī rōne itelligēdi, nec cōpositio in re: sed uera distō. Et qñ iste respectus nō dicit aliud, q̄ essentiā, ipsi cōparatus: sīr nec aliud quā ꝑsonā: iō uere est essentia & ꝑsona: sed qa ultimus respectus ille non est essentia ad aliud: sed ꝑsonę ad ꝑsonam, ideo respectus, & relationes [ꝑprie loquēdo] sunt in ꝑsonis, nō in essentia: qa ꝑsonæ ꝑm eos referunt & distinguunt: ī essentia aūt nō: quia nec refertur, nec distinguit. Sunt tñ in essentia diuina, loquēdo cōiter & ꝑproprie

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut dicatur in diuina essentia, omne q̃ est diuina essentia, uel omne quod est in essentia, uel persona.

AD ILLVD, ergo quod obiicitur, q̃ alio est deus, alio est pater. Dicendum, q̃ ablatiuus dicit rationem dicendi, uel denominandi: unde & alietas per ablatiuum significata, attenditur solum quantum ad modum, nõ quãtum ad essentiam, ut patet.

AD ILLVD, similiter q̃ obiicitur, q̃ non idem est principium distinguendi, & uniendi: patet respõsio, quia proprietas distinguendi in eo q̃ differens non essentia, sed modo, qui modus non dicit compositionem, quia transit in substantiam: nec dicit solum intellectum: quia res est: & manet respectu obiecti.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ non prædicatur de substantia. Dicendum, quòd non prædicatur de substantia ut de subiecto, nec p̃ inhærentiã: sed solum de persona sic prædicatur. Vnde de essentia prædicatur, quia essentia, & proprietas sunt unum in persona, non, quia unum sit in alio.

AD ILLVD, q̃ obiicitur, utrum prædicatur per se, aut per accidens. Dicendum, q̃ non per se: quia per personam. Non p̃ accidens, quia persona nõ est aliud ab essentia. Quoniam igitur sicut res diuinæ superexcedũt res inferiores, sic & prædicatio prædicationem.

AD ILLVD, q̃ ultimo obiicitur, quòd si essentia creat, & proprietas. Dicendum est ad hoc, q̃ quamuis ꝓprietas sit essentia, tamen essentia non supponit proprietatem, nec eõ uerso. Vnde non sequitur, q̃ illud q̃ conuenit essentiæ, conuenit personæ, uel econuerso: aliqua tñ conueniunt essentiæ, & proprietati, aliqua non. Vnde notandum, q̃ quædam dñr de diuina essentia in se, ut puta illa q̃ dñr in oppositione ad creaturã, ut immẽsa, increata, &hmõi, & hæc dñr de proprietatibus. Aliqua dñr de diuina essentia, ut in personis, ut esse communicabile, & esse in tribus unam. Talia conueniunt essentiæ, ut habent rõnem formæ: & in hoc differt ratio essentiæ, & proprietatis: & talia non dicuntur de ꝓprietatibus. Rursus aliqua dñr de essentia, ut esse principium operationum, esse potentem, sapientem, uolentem, & creare, & talia non dñr de ꝓprietatib. Vñ notandũ, q̃ adiectiua essentialia, q̃ essentiam in se respiciunt, ut esse diuersum a creatura, dñr de proprietatibus: quæ autem de ipsa formaliter, siue ut est forma, uel ut est principium, non dicuntur, & sic patent omnia quæsita.

QVAESTIO III.

An notio de notione prædicetur?

DE comparatione unius notionis ad aliam. Et quæri. utrum una notio, siue proprietas unius personæ p̃dicetur de alia. Et q̃ sic, uñ syllogistico expositorio. De necessitate. n. sequitur, ut dẽ i arte Priorũ, Hoc A ẽ B, hoc A ẽ C, eodẽ demõstrato: ergo C ẽ B, & fundat iste syllogismus sup illud principiũ ꝓ se notũ, Quæcũq; uni, & eidẽ sunt eadẽ, iter se sunt eadẽ. Fiat ergo talis syllogismus, Pr̃ est panitas, pr est inascibilitas, ergo pr̃anitas est innascibilitas. Si tu dicas, q̃ accidens peccat contra istam consequentiam, & contra istud principium, ut patet hic, Petrus est individuum, Petrus est hõ: ergo hõ est individuũ: Contra hoc obiicit, ga ubi accidens, ibi est accidentalis prædicatio: sed cũ dicit, pater est paternitas, pater est innascibilitas, non est accidentalis p̃dicatio, ga est in abstractione; ergo nõ est ibi accẽs.

ITEM. Bñ sequit concretiue, pater gñat, pater est innascibilis: ergo innascibilis gñat, & tamẽ sic magis importatur p̃dicatio per modum accidentis: ergo multo fortius sequitur in abstracto: ergo hæc est uera, paternitas est innascibilitas

ITEM. Hoc ostenditur a minori sic. Maior est unio proprietatum in una persona, si ue in supposito incommunicabili, q̃ proprietatum in una natura cõmuni: sed tanta est unio proprietatum in una natura communi, q̃ una est alia, ut bonitas est sapientia: ergo multo fortius in persona una ꝓprietas p̃dicat de alia.

ITEM. Maior est unio ꝓprietatum in una persona, quã proprietatis, & essentiæ in persona, quia ibi unio quantum ad rem est æqualis, & quantum ad modum magis conuenit ꝓprietas cũ proprietate, q̃ ꝓprietas cũ natura, siue essentia: sed tãta est unio essentiæ, & proprietatis in persona, q̃ una de alia prædicat, ut paternitas ẽ deitas: ergo &c.

ITEM. Maior est unio proprietatis in una persona, q̃ duarũ naturarũ i eadem persona: sed pp cõuenientiam naturarũ in una ꝑsona Christi est cõicatio idiomatum, quia Deus est homo, & hõ Deus: ergo pari ratione ꝓp conuenientiã ꝓprietatũ in una hypostasi, una de alia prædicat.

CONTRA. Sicut se habet persona ad pson̄ã, ita notio ad notionẽ: sed una pson̄a non prædicat de alia pson̄a: ergo nec una notio de alia notione.

ITEM. Qd̃ prædicatur de aliquo in abstractione non facit numerũ cum illo: ergo si notio de notione prædicatur, nõ sunt plures, sed una

ITEM. Si notio prædicatur de tione: ergo spiratio est generatio, & spirare est generare, ergo cũ hæc sit uera, Pater spirat spiritum sanctum, & hęc erit uera, Pater generat spiritum sanctũ.

RESOLVTIO.

Et quidem in concreto: sed nequaquam in abstracto.

RESP. Dicendũ, q̃ est p̃dicatio per identitatẽ, & p̃dicatio p̃ inhærentiã. Prædicatio p̃ inhæreniã, est in cõcretione, & hæc est in rõne suppositi: ut albũ ẽ musicũ. Prædicatio uero p̃ idẽtitatẽ est in abstractione, & rõne formæ, non suppositi: ut iustitia est bonitas. Dico ergo, q̃ notio ad notionem dupliciter potest cõparari, uel in cõcretione, uel in abstractione. Si in concretione, sic una prædicatur de alia, ut generans est spirans, & pater est innascibilis: & hoc quia conueniunt in supposito. Si autem in abstractione, quia tunc notio purè importat ipsum respectũ, & in una eademq; persona sunt diuersi respectus sine sui cõpositione, & hoc secundum diuersas comparationes, sic una de alia prædicatur.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, de syllogismo. Dicẽdum, q̃ contra illũ syllogismũ peccat

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidens, sicut patet in exemplo prius posito: unde non ualet forma syllogismi. Similiter illud principium intelligendum est secundum idē. Non.n. sequitur, ꝙ si aliqua duo sunt similia uni, ꝙ sint similia inter se, nisi sint similia secundum idem. Similiter etiam oportet in relationibus, ad hoc ꝙ sit identitas unius ad aliam, ꝙ non tantum eadem sint fm idem, uerumetiam ad idem sint. Quoniam ergo relationes diuersæ in eadem persona non sunt ad idem, siue ad eūdem, ideo non sequitur, quod si conueniant in supposito, ꝙ propter hoc conueniant inter se: & sic patet, quod nec syllogismus, nec principium conuenit. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ non est ibi accidens. Dicendum, ꝙ fallacia accidentis non solum attenditur quantum ad prædicatum accidentale, sed etiam attenditur quantum ad principii uariationem, ita quòd in una sola acceptione sua conueniat, in alia sit extraneum, sic est in proposito. Nam pater secundum aliam comparationem est innascibilitas, secundum aliam est paternitas: ita ꝙ paternitas nullo modo dicit comparationem ad prius, nec positiue, nec priuatiue, quātum est de sua ratione: & ideo patet, &c. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, per similitudinem unionis duorum in tertio. Dicēdum, quòd prædicatio per identitatem potest esse tripliciter. Aut ita, quòd essentia comparetur ad essentiam, aut essentia ad propietatem, aut proprietas ad proprietatem. Quando ergo est prędicatio per identitatem per comparationem essentiæ ad essentiam, notatur identitas essentialis, ut cum dicitur, magnitudo est bonitas. Quando iterum per comparationem essentię ad proprietatem: similiter notatur identitas essentialis. Quando uero est comparatio proprietatis ad proprietatē, quia proprietas non importat nisi rationem, & relationem, siue respectum, tūc notatur identitas rationis. Et hinc est, quòd una proprietas essentialis prędicatur de altera, & proprietas de essentia, quia uniformis modus prædicādi est in his ad inuicem, & ad illud in quo conueniunt, quia per identitatem essentiæ. Sed nō sic est, cum proprietas prædicat de proprietate. Nam cū ꝓprietas prędicat de persona, nontatur conuenientia in substantia, & essentia, & supposito. Cum autem prędicatur de alia proprietate, notatur conuenientia in ratione, & respectu. Et ideo non est simile, immo est ibi accidens: conueniunt in substantia: ergo in respectu. AD VLTIMVM, de conuenientia naturarum in una persona: patet responsio, quia non est communitatio idiomatum in abstractione, sed in concretione: quia deitas non est humanitas, sed Deus est hō: similiter proposito est: iō patent omnia.

QVAESTIO IIII.

An notiones, siue proprietates seipsas denominare possint?

DE comparatione eiusdem ꝓprietatis ad seipsam. Quæritur ergo, utrum eadē proprietas siue notio prædicetur ad se denominatiue. Et ꝙ sic, uidetur per simile: quia adiectiua ꝓ essentialia

lia denominānt abstracta, ut magnitudo est magna, & bonitas bona: ergo pari ratione generatio generat, & spiratio spirat.

ITEM. Quia ī primis est status, ideo a seipsis denominantur: unde uniras seipsa est una: ergo cū proprietates personales non habeant priores, imò ipsæ primæ sint, seipsas denominānt. ITEM. Indefinita affimatiua æquipollet particulari: ergo simpliciter conuertitur: sed hæc simpliciter conceditur, generans est paternitas, siue generatio: ergo generatio est generans. ITEM. Si hęc non conceditur, Paternitas est generans, aut hoc est propter repugnatiam a parte rei, aut a parte modi. Non a parte rei, ꝙa eadem res est. Non a parte modi, quia eadem ꝓprietas, & relatio importatur: ergo nullo modo est ibi repugnantia: ergo locutio simpliciter est uera.

CONTRA. Sicut proprium ꝓprietatis est distinguere, sic proprium est personæ aliā producere: sed hęc est falsa, ꝓsona distinguit, quia non distinguit, immo distinguit: ergo & hęc ē falsa, ꝓprietas generat. ITEM. Omne, ꝙ refertur, est aliquid, excepto eo quod relatiue dicitur: sed proprietas non est relatio: ergo proprietas non refertur: sed generare est referre: ergo proprietas non generat. ITEM. Proprietas importat orginem, & relationem: ergo si supra se reflectitur, & seipsam denominat: nunc ergo originis erit oriri, & relationis relatio: quod habet philosophus & omnis ratio pro inconuenienti. ITEM. Cum dicitur, generatio generat, aut uerbum construit rōne suppositi, aut formæ: non formæ, quia respectus nō agit: non rōne suppositi, ꝙa suppositā notione nō supponitur persona: aliquid.n. conuenit personæ, quod nō notioni: ut supra ostensum est: ergo locutio simpliciter est falsa. Qē. 2. huiusce Arti.

RESOLVTIO.

Neque quam nec ratione formæ, nec ratione suppositi.

RESP. Dicendum, ꝙ prædictæ locutiones sunt falsę: nulla enī notio denominat seipsam. Et ratio huius est, quia denominatio notionis importat emanationē, ut actū: importat & relationē: & qm̄ productio ꝓpriè est suppositi, non formę, similiter & relatio alicuius, ut suppositi: ideo omnis talis denominatio cōcernit suppositū: Non sic est de proprietatibus essentialibus, uelut est de primis, ut de uno, & uero: imò respiciunt formā: iō denominant seipsas. Quod ꝙa nō est in hmōi adiectiuis notionibus, non pūt locutiones esse uerę rōne formæ. Rōne uero suppositi nō pūt esse uerę, ꝙa notio non supponit ꝓsonā, ꝙa plures notiones sunt in eadē ꝓsona. Essentia tn̄ supponit substātiā, ꝙa ē una essentia, & una substantia: & iō hæc est uera, deitas creat, quia Deitas supponit Deum: hęc autem falsa, paternitas generat, quia non supponit patrem.

QVOD obiicitur, de conditionibus esētialibus, & de primis: patet ꝙ nō est simile rōne iam dicta. Pōt tn̄ nihilominus alia rō assignari, ꝙa respūs reflexus supra absolutū ibi quietat: itaq; absolutum respectui dat fundamentū, & respectus dat complemen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum: sed cũ respectus reflectit supra se, qa uterq; dicit cõparationẽ ad alterum, unus non põt dare fundamentũ, nec alter cõplementum: & ideo non põt reflecti, sed in simplicibus primis cuiusmodi est ueritas: quia aut non important relationem, aut si important, important relationem, quæ cõiter respicit substantiã, & eius ꝓprietates, utputa esse a deo, iõ supra se reflectũtur: non sic in proposito, qa ꝓductio respicit personã. Adiicitur, quod obiicit, ꝙ hęc est uera, gñans est paternitas. Dicendum, ꝙ gñans subiicit rõne hypostasis, & ita notatur prędicatio p idẽtitatẽ: sed cũ pdicatur, pr, accipit rõne formæ: iõ mutat modus accipiẽdi, iõ non sequit. Si tñ intelligeret rõne suppositi pdicari, uera esset: tũc. n. esset sẽsus, pr̃nitas est ille qui gñat: sed tunc nõ sequit, gñatio gñat, imò est ibi accidens. Adiicitur, ꝙ obiicit, ꝙ repugnantia non sit ibi. Dicendum, ꝙ ibi est repugnãtia a parte modi intelligẽdi, nam notio non denominat nisi suppositum, unde talis modus nõ conuenit notioni. Vñ sicut hęc est falsa, albedo est alba: sic in proposito est intelligendum.

DSTINCTIO XXXIIII.

De comparatione personæ, siue rei naturæ ad naturam: uel de comparatione personarum ad essentiã.

PRædictis autem adiiciendum est, quòd quidam peruersi sensus homines in tantam prosilierunt insaniam, vt dicerent non idem esse naturam Dei, et personam, siue hypostasim, dicentes eandem essentiam non posse esse patrem, & filium sine personarum cõfusione. Si enim (inquiunt) ea essentia, quæ pater est, est filius, idem sibi pater est, & filius. Si hanc rem dicis esse patrem, aliam quære quam dicas esse filium. Si verò aliam nõ quæsieris, sed eandem dixeris, idem genuit & genitus est. Propter hæc & huiusmodi inter naturam, & personam diuidunt, ita vt non recipiant vnam deitatis naturam, & simplicem esse tres personas. Idque testimonio Hilarij defendere nituntur, qui in 8. Lib. de Trin. quæres, vtrum Apostolus spiritum Dei nominans, & spiritum Christi, idem significauerit vtroque verbo, inquit ita, Gentium prædicator volens naturæ vnitatem in patre, & filio docere ait, Spiritus Dei in vobis est, si quis autem spiritum Christi non habet hic non est eius. Si autẽ spiritus eius, qui suscitauit Iesum, & cętera. Spirituales omnes sumus, si in nobis est Dei spi-

Paulò antis medium.

ritus, sed & hic spiritus Dei est, & spũs Christi. Et cũ Christi spiritus in nobis est, eius spiritus in nobis est, qui suscitauit Christum. Et cum eius, qui suscitauit Christum, in nobis est spiritus & spiritus in nobis est Christi, nec tamen nõ Dei est spiritus, qui in nobis est. Discerne ergo o hęretice, spiritũ Christi a spiritu Dei, & excitati a mortuis spiritum Christi a spiritu Dei Christum a mortuis excitantis. Cum qui habitat in nobis spiritus Christi, spiritus Dei sit, & spiritus Christi a mortuis excitati spiritus Dei tantum sit Christũ a mortuis excitantis. Et quæro nunc in spiritu Dei, vtrum naturam, an rem naturæ significatam existimes. Non est *n. idem natura, quod res naturæ, sicut non idem est homo, & quod hominis est, nec idem est ignis, & quod ipsius ignis est, & secundum hoc nõ est idem Deus, & quod Dei est. Huius dicti occasione præfati hæretici dogmatizauerunt non idem esse personam, & naturam Dei, asserentes naturam Dei non esse tres personas, intelligentes in his præmissis verbis Hilarij per rem naturæ personam, & nomine naturæ diuinam naturam. Et ideo dicunt Hilarium interrogasse hæreticum, vtrum per spiritum Dei putaret significatam esse naturam, an rem naturę, vt sic ostenderet distinguendum esse inter naturam, & rem naturę, ideſt personam.*

Confutatio hæreticorum; & declaratio propositorum.

Hoc quidem dicunt, non intelligentes pia diligentia scripturæ circumstantiam; qua considerata, percipi potest quo modo præmissa dixerit Hilar. Subsequenter enim in eadem serie ostendit in spiritu Dei aliquando significari patrẽ, vt cũ dicitur, Spiritus Domini super me. Aliquando significari filium: vt cum dicitur: In spiritu Dei eiicio dæmonia, naturæ suæ potestate se dæmones eijcere demonstrans. Aliquãdo spiritum sanctum, vt ibi, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse, cum Apostoli, spiritu sancto misso, omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit, & quòd in superioribus per uerba Apostoli idem spiritus sanctus significatus sit: & quod ipse sit res vnius naturę patris, & filij, aperte ostendit, inquiens ita. Hæc idcirco sunt demonstrata, ut qua-

Paulò ferius. Esa. 61 Mat. 12 Ioel. 2

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

quacunque parte hæretica falsitas se contulisset, finibus ve ritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus, quo habitante, habitat Deus: & cum habitat in nobis spiritus Christi, non aliud habitat quam spiritus Dei, Quod si per spi ritum sanctum Christus in nobis intelligitur esse, hunc tamen ita spiritum Dei, ut spiritum Christi esse noscendum est, & cum per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, indifferens natura filij creditur esse a patre, cũ spiritus sanctus, qui est spiritus Christi, & Spiritus Dei, res naturæ demonstretur unius. Quæro nunc ergo quomodo non ex natura unum sunt. A patre procedit spiritus veritatis, a filio mittitur, & a filio accipit. Sed omnia quæ habet pater, filij sunt. Idcirco qui ab eo accipit, Dei spiritus est, & idem spiritus Christi est. Res naturę filij est, sed & eadem res & naturę patris est, & Dei excitantis Christum a mortuis spiritus est, et idem spiritus Christi est a mortuis excitati. In ali quo differt Christi, & Dei natura, ne eadem sit, si præstari potest: vt spiritus, qui Dei est, non sit etiam Christi. Est ergo in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cum spūs Christi ineſt, ineſt spūs Dei. Ita cũ qđ Dei est, & Christi ē, & qđ Christi est, Dei est, nō pōt quid aliud diuersum Christus esse, quàm Deus est. Deus igitur Christus est unus cum Deo spiritus, secundum illud, Ego & pater unum sumus. In quo docet ueritas unitatem esse naturæ, non solitudinem unionis. Ecce si hæc uerba diligenter attendas, inuenis spiritum sanctum rem naturæ dici patris, & filij, & eundem dici esse naturam Dei, vbi dicitur, per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, si per spiritum sanctum Christus est in nobis. Itaq; in Trinitate non ita distinguendum est inter naturam, & rem naturę, sicut in rebus creatis; quia (vt ait Hilarius) cōparatio terreno rum ad Deum nulla est, & si quæ comparationum exempla interdum asseruntur, nemo ea existimet absolutè in se rationis perfectionem continere. Non enim humano sensu de Deo loquendum est.

Hilar. paulò ĩ ſerius. Iod. 10. Lib. 1. de tri. ĩ medio lib. li. 8. ante med.

Quomodo non idem est natura, & res naturæ.

Ad naturam ergo rerum creatarum respiciens inquit, Non

Non idem est natura quod res naturæ, subijciens exemplæ de ipsis creaturis. Inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarum metiri creatorem, addit. Et secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est: ac si diceret. Si ad instar creaturarum de creatore sentis, cogeris fateri: quia non idem est Deus, & quod Dei est, quod dicere impium est, cum spiritus Dei Deus sit, & Dei filius sit Deus.

Quod non aliud est Deus, & quæ sua sunt,

Non ergo secundum corporales modos (ut in eadem subdit serie) accipienda sunt hæc quæ de Deo dicuntur: vbi euacuans opinionem eorum qui ita putant aliud Deum esse, & aliud quod Dei est, aliudque naturam Dei, & rem naturæ, vt est in creaturis: aperte docet non aliud esse Deũ, & aliud quod Dei est, aliudque naturam Dei, & quæ sua sunt, ita vt insint illi, sic dicēs, Homo, aut aliquid ei simile, cum alicubi erit, alibi non erit; quia id quod est, illic continetur, vbi fuerit infirma ad id natura eius, ut non ubique sit qui insistens alicubi sit: Deus autem immensę virtutis, viuens potestas, quæ nusquam non absit, nec desit usquam; quæ se omnem per sua edocet, & sua non aliud quàm se esse significat, ut ubi sua insint, ipse esse per sua intelligatur. Non autem corporali modo cum alicubi sit, non etiam vbique esse credatur, cum per sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt quàm quod ipse est, quæ sua sunt. Et hæc propter naturæ intelligentiam dicta sunt. His verbis aperte significatur (si tamen intelligis hæretice) quia diuina natura non aliud est ab his, quę sua sunt, ita vt insint: & per illa in omnibus suis est, quę non insunt. Sua enim sunt etiam quę non insunt, id est, omnes creaturę: & sua sunt, quæ insunt, ut tres personæ, quę sunt eiusdem naturę, & eadem natura: sicut supra Augustini testimonio firmauimus dicentis, tres personas esse eiusdem essentię, vel eandem essentiam; sed non ex eadem essentia; ne aliud intelligatur essentia, aliud persona. Non tamẽ diffitemur aliquã distinctionẽ habẽdam fore secundum intelligentiæ rationem, cum dicitur hypostasis, & cũ dicitur essentia: quia ibi significatur quod est com-

Hilar. li. 3. de Tri. in loco ſu perius ſignato, & li. 4. in princi. Dist. 5 et d. 25 Qđ aliquã est in rõne intelligentiæ distinctio cũ dicitur hypostasis, et cũ dicitur essentia.

mune

Universidad de Deusto
Biblioteca

mune tribus, hic uero non. Est tamen hypostasis essentia, & econuerso. Fateamur ergo unum atque idem esse tres personas secundum essentiam, differentes autem proprietatibus.

Tom. 8 Vnde Augu. super locum prætaxatum psalmi ait, Quæris quid sit pater? Respondetur, Deus. Quæris quid sit filius? Respondetur, Deus. Quæris quid sit pater & filius? Respondetur, Deus. De singulis interrogatus, Deum responde. De utroque interrogatus, non Deos; sed Deum responde. Non sic in hominibus. Tanta enim est ibi substantiæ vnitas, ut æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis filium Dei esse quod pater est, profectò filius pater est. Responde, Secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur Deus, ad patrem dicitur filius. Rursumq; pater ad se dicitur Deus, ad filium pater dicitur. Quod dicitur ad filium, pater non est filius: quod dicitur filius ad patrem, nō est pater: quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est pater & filius, ideſt, Deus.

Vtrum ita possit dici, unus Deus trium personarum, uel tres personæ unius Dei: ut dicitur una essentia trium personarum, & tres personæ unius essentiæ.

Hic considerandum est: cum Deus sit diuina essentia, & ita dicatur vnus Deus esse tres personæ, sicut vna essentia dicitur tres personæ, utrum ita ualeat sane dici, unus Deus trium personarum & tres personæ vnius Dei: sicut dicitur una essentia trium personarum: & tres personæ unius essentiæ. In his locutionibus scripturæ usus nobis æmulandus uidetur, ubi frequenter reperitur ita dictum. Vna est essentia trium personarum, & tres sunt personæ unius essentiæ: nusquam autem occurrit legisse, unum Deum trium personarum, uel tres personę unius Dei. Quod ideo puto sanctos doctores uitasse, ne ita forte acciperetur in diuinis personis, ut accipitur, cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim Deus Abraham, Isaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ. Quod utique dicitur propter principium creationis, uel gloriæ priuilegium, & creaturæ subiectionē, uel seruitutem.

Cum ergo in trinitate nihil sit creatum, uel seruiēs, uel subiectum, non admisit fides in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerso, non dicitur de Dei essentia, quod ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, uel alicuius creaturæ: ne creatoris & creaturę naturam confundere uideamur.

Illatio ex superioribus de potentia, sapientia, & bonitate in diuinis.

Ex prædictis constat, quod sicut essentia, ita potentia, sapientia, bonitas de Deo dicuntur secundum substantiam. Dis. 22. & 22. & 29. Quæ autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris & filij & spiritus sancti, & hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, uel sapientia, uel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia est ibi perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas, recte dicitur & creditur summum bonum. Cumque unum & idem penitus sit in Deo potentia, sapientia, bonitas: in sacra tamen scriptura frequenter solent hæc nomina distincte ad personas referri, ut patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas attribuatur, quod quare fiat, non est otiosum inquirere.

Quare patri potentia, filio sapientia attribuatur.

Id ergo sacri eloquij prudentia facere curauit, ne Dei immensitatem similitudine creaturæ metiremur. Dixerat.n. scriptura sacra: quia Deus pater est, & quod Deus filius est: & audiuit hoc homo qui omnem patrē uiderat, Deum patrem non uiderat: cogitare cœpit ita esse in creatore, ut uiderat esse in creaturis, a quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem: in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre, & ex antiquitate in patre defectus. ex posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura, dicens patrem potentem, ne uideatur prior filio, & ideo minus potens: & filium sapientem, ne uideatur posterior patre, & ideo minus sapiens.

Quare

Quare spiritui sancto bonitas attribuitur.

Dictus est etiam spiritus Sanctus Deus, & dictus est habere spiritum Deus: & uidebatur hoc quasi nomen inflationis, & tumoris. Vnde humana conscientia ad Deū propere & crudelitate accedere metuit. Ideoque scriptura tēperauit sermonem suum, spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur, qui mitis erat: non quod pater solus sit potēs uel magis potens, & filius solus sapiens vel magis sapiens, & Spiritus Sanctus solus bonus vel magis bonus. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas trium, sicut vna essentia. Ideoq; sicut dicitur filius homousios, idest, consubstantialis patri, ita & coomnipotens.

De hoc nomine Homousion.

Hic non est prætermittendum, quod Augustinus in Libro
Ca.14. *3. contra Maximinum dicit de hoc nomine homousion, quo Latini tractatores frequenter vtuntur. Pater (inquit) & filius vnius sunt eiusdemque substantiæ. Hoc est illud homousion, quod in concilio Nicæno aduersus hæreticos Arrianos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatū est. Quod postea in concilio Ariminensi, propter nouitatem verbi minus quam oportuit intellectam (quam tamen fides antiqua pepererat) multis paucorū fraude deceptis, heretica impietas sub hæretico imperatore Costantino labefactare tentauit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholicæ prævalente, postquam vis verbi sicut debuit intellectu est, homousion illud catholicæ fidei sanitate longe lateque diffensum est & diffusum. Quid enim est homousion, si vnius eiusdemq; substantiæ? Quid est (inquā) homousion, nisi ego & pater vnum sumus? Non ergo inter profanas vocum nouitates hoc vitandum est.*

De nominibus, quæ translatiue & per similitudinem de Deo dicuntur.

Præterea sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominum, inter alia quæ supra diligenter executi sumus, quædam diximus translatiue & per similitudinem de Deo dici, ut speculum, splendor, character, figura & huiusmodi: de quibus pio lectori breuiter trado quod sentio,

vt scilicet ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligentiam assumat: sed catholicam.

Epilogus cum excusatione.

De sacramento vnitatis atq; Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate diguum tradidisse profitemur: id potius ex nobis mirificatā eius scientiam, nec potuisse nos ad illam peruenire.

SVPRA egit Magister de comparatione proprietatum ad personas & essentiam: hic secundo agit de comparatione personarū ad essentiam. Et hoc facit in hac distinctione, quæ in tres partes diuiditur. In prima agit de comparatione secūdum prædicationem: In secunda secūdum appropriationem, ibi. *Ex predictis constat, quod sicut essentia &c.*] In tertia annectit capituiū de translatione, ut sic tractatum istum perducat ad cōsummationē, & hoc ibi, *Præterea sciendum est quod in assignatione, &c*] Prima pars hēt quatuor partes. In prima ponit errorē quorundā dicentium personas nō esse naturā, & hoc cum summa confirmatione sanctæ auctoritatis Hilarii. In secūda ipsius auctoritatis sanum intellectum, ex uerbis Hilarii sequentibus elicit, per q̄ hēt errorem illorum elidit, ibi. *Hoc quidam dicunt non intelligentes &c.*] In tertia quandam quæstionem incidentē dissoluit, quare non dicātur tres personæ unius Dei, sicut dicuntur tres pſonæ unius essētiæ, ibi. *Hic considerandum est, cum Deus sit diuina essentia &c.*] Similiter secunda pars, in qua Magister agit de appropriatione; habet tres partes. In prima dicit & ostendit q̄ communia appropriantur. In secunda rationem reddit appropriationis, ibi. *Id ergo sacri eloquij &c.*] In tertia: quia hoc nomen, Homousion, dicit comparationem essentiæ, siue naturę ad pſonas, usum eius determinat esse catholicum, & ueritati fidei esse consonum, ibi. *Hic non est prætermittendum, quòd Aug. &c.*] Item, tertia pars, in qua agit Magister de nominum translatione, posset diuidi contra totum tractatum p̄cedentē de diuinis nōibus. Sed quia Magister parum, aut nihil determinat de his nōibus, ideo potius incidēter cū ep logatione est posita. Vñ hęc particula duas hēt partes. In prima quandā generalē de nōibus translatiuis tradit instructionē. In secūda uero ponit p̄dictorum epilogationē, in qua tractatum de sacramento Trinitatis, & unitatis finit: ostendens se in hoc Tractatu potius defecisse, quam sufficisse, propter materię altitudine, & hoc facit ibi. *De sacramento unitatis atque trinitatis &c.*]

Hinc dicta occasione præfati hæretici &c.] Videtur quod Magister male reputet hæreticos illos, q̄ dicebant naturam nō dici de pſonis. Quia uī damascenus dicere idē q̄ illi dicebāt, cum dicit, De hypostasi non est dicere: ergo cum deitas dicat naturam, patet &c. Resp. Dicendū quòd *Dub. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd uerbum Damasceni simpliciter intellectum, generat sinistrum intellectum, & qui sic intelligeret sicut sonat, hæreticus esset: sed ipse Damascenus intelligit cum præcisione, scilicet quòd deitas non dicit de unica hypostasi tantum, imo de omnibus.

Dub. 2 *In spiritu Dei aliquando significari patrem, &c.*] Videtur male dicere: quia Hieron. dicit ibi in Glos. quod de illo spiritu intelligitur, de quo dicitur, Esa. 11. Requieſcet ſuper eum: & constat q̃ ibi accipitur pro persona spiritus sancti. Item hoc uidetur alia auctoritate: quia alius Euangelista Luc. 11. dicit. Si in digito dei eiicio dæmonia Glo. exponit digito pro spiritu sancto, qui est tertia in Trinitate persona. Resp. q̃ istę rationes non concludunt cõtrarietates: qa una scriptura pluribus modis potest exponi. Nã in illa auctoritate, in qua dicit Esa. 61. Spiritus domini super me &c. agitur de missione filii, & quoniam filius potest intelligi missus secundum diuinam naturam, & sic intelligitur (proprie loquendo) missus a patre solum, ideo spiritus domini, stat ibi pro patre. Si autè intelligatur de missione secundum humanam naturam, sic intelligitur de ſſ. prout est tertia in Trinitate persona. Sifr intelligẽdum de auctoritate sequẽti q̃ potest intelligi utroq; modo: sed tamen spiritus accipitur aliter & aliter.

Dub. 3. *In aliquo differt Christi, & Dei natura, &c.*] Videtur sic male dicere: quia argumentum hoc nõ ualet. Filius est filius patris, & non spiritus sancti: ergo differt natura patris & spiritus sancti: ergo cum spiritus dicat personã, argumentum illud non ualet q̃ fecit Hila. Respon. potest dici q̃ Hila. loqtur de spiritu ſm q̃ nominat naturam, sic autem nõ habet instantiam suum uerbum. Nihilominus tamen si intelligatur de spiritu prout dicitur persoaliter, adhuc ueritatem habet: nam cum uerbum non possit esse ne spiritu, tunc haberẽt pater & uerbum duos spiritus, & ita non essent unius naturæ. Preterea si spiritus patris non esset filii, non oriretur a Christo: & si non procederet ab eo, non distingueret originaliter: ergo essentialiter: sed spiritus dei & deus sunt unum essentialiter: ergo oporteret quòd spiritus & deus essentialiter differrent, tue distinguerentur.

Dub. *Non idem est natura, quod res natura, &c.*] Contra. uidetur illa solutio non esse conueniens: qa Hila. loquitur de spiritu dei pro ut significat naturam, & rem naturæ: quod si nulla est differentia, nullã deberet uim facere ut: q̃d si facit uim in spiritu, pue significat naturã & rẽ naturæ: ergo uſ distinctio inter huiusmodi facienda. Resp. Dicendum, q̃ cũ dicit ab Hila. aliud est natura, aliud res naturæ: aut intelligitur de alietate a parte rei, sic illi heretici intelligebãt: & sic hẽt ueritatẽ solum in creaturis. Alio modo pôt dicere alieratem, siue dſriam ſm rationem, & sic hẽt ueritatẽ in diuinis, & sic intelligit Hila. & dicit Augu. quod aliud est esse patrẽ, aliud esse deũ: nõ (inquam) aliud ſm rẽ: sed aliud ſm rationem significandi, & intelligendi, & se habendi.

Vtrum

Vtrum ita ualeat sana, &c.] Dub. 5. Innuit hic Magister quod non dẽt dici tres personæ unius dei, quia nihil est in trinitate creatũ, uel seruiẽs, uel subiectum. Videtur hoc male dicere: quia geniti nus de sui ratione non importat subiectionem nec dominium: ergo non uidet sufficiens ratio. Si dicas quod hoc uenit a parte terminiː nihil est: quia terminus de se non importat respectum dominii. Item quæritur, quare hoc nomen essentia non importat suã per excellentiam in genitiuo, sicut hoc nomẽ, deus. Item, quare non dicitur tres personæ essentiæ, sicut unius essentię. Resp. Dicendum, q̃ ad hoc quod genitiuus uere construatur & proprie, necesse est aliquã habitudinem importari, uel secundum rẽ, uel secundum modum intelligendi: genitiuus autem importat habitudinem principiati ad principium, uel econuerso, ut possidentis ad possessum, uel formæ ad formatum, uel specificantis ad specificatum: habitudinem autẽ formæ nõ importat nisi cum termino abstracto, quod significet per modum formæ: & quoniam forma se habet per modum experimentis & declarationis: ideo talis constructio non attenditur nisi cũ genitiuo nominis abstracti alio determinato. Vnde conuenienter dicitur, mulier egregiæ formæ: sed nihil est dictum mulier formæ: ideo bene dicitur tres personę unius essentię: deus autem non est nomen abstractum, ideo non construitur cum genitiuo i habitudine subiecti, ut forma dei: uel in habitudine specificantis, ut persona dei, sicut creatura talis: uel in habitudine principii, ut creatura dei: & quoniam quando dicitur, tres personæ unius dei, nulla habitudinum importatur proprie, nisi habitudo principii siue possessoris, hinc est q̃ cum in illo sensu sit falsa locutio, non est recipienda. Alia ratio est illa: quia locutio, quę est in ui declarationis essentiæ; conuertitur: ut cum dicitur, mulier egregię formę, potest dici, egregia forma mulieris: ergo si diceret tres personæ unius dei, diceretur unus deus trium personarum: & iste intellectus non est sanus, ut uidetur, sic.n. posset intelligi, sicut si dr unus deus trium hominum.

Dub. 6. *Sed quia ibi est perfecta potentia &c.*] Innuit Magister q̃ in istis tribus consistit summum bonum, scilicet potentia, sapientia, bonitate. Cõtra, uidetur hoc male dicere: quia summum bonum specificat bonum: ergo si bonitas distinguitur contra potentiam & sapientiam, pari ratione summum bonum. Item, non uidetur in his tribus esse: quia summum bonum est aggregatiuum omnium bonorum & collectiuum, ergo nõ tantum horum trium. Resp. Dicendum q̃ bonum uno modo distinguitur contra sapientiam & potẽtiam: alio modo non. Si enim accipit pro bonitate moris, sic consistit in uoluntate, & distinguitur contra alia duo. Si autem bonum accipiatur communiter, sic complectitur omnia: est.n. bonum naturæ, & hoc ad potentiam: & bonum gratiæ: & hoc aut perficit intellectum, & ita est scientia: aut affectum, & ita bonitas: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

hęc tria complectitur bonum in sua uniuersalitate, & summum in sua integritate: quoniam ergo omne bonum ad hoc reducibile est, ideo summum bonū in his tribus consistit.

Ideo occurrit scriptura, &c.]

Dub. 7. Innuit Magister q̄ scriptura appropriat patri potentiam, ne uideatur minus potens. Contra, uideturhoc plus debere dici de filio q̄ minus potens est, & cū fuerit passus & mortuus: ergo magis deberet ei potentia appropriari. Respon. Dicendum, quòd quia propter passionem uisus est fecisse stultitiam, & habuisse impotentiam, propter quod Iudęis prædicatio crucis erat in scandalum, & Grecis in stultitiam, ideo ipse Apostolus egregius doctor non tantum sapientiam appropriat Christo, imo etiam uirtutē: ut sic excludat a diuinitate infirmitatem: & maluit ei appropriare uirtutem quàm potentiam, quia uirtus dicit potentiam ultimam, & summum de potentia, sicut uult Philosophus, quod uirtus est ultimum de potētia: ideo maluit ei appropriare uirtutem. Nec est inconueniēs ex diuersis considerationibus idem modo appropriare uni, modo alii, cum æqualiter conueniat tribus: unde patri attribuimus potētiam, ne uideatur impotens propter antiquitatem: filio uirtutem, ne uideatur impotens siue debilitatus propter assumptam humanitatem: nihilominus tamen faciendum est uis inter potentiam, & uirtutem, sicut dictum est 22. Dist.

1. Cel.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An in diuinis res naturā supra naturam addat?

AD intelligentiā præsentis Distinctionis quatuor queruntur. Primo quæritur, utrum in diuinis sit ponere additionē. Secūdo, utrum in diuinis sit ponere prædicationē. Tertio, utrum sit ponere appropriationem. Quarto, utrum sit ponere translationem.

VTRVM sit ponere in diuinis additionem. Vtrum. s. res naturæ addat supra naturam. Et quod sic, uidetur hoc modo, Hila. de Trinit. Aliud est natura, aliud res naturæ: sed intellectus naturæ clauditur in re naturæ. ergo si est aliud, necesse est quod i ratione alicuius additi. ITEM, Boet. de duabus naturis & una persona Christi. Natura & persona distinguenda sunt, & propriis nominibus separanda; sed quorum diffinitiones sunt diuersæ, ipsa sunt diuersa: ergo cum natura cadat in diffinitione personę, necesse est q̄ diuersitas ueniat a rōne additi: ergo &c. SI DICAS quod diffinitiones naturæ, & personæ nō sunt diuersę re, sed fm rōnem intelligēdi: tūc concludit q̄ intellectus ille cassus est & uacuus, cum in re sibi nihil rńdeat. ITEM. Hoc uī rōne: quia quantū aliqd in pluribus inuenit, tanto simplicius est: sed essentia uel natura est i pluribus, persona uero in uno solo: ergo natura simplicior: sed non est aliquod minus simplex quā aliud, nisi p̄ aliquā additione: ergo &c. ITEM. Quanto aliquid est maioris abstractionis, tanto simplicius est: sed natura est maioris abstractionis q̄ persona, qm̄ abstractis proprietatibus est intelligere naturam, sed non personam: ergo persona addit supra naturam: ergo &c.

Ex 4 Meta. Phy. per totum. Prosc. sum. et 1. Pos.

ITEM. Hoc est principium per se notum, de nullo eodem, & secundum idem uera est affirmatio, & negatio: sed aliquid uere affirmatur de persona, ut distinguit, quod negatur de natura: ergo non fm idem: ergo in persona aliquid est, q̄ non est in natura, uel econuerso: & si hoc: ergo unum addit supra alterū. ITEM.

Ex 1. Phys. tex. 27.

Hoc est principium per se notū, quęcunque sunt eadem uni, & eidem fm omnimodam indifferentiam, etiam inter se sunt eadem: cum ergo natura sit eadē & una, si personæ omnino idē sunt cum natura, & nihil addūt: ergo personæ adinuicem sunt eædē, & sic reddit error Sabellii, quod una persona secundum rem sit alia: ergo &c.

Cap. 6.

CONTRA. Aug. 7. de Trinit. Non est aliud deo esse, & aliud personam esse: ergo persona nihil addit supra esse, ergo nec supra naturam. ITEM. In summe simplici nulla potest esse additio: sed diuina persona siue res naturæ est summe simplex. ergo &c. ITEM. Quæcunque duo sic se habent, quod quicquid est in uno, est alterum per essentiā, unum nihil addit super reliquū: sed quicquid est in persona, est deitas: ergo &c. Maior manifesta est, minor paret sic. In persona nō est nisi substātia, & pprietas, & substātia illa est deitas: q̄a est deus non alio quā seipso: quia tunc esset p participationē: ergo seipso ē deus, & deitate est deus: & substātia, quę est de intellectu psonæ, est ipsa natura p essentiā: & similiter pprietas est essentia: ut supra pbatum est, restat ergo primo, qđ nihil addit. ITEM. Si addit, aut addit aliud, aut idem. Addere idē sibi, nō est intelligibile. Si aliud, aut ergo aliud substantialiter, aut accidentaliter. Nō accidentaliter: quia nō est accidens in diuinis. Nec substantialiter: quia tūc essent diuersę ibi substātię. Ergo natura fm essentiam differret a persona, & hoc est manifeste falsum. ITEM si addit aliquid, aut illud est materiale, aut formale. Nō materiale: qa deus est purus actus. Nō formale: quia formale nō est nisi respectu materialis. Ergo cum in deo nō sit aliquid materiale, non poterit addi aliquid formale: ergo nullo mō. ITEM. Si aliqd addit supra diuinā naturā, aut est melius diuina naturā, aut æquale, aut minus. Nō melius, constat. Etiam non minus, quia tunc esset creatura. Non æquale: quia nihil potest æquari diuinæ naturæ: ergo omnino nihil.

Dif. 33 q. 2.

RESOLVTIO.

Nihil secundum rem: sed solum secundum modum intelligendi.

RESP. Dicēdū, qđ cū quæritur utrū psona, siue res nature addat aliqd supra naturā: rńdendū est, qđ est loqui de additione dupliciter: aut quantū ad rē, aut quantū ad intellectū. Si quātū ad intellectū, cū intellectus huius nois [psona siue hypostasis siue rei naturæ] includat intellectū naturę, adhuc tū dat intelligere aliquid, q̄ necessario est compositio cir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca intellectū, & additio. Et hoc patet, persona enim dicitur suppositum rōnalis naturæ distinctū proprietate. Ecce intellectus psonę ex pluribus intellectibus cōponitur, & eadit ibi intellectus naturæ: ergo constans est, quod quantum ad intellectum addit persona supra naturam. Ille aūt intellectus falsus non est: qa nec naturam per illam additionem distinguit, nec componit personam. Non distinguit naturā, quoniam & si addat supra intellectū naturæ proprietatem, non tamē addit in recto, ut intelligas personam esse naturam proprietate distincta, sed in obliquo est intelligendum personam esse suppositum rationalis naturæ distinctum, siue ꝙ est hypostasis distincta: & ideo non ponit distinctionem circa naturam, nec intelligit eam distinguī. Rursus, persona non cōponit, nec aliquid ei quod non sit in ipsa, imponit: & hoc patet: quia intellectus sanus & fidelis intelligit, & credit personam esse simplicissimam, intelligit eam nihilominus esse perfectissimam. Vnde sicut circa essentiā propter hoc ꝙ perfectissima est, intelligit omnes conditiones nobilitatis & uere, quia ibi sunt: & tamen illas conditiones quāuis intelligat ut multas, scilicet potentiam, sapiētiam, bonitatē; cum credat & sciat omnia hæc in Deo unū esse, intellectus nec est falsus, nec uanus: quia non ponit in deo ꝙ non sit, nec componit deum. Per hunc modum se habet circa intellectum personę. Vnde ipsam dicit simplicē: quia quamuis in ipsa dicat naturam & suppositum, ꝙ est uere suppositum; & proprietatem quæ uere est proprietas: tamē dicit hęc omnia esse unum, & unum esse alterum: re ergo existente simplicissima uere est additio, & cōpositio circa intellectum sine uanitate & falsitate. Si autem loquamur a parte rei, sic dicendū, ꝙ cum additio ex parte rei ponat compositionem, & diuina psona simplicissima sit, quòd impossibile est omnino, quod ibi sit aliqua additio: & ita secundum rem nihil addit res naturæ supra naturam. Sed tamē uidetur illud non intelligibile, quod persona sit distincta secūdū rem, & essentia non: & cum hoc nulla est additio, & nulla differentia ſm rē inter personam, & naturam.

Et ad hoc qualitercunque intelligendum, cum hoc sit supra uires humani intellectus, notandum sicut uult Richar. ꝙ est distinctio per qualitatem, & distinctio per originem. Distinctio ꝑ qualitatem, est in creaturis, nec potest esse sine aditione: qa hæc distinctio habet ortum ex additione materiæ ad formā. Distinctio autem per qualitatem dicit, qua unus distinguitur ab alio ꝑ proprietates absolutas, ut patet cum unus est albus, & alter niger. Distinctio per originem, est cum unus producit, & alter producitur. Et quemadmodum distinctio per qualitatem uera distinctio est, & secundum rem: ita distinctio per ueram originem uera est distinctio. Sicut.n. unus non potest simul esse albus & niger, ita non potest unus, & idem producere seipsum: Quoniam ergo in diuinis intelligitur esse uera origo, ideo intelligitur ibi esse uera distinctio. Rursus, cum intelligo patrem producere, intelligo ipsum seipso producere, sicut cum intelligo diuinam substantiam agere, intelligo ipsam seipsa agere, pari rōne & filium seipso produci: ergo productio nihil addit: similiter nō ponit aliquam compositionem circa filium: ergo cum ibi est uera origo, ibi sit uera distinctio: & origo intelligitur ibi esse in additione, & distinctio sine additione intelligitur ibi esse. Quamuis autem persona siue res naturæ se habeat ad naturam per additionem, tamen nihilominus differt ſm rōnem: alioquin nō esset intelligibile, quod pluraficaret persona, natura existente unica. Differentia aūt ſm rationē est, quia essentia nō oritur ab essentia, nec se habet ad aliam essentiam: sed persona bene oritur a persona, & se habet ad illam. Si ea quæras rōnem huius. Respō. quia unitas & nobilitas diuini esse nō admittit circa essentiam pluraficationem, sicut circa personam, & huius rō tacta est supra Dist. 9. Qm̄ ergo modus se habēdi ad alium, & oriendi ab alio, non ponit compositionē in personā secundum rem, sed distinctionē realem ab alia persona: ideo modus ille comparatus ad essentiā, uel personam cuius est, modus tm̄ est: comparatus uero ad illum ad quem est, cum faciat distinctionem secundum rē, uere res est: & ita uno modo facit differre re: alio modo rōne. Hinc est ꝙ quamuis una persona non sit alia, tamen res naturæ est natura. Patet ergo ꝙ ista sunt compossibilia, quod persona simplex

sit, & nihil addat supra naturā, nec differant nisi rōne, & tamen hæc est cōicabilis. s. natura, illa incōmunicabilis. s. persona: hęc distincta: illa indistincta. Concedendæ, ergo sunt rōnes probantes quod persona, siue res naturæ nihil omnino addat secundū rem supra naturam.

Ad illvd quod obiicitur, ꝙ aliud est res naturę, aliud natura, & similiter qđ aliam habēt rationē persona, & natura. Potest dici, quod Boet. & Hila. loquuntur in creaturis. Si autem intelligamus in deo, tunc dicemus, qđ est diuersitas rōnis, quæ fundat non super absolutum, sed super respectiuum, quod nullam inducit compositionem. Nam essentia non refertur, psona autem refertur & oritur, nec tñ est composita: quia ipsa est suus respectus. Ad illvd, quod obiicit, ꝙ simplicius est quod in pluribus reperitur. Dicendum, quod reperiri in pluribus, hoc est dupliciter. Aut ita quod unum illorum alicubi potest esse, ubi nō est alterum, ut homo est in pluribus hominibus, & sic habet ꝓpositio ueritatem. Aut ita in pluribus, quod unum non est sine alio, & sic est in personis: nā una nō est sine alia, & sic non habet ueritatem. Nam sicut natura est semper, & ubiq;, ita & persona: & sic patet ꝙ nihil addit, nisi a quo arctetur. Ad illvd, quod obiicitur ꝙ maioris est abstractionis &c. Dicendum, quòd illud habet ueritatem, ubi illud a quo abstrahitur, aliquam facit compositionem cum eo ꝙ abstrahitur, sic autem non est in Deo.

Ad illvd, quod obiicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃ affirmatio & negatio non est simul uera de eodem. Dicẽdum quod quantulacunque differentia rationis sufficit ad affirmationem, & negationem. Vnde inteligẽda est propositio de eodem re, & ratione: & persona aliquo modo differt natura, licet non per additionem realem. AD ILLVD, quod obijcitur, q̃ quæcunque sunt eadem uni & eidẽ, inter se sunt eadem &c. Dicendũ, q̃ illud fallit, ubi est conuenientia plurium tanquam in communi, ut differentiarum in genere. Fallit ẽt ubi aliqua plura distinguuntur per suas origines, ut radii diuersarum stellarum in uno puncto aeris uniuntur, & tamen ad inuicem distinguuntur. Quoniam ergo diuinæ personæ in natura conueniunt tãquam in uno communi, & personæ distinguuntur ad inuicẽ per originẽ, tõ patens est qd non ualet. Potest tñ dici uera regula ubicunque, si sane intelligatur. Propter qd notãdum, q̃ quædam sunt absoluta, quædam respectiua. Diuersitas autẽ i respectiuis uenit nõ a parte subiecti, uerũ etiam rei ad quã referuntur: in his non est regula uera, nisi intelligatur ad idem. Qñ ergo personæ per suas proprietates referuntur, quãuis unũ sint in natura, quia tamen non sunt ad unum, ideo nõ sequitur q̃ sint idem; & sic patet illud.

QVAESTIO II.

An in diuinis persona prædicetur de natura, & natura de persona.

VTRVM in diuinis sit ponere prædicationẽ, scilicet ut res naturæ, siue persona prædicetur de natura, uel econuerso. Et q̃ non, uidet. Boe. in Lib. de Trin. deus est forma sine subiecto: sed ubi nõ est subiectũ, nõ est prædicatũ, ergo &c. ITEM. Dionys. dicit, q̃ negationes de deo sunt uerę, affirmationes uero incompactæ: sed ubi est uere aliquid de aliquo predicare, est & uere affirmare: sed in deo non contingit uere affirmare: ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetr̃one: qa ubicunque est p̃dicatio, ibi est cõplexio: ergo & cõpositio: sed in deo nulla est cõplexio: ergo & nulla cõpositio: ergo & nulla prædicatio. ITEM. In omni p̃dicatione subiectum se habet ad modũ materiæ, sed in diuinis nec est reperire materiã, nec modũ materiæ: ergo nec prædicationem. ITEM. Si est ibi prædicatio: aut p̃dicat idẽ de eodẽ, aut aliud de alio. Si idẽ de eodẽ: nullus ex hoc capitur intellectus alius, q̃ si non esset prædicatio, ut patet cũ dicitur, hõ est hõ. Si aliud de alio: ergo in diuinis est aliud, & aliud; ergo cõpositio. ITEM. Si est ibi prædicatio, aut prędicatur res naturę de natura, aut econuerso. Res naturæ nõ pót prædicari de natura: quia res naturæ se habet per modum suppositi: ergo eius est subiici, nõ p̃dicari: ergo si p̃dicat: tũc ergo natura d̃ re naturę.

SED CONTRA. Natura est forma: sed oĩs forma dicit relatiuę ad informatum: nullum aũt relatiuũ dicitur de suo correlatiuo: ergo natura nõ p̃dicatur de re naturæ: ergo non est prædicatio. ITEM. Quæ habent oppositas proprietates, unum non prædicatur de altero. sed essentiæ uel naturę proprietas est cõicabilitas, psõnæ uero incõicabilitas: ergo unũ de altero p̃dicatur, nec una psõna de altera: constat ergo ibi nullam esse p̃dicationẽ. ITEM. Damas. Substantia de hypostasibus prædicatur. ITEM. Rõne uidet: qa fides hẽt obiectum deum: ergo uerũ est ponere in diuinis: sed falsitas & ueritas circa cõpositionẽ sunt: ueritas (inquam) circa q̃ est credulitas uel opinio: ergo in diuinis est ponere cõpositionẽ: ergo & prædicationẽ. ITEM. Vbicunque est uere cõe & ꝓprium, ibi est uere ponere prædicationem: sed in diuinis est uere reperire esse & proprium, qa natura uere est cõis, & psona proprium siue incõicabile: ergo &c. ITEM. Hoc uerbum, est, est nota identitatis: sed oĩs p̃dicatio est mediãte hoc uerbo est: ergo oĩs prædicatio signum est identitatis: sed ubi uere est signatum, uere est & signum: sed in deo propriissime & ueriissime est identitas: sicut probatum est: quia res naturæ non addit supra naturam: ergo propriissime prædicatio. Et hoc est, quod dicit Boet. q̃ nulla est uerior prædicatio illa, in qua idem de se prædicat: si ergo hoc est in diuinis: ergo oĩs prædicationes sunt ueriissime.

RESOLVTIO.

Prædicatio diuinæ, sed prædicatione identica.

RESP. Dicendũ, q̃ est prædicatio per identitatem, & est prædicatio per inhærentiam, & utranque est in deo reperire. Per inhærentiam, ut cum dicitur, pater generat, uel deus creat. Per identitatem, ut cum dicitur, pater est generatio, uel deus est creatio. Prædicationem autem per identitatem, est reperire in

Deo propriissime, ꝓpter ipsius rei qualitatẽ, qñ ibi est summa identitas: unde oẽs locutiones importãtes untatẽ, ibi sunt uerissimæ. Prædicationẽ autẽ per inhærentiam est ibi reperire ꝓpter intellectus nostri defectibilitatẽ. Qñ licet actus i diuinis sit dei substãtia & ipsa proprietas, ẽt quia intellectus noster intelligit per res inferiores, & enũciat per uocabulum rerũ inferiorum, tenet modum enunciandi, quẽ habet circa inferiora: & ideo prædicat per modũ inhærẽtiæ, quãuis omnia quæ in deo sunt, realiter habeant modum substantiæ. Intellectus tamen iste non est falsus: quoniam quemadmodum intellectus abstrahens liueam a materia non est falsus: quia modum illis non ponit circa rem, sed circa suum intelligere: similiter intellectus noster in diuinis compositionem non ponit circa rem, sed circa suum intelligere, & suũ exprimere. Quãuis enim in deo sit summa simplicitas, tamen exprimi non põt nisi per compositionem: & ideo bene dicit Augustinus, quòd uerius est deus, quàm cogitatur: & ùerius cogitatur, quam dicit. Nam & si intellectus aliquo modo per intelligentiam ascendat ad contuitum simplicitatis, non tamen potest hoc exprimere uoce simplici, sed composita.

AD ILLVD ergo, quod obijcitur, q̃ in deo non est subiectũ. Dicendum q̃ uerum est quantum ad rem: est tamen quantum ad modum intelligendi, siue eãciandi. AD ILLVD, quod obijcitur q̃ affirmationes sunt incõpactæ. Dicendum q̃ hoc dicitur: qa

7. de Trinit. cap. 4.

nul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullum nomen exprimit diuinã essentiam, sicut est omnino. Vel dic, ꝙ in affirmatione notatur identitas: & hæc uere est in deo a parte rei, & est compositio: & respectu huius est in compactio: quia nulla est ibi realis compositio. AD ILLVD, quod obiicitur de compositione, uel complexione. Dicendum ꝙ illa complexio in sermone significat compositionem in intellectu, sed unitatem in re. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ modus materiæ non cadit in deo: Dicendum ꝙ uerum est: qa non cadit modus materiæ, ut ex qua: modus autem, ut de quo, & in quo, bene cadit. AD ILLVD, quod obiicitur, aut idem prædicatur de eodem. Dicendum, ꝙ aliquando idem est re, diuersum tamen fm rõnem intelligẽdi & dicẽdi, ut bonitas & substantia. Aliquando idem fm substantiã, diuersum fm modũ se habendi, ut persona est substantia, siue relatio est substantia, & deus generat: & ideo aliquis intellectus capitur ex complexione, qui non capitur ex simplici uoce. AD ILLVD, ꝙ quæritur, utrum res naturæ prædicetur de natura. Dicẽdum, ꝙ prædicatione per identitatem utrunque de altero prædicatur: nec est pãtatio ratione formæ, nec ratione materiæ: sed per inhærentiam: quia cõe prædicat de ꝓprio, ut pater est deus. Quod ergo obiicitur, ꝙ natura est forma. Respon. ꝙ forma uno mõ dicit relatiue ad informatũ, & sic non est accipere in deo. Alio mõ absolute, qđ caret materia, & sic est in deo, & sic patet illud. Aliter põt dici, ꝙ dici relatiue, est dupliciter, uel secundum esse, uel fm dici. Secundũ dici, ut uidens ad uisum, & intelligens ad intellectum, & sic unũ de altero prædicat secundũ esse, ut pater ad filium, & sic non prædicatur. Natura enim non dicit respectum ad personam fm esse, sed secundum dici: & talis respectus importatur cum dicit, ꝙ natura est forma respectu rei naturæ: hinc est ꝙ dicit rationem illius respectus. tres personæ unius essentiæ uel naturæ, & una natura triũ personarum, non tamen dicitur tres personæ unius dei. Nam hoc nomen, deus, nõ importat respectũ fcm dici ad personam, sed solum ad creaturam. Ideo dicitur deus Abrahã, Isaac, & Iacob. AD VLTIMVM, dicendum ꝙ communicabilitas & incommunicabilitas nõ sunt oppositæ proprietates, sed sic dicit ferunt, sicut habere proprietatẽ, & non habere. Quia enim persona habet proprietatem relatiuã, ideo distinguitur, & est incõicabilis: sed quia essentia caret illa proprietate, ideo cõis est, & cõicabilis pluribus: & ideo non distinguuntur adinuicem. Vel potest dici, ꝙ cõicabilitas non est proprietas diuũ ingnens, etiam in creaturis. Vnde quamuis homo sit comnune, & Petrus propriũ, nõ tamẽ impeditur, quin homo dicatur de Petro: quanto magis in deo illa propositio intelligit de proprietatibus separantibus, & distinguentibus, illa in quibus sunt, ab inuicem?

QVAESTIO III.

An in diuinis ponere sit appropriata?

VTRVM in diuinis sit ponere appropriationem. Et ꝙ sic uidetur quia per communia est deuenire ad intellectum proprioꝝ: sicut patet quòd per memoriam, intelligentiam, & uoluntatem uenitur in cognitionẽ Trinitatis: similiter per unitatem, ꝙ ueritatem, & bonitatem, in quibus cõsistit ratio uestigii: sed nõ deuenitur a cõibus ad ꝓpria, nisi cõia aliquo modo appropriẽtur: cum ergo sit deuenire in diuinis p cõia ad cognitionẽ proprii: est ibi appropriatio. AD HOC est auctoritas sacræ scripturæ, quę appropriat cõia personis: ut potentiam patri, sapientiam filio, & bonitatẽ spiritui sancto.

SED CONTRA. Sicut se hẽt proprium ad commune, ita cõe ad ꝓpriũ: sed ꝓprium nõ potest cõicari nisi falso: ergo nec cõe appropriari: sicut ergo ꝓprium patris nunquã aliis sit cõe, sic nec cõe proprii. ITEM. Appropriatio in diuinis, aut est fm rẽ, aut fm intellectum. Si fcm rẽ, tunc ubi est appropriatio fcm rem, aliquid plus dicit de illo cui appropriat: ergo i diuinis est prius, & posterius quantum ad essentialia, qđ est inconueniens. Si secundũ intellectũ, cũ intellectus ille appropriatur, cui magis iudicat cõuenire: ergo cum magis iudicet intellectus inesse sapientiã patri tanquam antiquiori, illi debet appropriari: sed appropriatur in contrarium: ergo appropriatio est contra intellectũ: nõ ergo attendit fcm intellectum. ITEM. Vbi é appropriatio, prius est secundum rõnẽ intelligendi, quam appropriatum: ratio.n. appropriationis per prius est in ꝓprio: ergo cũ appropriatum sit cõe, secundum rationem intelligẽdi, prius erit proprium ꝙ commune: quod est inconueniens.

RESOLVTIO.

Vtique quantum ad ordinem, & originem, quem connotant: sed non quantum ad id, quod significat; nisi ratione sumpta à parte intellectus.

RESP. Dicendum, ꝙ de appropriatis est loqui dupliciter. Aut quantum ad id, quod significat: aut quantum ad ordinem, quẽ connotant. Si quantum ad significatũ, cum illud sit cõe, & omnibus conueniat personis p indifferentiã; nõ cõuenit appropriari rõne sumpta a parte rei: appropriat tñ rõne sumpta a parte intellectus nostri, p ꝓ erroré amouendũ. Qñ.n. intellectus carnalis in patre carnali uidet defectũ potentiæ, & in filio defectum sapientiæ, & in spiritu intelligit furorem iracundiæ: ideo spiritualis intellectus, ut se tenet a carnalitate, potentiã patri attribuit, quãuis non magis conueniat ei: sed ne minus uideatur conuenire, & sic de aliis. Si autem loquamur quantum ad ordinẽ, uel originẽ, quẽ connotant: sic appropriatur a parte rei p ꝓ conuenientiã cũ ꝓpriis personarum: Vnde quia pater a nullo est, & filius a patre, & spiritus sanctus ab utroque, & huiusmodi ordo attenditur in potentia, & sapientia, & bonitate: ideo patet ratio appropriãdi. Vnde illa, quæ non connotãt aliquo modo ordinẽ, uel originẽ, non sunt appropriabilia.

AD ILLVD ergo qđ obiicit, ꝙ ꝓpriũ non cõicatur: ergo &c. Dicendum, ꝙ nõ est simile: quia ex hoc ꝙ cõe appropriatur, non attribuitur nisi ei cui conuenit, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed si propriū fiat cōe, tunc attribuitur ei cui nō cōuenit: & ideo non est simile. AD ILLVD, qđ quæritur: utrum appropriatio sit ſm rem, uel ſm intellectum: Dicendū q̄ per hoc qđ est (secū dū) poterit dici uis appropriatiua siue appropriās principium: uel pōt hoc qđ est (ſm) importare rōnem appropriandi. Si primo modo, sic cū appropriare sit uirtutis cognoscentis, sic appropriatio est ſm intellectum nostrum. Si aūt (ſm) dicat rationē appropriandi, sic uno mō est ſm rē. s. quantū ad ordinem connotatum: alio modo ſm intellectum quantum ad significatum: unde intellectus appropriatur pp intellectū: sed non idē intellectus pp se, sed intellectus sanus, & fidelis, pp intellectum carnalem, non ut cū eo concordet, sed ut ei obuiet: & ideo cum intellectus carnalis credat parū de potentia ſ patre, spiritualis appropriat ei potentiam, nec tamē intellectus est falsus: quia nō intelligit plus esse de potentia in patre, & minus q̄ in filio. Si aūt potētia appropriaretur filio: tunc intellectus carnalis plus credit esse in filio, & iō falsus est, & sic pater il lud. AD VLTIMVM dicendū, q̄ appropriatum ſm id quod est, prius est secundum rationē intelligēdi, q̄ propriū: appropriatum autem sub hac intentione, consequitur rōnē proprii, & hoc nullum est inconueniens.

QVAESTIO IIII.

An in diuinis ponere sit translationes?

VTRVM in diuinis sit ponere trāslationem. Et q̄ sic, ut in Lib. de Trin. Sunt noīa, q̄ trāslatiue, & p similitudinē de deo dicunt. ITEM. Diony. de Diui. Nom. Propriū nabilē Deum laudāt ex oi noīe: Sed hoc nō pōt esse, nisi p trāslationē: ergo in diuinis est ponere trāslationē. ITEM. Hoc ut trāslatione: quia sacra scriptura dicit Deū irasci, & dolere: sed hoc nō pōt dici ꝓprie: ergo necesse est q̄ dicāt trāslatiue, sed inter oia q̄ cōtingit noīare, dolor, & ira maxime distant a Deo: ergo si hæc cōtingit trāsferre, & oia alia noīa. ITEM. Per quæ contingit rem intelligere, contingit & significare: & per quæ contingit significare, cōtingit & noīare, sed per oia creata contingit Deum intelligere: ergo & nominare.

SED CONTRA. Oēs trāsferētes ſm aliquā similitudinē transferūt, sed dei ad creaturā nulla est similitudo, cū sit sūma distantia: ergo &c. ITEM. Similitudo est relatio eq̄parātię: ergo si ꝓp similitudinē cōtingit noīa creaturarū trāsferre ad creatorē, pari rōne & ecōuerso, sed illa nō trāsferunt: ergo nec ista. ITEM. Similitudo est rō trāslationis: ergo noīa rerū magis deo similiū, magis debēt ad deū transferri: talia autē sunt noīa Angelorum: ergo illa trāsferunt. Quārit ergo quę noīa debeant transferri, & quæ non.

RESOLVTIO.

Vt Deū meritis laudibus prosequamur extolleremusque ad eius cognitionē facilius promoueremur, opportuit translationibus uti.

RESP. Dicendū, q̄ rō, uel finis trāslationis duplex est. Vna aūt quæ est laus dei: talia manuductio intellectus nri. Propter laudē dei, necessaria est trāslatio. Et q̄m deus multū est laudabilis, ne pp inopiā uocabulorum cōtingeret cessari a laude, sacra scriptura docuit nomina creaturarū ad deū transferri. & hoc in numero indefinito, ut sicut omnis creatura lauda: deum, sic deus laudetur ex omni nomine creaturæ, & q non posset uno noīe laudari, tā quam superexcellens, omne nomen laudaret ex omni nomine. Alia rō est manuductio intellectus nostri. Quia cū per creaturas ad cognoscendum creatorē uenimus, ut plurimum, fere oēs creaturæ habet proprietates nobiles, quæ sunt ratio intelligendi deum, ut leo fortitudinē, agnus mansuetudinem, petra soliditatem, serpens prudentiam, & consimilia: ideo oportuit plura noīa transferri ad deum. Quoniam ergo finis imponit necessitatē his quæ sunt ad finem, cum trāslatio sit ad laudem dei, ideo nomina importantia deformitatē non debent trāsferri, ut diabolus, bufo, uulpes: q̄a magis trāsferuntur ad uituperium, quam ad laudem. Rursus quia trāslatio est propter nostram institutionem, & similitudo incipiens a notiori, est uia cognoscendi: ideo est trāslatio a creaturis tā quam a notioribus ad creatorē, sed non conuertitur: & quia magna similitudo mater est falsitatis, ideo non transferuntur nomina multum similia, sicut sunt nomina Angelorum, ne forte Angelus credatur esse Deus. Per hoc patet quòd trāslatio est in diuinis quantum ad nominum multiformitatem, ratione cuius dicitur Deus omnino innominabilis, & patent omnia præter primum.

QVOD enim obiicitur, quòd nulla est similitudo: quia summa est distantia: Dicendum, q̄ & si non est similitudo per unionē naturæ participationem, est tamen similitudo secundum analogiam, & habitudinem, & hoc in comparatione ad effectus. Sed de hoc magis alibi habitum est.

DISTINCTIO XXXV.

De scientia Dei in generali secundum se.

VMque supra disseruerimus, ac plura dixerimus de his, quæ cōiter secundū substantiā de Deo dicuntur, eorum tamen quædam specialem efflagitant tractatum, de quibus modo tractandum est, id est, de scientia, præscientia, prouidentia, dispositione, præ destinatione, uoluntate, & potentia. Sciendum est ergo quod Sapientia, uel scientia Dei cum sit una, & simplex, tamen propter uarios rerum status, & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantū scientia, sed etiam præscientia, uel prouidentia. Et est scientia, siue prouidentia, non de futuris tantum, sed de oībus, de

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis scilicet, & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatio, de omnibus saluandis, & de omnibus bonis, qui & hic liberantur, & in futuro coronabuntur. Prædestinauit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo, & prædestinauit, eis bona præparando. Quod homines prædestinauit, Apostolus ostendit dicens, Prædestinauit quos præscinit fieri conformes imaginis filij sui, & alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati. Quòd autem bona eis præparauerit, propheta Esaias ostendit dicens. Oculus non uidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus, uel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinauit quosdam futuros bonos, & beatos, id est, elegit, ut essent boni, & beati, & bona eis prædestinauit, idest, præparauit. Prouidentia autem est gubernandorum, quæ utique eodem modo uidetur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. Sapientia uerò, vel scientia de omnibus est, scilicet bonis, & malis, & de præsentibus præteritis & futuris, & non tantũ de temporalibus, sed etiam de æternis. Non ita scit Deus ista tẽporalia, ut seipsũ nesciat, sed ipse solus seipsum perfecte nouit: cuius sciẽtiæ cõparatione omnis creaturæ sciẽtia imperfecta est.

Rom. 8
Ephe. 1.
Esa. 46

Vtrum scientia, uel præscientia, uel dispositio, uel prædestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura.

Hic considerari oportet, Vtrum scientia, uel præscientia, uel dispositio, uel prædestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura. Cum enim præscientia sit futurorum, & dispositio faciendorum, & prædestinatio saluandorum, si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus, uel aliquos saluaturus, non uidetur potuisse in Deo esse præscientia, uel dispositio, uel prædestinatio: potuit autem Deus nulla præscire futura: potuit non creare aliquid, uel non saluare aliquos: potuit ergo in Deo non esse præscientia, uel dispositio, uel prædestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdã opponitur. Si (inquiunt) potuit præscientia Dei non esse in Deo ab æterno, & potuit non esse: si uero potuit non esse, ciũ præscientia Dei sit eius scientia, & scientia sit eius essentia: potuit ergo non esse ab æterno, id quod est eius diuina essentia. Ita & de dispositione, & prædestinatione, quæ est diuina essentia, obijciunt. Addunt quoque & alia, ita loquentes, Si potuit Deus non præscire aliqua, cum idem sit Deo præscire quod scire, & scire quod esse: potuit ergo non esse. Item, Cum idem sit Deum præscium esse, & Deum esse, si potuit non esse præscius, potuit non esse Deus. Potuit autem non esse præscius, si potuit nulla præscire. At potuit nulla præscire, quia potuit nulla facere.

Responsio.

Ad hoc iuxta modulum nostræ intelligentiæ ita dicimus. Præscientia, uel dispositio, uel prædestinatio ad aliquid dici uidentur. Sicut enim creator ad creaturam relatiue dicitur, ita præscientia, uel præscius ad futura referri uidetur, & dispositio ad facienda, ac prædestinatio ad saluanda. Verum tamen creator ita relatiue dicitur, ut essentiam non significet. Præscientia uero, uel præscius, & in respectu futurorum dicitur, & essentiam designat: ita etiã dispositio, & prædestinatio. Ideoque cum dicitur, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia, uel non esset Deus præscius: quia uaria est ibi causa dicendi, distingui oportet rationem dicti. Cum ergo dicis, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia, uel non esset præscius, si in dicendo, hãc causam attendis. s. quia nulla essent subiecta eius præscientiæ, unde ipsa possit dici præscientia, uel ipse præscius, quod utrumque dicitur propter futura: verus est intellectus. Sin autem ea ratione id dicis, quod non sit in eo scientia qua præscit futura, uel quod ipse non sit Deus, qui est futurorũ præscius, falsa est intelligẽtia. Similiter & illæ locutiones determinandæ sunt. Potuit nõ esse præsciẽtia Dei, uel potuit non esse præscius, & potuit Deus non præscire aliqua, idest, potuit esse quòd nulla futura subiecta essent eius scientiæ, & ita non posset dici præscius, uel præscire, uel scientia eius, uel præscientia, non tamen eo minus ipse esset, uel eius scientia. Sed non posset dici præscius, uel præscire, uel præscientia, si eius scientiæ futura nulla forent subiecta. Similiter de dispõne, et prædestinatione, uel prouidentia. Hæc.n. ut (dictum est)

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad temporale referuntur, & de temporalibus tantum sunt.

Scientia Dei & de temporalibus, & de æternis est.

Scientia uero, uel sapientia non tantum de tẽporalibus, sed etiam de æternis est. Ideoque & si nulla fuissent futura, esset tamen in Deo scientia eadem quæ modo est, nec minor esset quàm modo, nec maior est quàm esset. Sicut ergo Deus ab æterno æternum, & omne quod futurum erat, sciuit immutabiliter. Scit quoque non minus præterita, & futura quàm præsentia, & sua æterna sapientia, & immutabili scit ipse omnia quæ sciuntur. Omnis enim ratio supernæ, & æternæ sapientiæ (ut ait Ambrosius) in eo est, quia omnem sapientiam, & essentiam capit sua immensa scientia.

Lib. de fide, et cap. 8.

Quare omnia dicantur esse in Deo, & uitam habere in eo.

Propterea omnia dicuntur esse in Deo, & fuisse ab æterno. Vnde Augustinus super Gene. Hæc uisibilia (inquit) antequã fierent, non erant: quomodo ergo nota Deo erant, quæ non erãt? Et rursus, Quomodo ea faceret, quæ sibi nota nõ erãt? non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non falsa cognouit. Proinde antequam fierent, & erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sui natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quàm illo quo ea nouerat, ut faceret, apud quẽ non est trãsmutatio, nec uicissitudinis obũbratio. Ecce hic habes quòd hæc uisibilia ante quàm fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne quod falsũ est, dicitur uita esse in ipso; non ideo quod creatura sit creator, uel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo: sed quia in eius scientia semper sunt, quæ uita est.

Tom. 3 lib. 5. de Genesi ad literam c. 18.

Iaco. 1.

Ioan. 1.

Quòd eadem ratione dicuntur omnia ei præsentia.

Inde est etiã quòd oĩa dicũtur ei præsentia esse, non solũ ea quæ sunt, sed etiã ea quæ præterierunt, & ea quę futura sunt, secundũ illud, Qui uocat ea que nõ sunt, tanquã ea quę sunt. Quia (ut ait Ambrosius in Lib. de Trin.) ita cognoscit ea, quæ nõ sunt, ut ea quæ sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in eo, uel apud eum, siue ei præsentia, Vnde Augustinus super illum locum Psalm. Et pulchritudo agri mecum est. Ideo (inquit) mecum est, quia apud Deum nihil præterijt, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, et ei non detrahuntur iam præterita; cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientiæ dei. Ecce hic aperit Augu. ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi uerba, omnia sunt deo præsentia, in deo sunt omnia, uel cum deo, uel apud deum, uel in eo uita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

Rom. 4

Lib. 5. c. 8. Tom. 8

Psal. 49.

SVPRA egit Magister de sacramento Trinitatis, & unitatis: in hac parte agit de conditionibus, secundum quas est in deo rõ causalitis: quæ sunt potentia, sapientia, & uoluntas. Habet autem hæc pars tres partes. In quarum prima agit de scientia. In secũda de potentia in 42. dist. *Nunc de omnipotentia Dei agendum est &c.*] In tertia de uoluntate, infra dist. 45. Iam de uoluntate Dei, &c. Prima pars habet tres. In prima agit de scientia in genere secundum se. In secũda agit de modis diuinæ cognitionis, utrum deus cognoscat mutabiliter, uel immutabiliter, & quomodo dist. 38. *Nunc ergo ad propositum reuertentes &c.*] In tertia uero agit quantum ad speciales effectus, infra dist. 40. *Prædestinatio uero est de bonis salutalibus &c.*] Prima pars diuidit in tres. In prima Magister determinat de ipsa dei scientia. In secũda quia res agnitę sunt in sciente per modum sciẽtis, ideo determinat quõ res sũt in deo, infra dist. in. 36. *Solet hic quæri, cum omnia dicantur esse in Dei cognitione &c.*] In tertia uero, incidenter determinat, quõ deus est in rebus, infra dist. 37. *Et quoniam demonstratum est ex parte, &c.*] Prima pars, q̃ cõtinet præsentem distinõem, tres hẽt partes: In prima cum dei scientia sit una, determinat quõ sortitur plura noĩa. In secũda cum dei scientia, uel præscientia sit æterna, determinat quõ se habeat ad temporalia, uel creata, ibi. *Hic considerari oportet, utrum scientia, uel præscientia, &c.*] In tertia cũ dei scientia sit ens, quõ cognoscat nõ entia, ibi. *Propter ea omnia dicuntur esse in deo, &c.*] In prima parte seipsũ cõtinuãs dicit, q̃ diuina essentia plura habet noĩa p̃ noĩa connotata. In secũda dicit q̃ dei scia esset, si nihil futurũ esset: & esset scia, sed non diceretur præscientia. In tertia ostendit, q̃ oĩa hñt rõnes in deo, per quas cognoscuntur, & sunt in ipso: & ita omnia sunt sibi præsentia: & sic patet diuisio, & sñia. Subdiuisiões. n. partiũ manifestę sunt in litera.

Dub. 1.

EORVM tamẽ quædam specialem, &c.] Cõtra. Aut. n. ista efflagitant specialem tractatum: quia sunt difficilia: aut quia sunt appropriata. Si quia sunt difficilia, alia ẽt sunt difficilia: sicut simplicitas, ueritas, immutabilitas. Si q̃ sunt appropriata, sic ẽt unitas, & æqualitas. Rñ. Dicẽdum, q̃ ista efflagitant specialem tractatum triplici ex causa: tum quia sunt difficilia, tum quia multa de ipsis in scriptura

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt determinata, tum etiam: quia dicunt respectum ad creaturam, & secundum has conditiones attenditur ratio causę in diuina natura. Ideo quia debebat facere transitum ad creaturas: siue ad creationem, & ad hæc præexigitur in causa posse scire, & uelle, quæ faciunt causam esse perfectam; ideo tractatum illum in medio collocauit inter tractatum de Trinitate, & tractatum de rerum uniuersitate, sed quia huiusmodi se tenet a deo, & a deo sustentantur, ideo Tractatus iste in Primo Libro ponitur.

Dub.2. *A modo tractandum est, ideſt de scientia &c.*] Videtur hic male dicere: quia potentia præcedit scientiam, & uoluntatem: ergo male ordinat ī proposito, & male in exequendo. Resp. Dicendum, ꝙ duplex est loqui de ſiſtis: aut ī sua generalitate, aut ut cōcurrunt ad unum effectum. Si in sua generalitate, sic cum scię tia sit respectu bonorum & malorum faciendorum & non faciendorum, prior est secundum rōnem intelligendi, quam potę tia. Et potentia cum sit respectu faciendorum & non faciendorum, prior est uoluntate quæ ē respectu faciendorum bonorū tantum. Si autem loquamur de his prout concurrunt ad unum effectum: sic potentia, inquantum potens, est prima, inquantum exequens, est ultima. prius enim est posse, deinde scire, & post uelle, & postremo ē facere, ꝙ est ipsius potentiæ. Et quantum ad hunc actum Magister ponit hic ultimo loco potentiā: sed in executione considerat ordinem, secundum maiorem generalitatem, & minorem.

Sapientia, uel scientia Dei &c.] Diuersa sortitur nomina, quę. s. sunt scientia, prescientia, prouidentia, dispositio, predestinatio. Quæritur quomodo distinguuntur hęc nomina, & uidet ꝙ insufficienter numeret: quia non solum est ponere in diuinis predestinationem, uerum & reprobationem. Resp. dicēdum ꝙ huiusmodi nomina distinguūtur sic. Diuina cognitio potest considerari aut in se, aut in comparatione ad creaturas. Si in se, aut prout dicit pure cognitionem per modum speculationis: aut prout dicit speculationē iunctam affectioni. Primo modo est scientia, secundo modo est sapientia. Vel sic, aut dicit cognitionem simplicem, aut per rationem nobilissimam, siue per causas nobilissimas, quę ipse deus sunt. Primo modo est scientia, secundo modo est sapientia. Si autem consideretur in comparatione ad res: hoc potest esse dupliciter. Aut connotat euentum, & sic est præscientia: aut effectum, & hoc dupliciter: aut in conseruando, aut in gubernando, & sic est prouidētia: aut in efficiendo, & hoc dupliciter, aut quantum ad bonā naturę, & sic est dispositio: aut quantum ad bonum super addi tum, & sic est predestinatio: aut quantum ad eius priuationem, & sic reprobatio. Sed quia priuatio gratiæ non est effectus, sed defectus, iō reprobatio non hic numeratur, sed continetur sub prescientiæ nomine, & ipsum sibi appropriat. Vnde diuisio

sio potest sic formari. Cognitio dei aut est in se, aut in comparatione. Si in se, aut per rationem nobilissimam, & sic sapientia, aut per qualemcunque rōnem, & sic est scientia. Si in comparatione, aut euentuum, & sic præscientia: aut euentuum & effectuum: & hoc uel in gubernando, & sic est prouidentia: uel in efficiendo, & sic, si respectu cuiuscunque naturæ: sic est dispositio, si respectu rationalis, sic prædestinatio: aut euentuum, & effectuum, & defectum, & sic reprobatio, quæ est præscientia nominata.

Dub.3. *Creator ita dicitur relative, ut essentiam non significet &c.*] Videtur dicere falsum: nam creatio significat modum actionis, nō relationis: ergo creator similiter: ergo non dicitur secundū relationem a parte modi, nec a parte rei: istud costat: ergo nullo modo. Item uidetur falsum dicere, cum dicit ꝙ esse etiam non significant: quia creator significat aliquid, aut ergo creatum, aut increatum. Si creatum: ergo non dicitur de deo. Si increatum: ergo cum non significet personam, significat essentiam. Resp. Dicendum, ꝙ relatiue dici aliquid, est dupliciter. Aut quia significat relationem: sicut nomina, quæ sunt in prædicamento relationis. Aut quia habet respectum annexum: sic, cum omnis actio dicat respectū ad passum siue factū, & passum ad agentem, sic dicitur relatiue: & sic intelligit Magister de hoc nomine, creator, & bene. Ad illud etiam ꝙ dicit, ꝙ non significat essentiam, dicitur propter hoc, quod quamuis imponatur diuinæ essentiæ, & ideo de sola eius essentia dicitur secūdum omnes: tamen de eo, a quo imponitur, fuit controuersia. Quidam enim uoluunt dicere, ꝙ nomina sex generum non prædicant aliquid in deo: sed comprædicant. Vnde actio non uidetur dicere aliquid in agente, sed ab agente. Et huic uidetur consonare ratio, quia actio & passio unū esse eadem. Et iterum huic uidetur cōsonare uerbum Boetii de Tri. ꝙ alia gña rerū nec de creatore, nec de creaturis predicantur. Ista opinio fuit satis probabilis, & huius fuit Magister, & ideo dicit, ꝙ prescientia ratione scientię importat essentiam: sed creator tantum relationem. Verumtamen illud hodie cōiter non tenetur. Dicimus. n. deum esse suam actionem, utputa creationem: & quoniam essentia est diuina actio, & hoc nomen, creator, imponitur ab actione: ideo non tantum impositum est essentiæ, uerum etiam ab essentia: sed illam significat in relatione. Nec Boetius intendit dicere, quod talia non predicantur: sed quod non prædicantur absolute. Si tamen uelimus sustinere Magistrum secundum communem opinionem, dicamus ꝙ Magister nō uult dicere, quod creatio nō importet diuinam essentiam, sed quantum ex ui uocabuli non dicit essentiam absolute, sed per modum relationis: siue sub appellatione relatiua. Sed prescięntia duo dicit, & scię tiam, & prædestinationem. Ratione scientiæ, dicit essentiā absolutam: unde manet scientia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

reipsa non manente. Non sic ē de creatione: non.n. est creatio, nisi ēt sit creatura, & fm hoc uerbū Magistri non hēt calumniā.

Dub. 5. *Si nulla fuissent futura, esset tamen &c.*] Videtur male dicere: quia scientia nostra ponit res, & qñ non ponit, non est scientia, sed opinio, uel alia acceptio minus nobilis: ergo cum de nobilitate scientiæ sit ponere rem, uidetur multo fortius q̄ diuina scientia ponat, quæ est nobilissima. Resp. ad hoc breuiter, Dicendū, q̄ est scīa, qua habeo cognitionem de re: & scientia qua scio rē esse. Prima scīa, nec ī nobis, nec ī deo ponit existētiā rei in proprio gñe, nec de pāti, nec de futuro: quod patet, qa artifex habet cognitionem faciēdi domum, quam nūquam faciet. Secundo uero scientia ponit rē tam in deo quā in nobis: sed in nobis, quia dependet: in deo, qa connotat: & quantum ad primū modum loquitur Magister, q̄ eadem scientia esset, sed non respectu eiusdem, & respectu tot, respectu quot modo est quantum ad secundum modum.

Dub. 6. *Inde est etiam &c.*] Vult Magister, q̄ oīa sunt deo præsentia, non solum q̄ sunt, sed ēt q̄ præterierunt. Qūo ergo intelligitur illud. Aut.n. intelligitur de præsentia fm ueritatem: aut de præsentia fm cognitionem. Primo modo falsum est: constans.n. est, qđ Antichristus non est in deo fm ueritatē præsens. Si fm cognitionem, quia habet cognitionem præsentiū, præteritorū, & futurorū: sed si sic cum hanc habeat ētiā anima: ergo sīl oīa sunt ei pñtia. Rñ. Dicendum, q̄ non omnia dñr esse præsentia secundum ueritatem existentiū rerum, sed secundum cognitionem: quia actu cognoscit præsentia: præterita, & futura, & circa actum suæ cognitionis semper est pñtialis, ita q̄ nulla successio cognitionis dei est in nūce q̄ cōplectitur oem successionē sine mutatione, & ideo oīa sunt ei præsentia. ex hac dupitei causa. Quāuis aūt creatura habeat cognitionem de præsentibus, præteritis, & futuris, quia tamē cognitio eius transit in præteritum, & futurum, & noua generatur cognitio ex rei existentia ideo nō dicit q̄ oīa sunt præsentia creaturæ, sicut dicitur, quod oīa pñtia sunt deo: & ideo non ponitur memoria ī deo, qñ memoria respicit præteritū, nec tñ in re, sed ut ēt actus illius cognitionis trāsit in præteritū: sed præscientia nō dicit rōnē siue actū scīæ ut futurum, & ideo in deo conuenienter ponitur.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An ponere sit ideas in deo?

Dintelligentiam præsentis distōtis quī de rōne dñnæ cognitionis, quæ idea conuenit appellari. Primo quæritur, utrum in Deo sit ponēda rō idealis. Secundo dato q̄ sic, quæritur utrum habeat pluralitatem fm rem. Tertio, utrum habeat pluralitatem secundum rationem. Quarto utrū habeat pluralitatem secundum numerum uniuersaliū, an singulariū. Quinto utrum habeat pluralitatem secundum numerum finitum uel infinitum. Sexto, utrum in ideis sit pluralitas fm numerū ordinatū uel confusū.

VTRVM in deo sit ponere ideas. Et quod sic ostenditur primo auctoritate Aug. lib. 83. q. quod ideæ sunt formæ æternæ & incommutabiles, quæ in diuina intelligentia continentur. Ex his tribus condītionib. concluditur, q̄ idea sit in Deo. ITEM. ratione ostenditur sic. Omne agens rationabiliter, nō a casu, uel ex necessitate: præcognoscit rem, antequam sit: sed omnis cognoscens habet rem cognitam, uel secundum ueritatem, uel secundum similitudinem: sed res antequam sint, nō possunt haberi a deo secundum ueritatem, ergo secundum similitudinem: sed similitudo rei p quam res cognoscitur & producitur, idea est: ergo &c. ITEM. omne q̄ determinate ducit in æternum cognoscendum, habet penes se similitudinē cogniti; uel ipsum est eius similitudo: sed speculum æternum mentes se uidentium ducit in cognitionem omnium creatorum: sicut dicit Aug. quod rectius ibi cognoscunt, quam alibi: ergo rationes quod in eo resident similitudines: & restat quod sunt in eo sicut in cognoscente: quia non tantum aliis repræsentat, sed sibi: sed hęc est tota ratio ideæ: ergo &c. ITEM. quia res a deo producuntur, ideo sunt in deo tanquam in efficiente, & deus ueriſſime est efficiēs: sīr quia ab ipso sīntuntur, iō ueriſſime est fīnis: ergo pari rōne, qa ab ipso cognoscunt & exprimūtur, per seipsum deus est ueriſſime exemplar: sed exemplar nō est nisi in quo sunt rerum exēplatarum ideę: ergo &c.

CONTRA. Dion. de diui. no. Cognoscit diuinus intellectus, sed ex se ipso & per seipsum, nō fm ideā singulis innitēs: sed fm unā excellētiæ eārn oīa nosces & cōtinēs: ergo deus singula nō cognoscit p ideā. ITEM. rōne ui: qa idea dicit rōnem similitudinis, & similitudo dicit rōnem conueniētię: Dei aūt ad creaturā cū sit summa distātia, nulla ē ibi cōuenientia: aut si ē, minima ē: ergo aut nulla similitudo, aut minima: aut ergo non ē idea in deo: aut si est, fm rōnē iperfectā est: sed nihil iperfectū ponēdū ē ī deo, ergo &c. ITEM. nobilissimus modus cognitionis ē deo attribuēdus: sed cognitio p rei essentiā est nobilior, q̄ p similitudinē rei, ergo deus cognoscit p essentiā rei, nō p similitudinē: sed idea ē similitudo, nō essentia rei: ergo &c. ITEM. idea nō est necessaria nisi ad dirigendum in cognoscendo, & regulandū in operando: sed nihil indiget dirigente uel regulāte, nisi q̄ potest errare & deuiare, deus aūt nullum horū hēt: ergo frustra ponuntur in deo ideæ:

Ca. 7. à medio.

RESOLVTIO.

Cōueniunt Theologi & Philosophi, deū, sicut uniuersa cognoscit: ita & uniuersarum rerum similitudines & rationes apud se habere, quas ideas appellant.

Res. dicēdū, q̄ circa hoc duplex fuit opinio. Quidā. n. dixerūt q̄ deus non cognoscit fm rōnem ideæ, sed fm rōnem causæ: & ponunt simile, sicut si punctus cognosceret suā uirtutē, cognosce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret lineas, & circumferentiam. Similiter si unitas haberet potẽtiam cognitiuã, per quam cõuerteret se supra se: cognosceret omnes numeros. Per hunc modum dicunt in deo esse. Quoniã enim deus uirtutem habet producendi omnia, & cognoscit totam suam uirtutẽ, ideo cognoscit oĩa: & hoc dicunt Dionysium sensisse, cum dixit, q̃ non secundum ideam, sed secundũ unam excellẽtiæ causam cognoscit oĩa. Sed hæc positio non potest stare. Primum quidem, q̃a deus cognoscit nõ per collationem deueniendi à principio ad principiatum, sed simplici aspectu. Et iterum, omne cognoscẽs inquantum huiusmodi, simile est cognoscibili: ergo habet eius similitudinem: uel ipsum est similitudo. Rursus, omnis cognoscens ideo distincte producit, quia distincte cognoscit, non econuerso: ergo tõ producendi non est ratio cognoscendi. Et iterũ, aliqua cognoscit, quæ ab ipso non sunt. Propter hęc & similia, est aliter dicendum. Ideo est alia positio, & secundum Sanctos, & secundum Philosophos, q̃ deus cognoscit per ideas, & habet in se rationes, & similitudines rerum, quas cognoscit: in quibus non tantum ipse cognoscit: sed etiam aspicientes in eum: & has rationes uocat Augustinus ideas, & causas primordiales.

Ad intelligentiam autem obiectorum, intelligendum, quod idea dicitur similitudo rei cognitę. Similitudo autem dupliciter dicitur. Vno modo ẽm conuenientiam duorum in tertio, & hæc est similitudo secundũ uocationem. Alio modo est similitudo secundum q̃ unum ẽ similitudo alterius, & hæc similitudo non concernit conuenientiam in aliquo communi, quia similitudo seipsa est similis, nõ tertio: & hoc modo dicitur creatura similitudo dei, uel econuerso, deus similitudo creaturæ. Hoc modo sumendo similitudinem, similitudo est ratio cognoscendi, & hęc dicitur idea. Sed aliter est in nobis, aliter in deo. In nobis quidem ratio cognoscendi est similitudo: cognitũ, est ueritas. Nam in nobis est similitudo accepta & impressa ab extrinseco, pp hoc quod intellectus noster respectu cogniti, est passibilis, & non actus purus: ideo fit in actu per aliquid cogniti, q̃ est similitudo eius. In deo autem est econuerso, quia ratio cognoscendi est ipsa ueritas, & cognitum est similitudo ueritatis. i. ipsa creatura. Et q̃a ratio cognoscendi consistit in ipsa ueritate prima, ideo ratio cognoscendi in deo, est summe expressiua. Et quoniam omne id, quod summe exprimit, perfectissime assimilat cognitum assimilatione competenti cognitioni, ideo patet q̃d ipsa ueritas ex hoc q̃ facit cognoscere, est similitudo expressiua, & idea. Econtrario est in nobis, quia eo ipso q̃ est similitudo, facit cognoscere. Ex his patẽt obiecta.

Quod enim obiicitur quod non est secundum ideam singularis innitens. Dicendum, q̃ Dionysius ex hoc non uult removere rõnem ideę à Deo: sed uult dicere q̃ non sic est similitudo, & differentia idearum secundũ singula, sicut in nobis. Ad illud, quod obiicitur, quod nulla est cõuenientia, uel minima. Dicendũ, q̃ est similitudo uocationis siue participationis, & similitudo imitationis & expressionis. Similitudo participationis, nulla est omnino, quia nihil est commune. Similitudo imitationis est modica, quia in modico potest finitum imitari infinitum: unde semper maior est dissimilitudo quãm similitudo. Similitudo uero expressionis est summa, quia causatur ab intentione ueritatis, (ut uisum est,) quæ est ipsa expressio, ideo Deus summe omnia cognoscit. Ad illud, q̃ obiicitur tertiò, quòd nobilior est cognitio per essentiam. Dicendum, quod est similitudo causata a ueritate rei extra, & de hac uerum est, quod nunqnam ita perfectè exprimit rem, sicut ipsa res, si præsentialiter esset apud animam, & hac similitudine non cognoscit deus. Est alia similitudo, quæ est ipsa ueritas expressiua cogniti, & eo similitudo quo ueritas: & hæc similitudo melius exprimit rem quã ipsa res seipsam exprimat, quia res ipsa accipit rationem expressionis ab illa, sed secundũ hanc est perfectior cognitio, & hac cognoscit deus. Ad illud quod obiicitur, q̃ idea est ad regulandum & dirigendum. Dicendum, quòd regulari, & dirigi potest esse dupliciter, uel per regulam differentem a directo & regulato: & hæc ponit imperfectionem & possibilitatem erroris. Aut per regulam, quæ est idem quod regulatum, & hæc

ponit impossibilitatem erroris. Quia enim regula errare nõ potest, & Deus est ipsa regula, & idea, ideo impossibile est eum errare: & sic patet quod idea in Deo non ponit defectum & imperfectionem, sed cõplementũ.

Qvaestio II.

An unam, uel plures ideas ponere sit in Deo?

Vtrum sit ponere pluralitatẽ in Ideis secundum rem. Et q̃ sic uꝫ, quia Augu. dicit quòd ideę sunt formæ æternæ & incõmutabiles: sed si sũt formę sunt plures, & cum forma dicat ipsũ quod est idea absolutè, tunc uidetur, quòd sint plures secundũ id, quod sunt absolutè. Item. Idea est similitudo exprimens ideatum secundum totum: sed quæcunque uni & eidem secundum totum sunt similia, nullo modo differunt abinuicem: ergo si idea omnium secundum id quod est, esset una; tunc omnia essent indifferentia. Item. Si idea est unum quid: aut una cõis, aut una propria similitudo. Si una communis: ergo per ipsam nunquam res distinguuntur. Si una propria: ergo per ipsam nunquam plura cognoscũtur. Item. Si idea est ratio cognoscendi, cum unumquodque cognoscens cognoscat secundũ exigentiam rationis cognoscendi: ergo si idea est unum quid, cum in uno nõ cadat distinctio, Deus non cognoscit res distinctè, sed indistinctè.

Contra. Augu. 6. de Trini. Filius est ars quædam omnipotentis Dei plena omnium rationum uiuentium, & omnia in ipso unum sunt. Item. Quod per

Ca. 10. nõ uid. to post initium

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectius est Deo est attribuendū: sed perfectius est uno posse cognoscere plura, & operari quā pluribus: ergo Deo est attribuē dūergo Deus una idea cognoscit. ITEM. In omni genere causæ status est in uno simplici, utpote in genere efficientis & finis:ergo cum Deus sit exēplar, in quo est omnimode status: ergo in Deo est summa unitas:sed exemplar quod continet multa non est omnino unum & simplex: ergo in diuino exemplari non est nisi una idea secundum rem.

Ex 2. phy. 68

RESOLVTIO.

Re ipsa ideæ omnes in Deo unum sunt, nec pluralitantur: si quidē idea secundum rem nihil aliud est quam ipsa diuina ueritas.

RESP. Ad intelligentiam prædictorum est notandum, quòd hic fuit duplex opinio. Quidam enim dixerunt ꝙ ideæ in Deo secundum rem habent distinctionem. Dixerunt enim quòd est considerare uniuersitatē formarum in Deo, in anima, & in mūdo, siue in materia. Et in materia siue in uniuerso habent distinctionem, & compositionē, & oppositionem, quia sunt ibi materialiter. In anima uero humana habent distinctionem & compositionem, sed non habēt oppositionem: & hoc quia sunt ibi aliquo modo spiritualiter: non tamen omnino, quia sunt à rebus extra: ideo ē compositio: differūt enim ab anima. In deo habent distinctionem, sed non compositionem nec oppositionem propter summam simplicitatem: & quamuis in Deo sint distinctæ, sunt tamē unum exē plar, sicut plures formæ particulares in sigillo faciunt unum sigillum. Sed ista positio quamuis in sui initio uideatur ꝓbabilis; in fine tamen cōtinet errorem. Nā si in Deo esset ponere ideas realiter differentes siue distinctas, tunc esset ibi alia pluralitas realis, quam sit pluralitas personalis, quod abhorrēt aures piæ. Si dicas, quòd non est pluralitatem absolutam ponere, sed respectiuam: tunc quæro de illo respectu, aut est aliquid, aut nihil. Si nihil: nulla est ibi realis distinctio. Si aliquid: non est dare nisi diuinam essentiam: sed omnia essentialia in Deo unum sunt. Et ideo est alia positio, quod ideę sunt unum secundum rem: & hoc patet sic. Idea in Deo dicit similitudinem, quæ est ratio cognoscendi: illa autem secundum rem est ipsa diuina ueritas, sicut supra mōstratum est: & quia illa est una, patet quod per eam omnes ideæ unū sunt & hoc dicit Aug. expresse, quia in illa arte omnia sunt unum.

AD ILLVD ergo quod obiicitur, quòd sunt formæ. Dicendum, quòd forma duplex est, scilicet forma, quæ ē perfectio rei, & forma exemplaris. Et Augu. accipit ideas in ratione formæ pro forma exemplari: utraque tamen relatiue dicitur: illa ad naturā, quam informat: sed illa ad exēplarum: & ideo quia forma dicitur ad alterum, sicut similitudo: quando dicuntur plures formæ, non ex hoc notatur quod in ideis sit pluralitas secūdum rem, siue secundum id quod sunt, sed secundum id, ad quod sunt, ideſt, ad ea, ꝙ sunt extra, scilicet ratione connotatorum, ut sunt ipsa ideata. AD ILLVD, quòd obiicitur, quòd idea est similitudo exprimens secundū totum: ergo &c. Ad hoc ē unus modus dicendi, quòd idea non dicit similitudinem aliquam, ꝙ quam cognoscens assimilatur aliis, sed cui multa assimilantur & multa possunt assimilari uni: sicut si a forma sigilli eadē fiat expressio figuræ i cera, possunt esse ab eadem forma una multæ, & uariæ impressiones, secundum quod sigillum magis & minus imprimitur: Sic in Deo intelliguntur, quoniam multitudo in rebus uenit secundum gradus, & approximationem ad ipsum esse diuinum. Sed illud nō sufficit dicere: quia Deus facit omnia diuersa secundum formam, non tantum secundū gradum & dignitatē: & illa cognoscit per unum secundum rem: quod quidem est similitudo cognoti. Si tu dicas, ꝙ hoc est, quia deus seipso agit: ideo sicut uno agit multa, ita uno cognoscit multa. Adhuc non est solutum: quia adhuc manet quæstio, quo ipse Deus possit assimilari multis. Propter hoc dicendum ꝙ similitudo quædam est secundū proprietatem generis: & de hac non est dubium ꝙ non pōt esse una pluriū gñe differentium: & hæc ē similitudo q̄ exprimit & cātur a re generis determinate. Alia est similitudo simplē extra genus: & hæc qa ad hoc genus nō arctaī, qua rōne est huius: ea dē rōne est & illius: & qua rōne ſm totū: & talis similitudo ē diuina ueritas, & idea in Deo. Si tu quæras, qūo hoc possit intelligi. Aliqualiter intelligi pōt, q̄uis nō possit aptari oīno simile. cū. n. illa similitudo sit actus purus: & ipsa ueritas (sicut dictū ē) & oīa alia cognoscibilia quātūcunq; nobilia ſm id ꝙ sunt, cō parent ad ipsam ꝓ modū possibilis, sicut unū ſm formā pōt assimilari pluribus, ſm naturam diuersis: sic in ꝓposito, una realis similitudo pōt esse oīum cognoscibiliū. Et pōt poni exēplū in luce aliquo mō: quę una ſm numerū exprimit multas & uarias species colorū. In cognitioe aūt nra, qm̄ se hēt ꝓ modū possibilis respū cogniti, & quodammodo informabilis ab illo, non pōt inueniri similitudo, imō inuenitur dissimilitudo: & aspiciēdo ad cognitionem nostram ut nobis in Deo non esse intelligibile. AD ILLVD, quod quæritur, utrum illa similitudo sit ꝓpria, uel communis. Dicēdum, ꝙ Deus non dicitur causa uniuersalis, nec particularis simpliciter: sed aliquid habet de nobilitate causæ uniuersalis, quia potest in plurimos effectus: similiter aliquid de causa particulari, quia immediate & sufficienter pōt in effectū quēliber. Sic in cognitione dei intelligēdū, ꝙ nec oīno est in uniuersali, nec oīno in particulari. Similiter de similitudine & idea intelligendū est, ꝙ cōis est quantū ad differētiā & amplitudinem: propria uero quantū ad discretissimā expressionē. Rō huius est, qa est similitudo exprimens, non impressa, nec expressa. Quia oīno exprimens: ideo summe exprimit, & secundum omnes conditiones.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et rursus, ex hoc ꝙ non est expressa, ideo non est arctata nec limitata, sed extendit se ad omnia: sicut diuina essentia: quamuis tota sit in uno, non tñ sic est in uno, ꝙ non sit in alio. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, ꝙ cognoscit ſm exigentiam rõnum. Dicendum, ꝙ sicut rõ cognoscendi est una, & tamẽ plura cognita distinctissimẽ repræsentat ſm proprias conditiones: sic diuina cognitio, quantũ ad modum cognoscendi, qui est in ipsa est una, & simplex, non distincta: sed in comparatione ad obiectum distincte cognoscit.

Qñ ergo dicitur deus cognoscit oĩa distincte: si distinctio ponit in cognitione per comparationem ad cognoscentem, falsa est: si autem per comparationem ad cognitum, sic habet ueritatem.

QVAESTIO III.

An ideæ plures sint secundum rõnẽ?

VTRVM in ideis sit pluralitas ſm rõnem? Et ꝙ sic ostendi tur hoc modo. Aug. lib. 83. Qõ-
Qõ. 46 num dicit. Alia ratione conditus est homo, alia equus: ergo si idea dicit ipsam rõnem cognoscendi, necesse est ꝙ plurificet ſm rõnem. ITEM. Hoc ipsum ostenditur ex mõ loquendi & diffiniendi: quia Aug. loquitur in plurali, & diffinit in plurali ipsas ideas, dicẽs ꝙ sunt formæ: ergo plurificãtur re, uel rõne: sed nõ re: ergo rõne. ITEM. Idea dicit similitudinem ad cognitum: sed similitudo quamuis in Deo sit ad absolutum, hẽt tamen modũ dicẽdi ad alterum, siue respectum: sed plurificatio similitudinis relatiuæ est a re, cui assimilatur: ergo cũ res ideatæ sint plures, idee sunt plures ſm rõnem dicendi. ITEM. Deus antequam res ꝓducat, distincte cognoscit, & actu: sed non est distinctio in Deo cognoscente, nec in cognito: ergo oportet ꝙ sit in ratione cognoscendi.

CONTRA. Si é plurificatio ſm rõnem, cum non sit re, tunc uidet illa pluralitas nõ esse aliud quã uanitas. ITEM. Si est ĩ hoc nomine [idea] pluralitas, aut rõne eius quod est, aut ratione eius ad quod est. Non rõne eius quod ẽ: quia est diuina essentia. Si ratione eius ad quod est: ergo cum uerbũ, & exemplar, & ars dicãt respectum ad creaturam, saltem ſm nomem debent plurificari, quod tamen falsum est. ITEM. Si ideæ sunt plures, non propter significatum, sed ꝓpter notatum: tunc quæro, aut generatum illud est æternum, aut tẽporale. Si æternum: ergo uidet ꝙ plura sint ab æterno. Si temporale: ergo uidetur ꝙ idea non dicatur de deo nisi ex tempore: sicut nec dominus, nec creator dicũtur nisi ex tempore. ITEM. Ideæ si sunt plures propter ideata, aut ergo secũdum esse, quod habent ideata in Deo: aut in ꝙ prio genere. Si ꝓpter esse quod habent in Deo. Contra. In Deo sunt unum: ergo ratione illius esse, non possunt dici plures. Si propter esse, quod habent in ꝙ prio genere, sed non habent nisi ex tempore: ergo uel ideæ, non sunt plures nisi ex tempore uel temporale est causa æterni quorum utrumque est inconueniens. ITEM. Idea aut dicit aliquid, aut nihil. Si nihil ergo nec pluralitas habet, nec unitatem. Si aliquid

quid dicit: ergo si sunt plures ideæ, sunt plures res: ergo si plures ideę sunt ab æterno, plures res sunt ab æterno: sed non plures res personaliter, quia idea nõ dicit quid personæ: ergo plures essentialiter.

RESOLVTIO.

Quia in diuinis cognoscẽs unũ est: & cognita multa: omnes ideæ unum rem Deo sunt; plures autem secundum rationem intelligendi.

RESP. Dicendum, quod sicut patet ex prædictis Dist. 30. quãuis in Deo nullus sit respectus ad creaturam a parte dei: tamẽ contingit ipsam essentiam significari in respectu ad creaturam per multa nomina, nec tamen hoc nomẽ, siue uocabulũ [idea] est uanum: Intelligẽdum igitur est, ꝙ hoc nomen, idea, significet diuinam essentiam in comparatione, siue in respũ ad creaturam. Idea enim est similitudo rei cognitę; quæ quamuis ĩ deo sit quid absolutum, tamen secũdum modum intelligendi dicit respectum medium inter cognoscens & cognitum, quamuis ille respectus secundum rem plus se teneat ex parte cognoscentis, ga est ipse Deus: tamen ratione intelligendi siue dicendi, similitudo plus se tenet ex parte cogniti: & quoniam cognoscens est unum, & cognita sunt multa, iõ omnes ideæ in Deo sunt unum secundum rem, sed tamẽ plures secundum rationem intelligendi siue dicendi. Vnde concedendæ sunt omnes rationes in deo esse unum quid: sed non unam ideam siue rationẽ, sed plures.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur, quod isti rationi nihil subest ex parte rei. Dicendum, quod falsum est, quia respectui subest ex parte Dei essentia, non respectus: ex parte uero creaturæ inb est uerus respectus, & ideo respectus ille signatus nõ inducit falsitatem: sic pluralitati respectuũ, quamuis non subsit pluralitas ex parte dei, subest tamẽ ex parte connotatorum: unde respectus ille sic plurificatus non habet falsitatem, nec uanitatem. AD ILLVD, ꝙ quod obiicitur, quòd uerbum & ars dicunt respectum. Dicendum est, quòd dicunt: sed aliter quam idea uel ratio: quia idea siue rõ cognoscendi plus se tenet secundum rationem intelligendi ex parte cogniti. Similitudo enim secundum quod huiusmodi non dicit respectum ad id in quo est, sed cuius est: sed uerbum plus se tenet a parte dicentis, similiter & ars & exemplar ex parte producentis: & quia multa sunt cognita & unum cognoscens, iõ ideæ sunt plures, & ars tantum una. Vel aliter, ratio & idea dicunt respectum ad res, inquantum distinctę sunt, non sic alia uocabula. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ connotata sunt plura ab æterno. Dicendum, quod pluralitas est in ideis ratione connotatorum, sed de connotatis est loqui dupliciter, aut inquantum sunt, aut inquantum connotata. Inquantum sunt, sic sunt solum ex tempore: inquantum autem connotantur, sic possunt connotari & æternaliter, & temporaliter. Æternaliter, quando respectus importatur in habitu, sicut per hoc nomen, ptæd est ination: ideo prædestinatio est

æter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

æterna, quia connotat effectum, non in actu, sed in habitu. Temporaliter uero, quãdo respectus importatur in actu, sicut per hoc uerbum creare: quoniam ergo si connotantur temporalia, ut futura sunt, & futura sunt multa, ideo connotantur ut multa: sed tamen sic connotata, quamuis ab æterno cõnotent, nõ tñ sunt ab æterno, sed ex tempore, ita multitudo connotatorum quãuis ab æterno dicatur, tamen non ponit realem multitudinem nisi ex tempore. AD ILLVD, quod quæritur, utrum secundum esse ideatorum sint ideæ plures. Dicendum, quòd sic, secundum esse, quod habituę sunt res ideatę, & in proprio genere; & quamuis illud non habeant nisi ex tempore, tamen ab æterno fuerũt habituræ; & ideę sunt rerum ut futuræ sunt, ideo intelliguntur non tantum plures ex tempore, uerumetiam ab æterno. Sic differt, ꝑdestinationem fuisse ab æterno, & reprobationem, non ratione eius quod fuit ab æterno, sed ratione eius, quòd futurum erat ex tempore. AD ILLVD, quod obiicitur, si plures ideæ: ergo plures res. Dicendum, ꝙ idea non dicit tantum quid est, sed respũm ad id ꝙ futurum est, uel ẽt potest esse, & rõne illius respectus recipicit plurificationẽ. Et quia ille nihil ponit in actu, sed sõlũ in potentia, hinc est ꝙ pluralitas idearũ æterna non ponit aliquam pluralitatem actuãlẽ: sicut non ponit si dicatur, ꝙ potest facere plura. Sed hoc nomen, Res, absolutè importat qđ dicit: & ideo cũ dicit plures res esse, ponit pluralitas in actu, & ideo argumentum non ualet, & ideo est ibi quid, & simpliciter. Sicut si dicat plura sunt possibilia Deo, uel plura sunt cognita: ergo plura sunt. Nec sic ualet, plures ideę sunt: ergo plures res sunt: quia ideę non sunt plures ratione eius ꝙ sunt, sed ratione eius ad quod sunt.

QVAESTIO IIII.

An ideæ plurificentur in Deo secundum plurificationem ideatorum in specie tantum, uel etiam in individuis?

VTRVM ideæ plurificentur ꝙ comparationem ad ideata secundum multitudinem ideatorum quantum ad diuersitatem uniuersalium, uel singularium. Et ꝙ singularium, uidetur: quoniam per ideas est ratio distinguendi: sed Deus nõ tantum distinguit uniuersale ab uniuersali, sed etiam singulare a singulari. Sed quia distinguit uniuersale ab uniuersali, ideo habet plurium uniuersalium ideas & rationes: unde alia ratione conditus est equus, alia ratione conditus est homo: ergo &c. ITEM. Cognitio rei uerissima, est rei secundum totalitatem: sed singulare aliquid addit supra uniuersale: ergo cum deus totum cognoscat, non tantum hẽt ideam uniuersalis, sed etiam superaddi ti, scilicet singularis, similiter & alterius singularis: ergo si addita sunt diuersa fm rationẽ, siue multitudinem idealem, patet &c. ITEM. deus quosdam ex hominibus prædestinat, quosdam reprobat: sed alia ratione quosdam prædestinat, & alia ratione quosdã reprobat: ergo secũdum aliam

aliam rationẽ & ideam sunt præscíti, & prædestinati in deo: sed hæc est diuersitas individualis, siue numeralis: ergo &c. ITEM. Idea multiplicatur in diuinis ratione respectus & relationis ad ideatum: ergo multiplicato uno, multiplicatur & reliquum: cum homo, qui est ideatum, multiplicetur in diuersis individuis secũdum rem; multiplicabit idea respectu illorum secundum rationem.

CONTRA. Aug. ad Nebridiũ. Dico quantũ ad hoiem faciedũ pertinet, tñ quandam hoĩs: non meã, uel tuã, ibi esse rõnem: ergo multiplicatio, uel distinctio ideatorũ attendit solum fm diuersitatẽ uniuersalium. ITEM. Artifex realis ꝑ unã ideã producit multa: ergo cum hoc sit nobilitatis, deus ꝑ unã ideã rẽ, & rõne multa diuersa numero producit. ITEM. Singulare ut singulare, est cõpositius uniuersali: ergo si est idea in deo singularis ut singulãris, tunc ergo est una idea altera simplicior: sed hoc ẽ incõueniẽs, ergo &c. ITEM. Singulare magis ꝑprium ẽ quã uniuersale: si ergo in deo ẽ idea uniuersalis ut uniuersalis, & singularis ut singularis: ergo una ideã cõis, altera proprialed cõe prius ẽ & simplicius est, quã ꝑprium: ergo una idea ẽ altera prior, & simplicior: ergo i deo est ponere ordinem, & compositionem essentialem &c.

RESOLVTIO.

Quòd idea est similitudo tum uniuersalis, tum singularis; secundum uarietatẽ, multiplicationem multiplicabitur in deo.

RESP. Dicendũ, ꝙ ideã in Deo fm rẽ est diuina uerĩtas, fm rõnẽ intelligendi est similitudo cognita: hæc aũt similitudo est rõ expressiua cognoscendi, non tm uniuersale, sed ẽt singulare: quãuis ipsa non sit uniuersalis, nec singularis, sicut nec Deus: & iõ non tantum est similitudo uniuersalis ut uniuersale est: sed ẽt singularis ut singulare: & ideo qa similitudo est utrorumq; non solum multiplicatur fm multitudinem uniuersaliũ: sed ẽt singularium. Et hoc est ꝙ dicit Aug. ad Nebridium, Dico quantũ ad hominem faciendũ pertinet, hoĩs tantum esse rationem: quãtum uero ad ordinem temporis, uarias hominum rationes in illa sinceritate uiuere.

EX HOC patet solutio illius uerbi Aug. qa Aug. dicit ꝙ quãuis uniuersalis ut uniuersale est, una sit idea: tamen singularũ ut singularia sunt, plures. Vnde ibidem dicit, ꝙ si quis uelit facere angulum, sufficit habere anguli rationem. Si quis autẽ uelit pingere quadrangulum, necesse est quòd rationem habeat quatuor angulorum.

AD ILLVD ergo quod obiicit quòd artifex creatus producit multa per unã ideam. Dicendũ, ꝙ hoc facit per applicationẽ ipsius ad diuersas materias, uñ si hẽt solũ ideã unã, impossibile ẽ intelligere ꝙ fm illam simplici aspectu cognoscat diuersa, Deus autẽ simplici aspectu cognoscit singularia ut diuersa, ita qđ fm torũ & fm proprias dĩas & proprietates, iõ non est simile. AD ILLVD, ꝙ obj de compositione, & prioritate. Dicendum, ꝙ nec fm rem, nec fm rationem oportet quòd idea habeat ideam proprietatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prietates. Nam rei corporalis est similitudo spiritualis, & compositi est similitudo simplex, etiam in creaturis: ideo non oportet, ꝙ una idea, sit simplicior, uel prior. Similitudo tamen secundum rationem intelligendi, habet proprietatem ideati secundum distinctionem, tum propter correlationem: quia oportet ꝙ uno relatiuorum multiplicato, multiplicetur & reliquum, saltem secundum rationem: tum etiam, quia similitudo illa est ratio exprimendi & distinguendi: & ideo quamuis recipiatur proprietas distinctiua, non oportet tamē de aliis.

QVAESTIO V.

An ideæ finitæ, uel infinitæ numero in Deo sint?

VTRVM in Deo sit ponere multitudinem idearum secundum numerum finitum uel infinitum. Et ꝙ secundum numerum infinitum, uidetur Aug. Ca.10. 9. de Ciui. Dei. Vna est sapiētia, in qua infiniti sunt thesauri omnium rerū intelligibiliū. ITEM. Ca.10 Augustinus 6. de Trinitate dicit, quod filius est ars plena omnium rationum uiuentium: sed constat ꝙ ars illa est infinita: ergo non impletur nisi infinitis: ergo sunt ibi infinitæ rationes. ITEM. Ratione uidetur, quia cōstat ꝙ Deus cognoscit omnes species numeri: ergo omnes habent ideas in Deo: sed species numeri sūt infinitæ: ergo &c. SI DICAS ꝙ sunt infinitæ species quoad nos, non secundum rem. Contra. ponatur quod omnes species numeri sint in re: hoc posito, de necessitate sequitur quòd infinita simpliciter actu sint: ergo si omnium specierum numeri sunt in Deo ideę, & sunt infinitæ actu, patet &c. ITEM. Deus potest infinita producere: sed nihil potest producere, cuius non habeat cognitionem & ideam: ergo cum habeat idèas infinitorū: sed plurium sunt ideæ plures: ergo infinitorū sunt infinitæ. ITEM. Omnibus finitis possunt excogitari plura: quia omni finito potest excogitari aliquid maius: sed nec Deus, nec homo habet plura cogitare his, quę Deus cognoscit: quia tunc Dei scientia non esset summa, & si hoc, cum cognoscat per ideas, patet &c.

CONTRA. Aug. Lib. 83 qō. q 14. Quicquid scitur, scientis cōprehensione finitur: sed constat ꝙ rationes cognoscendi sciunt: ergo finiuntur: sed quæcunque finiunt, sūt finita: ergo &c. ITEM. Multitudo idearum est secundū multitudinem ideatorum: sed constat omnia alia a Deo de necessitate esse finita actu: ergo similiter & ideas. ITEM Vbi est infinitas, ibi est cōfusio & inordinatio: sed in exempiari ęterno nulla cadit confusio & inordinatio: ergo &c. ITEM. Ponere infinitatem actu in creatura, est ponere imperfectionem. Vnde omne creatum cò est finitum, quò perfectum: sed omnis conditio imperfectionis est a Deo relegandat ergo &c.

RESOLVTIO.

Si diuinæ sapientiæ numerus non est, nec idearum, uel rationum, per quas illa cognoscit; numerus erit.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dicit in Psa. 146. Diuinæ sapientię nō est numerus: ac per hoc nec ratio num, per quas diuina sapientia cognoscit: & quoniam non habent numerum, non sunt numerabiles, ideo non sunt in numero finito. Et concedendę sunt rationes & auctoritates ad hoc inductæ.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ omne scibile est finitum. Dicendum, quòd omne scibile per cōprehensionem est finitum comprehendēti: rationes autem ęternæ per comprehensionem a solo Deo sciuntur: ideo soli Deo sunt finitæ: sed quemadmodum non sequitur, hoc æquatur infinito, ergo est finitum, immo est ibi qd & simpliciter, & potius sequitur oppositum: ergo nō est finitum: sic etiam in proposito iudicandum. Rationes autem illæ sunt comprehensibiles ab aliquo intellectu finito; ideo patet illud.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ multitudo idearum est a multitudine ideatorum; Dicendum, ꝙ (sicut dictum est) non uenit a multitudine ideatorum inquantum creata, sed inquantum connotata: idea autem non ideitate connotat secūdum actualem existentiam: sed solum secundum potentiam: & quia Deus potest facere infinita, quamuis nunquā faciat nisi finita, ideo ideæ uel rationes cognoscendi sunt in Deo infinitæ: quia non tantum sunt eorum uel futurorum, sed omnium Deo possibilium. Nihil.n. potest Deus, quod non actu cognoscat. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ infinitas ponit confusionem. Dicendum, ꝙ est ponere infinitatem secundum diuersitatē rationalem: & sic priuat & distinctionem & ordinem, si ponatur actu: sed multitudo idearum non est

rerum diuersarum: sed dicit immensitatem diuinæ ueritatis in exprimendo & cognoscēdo omne quod est Deo possibile: & hoc quidem secūdum rem & actum est unum: ideo non est confusio. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ imperfectionis est infinitas in creatura. Dicendum ꝙ quamuis sit imperfectionis in creatura, non tamen est in creatore: quia est intelligere infinitatem per defectū, & per excessum. Infinitas per defectum, potest esse in creatura, ut in materia: & hoc est imperfectionis: hoc autem nullatenus est in creatore. Infinitas autem per excessum nō potest simpliciter esse in creatura, quoniā habet esse creatum, & compositum, & limitatum: Deus autem nihil horū habet, & ideo habet infinitatem, & hoc est summa perfectionis.

QVAESTIO VI.

An ideæ ordinem habeant?

VTRVM in ideis sit ponere numerum ordinatum. Et ꝙ sic, uidetur. Augustinus. alia ratione conditus est homo, quàm equus: quia alius est homo, alius equus: ergo cum homo sit nobilior equo, pari ratione nobiliori ideæ, uel ratione est conditus homo q̄ equus: sed ubi est magis nobile, & minus, ibi est ordo: ergo &c. ITEM. Sicut Deus p ideas cognoscit, & producit res distinctas, ita cognoscit, & producit res ordinatas: ergo sicut ponitē pluralitas in ideis ex pluralitate cognitorum, & ideatorum, ita debet poni ordo ex ordine. ITEM. Vbi est pluralitas, siue distinctio, aut est ordo, aut inordinatio; sed in Deo non cadit inordinatio. Li. 83. qō. q. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec confusio: ergo in deo habēt ordinem.

CONTRA. Ideæ sunt plures: quia per eas deus distincte cognoscit: sed Deus non cognoscit unum post aliud: sed omnia simul: ergo ideę habent in deo simultate. ITEM Si est ordo, aut ergo prioritatis, aut dignitatis, aut originis. Non prioritatis: qa tunc esset una idea altera posterior, quod est inconueniens dicere. Non nobilitatis, quia quælibet in deo est summe nobilis. Non originis: quia si una de altera oriretur, tunc esset ibi nere distinctio fm rem; ergo nullo modo (ut uidetur) est in eis ordo. ITEM. Omnis infinitas aut omnino priuat ordinem, aut tollit perfectionem ab ordine: quia tollit statum, & complemētum: sed in ideis est infinitas, ut uisum est in alio problemate: ergo aut nullus ordo, aut incōpletus: sed non incompletus: ergo nullus.

RESOLVTIO.

Ideæ si ad ideata referantur, ordinem habere dicuntur: si uerò ad inuicem comparentur, uel quā.

RESP. Dicendum (sicut tactum est in opponendo) non est ordo in ideis siue rationibus cognoscendi adinuicem, nec secūdum originē, nec fm rationem. Habent quippe ordinē ideę ad ideata: sed adinuicem non: quoniam una nō est prior altera, nec posterior: nec est una ab alia, nec nobilior est, & ideo non ponitur ibi ordo. Et ratio huius est: qa ideę dicunt respectum ad res cognitas de ratione sui nominis: & qa illæ sunt plures, ideo ideæ ex primo respectu nominis plures sūt: sed ordo dicit nouum respectū, & nouam habitudinem; cū una idea cōparatur ad aliam, & quoniam illo respectu circumscripto, quo est ad ideata, ideo ideę simpliciter sunt unum, nec habent ordinem adinuicem: ideo non est concedēdum, q ideę habeant pluralitatem cum ordine adinuicem.

AD ILLVD, quod obiicitur, q alia & alia est idea: quia alius est homo, alius est equus, &c. Dicendum, quòd non est simile. Sicut enim, eo quòd ad alterū cōparat, habet distingui; sed non habet nobilitari ab illo ad quod comparatur, & quoniam idea hominis nihil recipit ab homine, nec idea equi ab equo: ideo una non dicitur altera nobilior. AD ILLVD, quod obiicitur, quod Deus cognoscit res ordinatas: Dicendum quod quamuis res ordinatas cognoscat, tamen simul, & æque nobiliter cognoscit; & ideo sicut ponebatur distinctio in ideis: quia distincte per eas cognoscebat, ita debet poni simultas, & æqualis nobilitas; quia simul, & æque nobiliter cognoscit; & ita non debet poni ordo. Sicut enim quamuis Deus cognoscat res albas, non sunt ideę albæ in Deo: sic quamuis cognoscat ordinatas, non oportet quod sint in Deo ordinatę. AD ILLVD, quod obiicitur, ubi est pluralitas sine ordine, est confusio, & inordinatio. Dicendum quòd falsum est: quia potest ibi esse simultas, & sic est in ideis; quia omnes unum sunt, & ideo non potest esse inordinatio.

Quomodo res sunt in deo.

VOLET hic quæri, cum omnia dicantur esse in dei cognitione, seu præscietia, uel in deo per cognitionem, & eius cognitio, uel præscientia sit diuina essentia, utrum concedendum sit, omnia esse in diuina essentia, uel in Deo per essentiam. Ad quod dicimus, quia dei cognitio eius utique essentia est, & eius præscientia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est, nec tamen omnia, quę sunt in eius præscientia, uel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum deo essentiæ. In deo enim dicitur esse per essentiam, quod est diuina essentia, quod est deus. Habet ergo To.10. Ser.11 Eph.1. *Deus apud se in præscientia sua, quæ non habet in sui natura. Vnde Aug. de uerbis Apostoli ita ait. Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc implicare? Eligumtur qui non sunt, nec errat qui elegit, nec nane elegit. Eligit tamen, & habet electos quos creaturus est eligendos, quos habuit apud semetipsum, non in natura sua: sed in præscientia sua. Nondum erant quibus promittebatur, sed & ipsi promissi sunt, quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit deum apud semetipsum habere electos ante mundi constitutionem, non in natura sua, cum tamen eius præscientia non aliud sit, quam eius natura, quia ipsius præscientia, eius est notitia. Potest tamen ad electos referri cum ait, In natura sua, id est, illorum. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sui, id est, illorum, qui nondum erant, sed in sua præscientia, quia eos ita nouit ac si essent.*

Vtrum mala debeant dici esse in Deo, per cognitionem.

Post prædicta quæritur, cum omnia dicantur esse in deo non per essentiam naturæ, sed per cognitionem scientiæ, & Deus sciat bona, & mala, utrum concedendum sit simpliciter mala esse in deo, siue esse in deo per cognitionem. Scit. n. deus, & sciuit semper omnia, tam bona, quàm mala, ēt antequam fierent, & præsciuit ab æterno ea futura. Ideoq; cū Lib.1.d. prædestinati. sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca. 10 omnia bona diximus esse in deo propter præscientiam cogni
Ro. 11 tionis, eadem ratione uidetur dicendum omnia mala esse in
eo, cum ea semper nouerit, & per cognitionem ei præsentia
fuerint. Præcognouit enim deus ab æterno quosdam futu-
ros malos, & eorum malitiam, ut ait Aug. Præsciuit, sed
non præparauit. Cum ergo peccata omnium sciat, nunquid
intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis,
qua dixit Apostolus: omnia esse in Deo? Ex ipso (inquit)
& per ipsum, & in ipso sunt omnia. Sed quis, nisi insanus
dixerit mala esse in deo? Illa enim esse in deo intelliguntur,
quæ ex ipso & per ipsum sunt: ea uero per ipsum sunt, &
ex ipso, quorum auctor est, sed non est auctor nisi bonorum.
Non ergo ex ipso, & per ipsum sunt nisi bona: ita ergo nō
in ipso sunt nisi bona, non ergo mala in deo sunt: quia licet
ea noscat, non tamen ita omnino noscit, ut bona. Mala ergo
Ps. 16 quasi de longe cognoscit, ut ait Propheta: & alta a longe
cognoscit. i. superbiam. Et aliqui ad deum loquens de malis
ait, De absconditis tuis adimpletus est uenter eorum. Quod
exponēs Hiero. Absconditа (inquit) peccata sunt, quæ a lu
mine tuæ uirtutis absconduntur. Sed qūo peccata a lumine
ueritatis diuinæ absconduntur, cum a Deo sciantur? Si
enim non sciret, quomodo de illis indicaret, & pro illis ma
los damnaret? Alibi Propheta, Quia neque ab Oriente, ne
que ab occidente deest. Quod exponēs Cassiodorus (inquit)
Neque a bonis, neque a malis deest deus, sed omnibus præ-
sens, & cognitor est: Cognoscit ergo deus, & bona & mala
per scientiam, sed bona cognoscit etiam per approbationē,
& per beneplacitum: mala uero non. Vnde Cassiod. super
Psal. dicit. Peccata absconditа deo sunt, quia non nouit. i.
non approbat. Et ex eo sensu Hiero. dixit ea absconditа a lu
mine dei. Qui etiam in lib. ad Heluidium insinuat cogni-tio
nem Dei uarijs modis accipiendam, inquiens. Si ad scientiā
referas, non ignorat deus aliquos, uel aliqua, qui tamen in
iudicio quibusdam dicet, Non noui uos, sed eorum improba
tio hoc uerbo insinuata est. Ecce non cognoscere dicitur
Deus, qui non approbat, quæ ei non placent. Apparet ita-
que uerum esse quod diximus. s. quia quodam modo cogno-

scit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem
utraque eodem modo noscit quantum ad notitiam, sed bo-
na etiam appropriatione, & beneplacito cognoscit.

Quare bona tantum dicantur esse in Deo, & non mala.

Et inde est, quòd bona tantum dicuntur esse in Deo non
mala, & illa prope, hæc longe: quia licet in Deo aliqua di-
cantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona
& mala cognoscat: mala tamen non cognoscit nisi per noti
tiam: bona uero non solum per scientiam, sed etiam per ap
propriationem, & beneplacitum. Et ob talem cognitionem
aliqua dicuntur esse in deo. s. quia ita ea scit, ut etiam ap-
probet, & placeant. i. ita scit, vt eorum sit auctor.

Quòd idem est omnia esse ex Deo, & per ip-
sum, & in ipso.

Proinde si diligenter inspiciamus, idem uidetur esse ex
Deo, & per ipsum, & in ipso. Vnde Ambr. in 3. lib. de s. s.
Hæc tria, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, omnia unum esse Ca. 12d
supra diximus. Cum dicit per ipsum esse omnia, non nega- Rom. 6
uit in ipso esse omnia. Eandem uim habent omnia hæc. s. cū
ipso, & in ipso, & per ipsum, & unum in his atque consimi-
le, non contrarium intelligitur: ecce habes, quia ex eadem
intelligentia scriptura dicit esse oīa in ipso, & per ipsum,
& ex ipso, & cum ipso. Cum ergo ex eadem rōne omnia di
cantur esse ex Deo, uel per ipsum, non solum quia scit, sed
etiā quia eorū auctor est, consequitur, ut eadē rōne ea esse
in Deo dicantur. s. quia & eorum auctor esse dicitur, quia
in illo uiuimus, & mouemur, & sumus, quia eo auctore su-
mus, mouemur, & viuimus. Cum ergo non sit auctor nisi bo Act. 25
norum, merito sola bona in eo esse dicuntur, sicut ex ipso, et
per ipsum. Cum ergo in eius cognitione, uel præscientia sint
omnia. s. bona, & mala, in eo tamen non dicuntur esse nisi bo
na, quorū auctor est. Vnde Au. in lib. de natura boni, Cū au
dimus (inquit) ex deo, & per ipsum, & in ipso esse oīa, oēs
utiq; naturas intelligere debemus, & oīa quæ naturaliter
sunt. Neq; n. ex ipso sunt pcta, quę naturā nō seruāt, sed ui Tom. 6
tiāt, quę ex uoluntate peccantiū nascuntur oīa. Hic aperte Ca. 28
dicitur qd illa generalitate locutionis bona tātūcōtinētur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt: ita & de filio, & de spiritu sancto dicendum.

Præterea sciendum est, quòd licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio, & de s.s. accipiendum est. Vnde Aug. in 1. li. de Tri. Non confuse (inquit) accipiendum est quod ait Apostolus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens propter patrem: per ipsum, propter filium: in ipso, propter s.s. Vigilanter autem attendendæ quia patrem uolens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse a patre, ut neges omnia esse ex filio, uel ex s.s. cum ex patre, & per patrem, et in patre omnia esse sane dici possunt; similiter & de filio, & de s.s. dicendum est.

Lib. 6. c. 10.

Quòd non omnia, quæ ex deo sunt, etiam de ipso sunt: sed econuerso.

Illud etiam hic annectendum est, quòd non omnia, quæ dicuntur esse ex deo, etiam de ipso esse dici debeant. Quia (ut ait Aug. in lib. de natura boni). Non hoc significat penitus ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Et ex ipso sunt cœlum, & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium, & faciat domum, & ex ipso est filius, ex ipso et domus, sed filius de ipso, domus uero de terra, & ligno, non de seipso.

Ca. 27

Summa dictorum.

Ex præmissis apertum est, quòd in dei cognitione, siue præscientia sunt omnia. s. bona, & mala, sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona; & quòd in Deo bona tantum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex quo sensu hæc accipienda sint assignatum est. Et quòd de ipso non dicitur esse proprie, quòd aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quæ eo auctore sunt.

SVpra egit Magister de cognitione dei, qua cognoscit creata omnia, & quòniam cognitum dicitur esse in cognoscente, ideo determinat hic modũ quo res sunt i deo. Et quia res creatæ nõ tm debẽt esse in deo: sed et ex deo, & per deum: ideo primò agit de existentia rerum in deo: secundò uero comparat eã ad alias habitudines. Si ex ipso: & per ipsum, ibi. *Primo si diligenter &c.*] Prima pars habet duas. In prima ostendit qualiter res creatæ esse dicãtur in deo: & ideo a parte ante, in duo facit, ut enim. s. sunt in dei essentia secundũ rationem, secundò in dei præscientia. In secunda qualiter dicantur esse in deo a parte ipsarum rerum, ibi. *Quæritur etiam quomodo &c.*] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo res creatæ sunt in deo essentia, secundò utrum mala sint in deo? & solvit quòd non. Quia cùm habitudinum partium possit diuidi quadruplex modus determinatus, & partes manifestæ sunt in tertia, secunda quoque pars in qua comparat hoc quòd est in deo, ad alias habitudines, importatas per alias præpositiones, habet quatuor partes. In prima ostendit horum trium conuenientiam. In secunda differentiam, & appartionem, ibi. *Præterea sciendum est &c.*] In tertia, differentiam, quòd dicitur de ipso ad hoc quòd dicitur ex ipso ostendit, ibi. *Illud etiam hic annectendum &c.*] In quarta, breuiter prædicta epilogat, ibi. *In præmissis apertum est &c.*] Et hæc pars potest dividi contra totam præcedentem. Intellectus partium patet in litera.

Dub. 10

Deest cognitio eius ipsius essentiæ &c.] Vnde male dicere, quia non sequitur, ut videtur ea necessariò; si aliqua duo sunt, omnino eadem, si aliquid est in uno, & in alio. Si dicas q̃ differunt penes connotata, uidetur falsum, quia dei præscientia non connotat. Vel si dicas q̃ præscientia connotat, obiicitur de hoc nomine deus, q̃ non cõnotat, & cum dñr omnia esse in deo, ergo pari ratione, & in essentia. Præterea cõtra Magistrum arguitur esse uerbũ Aug. in Moralibus, q̃ creatura in creatora & creatrix essentia: ergo ut q̃ uere sunt in dei essentia. R̃n. dicendum, q̃ hæc præpositio [in] aliquãdo connotat inhærentiam, ut si dicatur accidens in subiecto, aliquando connotat identitatem, ut si dicatur, ideæ rerum sunt in deo, quæ sunt deus, non a deo. Aliquando connotat causalitatem, ut si dicatur, creaturæ sunt in ipso deo. Et potest hæc præpositio [in] secundum quatuor modos cognitionis: sed in deo non dicitur nisi secundum tria. Quoniam ergo causa dicit respectum ad effectum secundum rationem intelligendi, ideo hæc præpositio [in] secundum q̃ dicit causalitatem, non additur nisi terminis dicentibus respectũ ad creaturam. Et quoniam nomen substantiæ, uel naturæ, uel essentiæ non dicit respectum, ideo si dicatur, creaturæ sunt in dei substantia, hæc præpositio [in] aut notat identitatem, aut inhærentiam, quorum utrunque falsum est: & ideo tales locutiones non

Universidad de Deusto
Biblioteca

recipiuntur, & in illo argumento est sophisma secundum accidens: ideo dicit Magister, ꝙ nō ualet, quamuis enim idem sint re, differunt tamen in modo significandi, & intelligēdi. Ad illud, ꝙ obiicit ꝙ deus non dicit respectū, Dicēdū, ꝙ falsum est, quia imponitur ab actu, quem habet ad creaturam: sicut dicit Dama. Vnde bene dicitur, deus creaturarum. Ad illud ꝙ obiicitur, ꝙ creatura in creatore est creatrix essentia. Dicendum, ꝙ creaturam in creatore esse, est ideam, uel similitudinem eius apud deum esse: & Aug. uult dicere, ꝙ similitudo illa est creatrix essentia, non ꝙ illa creatura sit essentia: unde bene concedendum, ꝙ ideæ rerum sunt in diuina essentia: quia [in] notat identitatem, & uere: sed hoc nō potest dici de creatura secundum esse, quod habet in proprio genere.

Lib. 1. ca. 12.

Dub. 2 *Illa enim esse in Deo intelliguntur, quæ ex ipso, & per ipsum sunt &c.*] Videtur male dicere: quia cum talia non sint nisi præsentia: ergo in deo nō sunt nisi ea, quæ præsentialiter existunt], ꝙ est manifeste falsum, & contra Augus. qui dicit, ꝙ res sunt in deo ab æterno. Si dicas, ꝙ accipit esse in deo, ut in cōseruāte, ꝙa sic accipit Apostolus in præfata auctoritate, Ex ipso, & ꝙ ipsum, & i ipso: Tūc nihil facit ad ꝓpositū, quia Magister accipit [esse in] secundum ꝙ dicuntur res esse in deo æternaliter. Si tu dicas, ꝙ res actualiter sunt ex deo, uel per deum ex tempore: sed habitudinaliter ab æterno: tunc quæro qualiter actualiter sunt in deo ab æterno, & non æternaliter ex deo, uel per deū. Resp. Dicendum, ꝙ esse ex deo, uel per deum, potest accipi, uel secundum aptitudinem, uel secundum actum, uel secundum habitum. Si secundum actum, sic prædicta auctoritas non est intelligenda præcise, ꝙ illa sola sint in deo, quæ sunt ex deo, uel per deum: quia multa deus cognoscit, quæ sunt in deo, quæ tamen non sunt ex ipso, nec per ipsum, nec erunt. Potest iterum accipi secundum habitum, & sic adhuc non est intelligenda præcise: quia multa deus cognoscit, & potest facere, quæ non faciet, & tamen non sunt in ipso, nec unquam erunt ex ipso, nec per ipsum. Potest iterum intelligi, secundum aptitudinem, & tunc præcise habet ueritatem: quia nihil est in deo, nisi sit aptum esse in deo & per ipsum: & sic uadet ad propositum: & sic intelligit Magister: & per hoc excluduntur mala: quia deus non potest facere mala, nec mala possunt ee ex ipso, nec ꝑ ipm. Q3 quæritur, quare non dicuntur res æternaliter esse ex deo, &c. Dicendum, quòd non est simile, quia aliæ præpositiones significant per modum fieri, & motus, & actus, sed hæc præpositio [in] per modum quietis. Et quoniam deus non fecit nisi ex tempore, nec fuit causa actualiter causans, nisi ex tempore, licet habitudinaliter ab æterno: ideo magis dicuntur res æternaliter in deo, q̄ ex deo.

Mala non sunt in Deo: (& paulo post subiungit) bona cognoscit &c.] Videtur male dicere, quia approbatio respicit uoluntatē: sed esse in deo respicit ab æterno exemplaritatem: ergo notitia approbationis nihil ad hoc facit. Item Magister uidetur insufficiens in diuisione diuinæ cognitionis: quia sicut bona cognoscuntur notitia approbationis, ita mala notitia reprobationis. Item approbatio aut nihil, aut aliquid addit supra notitiā simpliciter, aut non. Et si non: ergo non est in deo distinguere notitiam, & notitiam approbationis: Item, si nihil addit ergo sicut sunt in deo, ꝙ cognoscit approbando, ita etiam illa quæ cognoscit simpliciter. Si aliquid addit: ergo uidetur, ꝙ diuina notitia sit composita. Si dicas, ꝙ addit ſm intellectum, sed intellectus noster non facit res esse in deo, ergo nec notitia approbationis. Resp. Dicendum, quòd approbatio supra cognitionem, ſm intellectum addit beneplacitum uoluntatis: hoc autem beneplacitum connotat bonitatem in deo respectu cuius est, quia deo non placet nisi bonum, & esse bonum inquantum hmōi deo simile est: si ergo idea dicit rationem cognoscendi secundum assimilationem, omnia quæ deus cognoscit, notitia approbationis sunt in ipso. Sed notandum quòd approbatio potest connotare bonitatem in actu, & sic non est præcise uerum, quòd omne quod est in deo, sit cognitum notitia approbationis. Potest iterum connotare bonitatem in potentia, sicut exemplar connotat rei entitatem, non quia sic, sed quia deus potest eam facere: & sic

Dub. 3

nihil est in deo, nisi ꝙ cognoscit notitia approbationis, ꝙa sic cognoscit omne bonum ꝙ est, uel quod potest facere, & illius habet exemplar, & ideo illud tā tum est in deo. Quòd ergo obiicitur quòd uoluntas non facit quòd sint in deo. Dicēdum quòd hoc non est: quia uoluntas in actu: sed quia deus nihil potest facere, quod non approbet tanquam bonum: unde approbatio potius dicit ibi iudicium rationis, quam affectum uoluntatis. Quòd quæritur, si addit. Dicendum, quòd addit a parte nostri intellectus, & a parte connotati: a parte ipsius dei non. Non sic autem addit reprobatio: ideo Magister non ponit notitiam reprobationis pro membro.

Dub. 4 *Eandem uim habent omnia hæc ſ. ex ipso, & in ipsum, & per ipsum &c.*] Obiicitur contra hęc Ambrosii uerba, quòd si habent eam uim, ergo uidetur hic esse inculcatio uerborum. Item, aut accipitur esse in ipso sicut in exemplari, aut sicut in causa conseruante. Si tanquam in exemplari, constat quòd aliud est esse in ipso, & ex ipso, sicut præostensum est. Si tanquam in conseruante, adhuc est aliud produci, aliud conseruari. Item, si eandem uim habēt sicut [ex ipso] appropriatur patri, ita potest appropriari filio, & similiter patri erit appropriare, in ipso. Respondendum ꝙ est loqui de illis tribus circumlocutionibus quātum ad illud quod significant, aut quantum ad ordinem quē connotāt. Si loquamur quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad illud ꝙ significant, sic omnia dicuntur esse ex deo, tanquam ex principio primo non aliunde moto. Oia dicuntur esse per deum, tanquam per principium sufficientissimum, quod omnia agit per se ipsum. Omnia dicuntur esse in deo, tanquam in principio, ꝙ non potest facere aliquod extra se, sed omnia ambit eius uirtus: & in his tribus circũlocutionibus significatur ꝙ deus est principium primum, & sufficientissimum, & infinitissimum. Et ꝙ omnia hæc in deo sunt unum, & cõueniunt tribus: ideo quantum ad significatum dicit Ambro. ꝙ habent eandem uim: nec tamen est inculcatio, quia diuersimode important secundum rationem intelligendi. Si autem loquamur quantum ad ordinem, quem cõnotant præpositionum habitudines, sic sunt appropriatę tribus. Quia ex ipso, dicit rationem primi, & per ipsum, dicit rationem medii, & in ipso, dicit rationem ultimi, siue quietatiui: & ideo (ex ipso) appropriatur personę patris, quæ est prima in trinitate [ꝙ ipsum] appropriat filio, q̃ est persona media [& in ipso] spiritui sancto qui est persona tertia. Ex his patent obiecta.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO I.

An res ab æterno in Deo fuerint?

DIntelligentiam huius partis quæritur de existentia rerum in Deo, & circa hoc tria principaliter quæruntur.

Primò, utrũ creaturæ fuerunt in deo æternaliter. Secũdò, quæritur de modo existendi ipsarũ rerum in deo. Tertiò, quantum ad generalitatem rerum in deo existẽtium, utrum, s. omnia, quę Deus præcognoscit, fuerunt & sunt in Deo. Ita ꝙ primo de existẽtia. Secundò de modo. Et tertio de numero. Quantum ergo ad primum articulum duo quæruntur. Primò quæritur, utrum res fuerunt in Deo ab æterno. Secundo, utrum sint in Deo ratione essentię, uel personæ.

QVOD res fuerunt in deo ab æterno, uidetur, quia agens cognoscẽs agit per speciem rei, quam penes se habet: sed res est in anima, quia similitudo eius ẽ in ea: ergo & in deo similiter. SI DICAS ꝙ illud exemplar nihil est rei: ergo secundum illud nõ deberet dici res esse in deo. Cõtra plus facit ad esse rei exẽplar ꝙ est cognitiuũ & ꝓductiuum, quam ꝙ est productum a re: si ergo rõne exẽplaris producti a re, res est in anima, multo fortius debet dici in deo esse ratione exẽplaris producentis, sed hoc ab æterno, ergo &c. ITEM. Similitudo producta non est ne re aliquid, sed alicuius: sed exemplar per ꝙ cognoscit Deus, uere est ipse Deus: ergo uerius est exẽplar rei in deo quam in anima: ergo multo fortius res ideo quam i anima, & sic &c. ITEM. Quia res potest exire de materia, res est in materia: cum non totaliter est in potentia materię, imò à gentis: ergo si res quę sunt potentia dei, totaliter ibi sunt, multo fortius debent dici esse in ipso, sic &c.

CONTRA. Qđ exit ꝙ creatione,

nem, omnino nihil est antequã creetur, sed creaturę sic exeunt: ergo omnino nihil sunt anteq̃ producuntur: sed ꝙ non est, nec est hic, nec ibi: ergo non est in aliquo, & ita nec in deo. ITEM. Quod est ī aliquo, est in illo uel secũdum se, uel ſm aliquid sui: sed res non est in deo ſm se, qa tunc essentialiter esset in Deo: nec ſm aliquid sui, quia nihil de ipsa est æternum sed totum ex tempore: ergo &c. ITEM. Quod est in aliquo, est in illo secundum esse actuale uel potẽtiale, sed creatura non est in deo secundum esse actuale, quia tunc actu esset: ergo si est in deo, est secundum esse potentiale, sed omne esse potẽtiale secundũ ꝙ hũsmodi est per mutabiler: si ergo creatura ab ęterno est in deo secundum esse potentiale, ab æterno est in deo secundum esse mutabile, sed hoc est falsum: ergo & primum. ITEM. Si creatura dicitur esse in deo, quia potest esse a deo: ergo cum ab æterno esse a deo sit impossibile, non erit creatura ab æterno in deo ratione potentiæ.

RESOLVTIO.

Et quidem secundum similitudinis præsentiam, uel causatiuam potentiam: at minimè secundum actualem existentiam.

RESP. Dicendũ, ꝙ aliquid dicitur esse in aliquo tripliciter: uel secundum actualẽ existentiam: uel ſm similitudinis pñtiam, uel secundum cãtiuam potentiam. Primo mõ sunt res in uniuerso. Secũdo mõ in cognitiua substantia. Tertiò modo in sua cã. His duobus modis ultimis res sunt in deo, qa est cognoscens res aequã fiat, & potẽs producere. Vnde qa ab æterno cognoscit, & potentia qua produxit ex tẽpore, in deo fuit ab æterno, iõ dñr res fuisse in deo ab æterno.

AD ILLVD, ꝙ obiicit, ꝙ nihil est, non est in aliquo. Dicendũ, ꝙ uerũ est ſm primũ modũ existendi, sed falsum ſm tertiũ, qæ illud ꝙ nihil est mõ, deus põt facere. AD ILLVD, qđ obſ ꝙ illud ꝙ est ab aliquo, est in illo secundũ se &c. Dicẽdum, ꝙ quantũ ad ſm modũ res sunt in deo ſm aliquid sui, quia ſm exemplar. Sed aliquid rei potest dici tripliciter. s. essentialiter, effectiue, & causatiue. s. sicut pars, effectus, & causa. Hoc tertio mõ est illud exẽplar aliquid rei, uel causa. s. quantum ad potentiã causatiuã, quia est res secundum se non in actu, sed potentia, quia suũ esse põt ꝓduci a deo. Similiter ad sequens. Dicendum, ꝙ iõ ne exemplaritatis res actualiter sunt in deo: rõne creationis põtentialiter, quia possunt produci. QVOD obiicitur ꝙ creatura ẽ in deo secundum esse mutabile. Dicendum, ꝙ hoc non est uerũ de eo ꝙ est actu in deo, sed qđ potest produci a deo, est mutabile. Vel dicendum quod potentia habet comparationem ad diuinã potentiam, quæ est immutabilis: & sic est immutabile. Vel ad connotatum temporale extra, & sic habet esse mutabile. AD ILLVD, quod obiicitur, de creatione. Dicendum, quod quamuis actus creandi non poterat esse ab æterno, tamen potentia creandi fuit in deo.

Quæst-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

An res ratione essentiæ uel personæ in Deo sint?

VTRVM res sint in Deo ratione essentiæ, uel personę. Et ꝙ ratione essentiæ, uidetur, qa ꝙ inest ratione personę, est proprium: ꝙ inest ratione essentię, est commune: si ergo hoc est cõmune trib. patet &c. PRAETEREA res in deo sunt rõne exemplaritatis: sed exemplar creaturæ in deo est diuina essentia, qa deus seipso producit & cognoscit: ergo &c. ITEM. Regula est, ꝙ quicquid de deo dicitur in relatione ad creaturam, est essentialiter dictum, sed res esse ī deo, est taliter dictũ: ergo &c.

CONTRA. Quòd ratione personæ, uidetur, quia res sunt in deo inquãtum possunt ab ipso exire, sed producere cum sit actus, est ipsius suppositi: ergo ꝑsonæ. ITEM. Sicut dicit Augustinus. lib. 83. q. Verbum dicit operatiuam potentiam: si ergo res sunt in deo rõne potẽtiæ operatiuę, sunt in eo ratione uerbi: ergo cũ uerbum sit persona, sunt in deo ratione personæ ITEM. Augu. de Ciui. Dei dicit, quòd cum dicitur [dixit ut fiat,] intelligitur pater: in uerbo dicẽdi filius, in uisione s. s. ergo cum eius sit producere, in quo sunt: patet ergo ꝙ sunt ratione personæ.

RESOLVTIO.

Neutrius ratione: sed sunt in Deo ut causa?

RESP. Dicendum, ꝙ in diuinis est considerare essentiam, quę est communis ut communis, & absoluta: est considerare proprietates: & est considerare cõe ut in relatione ad propria. Primũ dr in oĩmoda absolutione: secundum. s. proprietas dicit relationem ad ꝑsonã, & tertiũ, dicit relationẽ ad res, & illa appropriata significãt deũ ut causam. Cũ ergo quæritur, utrũ res sint in deo rõne essentiæ, uel personæ. dicendũ, ꝙ (ꝓprie loquendo) nec sic, nec sic: sed sunt in deo ut causa, & sic ratione appropriatorũ, quæ sunt essentialia, considerata in personis.

CVM ergo obiicitur utrum sint in essentia. dicendum, ꝙ illæ rõnes concludunt ꝙ sunt in essentia communiter dicta secũdum ꝙ compræhendit appropriata, non secundum ꝙ in oĩmoda absolutione consideratur. QVOD obiicitur ad oppositum: non concludit de personarum ratione propriorum, sed ratione appropriatorum.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An omnia sint uita in Deo?

CONSEQVENTER quãtum ad secundũ articulum quæritur de mõ existentiæ rerum in deo, & circa hoc quęruntur duo. Primò quæritur, utrũ oĩa, quæ sunt in deo, sint in ipso uita. Secũdò, quæritur, utrũ res uerius sint in deo quã in uniuerso, siue in proprio genere.

QVOD omnia sint in deo uita, uidetur Ioh. 1. Quod factum est, ī ipso uita erat: sed omnis creatura est facta: ergo oĩs creatura est in ipso uita. ITEM. Augu. super Gen. ad literã. Oĩa dr in ipso fuisse uita, nõ in sua natura, qa oĩa nouerat antequã fierẽt. ITEM. Rone dr, qa diuina essentia est uita ergo ꝙ diuina essentia est, & uita est, sed creatura in deo est diuina essentia, quia quicquid est in deo, est deus: ergo est uita, & hoc est ꝙ dicit Anselmus in Monol. ꝙ creatura in deo creatrix est essentia. ITEM. Intelligere est una differentia eius, ꝙ est uiuere, cum uiuere dicat quadrupliciter secundũ Philosophũ: si ergo intelligere est uiuere, oĩs ratio intelligendi est ratio uiuẽdi, sed res sunt in deo ꝑ suas rationes intelligendi: ergo sunt in deo uiuentes, sed non per participationem: ergo sunt uita simpliciter.

CONTRA. Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Ergo quia uiuimus, sumus in deo uita: ergo qa mouemur, sumus in eo motus: sed hoc non dr: ergo nec illud dẽt dici. ITEM. Si res dicuntur in deo uita: aut ergo rõne potentiæ, aut noticiæ, aut uoluntatis. Non rõne potẽtiæ, quia res ex hoc ꝙ potest produci per creationem, antequã ꝑ ducatur, nihil oino est, qa secundum totum producitur: si nihil est: ergo nec uita. Nec rõne noticiæ, quia tunc cum mala sint a deo cognita, tunc mala essent in deo uita, quod absurdum est. Si ratione uoluntatis, cum uoluntas dei non sit nisi futurorum: ergo sola futura uiuerẽt in deo: sed alia quam futura sunt ī deo per ideam: ergo non omne ꝙ est in deo, est in ipso uita. ITEM. Hoc uidetur, qa exemplar eternam repræsentat res expressissime, secũdum ꝙ sunt, & ab ipso exeunt: ergo cum quædam uiuant, quędam non, quędam repræsentat per modum uiuentium, quædam per modum non uiuentium: ergo quædam sunt in deo uita, quædam non. RATIONE huius quæritur, quare magis dicuntur res esse in deo uita, quam sapientia, uel essentia, uel intelligentia.

RESOLVTIO.

Quia res omnes in Deo sunt tanquã in exemplari, meritò in eo uita sunt.

AD hoc uoluerunt quidam dicere ꝙ non omnia, quæ dicuntur esse in deo; sunt in illo uita: sed ea solum, quę sic sunt ī deo, ut dispositã fieri. Et ratio huius est, quoniam uerbum & uita dicunt actum & dispositionem: & ideo dicit Anselmus, quoniã uerbum non est nisi eorum, quæ sunt, uel futura sunt, ideo solum sunt in deo uita: & ideo dicunt quòd ad rationem dicendi uitam, concurrit necessãrio, ꝙ res sint in deo quantum ad potentiam, noticiam, & uoluntatem producendi. Sed hoc non potest stare secundum Augu. Filius enim (ut ipse dicit 6. de Trin.) est ars plena omnium rationum uiuentium, sed constat ꝙ non impletur nisi rationibus infinitis: ergo infinitæ rationes rerum uiuunt in deo: ergo non solum ꝓntium, uel futurorum sed ẽt oĩum possibilium. Et iterũ Aug. lib. 83. q. dicit ꝙ ratio est: etiam si nunquam aliquid ꝑ illam fiat: sed constat ꝙ ratio in mente artificis uiuit, non qa res extra producitur: uiuit enim etiam si res corrumpatur: & exterius esse, omnino nihil facit ad uitam. Et ideo patet quare non solum ꝓntia uel futura uiuunt in deo. ET propterea alicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret dicendū, ꝙ res tripliciter sunt in deo, uidelicet, ut in principio producente, & sic sunt ibi rōne potētiæ. Vt in exemplari exprimente, & sic sunt ibi rōne notitiæ. Et ut in fine cōseruante; & sic sunt ibi rōne uoluntatis. Primo mō, quia sunt in deo sicut I principio producente, cum totū ex nihilo ꝓducat deus nihil omnino sunt in deo, nec uita, nec aliquid. Quia uero sunt in deo tāquam in fine conseruante; cum cōseruentur fin esse quod habent, sic quædam sunt uita, quædam non. Vnde quedā sunt tantum, quedam sunt & mouentur, quædam ſut hoies] & sunt & mouent, & uiuunt. Quia uero sunt in deo ut in exemplari exprimente, sic sunt in ipso uita, & quia non tolum in illo exemplari exprimuntur entia, sed et oīa cognoscibilia, ideo omnia sunt in deo uita; quæ in ipso sunt. Et ideo dicit B. Io. ꝙ factum est, in ipso uita erat. Et sic patet, ꝙ esse in deo attenditur secundum triplex genus causæ: & similiter patet quomodo ratione potentiæ, & notitiæ, & uoluntatis. Et sic soluitur illa quæstio, secundū quod genus causæ, uel secundū ꝙ trium conditionū dūr res esse in Deo. Patet et ꝙ in Deo dūr uita omnia, quæ sunt in ipso, cā quam in exemplari.

Ad illud ergo, ꝙ obiicitur, ꝙ in Deo mouemur &c. intelligendum est quantum ad tertiū modum essendi in Deo, scilicet per cōseruationem. Deus enim cōseruat in nobis uitam, & operationē, & essentiā: & quātū ad hoc intelligit dictum illud uerbū. Ad illud, quod obiicit, cum dicit, ꝙ res triplicit. sunt in deo uita &c. Dicendum, ꝙ ratione potentiæ, & notitiæ simul: quia ista duo concurrunt ad rōnē exēplaris: non enim est exēplar Deus nisi eorū quæ cognoscit, & pōt. Ad illud, quod obiicit ꝙ res in illo exēplari repræsentantur ut sunt. Dicendum, ꝙ uerū est: sed nō oportet ꝙ tō representatiōis sit talis ōmino, quale est repræsentatum, sicut supra ostensum est: & ideo sicut corporalium est idea spiritualis, ita non uiuēs tium uiuens. Ad illud, ꝙ ulti mō quæritur, quare magis dūr res esse in deo uita, quam alia. Dicendum, ꝙ quamuis prædictum uerbum multas habeat expositiones, quo dr, Quod factū est, I ipso uita erat: tū specialiter circa hoc uerbum considerandā est ueritas dicti, & ratio dicendi. Veritas dicti ſut dicit Aug. est, ꝙ ōmnes res factæ a Deo uel ex possibiles fieri, hūt rationes, per quas intelliguntur: quæ quidē rationes uiuere dūr, quia sunt in subſtantia uiuēte secundū ꝙ uiuens, & sunt etiam ratio intelligendi, qui est actus uitæ: & ideo in artifice creato dūr uiuere, sed in deo non tantum dūr uiuere, sed etiam ipsa uita, quia ipsa ratio cognoscendi est ipsa intelligentia. Ratio aūt dicendi fuit hæc: cū. n. res habeāt esse in Deo, & in uniuerso, diuersimode: quia aliquas proprietates habet secundū qd existentia in mēdo, quæ non competunt eis secundum quod sunt in deo: ideo non solum dixit, quod factum est in ipso erat: sed ut omnes ſilę conditiones excluderentur, Creaturæ enim in mundo hāg

Cā. 1.

Cōsecit S. Tho. hic ar. 3 q. 1.

habent esse corporale, uariabile, & corruptibile. Qm enim uita est actus spiritualis & cōtinuus, fluens ab ente quieto, & sempiterno: dictum est quod res sunt in deo uita, ut per spiritualitatem excludatur corporeitas, per quietem uariabilitas, per sempiternitatem corruptibilitas.

Qvæstio II.

An res uerius esse in Deo habeant, quam in proprio genere?

Vtrum res sint i deo uerius, quām in uniuerso, siue i ꝓprio genere. Et ꝙ uerius sint in deo, uidetur ꝑ Aug. 5. sup Gen. ad licerā. Oīa prius q̄ hereāt, erāt in notitia facientis: & utique ibi uerissima, ubi æterna, ubi ueriora, & incōmutabilia. Item. Vnumquodque sicut se hēt ad esse: ita ad cognitionē: sed creaturæ uerius cognoscūtur in deo, quā in proprio genere: ergo & uerius sunt in deo. Item. Omne, quod est in aliquo: est in eo per modū eius, in quo erat: sed deus est in infinitū nobilior mundo: ergo in infinitū nobiliori & ueriori mō sunt res in deo, quā in uniuerso. Item. Nobilius & uerius est esse quā uiuere: sed oīa uiuūt in deo, ut supra monstratum est: ergo aūr in gñe ꝓprio. ergo &c.

Contra. Verius est res, ubi est simpliciter, quam ubi est solum sm quid: sed in deo solū dicitur esse secundū quid, quia nō sentitur, asinus est in deo, ergo asinus est: sed in proprio genere simpliciter: ergo uerius. Item. Verius est res, ubi est secundū principia intrinseca, & ꝓxima, quam ubi est in principio exteriseco, & remoto: sed res in mundo sunt secundum principia intrinseca, in deo autem ut i principio extrinseco, ergo &c. Item. Verius est res ubi est secundū propriā entitatē, q̄ ubi solum secundū similitudinem: sed in deo est hō, & lapis, & alia secundum similitudinem: ergo &c.

Resolvtio.

Si comparentur ad se inuicem secundum diuersum modum existendi, uerius esse habet in proprio genere. Si ad suas similitudines: secus; quia in Deo uerius sunt.

Resp. Dicendum quod triplex est existentia rerū. s. in exemplari æterno, & in intellectu creato, & in ipso mundo. In exemplari æterno, & in intellectu creato sunt res secundum similitudinē. In ipso mundo secundū entitatem propriam. Qm ergo quæritur, in quo sint uerius: hoc dupliciter potest queri: aut ita ꝙ hæc comparatio eiusdem rei ad se secundum diuersum modum existendi, ut hic sensus: ubi lapis uerius habet esse, uel cum est in cognoscente, uel producente, uel cum est in re? & hoc modo concedendum est quod uerius est unaquæque res in proprio genere quam in deo sicut probant rationes ad hoc inductæ. Alio mōdo potest fieri cōparatio rei ad suam similitudinē, ut sit sensus quæstionis: quid habet esse uerius & nobilius, utrū ipsa res, uel eius similitudo? & hoc mō simpliciter concedendum quod similitudo rei uerius & nobilius esse habet in deo, q̄ ipsa res in mundo rōne eius q̄ est i quia est ipse deus, & concedendæ sunt rōnes ad hoc inductæ. Adhuc similitudines rerū in intellectu creato uerius & nobilius habēt esse, q̄ res in uniuer-

uersos: ut dicit Aug. i Trin. nō ratione eius q̄ sunt; sed rōne eius in quo: quia sunt nobiliori & spirituali ori modo similitudines in intellectu cognoscente, quàm sint ipsæ res in mundo contentæ; & sic patent rationes ad utrā q̄ partem.

TAMEN ad illud argumentū q̄ fit de comparatione esse ad cognoscere. Dicendum, q̄ illud generaliter intellectum, q̄ res ibi est uerius, ubi uerius cognoscit, non habet ueritatem. Contingit enim cognoscere quod non est: & ideo sicut ad cognosci non sequitur esse, ita nec ad uere cognosci, uere esse nec ad uerius cognosci uerius esse. Qñ ergo dr q̄ unūquodque sicut se habet ad esse, ita ad cognitionem, hoc intelligitur: quia eadem principia quæ sunt principia essendi, sunt etiam principia cognoscēdi: sed tamen principia conferunt esse per seipsa: sed cognitionem non conferunt per se: sed per suas similitudines.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An mala in Deo sint?

QUAERITIO loco est quæstio de tertio Articulo, scilicet generalitate existente rerum in Deo, & circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, utrum mala sint in Deo. Secūdo, utrum in Deo sint ipfecta fm q̄ hmōi.

Lib 3. cap. 11 QVOD mala non sint in deo, uidetur. Aug. de Li. ar. Intantum res rectè uituperantur, inquantum earum uituperatór artem, in qua facta sunt, uidet, ut hoc in eis uituperet q̄ in arte non uidet. Si ergo uituperantur quantum ad maliciam, sine inquantum mala, & hoc modo nō uidentur in deo: ergo hoc modo non sunt in deo. ITEM. Omne, quod est in deo; est ex ipsō & per ipsum, ut dicit Aug. & Magister in litera: sed mala nūquam sunt ex deo, nec per deum: ergo nec in deo. ITEM. Omne quod est in deo, aut est sicut i principio producente, aut sicut in exemplari exprimente, aut sicut in conseruante: sed constans est q̄ deus non est principium producens mala, nec ēt conseruans. ITEM. Non est exemplar exprimens: quia ratio exemplaris attēditur secundum assimilationem: sed dei ad malum nulla est assimilatio: ergo mala nullo modo sunt in deo. ITEM. Quanto aliq̄d melius est, tanto magis distat a malo: sed deus est optimus, quo nihil melius potest cogitari: ergo tanta distantia differt, quāta nulla maior potest cogitari: sed magis distat a malo quòd nec habet ueritatem maliciæ, nec similitudinem, quàm quod habet saltem similitudinem, & in quo nullo modo est malum, quam in quo aliquo modo est: ergo &c.

CONTRA. Omne q̄ cognoscitur ab aliquo, qui est sua cognitio, est in illo tanquam in cognoscente: sed deus cognoscit mala: ergo ea punit & reprobat, & deus est sua cognitio: ergo mala sunt i deo. Minor patet, maior similiter. quia omne cognitum est in cognitione: si ergò idem est cognitio & cognoscens: ergo si est in cognitione, & in cognoscente. ITEM. Omne q̄ cognoscitur in aliquo, est in illo in quo cognoscitur: gnoscitur: sed mala cognoscuntur in deo: ergo sunt in deo. Probatio minoris. Mala cognoscuntur a deo: cōstat: aut intra se, aut extra. Non extra, hoc constat: quia diuinus aspectus non exit extra, tum enim indigeret alia ad cognoscendum, restat ergo q̄ intra se, quia angeli cognoscunt mala in deo. Vnde Aug. 8. super Genes. ad literam. Angeli uident in illo bona uestra, quæ eis placent, & mala uestra quæ eis displicent. ITEM. Omne q̄ cognoscitur in aliquo, & non per accidens, est aliquo modo in illo sicut in exemplari: sed mala cognoscuntur a deo: sed non per accidens: quia nihil per accidens cognoscit: sed omnia per se: ergo mala sunt in deo. ITEM. Omne q̄ cognoscitur ab aliquo non per priuationem, cognoscitur per similitudinem, & ideam: sed in deo non cadit cognitio p priationem: quia nulla potest in illo exemplari esse priuatio, cum sit purus actus: ergo si cognoscit mala, non cognoscit per priuationem: sed per similitudinem: sed similitudo est idea in deo: ergo mala habent ideam in deo.

RESOLVTIO.

Cum mala nec effectiuam, nec exemplarem causam habeant, tametsi a Deo cognoscantur, in Deo minimè esse possunt.

RESP. Dicendū, q̄ mala a deo cognoscuntur, non tamē in deo existunt secundum quòd mala; quia sic loquuntur in proposito, ideo (inquam) cognoscuntur, qa sicut rectum est iudex sui & obliqui, sic summa ueritas, & lux, & actus est ratio cognoscendi non tantum ueritatem, & lucem, & actum: sed etiam obliquitatem, tenebram, & priuationē. Vnde lux seipsam & tenebram cognoscit. Nō sunt autem mala in deo, quoniam illa dicuntur esse i deo ad quę cooperatur deus secundum aliquod genus causę, & maxime secundum genus causæ formalis, & exemplaris: malum autem non habet deum pro causa, & pro exemplari: quia malum ratione maliciæ dicit solū priuationem, exemplar autem secundum quòd huiusmodi dicit assimilationem: hinc est q̄ nec malum, nec falsitas habet ideam in deo, suum autem oppositum est assimilabile. Vnde cum uno & eodem cognoscat deus bonū & malum sibi oppositum, bonū cognoscit secundum rationem assimilationis, & ideo bonum est in deo ut in exemplari, & ut cognitum per se, & per modum positionis. Malum autem cum cognoscatur a deo, non habet in ipso ideam, ideo non est in deo, quamuis sit in dei cognitione; quia quāuis cognoscatur a deo, non tamen cognoscitur per ideā sui: sed boni, cuius est priuatio: & ideo dicitur cognosci per accidens & per priuationem.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur q̄ malum est in dei cognitione, & cognitio est deus, igitur &c. Dicendum, q̄ hic est fallacia secundum accidens. Quamuis enim idem sit cognitio dei q̄ deus, tamē aliud connotat, sicut potentia, & sapientia. Vnde sicut non sequitur, est in dei notitia: ergo & in potentia, immo est ibi accidens, & consequens: sic & in proposito. AD ILLVD, q̄ obiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiicitur ꝙ malum cognoſcitur in deo. Dicendum, ꝙ illud non ſequitur, plus enim dicit eſſe in deo, quam cognoſci a deo, uel in deo. Cum enim dicitur aliquid cognoſci a deo, per hoc intelligitur ꝙ deus ſit ratio cognoſcendi illud; ſed cum additur quòd hoc ſit in deo, ſignificatur ꝙ deus ſit ratio cognoſcendi ut exemplar, & per aſſimilationem, & ideo eſt ibi conſequẽs. AD ILLVD quod obiicitur, ꝙ cognoſcit non per accidens mala &c. Dicendum, ꝙ cognoſci per accidens, hoc eſt dupliciter, aut a parte cognoſcẽtis, aut cogniti. In deo nulla cadit cognitio per accidens a parte cognoſcentis, quia omnia cognoſcit ſeipſo, tamen cadit a parte cogniti: quoniam aliquid cognoſcit per ſimilitudinem ſuã, ut bonum, aliquid per ſimilitudinem ſui oppoſiti, & ita eſt ibi per accidens, non in diſcurrendo: ſed in aſſimilando: cum enim deus cognoſcit malum, non intelligitur aſſimilari ei; ſed ſuo oppoſito. SIMILITER ſoluendũ eſt de priuatione: quia cognoſcere per priuationem eſt dupliciter. Aut ita ꝙ ſit priuatio in uirtute cognoſcente, ſicut cognoſcit aliquis ſilentium & tenebrã per aurem, & oculum, & ſic ponit imperfectionem. Aut ita ꝙ ſit priuatio in cognito non in cognoſcente, ſicut lux cognoſceret tenebram ſi haberet uim cognitiuam, ſonus ſilentium: & ſic cognoſcit deus, quoniam eſt actus purus, & lux, & ueritas.

QVAESTIO II.

An imperfecta in Deo ſint?

VTRVM imperfecta ſecundũ ꝙ huiuſmodi ſint in deo. Et uidetur quòd nõ; quia mala aut mala non poſſunt habere ſimilitudinem cum ſummo bono: ergo pari ratione cum imperfecta nõ habeant ſimilitudinem cum perfectiſſimo, non ſunt in Deo. ITEM. Illa ſola ſunt in deo quæ poſſunt eſſe a deo, & per deũ; ſed imperfecta a deo non ſunt; quia dicitur Deut. 32. c. det perfecta ſunt opera. ITEM. Specialiter obiicit de materia & potentia, quæ diuerſitate & compoſitione. Cũ enim exemplar ſub ratione exẽplaris ſit forma, ſit actus purus, & ita omnino ſimplex, uidetur ꝙ rationes materiæ, & paſſionis, & diuerſitatis, & compoſitionis repugnent exemplari: & ſi hoc, cum nihil dicatur eſſe in deo niſi ratione exemplaritatis, patet &c. ITEM. Sicut ueritas eſt generalis conditio entium, ita & unitas: ſed oppoſitum ueritatis non habet ideam in deo, ſimiliter & bonitatis: ergo pari ratione oppoſitum unitatis, ſed oppoſitum unitatis eſt multitudo; ergo &c.

CONTRA. Aug. ad Nebridiũ, Epiſt. Quia totũ cõdidit, nõ potuit & partes ſub rõne partiũ ſint imperfectæ, patet ꝙ hẽt rõnes imperfectorũ. ITEM. Oĩs cognitio diuina eſt a priori, cũ ergo omni creatura prius cadat rõ imperfecti quã perfecti, ut materiæ quã formæ, principiorũ quam principiati, partium quam totius: ergo per prius hæc cognoſcit deus: ergo ꝙ pfecta habẽt ideã in deo, neceſſe eſt ꝙ habeant etiã imperfecta. ITEM. diuinũ exẽplar exprimit rẽ ſecundũ totũ, alioqn nõ perfecte cognoſceret; ſed materia eſt de rei conſtitutione, & imperfectum de conſtitutione perfecti: ergo &c. ITEM. Oĩs effectus aſſimilatur ſuæ cauſ aliqua aſſimilatione; ſed minima aſſimilatio ſufficit ad rationẽ exẽplaris; ergo omne ꝙ eſt a deo, hẽt ideã in deo, ꝙ quam priuſquam fiat eſt exẽplar in deo: ſed materia eſt a deo, & paſſio, & cõpoſitio, & diuerſitas; quia omnia dicunt ens; ergo omnia ſunt in deo.

RESOLVTIO.

Imperfecta ideã in Deo habent: non quidem ratione imperfectionis, quæ priuationẽ importat; ſed ratione eius, quod ſubſtat imperfectioni.

RESP. Ad hoc dixerunt aliqui, ꝙ imperfecta nõ ſunt in deo, nec cognoſcuntur a deo per aliquam ideam ſuorum oppoſitorum, ut materia per ideam formæ, potentia per ideam actus, multitudo per ideam unitatis. Sed illud ſtare non põt. Cum.n. iſta dicant entitatem aliquam, & ita ueritatem, de neceſſitate aliquam aſſimilationem habent ad primam ueritatem, & ita ratione exemplaritatis, & ideo neceſſario ſunt in deo. Præterea intelligendum, quòd cum quæritur, utrũ imperfecta habeant ideam in deo, hoc dupliciter poteſt intelligi, aut ratione ipſius quòd ſubeſt, aut ratione imperfectionis. Si ratione imperfectionis, cum imperfectio ſit priuatio, & priuatio non dicat ens, nec aliquid a deo, nec aſſimilabile, ſic non habet ideam. Si autem ratione eius, ꝙ ſubeſt, ſicut materia dicit quid imperfectum, & ſpecies aliquam eſſentiã dicit, hẽt ideam; ſed non imperfectã. Aliqua ſicut nõ uiuentiũ eſt idea

uiuens, & corporalũ ſpũalis: ſic tẽporaliũ æterna, & imperfectorum pfecta, nec tamen malorum eſt idea bona. Vnde notandũ, ꝙ idea (ſicut ſupra dictum fuit in q ſtione de ideis) dicit aſſimilationem extra genus. Prima autem aſſimilatio eſt in ratione entitatis in deo. Omne igitur ꝙ de ſe dicit rationem entitatis, ſiue ſit compoſitum, ſiue imperfectum, ſiue materiale, ſiue poſſibile, ſiue in actu, ſiue in potentia, poteſt deo aſſimilari, & pduci. & id eo habet eſſe in deo. Quòd autẽ dicit priuationẽ, hoc ipſo amittit rõnem effectus, & rõnem aſſimilationis. & ideo falſitas, & malitia ideam non habẽt, nec ſunt a deo, nec in deo.

EX HIS patet ꝙ imperfecta ſunt in deo: patent etiam quæſita. Quod enim obiicitur de malo, patet reſponſio: quia malum dicit ſimpliciter priuationem in eo ꝙ malum: non ſic imperfectũ. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ imperfecta nõ ſunt a deo. Dicẽdum, ꝙ impfecta ſm id ꝙ ſunt, a deo ſũt, licet in eis nõ remaneat impfectio: qa deus pficit. AD ILLVD, ꝙ obi, ꝙ nõ habẽt aſſimilationem. Dicendum, ꝙ quamuis non habeant in conditionibus ſpecialibus, habent tamen in generalibus, & hoc ſufficit. Omnia enim habent rationem boni, & pulchri, & entis. AD ILLVD, quòd obiicitur de oppoſito unitatis. Dicendum ꝙ non eſt ſimile, nam unitas ſaluat in multitudine, non ſic bonitas in malicia, nec ueritas in falſitate: quia illæ ſunt priuationes: non ſic autem unitatis priuatio eſt multitudo, & ideo patet totum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DSTINCTIO XXXVII.

PARS PRIMA.

Quomodo Deus est in rebus & locis corporalibus.

ET quoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum uidetur hic quibus modis dicatur Deus esse in rebus, si tamen id humana mens vel ex parte digne valeat cogitare, vel lingua sufficit eloqui. Sciendum ergo est, quod Deus incommutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione, & in omni loco sine circunscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate. Et præterea in sanctis spiritibus & aiabus est excellẽtius, scilicet per gratiam inhabitans: & in homine Christo excellẽtissime in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, ut ait Apostolus. In eo enim Deus habitauit, non per gratiam adoptionis: sed per gratiam vnionis. Ne autem ista (quia capacitatem humanę intelligentiæ excedunt) falsitatis arguere aliqui præsumant, sanctorum auctoritatibus munienda mihi uidẽtur. Beatus Gregorius super Cantica Cant. inquit, Licet Deus communi modo omnibus rebus insit præsentia, potentia, substantia: tamen familiariori modo per gratiam dicitur esse in illis, qui mirificentiam operum Dei acutius & fidelius considerant. De hoc enim eodem Aug. ad Dardanum in Lib. de præsentia Dei ait, Cum Deus sit natura incorporea & incommutabiliter uiua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus: sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus: quos ipse sibi dilectissimos templum gratia suę bonitatis ædificat. Hilarius quoque in Lib 8. de Tri. apertissime docet Deum vbique esse. Deus, inquit, immensę virtutis, viuens potestas, quę nusquam non adsit, non desit usquam, se ommem per sua edocet, ut ubi sua sunt, ipse esse intelligatur. Non autem corporali modo cum alicubi sit, non etiam ubique esse credatur, cum & in omnibus esse non desinat. Ambr. 1. Lib. de spiritu sancto, Spiritum Sanctum probat non esse creaturam: quia ubique est, quod est proprium diuinitatis: ita dicens, Cum omnis creatura certis naturę suæ sit circunscripta limitibus, quomodo quis audeat creaturam appellare spiritum sanctum, qui non habet circunscriptam determinatamq; virtutem, quæ & in omnibus, & vbiq; semper est? quod vtique diuinitatis & dominationis est proprium. Idem in eodem, Domini est omnia complere, qui dicit, Cælum & terram ego compleo. Si ergo dominus est qui cælum complet & terram, quis ergo potest Spiritum Sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui replenit orbem? & quod plus est, replenit & Iesum totius mundi redemptorem. Ex his aliisque pluribus auctoritatibus aperte monstratur, quòd Deus vbique in omni creatura essentialiter, præsentialiter, & potentialiter est.

Gloſ. 1.

Li. et c. eisdem.

Hier. ẽ. 23.

Quod in sanctis non modo est: sed etiam habitat.

In sanctis uero etiam habitat, in quibus est per gratiam: non enim vbicunq; est, ibi habitat; vbi vero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt tẽplum eius, et sedes eius. Vnde per Esa. dominus ait, Cælũ mihi sedes est, terra aũt scabellum pedũ eorũ: quia in electis qui sunt cælũ, habitat Deus & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant: malos vero qui sũt terra, iudicij districtione calcat. Vnde in Li. Sap. dicitur, Thronus sapientiæ ąĩa iusti; quia in iustis specialius est quã in alijs rebus, in quibus tamẽ oĩbus totus est. Quẽadmodum aĩa (ait Aug. in epist. ad Hiero. de orig. aĩę) per oẽs particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus. nec maior in maioribus: sed tamẽ in alijs intẽsius, & in alijs remissius operatur, cũ in singulis particulis corporis essentialiter tota sit. Ita & deus cum sit in omnibus essentialiter ac totus, in illis tamẽ plenius esse dicitur quos inhabitat, ideſt, in quibus ita est, ut faciat eos templum suum, & hi tales cũ eo sunt iam ex parte: sed in beatitudine perfecte. Mali vero, & si sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamẽ sunt cum eo. Vnde Aug. super Io. Non satis fuit dicere, Vbi ego ẽ, & illi sint: sed addit, mecũ: quia & ibi miseri possunt esse vbi & ille est, qui nusquam deest. Sed beati sunt cũ illo: quia

Li. et c. eisdem.

Ca. 7. & 9.

Io. 17. Tom. 9 Tract. 111. paulo post prĩcipiu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt beati nisi ex eo quod cum illo sunt, qui fruuntur eo, & uident illum sicut est. Mali uero non sunt cum illo, ut cæci in luce, non sunt cum luce, nec boni ita nunc sunt cum eo ut uideant per speciem, & si sunt aliquo modo cũ eo per fidem. Quemodo autẽ Deus habitet in bonis, ex illis aliqua tenus intelligere ualebis, quæ supra dicta sunt, cum de spiritus sancti processione temporali ageretur, ubi licet ex parte, exponitur (ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus) quomodo Spiritus Sanctus habitet in nobis, qui non sine patre, & filio inhabitat.

Vbi erat, uel habitabat Deus antequam esset creatura:

Ca. 21. & lib. 11. Si aũt quæris, ubi habitabat Deus antequã sancti essent, Dicimus, quia in se habitabat: unde Aug. in Libr. 3. contra Maximinum: In templo (inquit) suo habitat Deus, scilicet in sanctis qui sunt templum dei, modo secundum fidem ambulantes, & templum Dei erunt aliquando secundum speciem: qualiter etiam nunc templum Dei sunt angeli. Sed dicet aliquis, Antequam faceret Deus cœlum, & terram, antequã faceret sanctos, ubi habitabat? In se habitabat Deus, apud te habitat, & apud se est. Non ergo sancti sic sunt domus Dei, ut ea subtracta, cadat Deus. Imò sic habitat Deus in sanctis, ut si ipse discesserit, cadant.

Confirmatio prædictorum.

Sciendum est etiam, quia (ut ait Augustinus in Libro ad Dardanum) dici nisi ſultissime nequit, spiritum sanctũ non habere locum in nostro corpore, quod totum anima nostra impleuerit. Stultius dicitur etiam angustijs alicubi impeditri trinitatem, ut pater, & filius, et spiritus sanctus alicubi simul esse non possint. Verum illud est multo mirabilius, quòd cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari, nisi inseparabilitatem trinitatis penitus ignoret, quod in aliquo possit habitare pater, & filius, in quo non habitet Spiritus Sanctus? aut in aliquo Spiritus Sanctus, in quo non habitet pater, & filius? Fatẽdum est ergo ubique esse Deum per diuinitatis præsentiam; sed nõ ubique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem gratiæ non dicimus, Pater noster qui es ubique, cum

cum & hoc verum sit: sed qui es in cœlis, id est, in sanctis, in quibus est quodam excellentiori modo.

Quòd Deus inhabitator est quorũdã nondũ cognoscẽtiũ Deum, & non quorundam cognoscentium.

Illud quoque mirabile est, quia (ut ait Augustinus in eodẽ) Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium Deum. Illi enim ad templum Dei non pertinent, qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificant. Ad templum Dei pertinent parunli sanctificati sacramento Christi, & regenerati spiritu sancto, qui nondum ualent cognoscere Deum. Ergo quem potuerunt illi nosse, nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus est Deum habere, quod nosse. Hic aliquatenus aperit Augustinus quomodo Deus habitet in aliquo, ideſt, habeatur, cum uidelicet ita est in aliquo, ut ab eo cognoscatur, & diligatur.

Quomodo Deus totus ubique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

Ex prædictis patet, quòd Deus ubique totus est per essentiam, & in sanctis habitat per gratiam. Cumque superius, licet tenuiter, ostensum sit qua ratione dicatur habitare in quibusdam, nunc efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari, quomodo utique per essentiam, & totus sit, nisi huius considerationis sublimitas, atque immensitas humanæ mentis sensum omnino excederet ut enim ait: Chrys. super epistolam ad Hebr. Sicut multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non ualemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. Verbi gratia, quòd ubique Deus est, scimus, & dicimus: quomodo autem ubique sit, intellectu non capimus. Item quòd est incorporea quædã uirtus quæ est omnium causa bonorum, scimus: quomodo autem, uel quæ ista sit, penitus ignoramus.

Super illud. Qui cũ sit splendor glorie. Hom. 2

Quorundam opinio, quomodo Deus ubique sit per essentiam, potentiam, præsentiam.

Quidã tamen immensa ingenio suo metiri præsumentes, hoc ita fore intelligẽdũ tradiderũt, quòd Deus ubiq; per essentiã esse dicitur, ō quòd dei essentia proprie sit in oi loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in omni creatura, sed quia omnis natura, atque omne q̃ naturaliter est, in quocunque loco sit, per eum habet esse, & omnis locus in quo illud est. Idem etiam dicunt, ideo deum ubique dici esse per presentiam, vel per potentiam, quia cũcta loca sunt ei præsentia, & quæ in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nam & ipsa loca, & quicquid in eis est, nisi ipse conseruet, manere non possunt. In eis ergo per substantiam deus esse dicitur (ut aiunt) quia per uirtutem propriæ substantiæ suæ facit, ut etiam loca sint, & omnia quę in eis sunt. Sed licet hæc uera sint, quæ asserunt in explanandis intelligentiis prædictorum, in illis tamen uerbis quibus dicitur deus ubique esse per essentiam, plus continere credendum est, quod homo uiuens capere non ualet.

Quòd deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur.

Solet etiam ab eisdem quæri, quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus, & corporalium sordium inquinationibus non contangatur, quod tam friuolum est, ut nec responsione sit dignum, cum etiam spiritus creatus sordibus corporeis etiam leprosi, uel quantumcunque polluti inquinari non possit. Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca, & corpora non solum munda, sed etiam immunda, ac sordibus fœtentia, quorum contactu homines & aliæ quædam res inficiuntur, solis uero radij impolluti, & incontaminati ea contangentes existunt. Non est ergo mirandum si essentia diuina omnino simplex, & incommutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen cuiusquam rei sordibus contaminatur, uel contangitur. Vnde Aug. in Lib. de natura boni, Cum in deo (inquit) sint omnia, quæ condidit, non tamen inquinant eum illi, qui peccant. De cuius etiam sapientia, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, dicitur, Attingit omnia, propter suam mũditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit. Timent quidã qd fieri non põt. s. ne humana carne ueritas, & substantia dei inquinetur, & tamen prædicant istũ uisibilem sõlem radios suos per omnes fœces, & sordes spargere, & eos mundos, & synceros seruari. Si ergo uisibilia

To. 6 Ca. 20 Sap. 8. Au. lib de agone Christiano c. primo etiato.

mundi a uisibilibus immundis contangi possunt, & non inquinari: quanto magis inuisibilis, & incommutabilis ueritas? Postremo respondeant, quid potius de deo respondendum existiment, uel quòd nusquam per essentiam sit, uel quòd ubique, uel alicubi ita quòd non ubique? Sed quis audeat dicere quòd nusquam diuina essentia sit, uel quòd alicubi, & non ubique sit? Si enim ita est alicubi, quòd non ubique, ergo localis est. Est ergo ubique tota quæ continet totũ, & penetrat totũ, quæ nec pro sui simplicitate diuidi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immẽsitate ullo modo cõprehendi potest. Vnde Aug. Deus ubiq; est, cui non locis, sed actionibus propinquamus.

Li. de do. Christiana. c. 10.

SVPRA egit Magister, quomodo omnia sũt in deo. Hic secundo agit quomodo deus sit in rebus, & in locis corporalibus. Et quoniam ad esse in loco & in remutabili, sequitur mutatio in eo quod in illo est, ideo agit de dei immutabilitate quãtum ad locum, infra eadem distinctione. *Cumque diuina natura* &c. Prima pars habet tres partes. In prima narrat, quomodo deus est in locis & in rebus, & per auctoritates confirmat. In secunda nititur dictorum aperire intelligentiam, ibi. *Quomodo autem deus habitat in bonis* &c.] In tertio ostendit intellectus nostri ad hoc capiendum insufficientiam, ibi. *Ex prædictis patet quomodo Deus ubique totus est* &c.] Prima pars habet tres partes. In prima ostendit modos essendi deum in rebus. In secunda uero confirmat auctoritatib. q̃ deus est ubique per essentiam, ibi. *Ne autem ista, quia capacitatem humanæ intelligentiæ* &c.] In tertia ostendit quòd deus in solis sanctis habitat per gratiam, ibi. *In sanctis uero etiam habitat, in quibus* &c.] Similiter secunda pars, in qua recitat dictorum intelligentiam; habet tres partes. In prima rationabiliter manuducit. In secunda stultam rationẽ excludit ibi. *Sciendum est etiam, quia, ut ait Aug.* &c.] In tertia in admirationem erigit, ibi. *Illud quoque mirabile est* &c.] Sacramẽta .n. diuina magis sunt mirabilia, quam intelligibilia. Item, tertia pars, in qua ostendit insufficientiam ad cognoscẽdum, quomodo deus est ubique per essentiam, habet tres partes. Primo enim ostendit q̃ intellectus nostri non sufficiunt. Secundo excludit eos, qui præsumptuose soluunt, ibi. *Quædam tamen immensa ingenio suo metiri* &c.] Tertio uero abiicit eos, qui irrationabiliter quærunt, ibi. *Solet etiam ab eisdem quæri, quomodo Deus,* &c.] Vbi ostẽdit quæstionem eorum esse friuolam, & responsione indignam,

Mali uero non sunt in illo &c.] Dub. 1.

Contra uidetur male dicere: qa

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali sunt in deo: quia in illo uiuunt, mouentur, & sunt: ergo si nō importat maior conuenientia p hoc q̄ est, esse cū aliquo, quam in aliquo uidet p̄ sicut mali dicuntur esse in deo: ita debeāt dici esse cum deo. Item. Quæ est magis impropria, deus est cum malis, uel mali cū deo? Videtur p̄ hæc, mali sunt cum deo. Vnde Aug. in Lib. confess. Mecum eras, & tecū nō erā, (loquit̄ pro statu peccati.) Sed contra [cū] dicit auctoritatem in casuali: ergo uī p̄ melius dī, homo cum deo, quā econuerso. Rñsio, dicendū, p̄ hæc præpositio, cum, dicit̄ associationem. In societate aūt cō sideranī duo. s. mutuum auxiliū, & conformitas uoluntatis. Qñ ergo soli boni habent uoluntatē cōformē, & sunt coadiutores dei, ideo de eis solis proprie dī, p̄ sint cum deo, & ecōuerso: qa tunc hoc p̄ est, cū, non dicit auctoritatē. Quia uero mali nō cō formantur, nec auxiliantur deo in sua salute, sed contradicunt, & tamē deus adiuuat eos i multis: ió dicit Aug. Mecū eras &c.

In se habitabat Deus &c.] Videtur malè dicere: quia præpositiones sunt distinctiuæ: quia transitiuæ, si ergo deus a se non distinguit̄, malè dicit̄ p̄ apud se erat. Si tu dicas p̄ transitionem solū dicunt quantum ad modū. Contra est Glo. supra 1. Ioan. qui ait, quod (apud) notat distinctionem patris ad filium. Rñdō. Dicendum, quòd deus non solum est in creaturis: sed etiam apud se. Vnde August. in Lib. Cōfess. deus est i se, ut alpha, & omega, in mundo, ut creator & rector, in angelis, ut fauor & decor, in liberatis uel electis, ut liberator & adiutor: in reprobis, sicut terror & horror. Quod obiicitur, p̄ præpositio dicit transitionem, & distinctionem. Dicendum, quòd quantum est de uirtute suæ significationis, non dicit nisi transitionem quantum ad modum, p̄ autem dicit quantum ad rē, hoc est ratione materiæ, siue terminorum, quibus additur.

Dub.1.

Quomodo Deus habuit in aliquo &c.] Videtur non bene dicere quia habitat in paruulis, qui eum non cognoscunt: ergo non uidetur hæc ratio conueniens. Rñsion. est cognoscere actu, & est cognoscere habitu: & quamuis paruuli non cognoscāt actu, cognoscunt tamē habitū, eo q̄ gratiam habent, & habitum uirtutum, sicut dicitur in 4. Lib.

Dub.2.

Quo aūt ubique sit intellectu nō capimus &c.] Videtur falsum dicere: quia p̄ intelligimus, debet rōni, sicut dicit Aug. sed habemus rōnes, per quas scimus deū esse in rebus potentialiter, præsentialiter, & essentialiter. Si tu dicas quòd non comprehendimus, quæ dicuntur de deo. Obiicitur, quòd simile, nec alia quæ dicuntur de deo, comprehendimus: ergo non magis de hoc q̄ de supradictis deberet dicere Magister quòd sit ineffabile. Rñspon. Dicendum p̄ quædā sunt pure intelligibilia, & talibus nō contradicit imaginatio, sed defi cit. Quædam sunt sensibilia, & in talibus sufficit. Quædā sunt quodammodo imaginabilia, & quodammodo intelligibilia, & in talibus frequenter intellectus deficit, & imaginatio contradicit, & deficit: ut cum cogitamus deum esse ubique, deum solo intellectu capimus, locum autem imaginamur, & quoniam nostra imaginatio extra non capit, quod aliquid creatum sit in pluribus locis, & intellectus claritatem lucis non aspicit: hinc est p̄ talia nobis non intelligibilia iudicantur magis quàm alia.

Dub.3.

Spiritus creatus sordibus &c.] Videtur cōtrarium esse ei p̄ dicitur Sap. 9. Corpus, quod corrumpitur: aggrauat animam. Et iterum, anima cōtrahit originale a carne, & inficitur ab illa. Respon. Sicut generatio uniuoca est, quæ est similis ex simili, & equiuoca quæ est rei dissimilis: ita est infectio secundum rationem uniuocam, ut leprosus facit leprosum: & secundum ratio nem æquiuocam, ut infectio generat infectionem: primo modo loquitur Magister: quia anima leprosi non est leprosa, secundo modo obiicitur.

Dub.4.

Cum in Deo (inquit) sint omnia quæ condidit, &c.] Videtur male dicere: quia sordes corporales inquinant res corporales: ergo sordes spirituales res spirituales. Item, si deum non inquinant: ergo uidetur p̄ posset dici, quod deus est in diabolo, quod est cōtra omnem usum. Rñspon. Dicendum, p̄ sicut tangit Magister in litera, sordes corporales non coinquinant corpus spirituale: quia nec communicant in materia, nec dependent, ut patet in radio, qui non inficitur fœcibus: quia nec dependet, nec communicat in transmutabili materia: & quoniam deus neutrum habet ideo non ualet illud. Quod obiicitur p̄ deus est in peccatoribus, dicendum p̄ nullum ineō ueniens esset dicere: tamen quia hoc uidebatur sonare in contumeliam: ideo ponenda est determinatio, ratione cuius sermonis intellectus sanus appareat: ut si dicatur, deus est in diabolo, uel in adultero quantum ad conuersationem naturæ.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus in omnibus rebus sit?

AD intelligentiam huius partis quæritur de existentia dei ubīque: & circa hoc tria principaliter quæruntur. Primo quæritur, utrum esse ubique conueniat deo. Secundo, utrum esse ubique sit proprium dei. Tertio, qualiter conueniat deo esse ubique. Et quantum ad primū: quia esse ubiq; potest distribuere pro omnibus rebus, & p̄ omnibus locis, duo quæruntur. Primo, utrum deus sit in omnibus rebus. Secundo, utrum, sit in omnibus locis.

QVOD sit in omnibus rebus ostenditur sic. Philosophus in prima philosophia, Quato aliquid simplicius, tāto a pluribus indigetur & in pluribus inuenitur: sed deus est simplicissimus in fine simplicitatis, ergo inuenitur in omnibus, sed non reperiē nisi ubi est: ergo est in omnibus. ITEM. Quanto causa prior, tanto uniuersalior: ergo causa prima est uniuersalissima: sed quanto aliquid uniuersalius, tāto influit in plura: ergo cū prima causa sit uniuersalissima, influit in omnia: sed omne p̄ influit in aliquid, est illi pūs secūdum uirtutem,

Ex 12. Metaphys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem: nusquam enim, & nunquã operatur deus agens, nisi per p̃sentiam uirtutis: sed deus pp suam simplicitatem est idem q̃ sua uirtus: cum ergo uirtus dei sit in omnibus. & iubstantia est in omnibus. ITEM. Hoc uidetur per impossibile: quia omne quod est in una re limitata, ita q̃ non est in alia, est limitatum, & arctatum: sed hoc est impossibile circa deum: ergo non est in una re, quin in omnibus sit. ITEM. Si deus est in una re, ita q̃ non in alia, aut potest esse in illa in qua non est, aut non: Si nõ potest: ergo non est omnipotẽs. Si potest esse & non est, cum res non mutetur: ergo mutari potest: ergo si deus non est in omnibus rebus, aut non est omnipotẽs, aut mutabilis, quorum utrũque est impossibile.

CONTRA. Quanto aliquid magis seiungitur a natura tenebrosa, tanto est impermixtius, & sub nobiliori luce cognoscit: sed deus clarissime cognoscit: ergo maxime a natura tenebrosa seiũgitur: sed omnis creatura tenebra; ergo deus, aut in nullis, aut in paucissimis est rebus creatis. ITEM. Quanto motor magis distat a mobili, tanto sufficientius mouet. Vnde sufficientius mouet una alia, quam forma materialis uel naturalis, & intelligentia quam anima: sed deus est motor & operator sufficientissimus: ergo summe distat ab omni mobili: ergo aut in nullis ẽ rebus, aut in paucis. ITEM. Omnis uirtus unita plus est infinita, quã multiplicata: sed diuina uirtus est infinitissima: ergo unitissima: sed quanto aliquid magis est unitũ, tanto minus diffusum, & in pauc ioribus repertum, ergo &c. ITEM. Quæritur, quæ necessitas est Deum ponere in rebus omnibus. Videtur q̃ nulla ex parte dei. Nobilitatis est enim in agẽte, q̃ possit agere, ubi non est similiter q̃ possit facere effectum per se stantem: alioquin opera dei magis sunt debilia quam opera artificum creatorum, quæ saluantur in esse, ipsis absentib. ergo si nulla necessitas est, uidetur ergo esse superfluitas; sed impossibile est in deo esse superfluitatem, ergo &c.

RESOLVTIO.

Deum rebus omnibus inesse, & summa ipsius perfectio, & omnia creaturarum mmet indigentia clarissimè testantur.

RESP. Dicendum, q̃ deus in omnibus rebus est: sicut ipse Dauid testatur dicens. Si ascendero in cœlum, tu illic es &c. Necessitas autem existendi deum in omnibus, sumitur tum a parte p̃fectionis ipsius, tum a parte indigentiæ rerum. A parte ipsius, p̃p summam immensitatem, & summam potestatem, & utriusque ratio est summa simplicitas. Quia n. summe simplex est, adq; nihil arctatũ ẽ: ideo in omnibus inuenitur tanquam immensum. Quia summe simplex, ideo in infinitum uirtuosissimũ: & ideo uirtus eius in omnibus: & uirtus idem est quod iubstantia, & ideo necesse est q̃ sit in omnibus. Ex parte creaturæ est necessitas: quia creatura habet in se posse subsistere, & uanitatẽ: & utriusque causa est, quia producta ẽ de nihilo. Quia n. creatura est, & accipit esse ab alio, quia eam fecit esse, cum p ius non esset, ex hoc non est suum esse: & ideo non est purus actus: quia habet possibilitatem: & ratione huius habet fluxibilitatem, & uanitatem, ideo caret stabilitate: & ideo non potest esse nisi p̃ præsentiam eius qui dedit ei esse. Et exemplum huius apertũ est in impressione formæ sigilli in aqua, quæ non conseruatur ad momentum nisi præsente sigillo. Et iterum, quia creatura de nihilo producta est, ideo habet uanitatem: & quia nihil uanum in seipso fulcitur, necesse ẽ quod omnis creatura sustentetur per p̃sentiam uirtutis: & est simile: si quis poneret corpus põderosum in aere quod ẽ quasi uanum, non sustentaretur: sic & in proposito.

AD ILLVD, ergo quod obiicitur de distantia, & permixtione. Dicẽdũ q̃ tripliciter unitur quid alicui. Aut secundum p̃sentiam tantum: aut secundum p̃sentiam, & dependentiam: aut ſm p̃sentiam, & dependẽtiam, & concomitantiam in materia. Primo modo est radius in aere: secundo modo anima in corpore: tertio modo liquor in liquore. Quod primo modo est in aliquo, non permiscetur: similiter quod secundo modo est, non permiscetur proprie, sed solum q̃ tertio. Et primo quidem modo est deus in rebus, non secundo; uel tertio. AD ILLVD, quod obiicitur de distantia motoris a mobili. Dicendum, q̃ est distantia per absentiam, & hæc impedit, & non iuuat ad motũ. Et est distantia per independentiam, & hæc iuuat: quia quanto motor perfectior est & absolutior, minus dependet, & est sufficientior, & hoc modo distat etiã deus præsens. AD ILLVD q̃ obiicit, q̃ uirtus unita est magis infinita &c. Dicendum, q̃ unitio uirtutis, quæ facit ad eius magnitudinem, per se attenditur respectu subiecti, per accidens respectu obiecti. Respectu autem subiecti attenditur per subiecti simplicitatem, respectu aũt obiecti per indistãtiam a uirtute: qa uirtus tanto potentior, quanto subiecto propinquior. Quoniam ergo uirtus diuina in substantia est simplicissima, & nunquam a substantia elõgatur: ideo in multis est infinitissima: quia unitissima in multis, ut in uno: ubiq; enim est centrũ illius potentiæ, sicut dicit Trismegistus. QVOD ultimo obiicitur iam solutum est, quia necessitas est ex parte dei, & creaturæ, sicut uisum est. Quod ergo obiicitur, quòd agẽs creatũ ubi non est, operatur, & effectum producit, qui sine ipso stat. DICENDVM, q̃ non est simile in deo. Nã si attendat̃ hoc in artifice creato, hoc uenit ex defectu perfectionis, qa. n. agẽs creatũ limitatum est, & differt a sua uirtute, potest operari per uirtutẽ ubi non est. Rursus qm̃ agit ex suppositione & nõ põt in totũ, iõ effectus non totaliter depẽdet ab ipso; deus aũt hẽt condones oppositas, quia infinitus, & idem est in eo uirtus, & substãtia, & totũ p̃ducit, iõ nõ est sine.

Mercurius, siue Hermes Trismegistus, uel ter maximus.

QVAESTIO II.

An deus sit ubique.

VTRVM deus sit ubiq; locali ter. i. utrũsit in omnibus locis

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis. Et q̄ nō, uidetur. Boetius in Li. de Tri. Deus ita esse ubiq; dicit uidetur, nō q̄ in omni loco; sed q̄ nō in loco esse non pōt. ITEM. Hoc ipsum uī ratione: qa (sicut ault Philosophus) locus ad locatum magis comparatur ī ratione formæ, quam in rōne alterius generis causę: sed deus est forma excellentissima: ergo respectu eius nulla est forma, ergo nullus locus. ITEM. Alia rōne uidetur: quia quadruplex est cōditio loci in respectu ad locatum, s. continere, saluare, mensurare, & terminare. Continet, ut uas. Mensurat ut quantitas. Saluat ut natura. Terminat ut finis; Sed deus fm nullam harū cōditionum cōparatur ad locū: ergo &c. ITEM. Prima & ppria passio essendi ī loco est dimēsio: ergo q̄ magis à dimēsione recedit, nullo mō est in loco: sed deus ē hmōi: ergo &c.

Ex 4. Phy. 14 cr 4. tex. 35

CONTRA. Ier. 23. Cęlum, & terrā ego impleo: sed omne qd est in loco ipsum implēdo, est in loco fm q̄ locus. ITEM. Hoc uī ratione: quia loci fm q̄ locus est indigentia ad locatum, ut ab ipso repleatur: sed omnis creatura uanitas, uanitas aūt non implet nisi p ueritatis pñtiam: ergo ad hoc q̄ locus repleat, necesse est deum adesse: sed hoc posito ponitur deus esse ī loco, ut locus est. ITEM. Maior est indiuisio formę ad materiā, quā locati ad locū: sed forma non unit materiæ, nec permanet, nisi p dei pñam: ergo multo minus nec locatū loco: sed qa per dei pñam forma unit materię, DEUS est in qualibet re, ut natura: ergo cum per dei presentiam uniat, & saluetur locatum in loco, DEUS est in loco ut est locus. ITEM. Est pśentia, & simultas fm locum, & fm tempus: sed DEUS pfectissime est præsens cuilibet rei: ergo fm locum, & tempus: sed quæ sunt præsentia fm tempus, sunt ī eodem tempore; ergo & illa quæ sunt presentia fm locum, sunt in eodem loco: si ergo DEUS est præsens omni loco, deus est in loco, non tantum ut est res; sed etiam ut est locus.

RESOLVTIO.

Deus ita est ubique, ut per sui præsentiam omnis loci indigentiam suppleat: non quòd loco aliquo aut conseruetur, aut mensuretur.

RESP. Dicendum quod triplex est conditio fm quam comparat locatum ad locū. Vna fm quam excellit: & hæc est proprietas saluationis. Sic. n. locatum indiget loco, & locus cōplet eius indigētiam, & conseruat naturā: & fm hanc proprietatem sola corporalia sunt in loco: non aūt spiritualia: qa non recipiunt influentiā a loco corporeo. Alia est proprietas, fm quam locatum æquat & proportionatur loco, & hæc est proprietas commēsurationis, & fm hanc conditionem proprie corporalia sunt in loco: quia illa sunt commensurabilia, unde circunscribuntur: spiritualia autem minus proprie. Nā non sunt cōmensurativa respectu partium: sunt tamen diffinitiva respectu totius. Tertia est conditio, secundum quam locatum excellit locum, uidelicet q̄ per sui præsentiam replet, & supplet indigentiam loci. Locus enim sine locato priuatus est, & indigens; sicut concauitas oculi sine organo. Quoniam ergo deus ad nullam creaturam comparatur, nec secundum

ebdum rationem inferioritatis, nec æqualitatis: sed superioritatis, & excellentiæ: deus non est ī loco quantum ad primam, & secundam proprietatem; sed solū quantum ad tertiā. s. q̄ per præsentiam supplet loci indigentiā; nam locatum per pśentiam replet distantiæ uacuitatem: deus aūt per præsentiam replet uacuitatem essentiæ, & illa quidem sine hac esse non potest.

EX HIS patet rōsio ad obiecta. Nam rōnes probantes deum esse in loco, ut est locus, procedunt fm tertiam cōditionem, ut patet: rationes uero ad oppositū fm primam & secundam, s. salua tionis, & terminationis.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An ubique esse soli Deo conueniat?

CONSEQVENTER quātum ad secundū articulum quæritur Vtrum esse ubiq; sit proprium dei. Et quia proprium est q̄ soli conuenit, & semper: ideo quantum ad hoc, duo quæruntur. Primo, utrū esse ubiq; cōueniat soli deo. Secundo, utrum conueniat ei semper, siue ab æterno.

QVOD soli deo conueniat uī. Aug. in Lib. de Symbolo; ubiq; esse est deum esse; sed nulli creaturæ conuenit esse, immo hoc est dei proprii ssimum: ergo nulli creaturæ conuenit esse ubique. ITEM. Ambr. in Lib. de Spiritu sancto, cum omnis creatura certis suæ naturæ sit circunscripta limitibus; esse ubique, & in cunctis rebus dei uirtutis est, & diffusionis ē propriū. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione: quia omnis creatura per se existens & in se, est hoc aliquid: sed omne q̄ est hoc aliquid, est singulare, & omne singulare est hic, & nunc, & nihil tale natum est esse ubique: ergo solius dei est esse ubique. ITEM. Conditio ista qua deus est ubique, conuenit deo ratione suæ immensitatis; sed immensitas est proprietas solius dei, q̄ nulli creaturæ potest conuenire; ergo nec esse ubique.

CONTRA. Hoc obiicit de uniuersali, quoniam uniuersale est semper, & ubique, & tñ non est deus. SI TV dicas, q̄ est ubique respectu suorum singularium, & non simpliciter. Obiicitur tunc, q̄ aliqd est uniuersale, cuius singularia sunt ubiq;, & impossibile est aliqd fieri q̄ nō sit eius singulare, uel ī singulari, ut hoc uniuersale subsistantia: ergo est ubique. ITEM. Obiicitur de numero, qui est ī omnibus entibus & nihil potest fieri in quo non sit numerus, & preterea ī omnibus entibus est unus numerus; ergo cum numerus non sit deus, esse ubique non est proprium solius dei. SI DICAS, q̄ non est ibi totus; sed fm partem, obiicitur de uoce quæ est in auribus diuersorum tota, & in toto aere, esto q̄ uox esset ita magna, quod p totum mundum audiretur, tunc esset ubique tota, & una prolatio: quia si multæ, cum infinitæ sint partes aeris, & uox sit in qualibet parte, tūc ergo infinite sunt uoces actu: quod ē impossibile. ITEM. Obiicitur de anima, quæ est in qualibet parte animalis tota, ut supra monstratū est; esto ergo si fieret animal giganteum ita

Dist. 8 art. 3. q 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita magnum quasi totus mũdus, tunc anima esset ubique: ergo quòd non sit, hoc est propter defectum corporis, & nõ suum. SI DICAS, q̃ esset in pluribus tanquam in uno loco, unde nunquã una ãa est nisi in uno corpore, Obiicitur de corpore Christi, q̃ totum & integrum est in diuersis altaribus distinctis. ITEM. Obiicitur per rationem. Cum.n. de natura singularis sit esse hic & nunc, tamen alicui dat DEUS semper esse ut angelis; ergo pari ratione alicui dabit esse ubique. ITEM. Si aliqua duo inseparabiliter sunt unita, ubicunque est unum, & alterum: sed humana natura, & diuina in Christo inseparabiliter sunt unita: ergo est diuina, & humana; sed diuina natura est ubique: ergo & humana, & sic &c.

RESOLVTIO.

Ita solus Deus ubique est, ut aliqi ab eo ne dum non conueniat; sed nec conuenire possit.

RESP. Dicendum, q̃ esse ubique (sicut dicunt sancti) conuenit soli DEO proprie & singulariter, ita quod nulli conuenit alii: nec intelligi potest conuenire, si recte intelligatur. Nam DEUS dicitur esse ubique, ita q̃ ex parte dei intelligitur identitas, & totalitas: ex parte loci pluralitas, & uniuersalitas. Per conditionem identitatis excludit uniuersale, q̃ quãuis sit in oĩbus singularibus, tñ fm aliud & aliud suppositum, & ita numeratum. Per cõditionem totalitatis excludit numerus. Nã q̃uis numerus sit ubique, tñ fm aliã & aliã partẽ. Per conditionẽ pluralitatis a parte loci excludit spiritus creatus, q̃ quãuis sit in pluribus partibus corporis, non tñ in oĩbus nisi ut unitis. Per conditionem uniuersalitatis excluditur corpus Chri sub sacramento, q̃ quãuis sit in pluribus: non tñ est in oĩbus: nec esse potest: quia hoc solũ conuenit ei sub sacramento.

ET ita patent primæ instãtiæ. QVOD tamen obiicitur de uoce, intelligendum q̃ generatio sensibilium in medio est per diffusionẽ, unde non numerat uox sicut nec lux nisi ad numerationẽ susceptibilis: unde quot sunt aures, tot sunt uoces, q̃n uox in aere erat multiplicabilis, & non multiplicata: & iõ patet, q̃d nec tota ubique ante numerationẽ, sicut nec lux diffusa, nec eadem uox post numerationem: & ideo non est multum simile DEO. AD ILLVD, quod obiicit quod deus dat sempiternitatem. Dicendũ, q̃ tã esse ubique, quã semper importat infinitatẽ, & infinitas sempiternitatis est infinitas durationis, q̃ est fm potentiam, & hæc non repugnat creaturæ: quia nõ impedit durationẽ creaturæ esse finitam actu, & infinitã potẽtia, & iõ omni durationi creaturę neesse est aliqd adiici. Sed esse ubique, dicit immẽsitatẽ actu: qa fm portat simultatẽ locorũ, & hoc repugnat creaturæ, & ideo non potest ei omnino communicari: communicatur tñ secundum possibilitatẽ creaturæ, fm q̃ participiat maius & minus de natura spiritualitatis. Nã nihil ẽ omnis deus est incorporeus: qa omnis deus est incorporeus: qa omnia replet. Creatur ę aũt quęda sunt spiri-

rituales per abstractionem, ut uniuersale, & numerus, & ita possunt esse in pluribus propter cõmunitatem ad plura, & ita fm sui plurificationem. Quędam spirituales sunt per separationem a materia corporali, ut animæ, & istę sunt in pluribus, tñ non multiplicatis. Quædam autem spirituales per unionem, ut corpus Christi est cibus spiritualis animæ, quamuis sit uerum corpus, & ideo quasi est medium inter animam, & deum, & ideo inquãtum cibus plus sapit naturã spiritualitatis, & ideo est ĩ pluribus, & sunt plura loca, non tamen in omnibus: quia ratio cibationis non se extendit ad omnia, & sic patet quare sub sacramento est in pluribus. QVOD obiicitur de inseparabiliter unitis, soluendũ, est per interemptionem, cum alterum excedit alterum, ut patet in genere, & specie. QVOD obiicitur per unionem, hõ est deus. Dicendum q̃ hoc intelligitur p communicationem idiomatũ. sitr & esse ubique conuenit per idiomatum communicationẽ.

QVAESTIO II.

An esse ubique, semper et ab æterno consolo Deo conueniat?

VTRVM esse ubique conueniat deo semp, siue eternaliter. Et q̃ sic, uĩ: qa sicut, semper, se hẽt ad tps: ita, ubiq;, ad locũ: sed ante omne tẽpus deus fuit semp: ergo ante oẽm locũ fuit deus ubique. ITEM. Propriũ dei essentialis ei cõuenit, quã ꝓpria passio alicui subiecto: sed ꝓp ne cessariã cõuenientiam passionis ad subiectũ, distributio suppositorum includit distributionem tẽporum: unde dici de omni est; quod non est in quodam sic, in quodã non, nec aliqũ sic, aliquã do non: sed in quolibet, & semp: ergo sitr hoc quod est, ubique, ĩcludit sempiternitatem: ergo esse ubique semper conuenit deo: ergo ab æterno. ITEM. Res sunt in deo, & deus in rebus; sed res sunt in deo ab æterno; ergo a relatiuis cum dicantur hæc ad cõuertentiam, deus est in rebus ab æterno; sed non nisi in omnibus: ergo &c. SI DICAS, q̃ non dicũtur correlatiue. Contra. Cum dicitur, deus est in rebus, non significatur respectus, nec dependentia dei ad res; sed rerum ad deum; ergo nihil aliud est dicere, deum esse in rebus, quam res esse in deo. ITEM. Si deus non fuit ubiq; ab æterno, & fuit: ergo fuit alibi, quam ubiq;: & modo est ubique; ergo mutauit locum; ergo in deo cadit mutatio; sed hoc falsum; ergo primũ. SI TV dicas, q̃ mutatio est in cõnotato. Cõtra. Cũ dr deus est in loco, nõ notat effectus; sed solũ dei ꝑsentia; ergo uĩ q̃ fm hoc non significet mutatio ĩ cõnotato: sed solũ in ipso deo, restat ergo per impossibile, q̃ deus est ubique ęternaliter.

CONTRA. Vbiq; ꝑsupponit ubi, & ꝑsupponit locũ, & locum non est ponere nisi ex tẽpore; ergo & deũ esse ubique, nõ est ponere nisi ex tpe. ITEM. Bene sequit, deus est ubique; ergo est in cęlo; ergo destructo cõsequente, destruit & antecedens; sed ab æterno nõ fuit in cęlo; ergo &c. ITEM. Bene sequit, deus ẽ ubiq; ergo ĩ ista domo; sed illa domus nõ fuit nisi ex tẽpore, & post initiũ tẽporis; ergo & esse ubique.

1. Post. cap. de omni.

RE-

RESOLVTIO.

Si esse ubique, denotet præsentialitatem diuinæ immensitatis: sic ab æterno Deo conuenit. Si verò locum & rem creatam, non ab æterno, sed ab initio rerū & locorū.

RESP. Dicendū, ꝙ esse ubique dupliciter pōt accipi de Deo: sicut & esse semper. Vno.n. modo (semper) importat diuinam immensitatem ſm durationem, & sic idem est ꝙ æternitas, & conuenit deo æternaliter. Alio modo connotat simultatē tēporis. Sic esse ubique, uno modo importat præsentialitatem diuinæ immensitatis, per quam est præsens omni ei, ꝙ est, siue sibi, siue alii: & sic idem est esse ubique, ꝙ deum esse immensum: & sic conuenit deo æternaliter: & ſm hoc procedit prima rō. Alio mō prout cōnotat locum creatum siue rem, & sic conuenit ei ab initio rerum, & locorum propter connotatum, & conuenit semper, & ad hoc est proprium: quia cōuenit soli, & semper uno modo, licet non æternaliter: sicut etiam est in demonstratiuis, & sic procedit secunda ratio. Et iste modus accipiendi deum esse ubique, est utilior, & secundum hunc modum non conuenit ei æternaliter.

QVOD uero obiicitur contra hoc, ꝙ conueniat æternaliter p suā conuersam. Dicendū, ꝙ non est sua conuersa. Cum enim dicitur quòd res sunt in deo, si hoc intelligitur ratione exemplaritatis, nihil connotatur actus: sed cum dicitur deus esse in rebus, connotatur aliquid creatum. Nam nihil est in eo quod non est: ergo si deus est in rebus & locis, res & loca sunt non ens: tñ ſm se bene est in exemplari tanꝙ in principio. Vnde hæc, deus est in rebus, nō est cō uersa huius, res sunt in deo, sed hæc, deus est exemplar rerum, & utraque est uera æternaliter. Et huius, deus est in rebus, conuersa est, res continentur a deo, & conseruantur ab ipso. AD II-LVD, quòd obiicitur, ꝙ si deus non fuit ubique, & modo est: ergo est mutatus. Dicēdum quòd non sequitur: quia hoc non est propter mutationem dei, sed rerum. QVOD obiicitur, ꝙ ubiq; non connotat effectum: sed solū præsentiam: Dicendum ꝙ præsentia importat habitudinē ad duo. s. eius qui præsens est, & cui est præsens: & iō pōt esse inceptio ratione rei cui præsens est, non noui effectus. QVOD obiicitur ad oppositū, procedit ſm ꝙ ubique connotat locum creatum. QVOD tamen ultimo obiicitur, nō ualet, imo est ibi fallacia accidentis, sicut hic, Iste triāgulus incipit habere tres, nō ergo ois triāgulus semꝙ habuit tres: quia non fuit distributio de tribus ut nunc, sed ut simpl'r, &c.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An Deus uniformiter, & æqualiter in omnibus rebus sit?

DE tertio articulo principaliter quæritur. s. qualiter deus sit in rebus. Et circa hoc duo quærūtur. Primo quæritur, utrum deus sit in omnibus rebus æqualiter, siue uniformiter. Secundo quæritur quibus modis, & qualiter deus sit in rebus.

QVOD sit uniformiter uidetur, qā sicut dicit Philosophus. Prima causa se uno mō habet ad omnia, licet omnia non habeāt se uno modo ad ipsam, sed omnia in Deo sunt uniformiter: quia sunt uita & creatrix essentia: ergo multo fortius deus in omnibus rebus est æqualiter & uniformiter. ITEM Qđ est ubique totum, est æqualiter & uniformiter: sed deus cum sit simplicissimus, est ubique totus: ergo æqualiter & uniformiter est in omnibus rebus. ITEM. Vnicuique rei intima est materia & forma: sed forma, non unitur materiæ nisi mediante appetitu, appetitus autem ortū habet ab essentia, sed hoc non posset nisi per dei præsentiam: ergo deus magis est intimus omni rei quam sua forma, sed forma unicuique rei est summe in una, ergo Deus intimior intimo cuilibet: sed quod habet se in intimo, est uniformiter: ergo &c. ITEM. Hoc ostendit per impossibile: quia si deus non est æqualiter in rebus, ergo cū magis intime est in una quàm in alia, ergo in aliqua non est summe intime: ergo aliquid est i re intrinsecū, in quo non est deus, ergo deus non est in omni ꝙ ē: sed hoc est impossibile: ergo &c. Primum:

SED CONTRA. Omne, quod recipitur in aliquo, est ibi per modum recipientis, & non recipientis. sed creaturæ non sunt æquales capaces dei, ergo non est æqualiter in eis deus. ITEM. Sicut se habet intellectus ad primam lucem: sic ens ad primam bonitatem. sed maior intellectus magis participat diuinam lucem: ergo perfectius ens, & perfectius uiuens diuinā essentiā & uitā: ergo perfectius deus est in uno quàm in alio. ITEM. Existētia dei in rebus est conseruatio rerum: sed non omnes res æqualiter conseruantur: ergo nō est æqualiter in omnibus. Item cum deus sit ubique, solum dicitur habitare in iustis: sed hoc non esset si æqualiter & uniformiter esset ī omnibus: ergo &c.

RESOLVTIO.

Secundum præsentialitatem uniformiter, & æqualiter in omnibus rebus deus est. At secundum effectus connotationem, & similitudinis impressionem, inæqualiter, & difformiter.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quòd deum esse in rebus, dupliciter potest intelligi. Vno modo ut idem quod esse præsentem cuilibet rei, non connotando effectum, & sic uniformiter est in omnibus rebus, eo quod intimus est cuilibet rei, & summe præsens, & totus in qualibet re. Alio modo potest connotare effectū, sicut dr in artificio esse p cōnotationē effectus. & p ipressionē suæ similitudinis: & sic cū uni creaturę pius det ḡ alii, magis ē ī una ḡ in alia. Et hoc pōt esse dupl'r. s. extensiue ḡtum ad ea ꝙ hñt esse diuturnius, ut in corpore incorruptibili, plus ḡ ī aīa sensibili: Vel intēsiue ḡtum ad ea, ꝙ hñt esse nobilius, ut in aīa sensibili, ꝙ ī corpore corruptibili. Vel utroq; mō, ut in aīa rōnali, ḡ ī corpore corruptibili. His uisis patēt obiecta ad utrāq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

partem. Procedunt. n. his duab. uiis, ut patet, exceptis duabus primis, ad utranque partem.

Qvod n. obiicitur, ꝙ deus uniformiter se habet ad omnes res, si intelligat uniformitas ex parte diuini esse, uerum est; si autē intelligatur ex parte effectus, falsum est. Qm̄ deus uniformiter & stabiliter existens cetera mouet, & multos & uarios effectus producit, & efficiendo diuersa i rebus, facit ꝙ res non se habeāt uniformiter ad ipsum. Qm̄ ergo cum dicitur deus esse in rebus, uno modo cōnotatur effectus, alio modo non: ideo uno modo conceditur ꝙ sit uniformiter, alio modo non. Similiter econuerso cum dr, omnia sunt i deo: uno modo potest connotari effectus, sicut patet in prēdestinatione & reprobatione, & sic non est uniformiter: alio modo non connotatur effectus: & sic uniformiter.

Qvod obiicitur iterum ad oppositum, quod omne quod recipitur, est per modum recipientis. Dicendum ꝙ uerum ē, ubi receptum dependet a recipiente, ut species à uirtute cognoscente: in proposito autem non sic est. Vnde diuina essentia existens in re, non accipit modum rei, & sic patet illud.

Qvaestio II.

Quē, & qualibus modis deus in rebus est?

Qvibus modis, & qualiter sit deus in rebus. Et assignat Magister duplicem modū existendi deum in rebus. Et unū modum accipit ab Aug. de præsentia dei ad Dardanum, qui dicit, ꝙ aliter est deus in omnib. creaturis, aliter in sanctis, aliter in Christo per unionem. Aliū modum accipit à Greg. qui dicit super 5. Cant. ꝙ deus est in rebus tripliciter: s. potentionaliter, præsentialiter, & essentialiter: Queritur ergo de distinctione, sufficientia, & ordine istorum modorum. Et obiicitur contra assignationem Augustini. Aut enim accipiuntur modi illi quantum ad diuinam substantiam, aut quantum ad creaturā, aut quantum ad effectus. Si quātum ad effectus: cum innumerabiles sint: innumerabiles sunt modi essendi. Si quantum ad creaturam suscipientem: cum solum duplex sit suscipiens. s. natura, & uoluntas, uidetur ꝙ tantum duo sint modi. s. per naturam, & per gratiam. Si quantum ad dei substantiam: cum in ea non cadat diuersitas, erit tantum unus modus. Item. Sicut gratia est effectus superaddita naturæ, ita operatio miraculosa: ergo sicut in habentibus gratiam est aliter deus quam in non habentibus: ita & in re, in qua operatur miraculose, ut in asina Balaam, erit alio modo essendi. Item. Sicut gratia gratū faciens est supra naturam, ita gratia gratis data, ut prophetia, ita etiam pena, & gloria: ergo cum illa differant genere, & specie, debent secundum hoc dici, uersi modi essendi distingui: ergo non distinguit Magister sufficienter. Item. Obiicitur contra assignationem Greg. Aut. n. illa assignatio est secundum effectus, aut conditiones, & proprietates dei. Si secundum effectus: tunc cum essentia nullum cōnoret effectū, nō deberet poni. Si secundū conditiones dei: sed non tantum est dei potentia, sed etiam sapientia, & uoluntas, ergo uidetur, ꝙ insufficienter assignet. Item. uidetur esse præposteratio in ordine. Nam secundum rem & rationem intelligendi, essentia præcedit potentiam, & potentia præsentiā, ergo male ordinat. Item, uerborum inculcatio uidetur: quia in deo idem est potentia, essentia, & præsentia: quæritur ergo distinctio.

Vide Hom. 8 in 1 Epist. Ioan. circa princip.

Resolvtio.

Secundum B. Aug. deus in rebus est per modum naturæ, per modum gratiæ inchoatæ, & per modum gratiæ cōsummatæ, uel gloriæ. Secundum autem Gregor. per essentiam, per præsentiam, & per potentiam.

Resp. Dicendum, ꝙ assignatio Augustini respicit diuersitatē modorum essendi Deum in rebus: sed assignatio Greg. respicit conditiones modorum essendi. Vbicunque enim est deus siue per naturam, siue per gratiam, est essentialiter, potentialiter, presentialiter. Diuersitas autem modorum essendi accipitur penes diuersitatem effectuum, & non qualemcunqne: sed solum trimembrem. Quidam enim est effectus secundum quem comparatur res ad deum per modū existentis: & hi omnes continentur sub modo naturę. extenso nomine. Quidam per modū redeuntis: & hic est effectus gratiæ inchoatæ, uel consummatę uel gloriæ, & quantum ad hūc est secundus modus essendi. Quidam est effectus, secundum quem comparatur creatura ad Deum, ut perueniens, uel perficiēs, & hic est effectus unionis, in qua uniuntur in unitate personæ creatura, & creator, ut homo, & deus, Quoniam ergo tres sunt modi effectuum, secundū quos creatura diuersimode cōparatur ad deum, ideo tantum tribus modis dicitur esse in rebus. Et primus qui attenditur quantum ad exitum, assimilatur lineæ rectæ. Secundus quātum ad reditum, lineæ reflexæ. Tertium quantum ad perfectionem, assimilatur circulo. Et primus quidem modus similis est lineę: secundus, quia includit primum, similis est superficiei: tertius, quia utrunque, similis est soliditati. Et ideo optime dicit Apostolus Col. 2. ꝙ in Christo tota diuinitas habitat corporaliter: est enim perfectissime in eo, quia est ad modum circuli quæ est figura perfecta, & per modum altitudinis quæ est quantitas perfecta.

Exhis patet sufficientia, & distinctio, & soiutio obiectorū. Assignatio autem Beati Gregorii accipitur quantum ad conditiones modorū essendi. In his enim tribus circumloquitur B. Greg. perfectionem modorum existendi Deum in omnibus, in quibus est hoc modo. Aliqd enim est in aliquo ſm præsentialitatis indistantiam: ut contē tum in continente, ut aqua in uase. Aliquid ſm uirtutis influētiā: ut motor in mobili. Aliquid ſm intimitatis existentiam, ut illud quod est continens intra, ut ala in corpore; & oē ꝙ perfe ctē est in re, necesse est esse quā-

tum ad hanc triplicem condonem: & hoc modo est deus. Et ideo dicitur esse potentionaliter, præsentialiter, & essentialiter: quia secundum præsentialitatis indistantiam, secundum uirtutis influentiam, secundum intimitatis existentiam, & sic patet distō, sufficientia, & ordo. Qm secundum rationem intelligendi conditiones istæ se habent p additionem: & ideo bene ordinat B. Gregorius primo præsentialiter &c. Aliqui tamen hmōi conditiones uolunt distinguere penes substantiam, uirtutē, & operationem: sed licet modus existendi essentialiter rndeat substantiæ. & potentialiter uirtuti: tamen presentialiter principaliter non rndet operationi: nam præsens est aliquis alicubi, et si non operet. Aliqui accipiūt penes gña causarum. Sed nec illud ut conueniēs, quia essentialiter consistere, non cōnotat genus causalitatis. Aliqui penes trinitatem uestigii. s. modum, speciem, & ordinem, sed omnia hæc præcedit essentia secundū rationem intelligendi.

DISTINCTIO XXXVII.

PARS SECVNDA.

De immutabilitate Dei quantum ad locum.

QVMQVE diuina natura ueraciter, & essentialiter sit in oī loco, & in oī tpe, non tamē mouetur per loca, uel per tēpora, nec localis, nec tēporalis est. Localis nō est, quia penitus non circunscribitur loco, quia nec ita cēt in uno loco, quòd non sit in alio. Neq; diuisionē habet, sicut corpus, cui secundū locum assignatur principium, medium, & finis, & ante, & retro, dextrum, & sinistrū, sursum, & deorsum, quod sui interpositione facit distantiam circunstantium. Duobus namq; bis modis dicitur in scriptura aliquid locale, siue circumscriptibile, & econuerso. s. uel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiā facit in loco, ut corpus: uel quia loco definitur, ac determinatur, quoniam cū sit alicubi, non ubique inuenitur, quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo locale est. Spiritus uero creatus quodam modo est localis, & quodam modo non est localis. Localis quidem dicitur, quia definitione loci terminatus, quoniam cum alicubi præsens sit, totus alibi non inuenitur. Non aūt ita localis est, ut dimensionē capiens, distantiam in loco facit. Et hoc dicunt Aug. sensisse mutationē temporis tātū

esse. Diuina ergo sola essentia omnino illocalis, & incircūscriptibilis est, quæ nec locis mouetur aliquo modo. s. uel determinatione finita, uel dimensione susceptа, nec temporib. sed affectu & cognitione mouetur. His enim duobus modis, s. loco uel tempore, fit mutatio creaturæ, quæ longe est a creatore. Vnde Aug. super Gene. Deus (inquit) omnipotēs incommutabili æternitate, uoluntate, ueritate semper idē, mouet per tempus creaturam spiritualem; mouet etiam per tempus, & locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas, quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius substantiam, qua Deus est, tēporibus locisque mutabilem, siue per tempora, & loca mobilem, cum sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omni re, quia ipse est super omnia: & antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia: & nouior omnib. quia ipse idem post omnia. s. post omnium initia. Ecce hic aperte ostenditur, quod nec locis, nec temporibus mutatur, uel mouetur Deus. Spiritualis autem creatura per tempus mouetur, corporalis uero, etiam per tempus, & locū. Lib. 8. ca. 21. 23. & 20. in Tom. 3 Quòd Deus ē interior, antiquior & nouior omnib.

Quid sit mutari secundum tempus.

Mutari autem per tempus est uariari secundum qualitates interiores, uel exteriores, quæ sunt in ipsa re, quę mutatur, ut quando suscipit uicissitudinem gaudii, doloris, scientiæ, obliuionis, uel uariationem formæ, siue alicuius qualitatis exterioris. Hæc enim mutatio, quæ fit secundum tempus, uariatio est qualitatum, quę fit in corporali, uel spirituali creatura, & ideo uocatur tempus.

Opinio quorundam, quod spiritus creati nec loco moueantur, nec locales sint.

De mutatione uero loci magna inter conquirentes disceptatio uersatur. Sunt enim, qui dicunt nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum uniuersaliter remouere uolentes: quoniam secundum dimensionem tantum, & circunscriptionem locum constare asserunt, atque id solum esse locale, uel in loco esse dicunt, quod dimensionem recipit, & distantiam in loco facit. Et hoc dicunt Aug. sensisse mutationē temporis tātū Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirituali creaturæ tribuentem : loci uero & temporis, corporeæ.

Responsio ad hoc.

Sed (ut supra diximus) dupliciter dicitur esse res localis, uel circunscriptibilis. s. uel quia dimẽsionẽ recipit, & distantiam facit, uel quia loci termino definitur, quorum utrunque conuenit corporeæ creaturæ, alterum uero tantũ spirituali. Nam (ut supra diximus) corporalis creatura ita est localis, uel circunscriptibilis, quod determinatur definitione loci, & quòd dimensionem recipiens distantiam facit: spiritualis uero tantum definitione loci concluditur, cũ ita sit alicubi, quòd non alibi: sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit : quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarent locum, quo minus de corporibus Vbi supra. *continueret. Ideoque Augustinus attribuit mutationem loci* Esa. 6. *corpori, non spiritui, quia licet spiritus transeat de loco ad locum; non tamen ita ut dimensionibus circumscriptis, interpositione sui faciat distantiam circunstantium, sicut corpus.*

Conclusio, qui ex spiritibus locales sint.

Sunt ergo spiritus creati in loco, & transeunt de loco ad locum, & quodammodo locales, & circunscriptibiles, sed non omni eo modo, quo creaturę corporeę. Spiritus autem increatus, qui deus est, in loco quidem est, & in omni loco, sed omnino illocalis est, & in circumscriptibilis. Vnde Beda super Lucam ait, Cum ad nos angeli ueniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen ante deum interius per con-
templationem assistant, quia etsi angelus est spiritus circũ
Et Gregorius Hom. 34 sup Luc. 15 *scriptus, summus tamen spiritus, qui deus est, incircunscriptus est: intra quem currit angelus quocunque mittatur.*
c. Li. 4 S. S. 1. c. 9. 10 *Ecce hic dicitur, quia spiritus angelicus circumscriptus est, spiritus autem, qui deus est, incircunscriptus. Alibi etiam*
Esa. 6. *Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum increatum, & spiritum creatum, dicit Seraphin de loco ad locum trã sire, inquiens ita in Lib. de Trin. dixit Esaias, quia missus est ad me unus de Seraphin. Et spiritus quidẽ sanctus dicitur missus, sed Seraphin ad unum, spiritus uero ad omnes. Seraphin*

phin mittitur in ministerio, spiritus operatur mysterium. Seraphin de loco ad locum transit; nõ enim complet omnia, sed ipse repletur à spiritu. Hic apertè ostenditur, quod angeli quodam modo locales sunt.

Confirmat Deum esse ubique sine locali motu.

Fateamur itaque diuinam naturam pro immensitate Ca. 11. *sui nusquam deesse, eamque solam omnino illocalem, & omnino incircunscriptibilem, nullo concludi loco, sed à fine usque ad finem attingere, non tamen spaciosa magnitudine, nec locali motu, sed immensitate, atque immobilitate suæ essentiæ. Vnde Augustinus ad Dardanum ait, Non quasi spacio sa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut lumen aut lux ista diffunditur, sed potius sicut in duobus sapientibus, quorum alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est: una sapientia est, nec est in maiore ma-* In to. 8 in enarratione psalmi 147. sup illud uelociter cur. *ior, nec in minore minor, nec minor in uno quàm in duobus: ita Deus sine labore regens, & continens mundum, in cœlo totus est, in terra totus, & in utroque totus, & nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus. Idem quoque super Psalm. ait, Ad uerbum Dei pertinet non esse in parte, sed ubique esse per seipsum: hæc enim est sapientia Dei, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, non tamen motu locali, sed immobilitate sui: ueluti si moles aliqua saxea impleat aliquem locum, dicitur quod attingit a fine illius loci usque ad finem, cum tamen alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet motum localem uerbum illud, & sapientia illa solida est, & ubique. Ex prædictis innotescit, quòd Deus est ita ubique per essentiam, quòd non spaciosa magnitudine diffunditur, nec uno deserto loco alium occupat, quia localem motum non habet. Ideoque Augustinus uolens præscindere a Dei puritate omnem localem motum, & localem circunscriptionem, potius dicit omnia esse in illo, quàm ipsum esse alicubi, nec tamen ip-* In to. 8 q. 10. *sum esse locum, qui non est in loco, in Libr. 83. quæst. ita inquiens. Deus non alicubi est, quod alicubi est, continetur loco, quod continetur loco, corpus est, Deus autem nõ est corpus: non ergo alicubi est, & tamen quia est, & in lo-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

eò non est, in illo sunt potius omnia quàm ille alicubi, nec tamen ita in illo, ut ipse sit locus. Locus enim in spatio est, quod longitudine, & latitudine, & altitudine corporis occupatus, nec Deus tale aliquid est, & omnia ergo in ipso sunt, & locus non est, nec in loco est: locus tamen Dei, sed improprie, dicitur templum Dei, non quòd eo contineatur. Id autem nihil melius quàm anima munda intelligitur. Ecce hic dicit Deum non esse in loco, sed intelligendum est eum non esse in loco localiter, scilicet quia nec circunscriptionem, nec localem motum habet.

Oppositio, quòd Deus mutetur loco.

Ad hoc autem solet opponi sic. Quotidie fiunt creaturæ, quæ ante non erant, in eis Deus est cum ante non esset in eis: est ergo ubi ante non erat, ideoque mutabilis esse videtur. Sed licet quotidie incipiat esse in creaturis, in quibus ante non erat, quia illæ non erant, hoc tamen fit sine sui mutatione, qualiter in mundo cœpit esse quem fecit, tamen sine sui mutabilitate: & similiter desinit esse in quibus ante erat sine sui mutatione, nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse.

Epilogus.

Iam sufficienter demonstratum esse uidetur, quomodo omnia dicantur esse in Deo, & Deus in omnibus, quàm dispectionem quasi incidenter suscepimus, quia id videbatur postulare res, circa quam noster uersabatur sermo. Differebamus enim de scientia, siue sapientia Dei, & cum diceremus Deum scire omnia, quæsitum est, vtrum propter cognitionem quam de omnibus habet, dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ergo qõnis occasio in præmissam nos deduxit disputationem.

Dist. 35.

Epilogus.

SVPRA ostendit Magister qualiter Deus sit in locis, & in rebus omnibus, & quoniam ad existentiam in loco sequitur circunscriptibilitas, & locabilitas in creatura locata: ideo inrendit hic, a Deo has conditiones remouere. Et diuiditur hec pars in duas. In prima ostendit Deum incircunscriptibilem, & immutabilem. In secunda uero concludit, & per auctoritates confirmat, ibi. *Fateamur itaque diuinam naturam &c.*] Prima pars habet quatuor partes. In prima ostendit, q̃ immobilitas, & incircunscriptibilitas conuenit deo. In secunda hoc remouet a natura angelica, & oĩ natura creata, ibi. *Spiritus uero creatus quodammodo &c.*] In tertia ponit opinionem quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moueri loco, nec esse locales, ibi. *De mutatione uero loci, &c.*] In quarta suam cõclusionem infert: q̃ solus spũs increatus est incircunscriptus, ibi. *Sunt ergo spiritus creati &c.*] Item secunda pars, in qua suam resumit cõclusionem, ut addat, habet tres partes. In prima concludit prędeterminata, & auctoritatibus confirmat. In secunda uero mouet oppositionẽ, & soluit illam: ibi. *Ad hoc autem opponi &c.*] In tertia breuiter epilogat prędeterminata, & ostendit rationem situs præsentis capitulo ibidem. *Iam sufficienter demonstratum est &c.*]

Dub. 1. NEque *dimensionem habet sicut corpus &c.*] Videtur male dicere, quia dr̃ Ephe 3. ut possitis comprehendere cum oĩbus sanctis, quæ sit lõgitudo, &c. & glosa exponit illud de deo. Respo. Magr loquit̃ proprie ad literã: sed Apostolus loquit̃ metaphorice. Vnde multipliciter exponũtur illa uerba. In deo. n. longitudo ẽ lõganimitatis, latitudo charitatis, sublimitas misericordię, & profundum iustitiæ, siue sapientię, quãtum ad dei iudicia.

Dub. 2. *Mouet etiam per tempus, & locum creaturam corporalem &c.*] Videtur mala ista diuisio Aug. Primo, quia a Philosopho nulla ponitur mutatio secundum tempus. Et iterum sua diuisio non uidetur sufficiens, quia Philosophus ponit sex species motus. Respo. Dicendum, q̃ secundum Philosophum omnes species motus ad hunc duplicem motum reducuntur. s. ad motũ ad situm, & ad motum ad formam. Augu. autẽ motum ad situm intelligit per motum secundum locũ, qui ẽ entis completi & perfecti: siue de innouatione circa qualitatem, siue proprietatem substantiæ, eatenus qua ad situm est, nisi pariter sit ad formam: motum autem ad formã, qui subdiuiditur per quinq; species comprehendit sub mutatione secundum tempus: propter hoc, q̃ de se dicit mensurã uariabilem, & rei uariabilis. Vndę omnem mutationem, quę est secundum proprietates rei absolutas, & intrinsecas, siue secundum qualitates corporales, siue secundum spirituales, ut sunt affectiones in animabus, ipse uocat mutationem secundum tempus, & ita patet ratio diuisionis, & sufficientia.

3. Phys 6. et in Poster edicã.

8. de trin. c. 26. a

Dub. 3. *Spiritualis autem creatura per tempus mouetur &c.*] Videtur falsum dicere, quia spũalis creatura mensurat̃ æuo, cũ sit ppetua, ergo si mouet, non per tps mouetur, sed per æuum. Item. intellectus angelicus est deiformis, sicut uult Philosophus: ergo intelligit ĩ ista, pari rõne, & afficit: nõ ergo ĩ tpe. Præterea, tps per prius & posterius ẽ mẽsura motus prĩ mobilis: ergo illud solũ mẽsurat̃ tpe qđ subiacet illi motui. sed tale nõ est angelus, nec eius motus: ergo &c. Respo. Ad pñs notãdũ, q̃ tps uno mõ dr̃ p prie, & sic dicit mensuram rei mutabilis inquantum mutabilis

4. phys. 101.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis,tamen sub rõne continui, & qñ motus primi mobilis est motus maxime euidẽs, & cõtinuus inter oẽs, iõ tps hoc mõ dr̃ proprie esse in primo mobili, sicut in subiecto, in quo primo est,& in quo primo apparet. Alio modo dicitur tempus mensura cuiuslibet rei mutabilis, secundũ q̃ mutabilis, siue moueat instãtanee, siue continue: & sic non tantum est in motu primi mobilis,& in his,quę ei subiacent, sed etiam in omni creato, circa qd̃ accidit uariatio,& sic est i angelis. Et per hoc patent obiecta.

Quod enim obiicit de æuo.

Dicendum, q̃ æuum est mensura angelorum qnantum ad esse substantiale, quod est inuariabile,& incorruptibile, sed tempus quantum ad proprietates, q̃ uariantur,& quædam subito,quædam successiue,sicut patet in angelis per naturam paulatim intendi aliquam affectionem, & sic patent cętera.

Dub. 4 *In duobus sapientibus quorum alter altero, &c.*] Videtur falsum dicere,quod eadem sapiẽtia est in duobus neq; maior,neq; minor,quia sapia est accidens, & qualitas sapientis, & accidens p̃ substantiam numerat. Resp. Dicendũ, q̃ ad hoc uoluerunt aliqui dicere, q̃ eadem sapientia creata esset in duobus sapientibus,& hoc dant intelligere per duas suppositiones. Vna est q̃ species rei in anima non differãt p̃ essentiam a re extra. Alia suppositio est, q̃ eandem rẽ nosse possunt duo sapientes,scilicet unum enunciabile, quod dictũ est singulare: & hoc ultimum non indiget persuasione: sed prius, q̃ species in anima non differat a re extra secundum essentiam,ostendunt sic,quia per eadem res cognoscitur,per quæ res habet esse:si ergo per formã suam habet esse: ergo & cognosci,& forma rei uere est in anima: & cum intellectus sit sciens per illam formam,& contingat aliquos duos omnino idem scire,& cogitare, illa non est tantum uera forma,sed etiam una. Et q̃ hoc uerum sit,persuadent per hoc: q̃ si forma põt fm ueritatem consimilẽ formã in materia producere,& seipsam facere in aliena materia,quare non est simile in aĩa,quę habilior est ad recipiendũ? unde & hoc dicunt sensisse Aug. Vnde dicunt, q̃ sapientia non est ad modum aliarum proprietatum. Sed hæc positio deuiat ab Aug. quia Aug. uult, & alii sancti, q̃ esse in pluribus omnino distinctis nõ conuenit uni, & eidẽ creaturę, nisi per miraculum: & ideo positio ista sup̃ falsum fundatur,& sumpta est. Quia si ueritas asini esset in aĩa,quare non diceret aia esse asinus? Et iterũ. Si esset ueritas,adhuc nõ esset eadem, quia nulla forma cum generat se, generat se omnino eãdẽ,sed de necessitate pluificatur essentia in generante, & genito, præter q̃ in Deo:& ideo non ualet ad p̃positum. Et iõ secundus modus dicendi est, q̃ Aug. intelligit de sapia increata, quæ est in sapientibus, & attingit ubiq; propter suĩ mundiciam. Sed cum Aug. intẽdit ponere exemplũ in creaturis, non uidet adhuc hoc esse fm eius intellectum. Et iterum ipse dicit, q̃ ipsa sapientia est æqualis in duobus, q̃ sunt æqualiter sapiẽtes, non autem i aliis: ergo uidetur loqui de habitu. Et ideo est tertius modus, q̃ ipse loquitur de unitate per conformitatem. Sed illud adhuc nõ est sufficiẽter dictum, quia tũc maior esset i duobus, quàm i uno: sicut patet in duobus diuitibus, qui sunt in diuitiis conformes, & æquales. Propter hoc dicendum, q̃ similitudo, siue intentio in aĩa habet comparari ad animam, in qua est, & ad illud cuius est, & quoniam ortum habet ab eo, cuius est, & ad illud dicit, ideo similitudines unius rei in animabus pluribus, qui in unã, & eandem ueritatem ducunt, tantum una, quãtum duæ: hinc est, q̃ per comparationem ad illud, cuius sunt, habẽt unitatem: nec maius sunt duæ quàm una, similiter nec sapientia. Sed in comparatione ad animas, quę p̃ illas cognoscunt habent pluralitatem, & plus sunt duę quàm una, & ideo patet q̃ non potest poni omnino simile, qa res differunt ab intentione, siue simili tudine sua, in deo autem in quo non differunt, pateṇ est, quòd unus potest esse in multis, & sic patent cętera obiecta.

Aug. ad Dard. epist.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An Deus localis sit?

AD intelligentiam huius partis, duo principaliter quæruntur. Primò quæritur de circumscriptibilitate, siue localitate Dei. Secundò, de mutabilitate spiritus angelici per locum: hæc enim duo prosequitur in litera.

Quantum ad primum articulũ, quęruntur tria. Primò quæritur, utrum Deus sit localis intra locum. Secũdò, utrum sit mutabilis de loco ad locum. Tertio, utrum sit separabilis a loco, siue sit extra omnem locum.

Articulus immediate præcedentibus.

QVOD Deus sit localis, ostenditur hoc modo. Esse in loco,& esse locatum conuertuntur: sed Deus est in loco (ut in præcedentibus probatum est:) ergo Deus est locatum: sed omne locatum est locale: ergo Deus est localis. ITEM. Quod est in uno loco tantum, locale est: ergo si plus possunt omnia loca, quàm unum,& magis sapit naturã rei, quod habet, esse i toto, q̃ qd̃ in parte habet, multomagis est locale quod est in omni loco, sed deus est in omni loco; quia ubique: ergo uł maximè esse localis. ITEM. Deus est ubique: ergo est hic, sed quod hic ẽ, est in loco determinato, & qd̃ est in loco determinato, est locale, ergo &c. ITEM. Deus est in loco aliquo determinato; aut ergo secũdum totum, aut fm partem: si fm partẽ ergo habet partem & partem, quod est inconueniens. Si secũdum totum, sed quod fm totum est in aliquo, comprehẽditur ab illo, & quod comprehenditur ab aliquo loco determinato, est locale: ergo deus est localis.

CONTRA. Magr̃ i litera. localis nõ est, quia penitus nõ circũscribitur loco. ITEM. Ratione p̃batur sic. Nihil dicitur temporale, nisi quod exceditur a tempore. Temporalia enim i tpe sunt corruptibilia: ergo nihil dr̃ locale, nisi qd̃ exceditur a loco: sed

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus nō exceditur a loco: ergo &c. ITEM. Locus ē accidēs: ergo non denominat illud, nisi ad qđ cōparatur, ut accidēs: sed ad deum non potest comparari ut accidens: ergo non denominat deum: ergo deus non est localis. ITEM. Locus est quantitas cōtinua diuisibilis, punctus autem est principium quantitatis indiuisibile: ergo magis conuenit cum deo punctus, quàm locus quantum ad proprietates: sed deus non dicitur punctualis nisi impropriè, & falsè; ergo nō debet dici localis.

RESOLVTIO.

Deus cum ita sit præsens loco, ut a loco nihil recipiat: minimè localis dicendus est.

RESPON. Dicendum, ꝙ locale, dr quod sequit leges loci: sicut temporale quod sequitur leges temporis. Leges autem loci sunt quantū ad actum continēdi, mēsurandi, saluandi, terminandi: secundum quas locus se habet ad locatum per modum impartientis: & locatū se hēt ad locum p modum suscipiētis. Et qm̄ deus sic est præsens loco, ut nihil ab eo oīno recipiat, sed solum eius indigentiā suppleat, & dat loco uirtutem continendi, & locato uirtutem replendi: hinc est, qđ deus nullo mō dicendus est localis, sicut dicit Magister in litera, & rationes ad hoc inductæ concedendę sunt.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, ꝙ esse in loco, & esse locatum conuertūtur. Dicendum, ꝙ conuertantur ratione materiæ circa ipsum corpus, tamen ratione uirtutis uocabuli non. Nam hęc determinatio, ī loco, ad hoc quod habeat ueritatem locutionis nō exigit, nec ponit nisi præsentialitatem, & indistantiam: sed esse locatum ponit ambitum, & continentiam: esse locale ponit idoneitatem ad proprietates loci, & idigentiam aliquam: & iō hæc conceditur; deus est in loco quamuis aliquid habeat impropriętatis, propter hoc quòd hęc præpositio [in] uiderur importare continentiam ambientem; sed hæc est magis impropria, deus est locatus, & adhuc ista ē pius impropria; deus est localis, & ideo non est recipienda, sed exponenda. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ est in uno loco, est locale. Dicendum, ꝙ illud est, quia locus superexcellit ipsum locatū. Vnde illud determinat, & definit; sed quando est in omnibus, ipsum superexcellit omnia loca. Et ideo super hoc non tātum possunt omnia loca, quātum potest unus locus super illud, quod est tantum in uno loco; & ideo non est localis dicendus deus. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, quod deus est hic, &c. Dicendum, ꝙ [hic] potest teneri dupliciter. Aut demonstratiue tātum, aut demōstratiue; & dicitur demonstratiue. Si tantum demonstratiue, sic uerum est, deus est hic, quia non est signare locum, cui deus non sit prę̄sens. Si autem dicitur demonstratiue, falsum est esse hic, & nō sequitur ex prima, & hoc sēnsu ꝙ cedit ista ratio. AD ILLVD, ꝙ quæritur, aut deus est secūdum totum, &c. Dicendum, quòd in deo sunt simul simplicitas, & infinitas: quando ergo apponitur, circa deum nomen importans totalitatem, potest dupliciter apponi, uel ratione simplicitatis, & sic privat partem, & partem: & sic significatur per nomen, ut si dicatur, totus deus: & quoniam deus in omni loco simplex est, & quodlibet est capax simplicitatis diuinę, ideo ratione simplicitatis deus est in quolibet totus. Potest iterum totalitas apponi ratione infinitatis, & hoc fit per aduerbium, ut si dicatur, deus est totaliter ī loco hoc. sine secūdum totum: & sic cum diuina infinitas a nullo loco includatur, deus in nullo loco est secundum totum. Quando ergo quæritur aut secundum partē, aut secundum totum. Dicendū, ꝙ non diuidit per immediata; quia deus non secundum partē: quia simplex, nec secundum totum: quia infinitus, & ideo dicē dus est totus in quolibet loco, non tamen totaliter.

QVAESTIO II.

An Deus secundum locum mutabilis sit?

VTRVM Deus sit mutabilis secundum locum. Et quod nō, uidetur sic. Magister in litera dicit, & accipit ab Augustino super Gen. Deus est in omni tempore, & in omni loco, non tamē mouetur per loca, uel tempora. ITEM, Ratione ostenditur: quia motus est actus imperfectus; sed in deo nulla est imperfectio: ergo nec secundū locū mutatio. ITEM. Per oēm motum aliquid acquiritur: sed deus nullum locū potest acquirere: qa est ubiq; ergo impossibile est deum ēm locum mutari. ITEM. Nobilior dispositio est quies, quam motus; sed qđ nobilius est, deo est attribuendū: ergo impossibile e deū secūdum locum mutari: sed sem per quiescit.

CONTRA. Aug. ad Orosium, deus mouet se sine tempore, & loco: ergo uidetur, ꝙ deus mouetur; sed perfectissimus motuum est motus secundum locum: ergo &c. ITEM. Isidorus, Cum sit illocalis deus, localiter tamen ambulat in sanctis: ergo saltem uidetur mutari per accidens. ITEM. Hoc uiderur ratione: quia mouentibus nobis, mouētur ea, quæ in nobis sunt. Hoc dicit Philosophus: & dicit propter formas; quæ non sunt ī uno determinate: ergo si deus est in nobis, deus mouetur in nobis saltē secundum accidens. ITEM. Quamuis deus quantum ad existentiam, per essentiam non determinet locum, tamen quantū ad habitationem diffinire est in aliquibus, ita ꝙ non in aliis; ergo saltem quantum ad hunc modū est mutabilis. *Ex. 2. Topic. cap. 3.*

RESOLVTIO.

Nullatenus, idque propter summam suam simplicitatem.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dicit Magister in litera. Deus nullo mō mutat per locū; & hoc uerum est: qa nec per se, nec p accidens mutat, & hoc est pp̄ summā immensitatē; qa adest oībus, & nulli abest; & si incipiat esse in re, uel desinat, hoc solum est secundum rei mutationē, non secundum mutationem eius; ut puta, si aere illuminato intelligatur creari crystallus, radius incipit esse in ea, & crystallo amoto, desinit esse, nulla facta mutatione in radio.

AD ILLVD, ergo qđ obiicit, ꝙ deus mouet se, &c. Dicendū, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ Auguſt. non dicit ſimpliciter, q̄ mouet ſe, ſed cum his additionibus, ſine tempore, & loco. Et q̄m omnis motus ſecundū Auguſtinū cōprehenditur ſub mutatione ſecundum tempus, & ſecundum locum: ideo tātum eſt hoc, quantum eſt dicere, mouet ſe ſine motu, & ita nō mouetur uere, nec implicatur contradictio. Sed cum in motu ſint duo, ſcilicet quod eſt actus, & qđ eſt uariatio, ſiue imperfectio, uult dicere Auguſtin. q̄ mouet ſe ſine motu: qa ſemper eſt in actu, ſed non ita in actu imperfecto, imo perfecto. Quod dicit Iſidorus eſt intelligendum merapho rice, uel cauſaliter: quia ſanctos facit ambulare per fidem de uir-
2. Top. tute in uirtutem. Ad illud, cap. 3. quod obiicitur, q̄ mouentibus nobis, &c. Dicendum, q̄ illud non habet ueritatem niſi in illis, quæ ſunt in aliis per dependentiam, & diffinitionem: unde quia radius eſt in aere, & nō dependet ab aere: ideo non mouetur moto aere: & quia anima eſt in manu, nec diffinitur manu, ideo non mouetur mota manus Deus autem non dependet a rebus, nec diffinitur: ideo nō mouetur ad motum rerum. Ad illud, quod obiicitur de habitatione Dei, dicendum, q̄ determinate eſt in aliquibus, non rōne immenſitatis, ſed rōne influentiæ gratiæ: & ideo non determinatur ipſe Deus, ſed effectus tantum: hinc eſt, q̄ non per ſe, nec per accidens mouetur, nec mouueri poteſt: quia a nullo dependet, nec dependere poteſt, a nullo diffinitur, nec poteſt diffiniri: & non ſolum non eſt impoſſibile: ſed etiam non intelligibile. Obiiciet autem aliquis ſic: intelligamus corpus egredi a loco, nullo introeunte, tunc remanet uacuum: aut ergo ibi eſt Deus, aut non. Si ſic: ergo in eo eſt qđ nihil eſt, quod ſtultum eſt dicere. Si non eſt, & ibi prius fuit: ergo uidetur eſſe mutatus, ſaltē per accidēs: ergo uidetur quòd Deus exeat cum re, & cū re alia ingrediatur: quia ſi res tantum exiret, Deus exiret. Ad hoc reſpondeo, q̄ ſi per impoſſibile ponatur locum euacuari, tunc remanere intelligitur capacitas loci priuata: capacitas aliquid eſt, & in illa Deus eſt, priuatio autē nihil eſt, & in illa Deus eſſe non pōt: non ergo deſinit Deus eſſe ab eo, quod remanet poſt receſſum corporis: ſed cum res priuatur, aufertur comparatio eius ad Deum. (Quod enim nihil eſt, nullam habet comparationem) ſed cum res mouetur, Deum nō dimittit, nec ad Deū accedit, nec Deus cū re uenit: quia ſic eſt in re, ut ſit extra rem idem: ió nec res eum dimittit, nec nouū ióuenit. Et hoc eſt intelligibile, ſi quis pōt intelligere, Deum ſic immenſum, ſimplex, & infinitum. Quia. n. eſt immenſus: ita eſt extra, q̄ extra: quia ſimplex, ſecundū unum & idē eſt intra, & extra: quia infinitus: ió nec dimittitur, nec acquiritur aliud in re, nec ab ipſo itur ad ipſum eū dimittiē, ut alibi, & alibi inueniat.

Quæstio III.

An Deus extra omnem locum exiſtat; ab omnique loco ſeparabilis ſit?

Vtrum ſit Deus ab omni loco ſeparabilis, uel extra omnem locum nihil eſt: ergo ſi Deus eſt extra omnem locum: ergo nihil eſt, uel in nihilo. Item. Hoc quod eſt (extra) aduerbium loci eſt: ergo ſi Deus extra omnem locum eſt, eſt in loco, & præter omnem locum, ſed hoc eſt falſum & non intelligibile: ergo Deus non poteſt nec re, nec intellectu ſeparari ab omni loco. Item. Cum dicitur, Deus eſt extra mūdum. extra, aut ſtat pro aliquo, aut pro nihilo. Si pro nihilo: ergo chimæra eſt (extra) mūdum. Si pro aliquo: ergo uel pro creato, uel increato. Nō pro creato, conſtat: ergo pro increato, ergo eſſe extra mundum, eſt eſſe in Deo: ſed omnia ſunt in Deo: ergo omnia ſunt extra mundum. Item. In nullo eſt Deus, q̄ non ſit in ipſo: ſed nihil quod ſit extra mundū eſt in Deo: ergo Deus non eſt extra mundum.

Contra. Quòd locus poſſit ſeparari a Deo ſecundum intellectū uidetur: quia poſſibile eſt ſecundum intellectum locū priuari omni locato, & remanere uacuum: ſed uacuum eſt priuatio, Deus aūt in nullo eſt qđ nō ſit in ipſo: priuatio autē non eſt in Deo: nec Deus in priuatione: ergo nec in uacuo, & ſic eſt ſeparabilis a loco. Item. Quòd Deus ſeparetur a loco ſecundū rem, uidetur: quia ſicut ſe habet Dei æternitas ad omne tempus: ita & immenſitas ad omnem locum: ſed Dei æternitas fuit ante omne tempus: ergo Dei immenſitas fuit extra omnē locum: ſed quod eſt extra aliquid, eſt ſeparatum ab eo: ergo &c. Item. Si Deus eſt tantum in locis creatis, cum illa ſint finitæ dimenſionis, & quod commenſurat ſe finito eſt diffinibile, & finitum: ergo Deus eſſet finitus. Item. Deus eſt adeo bonus, quòd melior cogitari non poteſt: ergo adeo magnus, & immenſus, q̄ maior eo cogitari non poteſt: ſed toto mū do pōt cogitari linea maior, ſi intelligatur protendi extra circunferētiam cœli: ergo ſi ibi eſt Deus, Deus eſt extra, aut non eſt maximum. Item. Angelus pōt eſſe extra mundum, ſed nō extra Deū, ergo Deus eſt extra mūdū.

Resolvtio.

Deus per independentiā & re, & intellectu ab omni loco ſeparabilis eſt: ſicut etiam per exceſſum & excellentiam ſuæ diuinæ immenſitatis & æternitatis extra omnem locum eſt.

Resp. Dicēdum quòd aliquid ſeparari ab alio, eſt dupliciter, uel ſecundum diſtantiam, uel ſecundum independentiam. Primo modo aliqua duo, quæ ſunt in eodem loco ſeparantur, cum unum elongatur ab alio: & hoc modo impoſſibile eſt eſſe, nec intelligi Deum ſeparari ab oi loco: nam iſta ſeparatio includit diſtātiam ſpatii, & hoc de neceſſitate includit locum: & ita implicātur duo oppoſita. ſ. q̄ Deus ſit in loco, & diſtet ab omni loco. Si autem loquamur de ſeparatione per independentiam, & ſic dicendum, quòd Deus & re, & intellectu eſt ſeparatus a loco: qa in ſeipſo omnino eſt indepēdēs a loco, ſicut ante productionem loci: locus autem econtra nō eſt ſeparabilis a Deo nec re, nec intellectu, ſicut probant rationes ad hoc inductæ. Similiter, cum quæritur, utrum Deus ſit extra

omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem locum: dicendum, quòd (extra) uno modo dicit situm, & positionem, & sic est impossibile: sicut impossibile est, si (ante) dicit tempus, quod sit ante tempus. Alio modo (ante, & extra) dicunt excellum, & superexcellentiã diuinę immensitatis & æternitatis respectu temporis, & loci; & sic concedendum, q̃ deus est ante tempus, & extra oẽm locum: nec ex hoc sequitur, q̃ separetur a loco, sed q̃ summa immensitas superexcedat omnem locũ, nec ad illud arctat: Et hoc uult dicere Gregorius, q̃ deus est extra omnia, non exclusus: quia nõ distat: & intra omnia nõ inclusus: quia non arctatur: quia in seipso est omnino immensus: ita q̃ extra ipsum nihil potest esse, nec cogitari, siue nihil potest cogitari ita immensum, sicut deus est in seipso. Ex hoc patet sequẽs: qa q̃ non est extra, non est propter limitationem suam; sed loci defectionem.

Ad illvd, quod obiicitur de linea. Dicẽdum, quòd statim dum intelligitur aliquid extra mundum, ex hoc datur intelligi quòd deus sit ibi. Sicut si intelligatur nouus mundus fieri, absque dubio deus esse in illo, tamẽ non sequitur quòd ibi sit; quia illud nihil est. Similiter si fieret angelus extra, tunc est extra nõ secundum motum suũ, sed angeli. Sed forte hoc est magis fictionis, quam ueritatis, quòd angelus extra un iuersum exeat, sicut patebit. Attamen illud cogitandum est, quòd diuinum esse sicut non potest cogitari habere terminum in duratione; sic non potest cogitari, nec debet habere terminum in existentia, & præsentialitate. Et sicut non potest cogitari habere intercisionem in duratione, sic nec in præsentialitate. Hic intellectus est habendus: caueat tamẽ qualiter qs imaginetur, & exprimat per sermonem.

Apt. seq.

ARTICVLVS II.

Qvæstio I.

An angelus localiter moueri possit sine corpore?

Consequenter de secundo articulo quæritur, scilicet de mutabilitate angeli, & circa hoc quæruntur tria. Primo quæritur, utrum angelus possit moueri localiter sine corpore. Secundo quæritur, utrum moueatur per medium, uel non. Tertio, utrum pertranseat medium modo subito, uel successiuo.

Quod Angelus non possit moueri sine corpore ostenditur sic. Bernar. super Can. Discurrere, & de loco ad locũ transire, non est nisi corporum; ergo si hoc conuenit Angelo, non conuenit nisi per corpus assumptum. item. Ratione uidetur; quia quòd mouetur, aut mouetur per se, aut per accidens. Sed Angelus non mouetur per se localiter, quoniam hoc est proprium corporum, & illi soli inest res per se, cui inest proprie, ergo si mouetur, hoc est per accidens; sed quod per accidens mouetur, mouetur alio motu, ut nauta mota naui: ergo uidetur quòd Angelus non possit moueri nisi mo-

re corpore, & ita corpore assumpto. item. Omne, quod mouetur, mouetur propter indigentiam: sed in Angelis beatis nulla est indigentia: ergo &c. Si tv dicas propter indigentiam nostram: ergo eireũ scripta indigentia nostra, non uidetur q̃ Angelus possit moueri: si ergo indigentia nostra nullam dat uirtutem Angelo, patet &c. item. omne, q̃ mouetur, differt a motore, sicut patet Philosophus: sed Angelus non distat a se: ergo Angelus non mouetur a se, nec ab alio: ergo nõ potest moueri nisi mo uendo aliud, sicut mouendo corpus.

Lib. 1. Cæ. 17

Contra. Heb. 1. Omnes sunt administratorii spũs missi propter eos &c. sed aliquod ministeriũ consequuntur sine corpore, ut suggerere bona, & reuelare secreta, & huiusmodi, ergo possunt sine corpore moueri. item. Dam. Confestim inuenitur, ubi diuinus iusserit nutus, uelocitate naturæ: si ergo uelocitas est dispositio ad motũ, ex sui natura sunt mobiles. item. Angelus in uno loco tãtum est: & ibi est, ubi operatur: ergo uirtus eius aut est ad unum tantum arctata: aut si nõ est arctata, nec substantia est arctata ad unum locum: sed non põt esse in pluribus: ergo cũ in uno loco est, est in potẽtia ad alterũ: sed q̃ ẽ in potẽtia ad unũ, non fit actu in illo nisi per motũ fm locũ: ergo &c. item. Qđ moueatur sine corpore assumpto, ostendit per simile in aĩa. Aĩa. n. exuta a corpore fertur in cœlum, uel descendit in infernũ localiter: sed constat q̃ aĩa non assumit aliud corpus quã suũ: ergo mouet sine corpore: ergo pari rõne Angelus. item. Angelus in empyreo põt esse sine corpore, pari rõne, & ĩ terra, ergo si per eandẽ uim, p q̃ quiescit in terra, facit se esse in terra, siue transfertur: ergo videtur quòd sine corpore.

Resolvtio.

Angeli [testimonio sacrorum Bibliorum] nedum in se, sed & in corporibus assumptis mouentur: cum non minoris uirtutis sint cũ corpore assumpto, quãm sine eo.

Resp. Dicẽdum, q̃ Angelus [sicut dicit scriptura] hẽt moueri: mouetur aũt nõ solũ assumpto corpore: sed ẽt corpore non assumpto: cũ non sit minoris libertatis, nec uirtutis: nec nobilitatis sine corpore quã est cum corpore. Ad intelligentiam autem obiectorũ est notandũ, q̃ sicut esse ĩ loco est duplr, siue ēs se locale, sicut tangit Magr in litera s. quia circunscribit, & qa diffinit: & illud proprie est locale q̃ circunscribitur, aliud aũt quodammodo est locale, quodammodo nõ. Ita moueri per locũ: uno modo est per circumscriptionem ferri de loco ad locum, & sic est tm corporũ: Alio modo moueri est minus, ppric, fm diffinitionem transire, & sic est spirituum proprie: ergo per circumscriptionem non mouet angelus nisi corpore assumpto, minus proprie per diffinitionẽ mouet Angelus ẽt sine corpe.

Ex hoc patet rõsio ad primũ obiectum: quia Bern. accipit discurrere, & transire sc̃m

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprietatem loci, quæ est circũ scriptio. AD ILLVD ergo, quod quæritur, utrum per se, aut per accidens, Dicẽdum secundum prædictam diuisionem de motu: secundum primum motum, non mouetur spirituale nisi per accidens. s. alio moto. Sicut. n. nauta mota naui mouetur, sic spiritus moto corpore in quo ẽ. Quantum ad secundum motũ, sicut Angelus per seipsum, & sine corpore diffinitur loco, ita per seipsum transfertur: ita ꝙ non alio mouente, nec per aliũ motum: ipse autem obiicit de primo motu tantum, qui per se conuenit corpori soli. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ omne ꝙ mouetur, mouetur ꝓp indigentiam. Dicendum, ꝙ illud uerũ est in motu naturali, in quo natura non mouet nisi per appetitum alicuius rei, qui ponit imperfectionem in natura: quia natura habita perfectione sua, quiescit: sed non est uerum in motu uoluntario, in quo mouetur aliquis, siue ꝓp aliud acquirendũ: siue ad uirtutem demonstrandam: sicut mouetur miles in stadio. Vel dicendum, quòd illud uerum est in oĩ motu [generaliter accipiendo indigẽtiam ad suam indigentiam & alienam] quantum ad illud cuius priuatio ponit imperfectionẽ, uel cuius priuatio nõ iperfectionẽ ponit: sed limitationẽ: & sic est in Angelo. Angelus enim uolens aliquid operari in terra, indiget transire ad terram: quia non potest simul esse in cœlo, & in terra, propter hoc quòd habet uirtutem finitam: & sic patet illud quòd limitatio non repugnat summæ perfectioni creaturæ. AD ILLVD, quod obiicitur, quod omne ꝙ mouetur, differt a motore, dicendum quod in naturali motu uerum est, ubi nihil mouetur, quia nihil reflectitur supra se ꝓp alligationem cum materia, sed non est uerũ de uoluntate, quę est instrumentum seipsum mouens: & uirtus, quæ est in substantia spirituali, potest supra substantiã reflecti: ita mouens idem est cũ mobili, tamen non secundum idem: quia Angelus habilis est ad moueri ex parte ipsius, ꝙ ẽ, siue substantiæ, uel materiæ, si habet materiam: sed ad mouere ex parte formæ: siue ipsius quo est, uel uirtutis actiuæ.

QVAESTIO II.

An angelus, dum mouetur, per medium moueatur?

VTRVM Angelus moueatur per medium, uel non. Et ꝙ per medium, uidetur. Dam. dicit ꝙ angelus cito pertransit uelocitate, & potestate naturæ: sed pertransire est per medium transire: ergo &c. ITEM. angelus mouetur a termino a quo, ad terminum in quem, aut mouetur a termino a quo, aut in termino in quo. Sed in termino a quo, est non motum esse: in terminum uero in quem, est motum esse: ergo cum moueri sit medium inter utrunque: oportet ꝙ sit in spatio intermedio. ITEM. quòd possit moueri per medium, uidetur, quia certum est ꝙ Angelus existens Parisiis potest esse Romæ eadem uirtute, & in quolibet intermedio loco, & prius in propinquiori, & deinde in singulis locis: ō sequenter se habẽtibus: sed hoc est transire per medium: ergo &c. ITEM. quandocunque inter aliqua extrema cadit medium, quod habet naturalem ordinẽ ad extrema, impossibile est ꝙ agens uirtutis finitæ possit per uenire ab extremo in extremũ sine medio: ut patet, quia inter album & nigrum est medius color, impossibile est ꝙ aliquid agens creatum faciat de albo nigrum: quin faciat per colorem medium: sed inter cęlũ & terrã naturali ordine sunt alia corpora media, ergo impossibile ẽ ꝙ a cęlo in terram ueniat, sine moueatur sine meditransitione.

CONTRA. Aug. super Gene. ad litteram, & Magister ponit in littera. Deus mouet creaturã spiritualem per tempora, non per loca: ergo quamuis fiat de uno loco in alium, hoc non est per locum medium. ITEM. Conclusio probata ẽ in Sexto Physicorum, quod impossibile est impartibile moueri super magnitudinem: sed Angelus non assumpto corpore est impartibilis: ergo &c. ITEM. Ratione uidetur, ꝙ si per transit: aut ergo per simplicia, aut composita. Si per composita: ergo est compositus. Si per simplicia, sed illa sunt infinita in quolibet continuo, & impossibile est infinita pertransire. Item. Si per simplicia, sed ex simplicibus non fit aliquod cõtinuum: ergo motus ille non erit continuus, ergo ꝓ transeundo illa, nunquam pertransit spacium: ergo si per medium mouetur, nunquam pertransit ad terminum. ITEM. impossibile est ꝙ aliquid pertranseat spatiũ maius se, quin prius pertranseat spatium minus, uel æquale: ergo si spiritus Angelicus transit per spatium, prius transit æquale sibi uel minus, q̃ maius: sed æquale simplici non est nisi simplex: sed simplex ad ditum simplici non facit maius: ergo in primo transitu tantum est ac si nihil transeat: similiter nec in secundo transitu: ergo nec in tertio, & sic nunquam pertrãsit spatium aliquantum.

RESOLVTIO.

Quidquid dicant alij, ratio dictat, auctoritas confirmat, Angelos non nisi per medium moueri.

RESP. Notandum est hic, ꝙ circa hoc diuersimode dixerũt diuersi. Quidam enim dixerunt, ꝙ cum Angelus sit simplex, nõ potest medium pertransire. Vnde mouetur ab extremo in extremum sine medio, & omnis locus ad quem mouetur, se habet ad illum per modum immediati, unde loci mutatio in Angelo non est motus, sed mutatio tantum sine medio. Sed ista opinio non uidetur conueniẽs. Certum enim est ꝙ Angelus, q̃ est custos hominis, potest ita custodire quòd nõ deserat ipsum, & sine corpore custodire potest: ergo potest inseparabiliter comitari cum: ergo hõ cum nadit per medium, & Angelus nõ deserit eum pariter & angelus uadit per medium. Et ideo fuerunt alii, qui dixerunt ꝙ angelus, & per medium, & sine medio põt moueri: qa motus eius est ad nutum suæ uoluntatis fm uirtutem diuinitus sibi collatã: & cum uult, facit se in extremũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

immediate,& cum uult,pertrā-
sit, Et ponunt simile, ꝙ intel-
lectus noster pōt cogitare de Pa-
risiis, & de Roma dupliciter,
aut ita quod immediate cogitet
de uno & post de alio, uel ita ꝙ
primo de uno,& post de uia, &
tertio de termino, & ꝙa angelo
ita facile est ferri sicut nobis co
gitare,cum non sit allegatus cor
pori,dicunt, quod sic & sic ha-
bet moueri.Sed quicquid sit de
positione,exēplum non est con
ueniens,quoniam cogitans pe-
nes se habet speciem Romæ, &
speciem Parisiorum,nec ista ha
bent situm in anima,nec ordinē
secundum situm, imo quælibet
æqualiter est præsens aspectui,
& ideo ad libitum potest de
una & alia cogitare: sed in re ē
ordo & situs naturalis, & neces
sario interiacet medium inter
unam ciuitatem,& aliam:& pro
pter hoc exemplum illud non
est conueniens. Nec propter
hoc aperitur nobis uia ad intel
ligendum : & quoniam illud ē
intelligibile aliquo modo, ꝙ fe
ratur per medium, & ratio con
cordat,& auctoritas,ideo uidet
rationabiliter illud esse dicen-
dum. Sed illud membrum qđ
dicit ꝙ possit sine medio, arbi-
tror reiiciendum : non quia af
seram esse falsum : sed quia nō
est auctoritas in promptu, quę
hoc dicat, & ratio non cogit:
imo non capit. Possibile tamen
est ꝙ deus aliquid dederit sub-
stantiis illis spiritualibus, ꝙ car
nales intellectus non capiunt.
Concedendæ ergo sunt ratio-
nes probantes ꝙ angelus mouē
tur per medium.

Ad illvd ergo, ꝙ obiici-
tur, ꝙ deus non mouet per lo-
cum Angelum. Dicendum, ꝙ
facienda est uis in uerbo secun-
dum intellectum Aug. quod pa
tet ex littera. Ipse enim spiritū
dixit non moueri per loca, quia
proprietates loci.i. circumscri-
ptionem, & dimensionem non
obtinet,cum transfertur de lo-
co ad locum, sed proprietatem
temporis,quæ est uariatio & in
nouatio aliqua,uere & propric
admittit spiritus. Nam nouæ af
fectiones succedunt spiritibus
per naturam, & cognitiones, &
ulterius illæ intenduntur, & re
mittuntur, ita ꝙ uere potest es-
se partibilitas a parte formę, si-
ue proprietates acquirendæ.

Ad illvd de Philosopho ꝙ *Aristo. phys.*
impartibile nō mouetur supra *80.*
magnitudinem. Dicendum, ꝙ
Philosophus probat,& conclu-
dit de impartibili ꝙ habet sitū
magnitudine, ꝙ est impartibile
& situatur situ impartibili hoc
non potest moueri supra magni
tudinem: quia si mouetur mo-
uet ad acquirendum situm, &
ꝙ acquiritur,per motum acqui
ritur, ita ꝙ pars post partem,&
situs impartibilis non potest ac
quiriti ꝙ pars post partem ac
quiratur: & ideo uerum est ꝙ
tale impartibile non potest mo
ueri supra ipsam magnitudinē,
sed angelus tale impartibile ē,
ꝙ non habet situm in partibili:
nec est dicere ꝙ Angelus sit in
loco impartibili sicut patebit:&
ideo demonstrationes Philoso-
phi non habent hic locum. Ad
illvd ꝙ quęritur,aut pertran *Libr. 6. d. 2. p. 3. arti. 3. q. 3.*
sit simplicia,aut compositā. Rñ.
Dicendum est ꝙ transit per cō-
positā,quia non est in loco sim-
plici

plici sed composito,hoc suppo-
no ad præsens,sed suo loco pro
babitur. Nec ualet transit per
composita:ergo ē compositus:
sicut nec ualet:anima est in cō-
posito : ergo est composita :
quia sic est in illo ut non sit
pars in parte, sed ipsum totum
simplex sit in qualibet parte,ita
tamen ꝙ istæ partes sint unus
locus. Posset tamen dici, si quis
uellet se huiusmodi implicare,
ꝙ etiam si pertransiret per sim-
pliciatnon ꝙ hoc pertransiret
infinita,& hoc patet, quia si ꝙs
imaginetur spheram moueri su
per planum, non tangit nisi in
puncto: ergo non tangit nisi ꝙ
simplicia,nec tamen pertransit
infinita actu,quoniam sphera il
la fertur super planum & non
quiescit in quolibet situ, & ita
nulli puncto se commetitur,sed
nec numerat puncta in illo: sed
cum sit in continua latione, re
spicit illa ī diuisibilia ut unita :
& ita ut sunt in continuo:& sic
cum continuum sit finitū actu,
& infinitum in potentia, & illa
potentia nō reducat ad actum,
non pertransit infinita actu,ꝙa
non respicit illa ut actu nume-
rata. Verumtamen quia exem-
plum habet calumniam, & di-
ctum non uidetur esse conso-
num dicto Philosophi,qui om
nino dicit impartibile non mo-
ueri, priori responsioni magis
adhæreo, & per illam patet se-
quens.Obiicit enim ac si Ange
lus esset in puncto,quòd omni
no falsum credo,quia non esset
in loco,cum punctus non sit lo
cus,nec sit actu in continuo,sed
hoc totum melius patebit in Se
cundo Libro.

Qvaestio III.

*An angeli medium pertranseant motu subito, uel succe-
ssiuo ?*

Vtrvm spiritus Angelicus
pertranseat medium motu
subito,uel successiuo. Et quòd
successiuo,uidetur. In aliquo in
stanti est in termino a quo, &
in alio instanti est in termino
ad quem:sed inter quęlibet duo
instantia cadit tempus mediū,
& in medio illorum instantium
est moueri: ergo moueri ipsius
Angeli est in tempore:ergo mo
uetur motu successiuo. Item.
Hoc ipsum ostenditur a parte
spatii sic. Angelus si pertransit
medium in aliquo instanti, est
in medio, & in partibus medii :
sed impossibile est ꝙ aliquod
unum (præter deum & corpus
Christi) simul & semel sit in plu
ribus locis:ergo impossibile est
ꝙ Angelus in eodem instanti
sit in toto medio & in fine: er-
go nō mouetur subito: ergo ne
cessario oportet ꝙ successiue.
Item. Hoc ostenditur a parte
uirtutis. Quia sicut uult Philoso
phus : si tanta ūirtus mouet in
tanto tempore & maior in mi-
nori,& maxima in minimo, &
infinita in nunc, ergo secundū
quod potentior est uirtus, ꝫm
hoc uelociter est motus : sed in
stans excedit tempus impropor
tionabiliter : ergo uirtus, quæ
mouet in instanti, superexcedit
illam quæ mouet in tempore,ī
finitum:sed nulla uirtus crea
ta superexcedit aliam in infini
tū,& uirtus Angelica ē creata,
ergo cū ois motus naturalis lo
calis ē successiuus, patet ꝙ mo
tus Angeli sit successiuus. Item.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si angelus moueꝫ, aut ergo mo
5.Phy. tus ille est uere motus; aut mu
7.& 9 tatio. Si mutatio: aut generatio uel corruptio: quod constat esse falsum. Si motus, omnis motus proprie dictus habet prius, & posterius, & situm & tempus, & omne tale est successiuum, ergo &c.

CONTRA. Aug. in Lib. 5. responsionum. Radius non citius peruenit ad loca propinquiora quam loca remotiora, & constat ꝙ pertransit medium: ergo si uirtus Angelica non est minus potens, sed magis, patet &c.

Ex 5. ITEM. Philosophus probat, ꝙ
Phy 12 si esset uacuum, non esset motus: sed idem facit ipsum spatiũ Angelo, ꝙ facit uacuum corpori moto, quia ei nullo modo resistit, sicut nec uacuum: ergo uidetur ꝙ ipse angelus subito ipsum pertranseat. ITEM. Omne,
4.Phy. ꝙ successiue mouetur, partim
66. est in termino à quo, partim in termino ad quem: sed omne tale est partibile: ergo necesse est angelum esse partibilem, aut non mouetur successiue. ITEM. omne, quod simul se transfert, & totum simul, non successiue mouetur: sed angelus simul se transfert, cum sit omnino simplex, ergo in instanti, & nõ successiue mouetur. ITEM. Motus successiuus est compositus & accidens, & nullum accidens compositum est in subiecto simplici: sed angelus est simplex, ergo non est subiectum motus successiui: sed mobile est subiectum motus: ergo &c.

RESOLVTIO.

Successiue, sed successione, imperfecta, propter defectum resistentiæ, distantiam medij, & uirtutis limitationem.

RESP. Dicendum, ꝙ circa hoc senserunt aliqui diuersimode. Quidam enim dixerunt, ꝙ quia angelus est simplex, & spatium compositum; ꝙ tam angelus q̃ uirtus, est spatio improportionalis, & ideo uirtus eius omnino uincit supra spatium, adeo ꝙ subito, & motu improportionabili spatium pertransit, & est huiusmodi motus supra naturam. Et quoniam difficile uidet intelligere, ꝙ pertranseat medium; quin sit in pluribus partibus medij: & ponere ꝙ subito moueatur, & sic in pluribus partibus medij, est ponere in illo motu, ꝙ sit pluribus in locis simul, & hoc omnino absurdum est dicere de angelo, sicut dicũt sancti, & philosophi, & doctores catholici in hoc cõcordant ideo dicendum est, quod angelus non mouetur per medium motu subito, sed successiuo. Propter ꝙ notandum, ꝙ in motu qui successiuus est successione perfecta, est successio ex quadruplici causa. Prima est medij distantia. Secunda medij resistentia. Tertia est partibilitas mobilis. Quarta est finitas uirtutis, eo ꝙ finite uirtutis, ꝓprie ẽ mouere in tempore maxime per medium. Quinta potest esse finitas & limitatio mobilis. Concedendum est ergo, ꝙ motus angeli per mediũ nõ est perfecta successione successiuus, qa deficit ibi resistẽtia spatij, & partibilitas mobilis: ẽ tñ successiuus rõne distãtiæ spatij, i qua nõ põt e se simul per totam: & rõne finitatis uirtutis mouentis, quæ non excedit medium improportionabiliter, ideo nec facit motum improportionalem medio omnino. Et concedendæ sunt rõnes probantes motum illum ꝙ spacium esse successiuum. Tamen prima ratio sophistica, sed alibi dissoluetur, cũ agetur de trãsitione panis in corpus Christi, ubi habet locum suum.

AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ radius non citius peruenit. Dicendum, ꝙ Aug. loquitur secundum perceptibilitatem sensus, quod sensus non percipit radiũ citius peruenire ad propinquiora loca quàm ad remotiora, nõ quia secundum rem non sit ibi uere prius & posterius. Vnde si dicatur radius moueri subito, intelligitur subito pro repente, & repentinum dr illud ꝙ habet moueri in tempore imperceptibili. Aliter etiam potest dici, ꝙ lux subito mouetur, quia motus lucis in medio non est motus localis tantũ, sed est motus diffusionis; qui est gñatio, sicut gñatur idolum ab obiecto: & qa lux simul est, & lucet; simul cũ est, generat splẽdorem, & ita in eodem instanti. Similiter de idolo itelligi potest, & sic deinceps. Vnde si simul esset homo, & generaret, in primo instanti fuisset mundus plenus hominibus, hoc modo potest respondere ꝙ nescit melius. AD ILLVD, quod obiicit de uacuo, ꝙ si esset uacuum, non esset motus. Dicendum, ꝙ circa hoc multi multa dixerunt, quorũ dicta longũ esset dicere. Nũc aũt Philosophũ sustinendo, dici põt; ꝙ si esset uacuũ, nõ eẽt motus successiuus, recte intellecto uacuo: ſm ꝙ credo Philosophum intelligere, ꝙ dicit simpliciter priuationem, si si esset uacuum ibi ubi intelligimus uacuum, ibi intelligimus nihil esse: ergo non solum deest corporis resistentia, uerumetiã nulla distantia est ibi: ubi autẽ nulla distantia est, non ẽ prope nec longe; ubi autem est motus localis, necessario est approximatio uel elongatio: ergo si est uacuum, non est motus, non ꝓpter defectum resistentiæ, sed distantiæ. Sed quoniam medium comparatum ad Angelum habet rationem distantiæ, quia uere facit distantiam inter extrema, ideo sufficit ad successionẽ qualemcunque propter distantiam: sed ubi est uacuum, nõ est distantia: & hoc præexigitur necessario ad localem motum.

Partibilitas enim mobilis, & finitas uirtutis nõ faciunt successionẽ, nisi sit prius & posterius ĩ magnitudine, supra quam est; siue in eo, ꝙ acquiritur per motum. AD ILLVD, quod obiicit: illud ꝙ mouetur successiue, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. Dicendum, ꝙ in successiuo ubi est plena successio, est ponere partem & ꝑtem, & quantum ad magnitudinẽ subtratã, & quantũ ad magnitudinẽ motã, & quãtũ ad dispositionẽ acquisitã. Quia naturalis motus ad situ, est motus ad formã quodammõ: sed ĩ motu angeli nõ est successio secundũ oĩmodã completionẽ, & ideo non secundum oẽs has differentias; sed solum secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

prioritatem & posterioritatem magnitudinis supra quã. Quod ergo dicitur, ꝙ partim est in termino a quo, partim in termino ad quem, hoc non est ꝑm diuersitatem partium mobilis, sed est solum ꝑ accessum & recessum. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ simile se transfert totum. Dicendũ, quòd quamuis ex parte sua se totum simul transferat, non tamen transfert se simul super totum, propter distantiam medii, in quo tota non potest esse simul. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ compositum & accidens nõ potest esse in re simplici. Dicendum, ꝙ uerum est de composito quod habet partes actu, sed de composito quod est in successione, non est uerum. Sicut enim duratio successiua potest esse in angelo secundum ꝙ manet, eo ꝙ de illa nunquam est nisi nunc: ita motus successiuus potest esse in eo secundum quod fertur, & hoc quidem secum nullũ habet inconueniens. His uisis, patent obiecta. Est ẽm prædictorum summa, ꝙ angelus mouetur sine corpore assumpto, & quod mouetur in medio siue per medium: & ꝙ mouetur motu successiuo, licet non omnimoda successione posita, ut prædictum est.

DSTINCTIO XXXVIII.

De modis diuinæ scientiæ uel cognitionis. Vtrum Deus cognoscat mutabiliter uel immutabiliter: & quomodo.

NVNC ergo ad propositum reuertentes, cæpto insistamus. Supra dictum est, quod præscientia Dei futurorum tantum est, sed omnium tam bonorum quam malorum. Scientia vero vel sapientia non modo de futuris, sed etiam de præsentibus & futuris: nec tantum de temporalibus, sed etiam de æternis, quia ipsum nouit Deus. Hic oritur quæstio non dissimulanda, Ca. 13. *vtrum scilicet scientia vel prescientia sit causa rerum: an res sint causæ scientiæ, vel præscientiæ Dei: Videtur enim præscientia Dei causa esse eorum, quæ ei subsunt, ac necessitatem eueniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuissent nisi Deus ea præsciisset, nec possunt non euenire, cum Deus ea præsciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire, quia prescita sunt: uidetur ergo ipsa prescientia, quæ præscita sunt, eis esse causa eueniendi. Impossibile est autem non euenire, cum prescita sint: quia si non euenirent, cum præ-*

scita sint, falleretur Dei prescientia. At Dei præscientia falli non potest. Impossibile est ergo ea non euenire, cum prescita sint. Sic ergo prescietia causa eorum esse videtur, quæ præscita sunt. Hoc idem & de scientia dicitur, scilicet quòd quia Deus aliqua nouerit, ideo sint. Cui sententiæ Augu. attestari videtur in 15. Lib. de Trin. dicens, Non ista ex Eodẽ c. *aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia temporalia: atque in eis etiam quid & quando ab illo petituri fuerimus, & quos & de quibus rebus vel exauditurus, vel nõ exauditurus esset, sine initio ante præsciuit, Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit: non enim nescisuit, quæ fuerat creaturus: quia ergo sciuit, creauit, non quia creauit, sciuit: nec aliter sciuit creata quã creanda: non. n. eius sapientiæ aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat, & quando oportebat, illa mansit vt erat. Vnde* Cap. 23 *in Eccl. Antequam crearentur, omnia nota sunt illi, sic & post consummata sunt. Ecce his verbis videtur Augu. innuere scientiam, vel præscientiam Dei causam esse eorum, quæ fiunt, cum dicit, ideo ea esse, quia Deus nouit. Idem quo* Cap. 10 *que in 6. Lib. dicere videtur. Cum (inquit) decedant & succedant tempora, non decedit aliquid vel succedit scientiæ Dei, in qua nouit omnia, quę fecit per ipsam. Non enim hæc quæ creata sunt, ideo sciuntur a Deo, quia facta sunt: sed potius ideo facta sunt, quia immutabiliter ab eo sciuntur. Et hic etiam significare videtur Dei scientiam causam eorum esse, quæ fiunt, dicens nõ ideo Deum ea nouisse, quia facta sunt: sed ideo facta, quia nouit ea Deus. Ideoque videtur dei scientia vel præscietia causa esse eorum, quę nouit.* Inconuenientia, si diceretur scientia, uel præscientia causa omnium rerum, quæ ei subsunt.

Quod si ita est, est ergo causa omnium malorum, cum omnia mala sciantur & præsciantur a Deo: quod longe est a veritate. Si enim Dei scientia vel præscientia causa esset malorum, esset vtiq; Deus auctor malorum, quod penitus falsum est. Non ergo scientia vel præscientia Dei causa est omnium, quæ ei subsunt.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod res futuræ non sunt causa, scientiæ uel præscientiæ Dei.

Neque enim res futuræ causa sunt Dei præscientiæ: licet enim non essent futuræ nisi præscirentur a Deo, non tamen ideo præsciuntur, quia futuræ sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod æternum est, aliquid existeret causa, ab eo alienum, ab eo diuersum, & ex creaturis dependeret scientia creatoris, & creatum causa esset increati. Origenes tamen super epistolã ad Rom. ait, Non propterea aliquid erit quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur a Deo, antequam fiat, Hoc videtur præmissis verbis Augu. obuiare. Hic enim significari videtur, quod res futuræ causa sint præscientiæ: ibi vero quòd præscientia causa sit rerum futurarum.

In to. 4 explanatione ad Ro. c. 8. in lib. 7. Hæc prædictis uidetur contraria.

Quid ex prædictis tenendum sit.

Hanc igitur, quæ videtur, repugnãtiam de medio tollere cupientes, dicimus res futuras nullatenus causam esse præscientiæ vel scientiæ Dei, nec ideo præsciri vel sciri, quia futuræ vel factæ sunt: ita exponentes quod ait Origenes, quia futurum est, ideo scitur a Deo antequam fiat, idest, quod futurum est, scitur a Deo antequam fiat, neque scireture, nisi futurũ esset, vt non notetur ibi causa, nisi sine qua non fieret. Ita ẽt dicimus scientiam, vel præscientiam Dei non esse cãm eorũ, quæ fiunt sine talẽ sine qua non fiunt, si tamen scientiã ad notitiam tantũ referamus. Si vero nomine scientiæ includitur etiam beneplacitum atq; dispositio, tunc rectè potest dici causa eorũ, quæ Deus facit. His enim duobus modis, vt superius prætaxatum est, accipitur cognitio vel scientia Dei. s. pro notitia sola, vel pro notitia simul & beneplacito. Hoc modo fortè accipit Augu. dicens, Ideo sunt, quia nouit, idest, quia sciẽti placuit, & quia sciẽs disposuit. Hic sensus ex eo adiuuatur, quia de bonis ibi tantum ait Augu. scilicet de creaturis, & de his quæ Deus facit: quæ omnia nouit, non solum scientia, sed etiam beneplacito ac dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio, vt non mõ notitiã, sed ẽt beneplacitũ Dei significet. Mala vero scit Deus & præscit, antequã fiant, sed sola notitia, nõ beneplacito.

Lib. 15 cap. 13. Hemi. 53: in tom. 9.

Præscit enim Deus & prædicit etiam, quæ non est ipse facturus: sicut præsciuit & prædixit infidelitatem Iudeorum, sed non fecit: nec ideo, quia præscinit, ad peccatum infidelitatis eos coegit, nec præsciisset vel prædixisset eorum mala, nisi essent ea habituri. Vnde Augustinus super Ioan. Deus (inquit) futurorum præscius per prophetam prædixit infidelitatem Iudeorum, sed non fecit: neque præscit mala eorum, nisi ea haberent. Non enim iõ quẽquã ad peccandum cogit, quia futura hoĩum peccata prænouit: illorũ. n. præsciuit peccata, non sua. Ideoq; si ea quę ille præsciuit, ipsorum non sunt, nõ vera ille præsciuit. Sed quia illius præscientia falli nõ põt, sine dubio nõ alius, sed ipsi peccant quos Deus peccatores esse præsciuit: & iõ si non malum, sed bonum facere voluissent, non malum facturi præuiderentur ab eo, qui nouit quid sit quisque facturus. His verbis apertè ostenditur, si diligenter attẽdamus, præscientiam Dei nõ esse causam malorum, quæ præsciuit, quia non ea præsciuit tanquam facturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri præsciuit: ergo illa sola notitia, sed non beneplacito auctoritatis. Vnde datur intelligi, quod Deus econuerso præsciuit bona tanquã sua, tanquam ea quæ facturus est, vt illa præsciendo simul fuerit ipsius notitia, & auctoritatis beneplacitum.

Præscientiam Dei falli non posse, oppositio.

Ad hoc autem quod supra dictum est, scilicet præscientiam Dei falli nõ posse, solet a quibusdam ita opponi. Deus præsciuit hunc lecturum, vel aliquid huiusmodi: sed potest esse vt iste non legat, ergo potest aliter esse quàm Deus præsciuit: ergo potest falli Dei præscientia, quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, & illud tamen præscitum est fieri, non ideo tamen potest falli dei præscientia: quia si illud non fieret, nec a Deo præscitum esset fieri. Sed adhuc vrgẽt quæstionẽ dicentes, Aut aliter potest fieri quã Deus præsciuit, aut non aliter: si non aliter: ergo necessario cuncta eueniunt: si vero aliter, põt ergo Dei præscientia falli vel mutari, Sed potest aliter fieri, quia potest aliter fieri quã fiat, ita autem fit vt præscitum est: aliter ergo

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest fieri quam præscitum est. Ad quod dicimus illam locutionem multiplicem facere intelligentiam, scilicet. Aliter potest fieri quam Deus præsciuit, & huiusmodi, vt, Potest non esse quod Deus præsciuit, &, Impossibile est non esse quod Deus præsciuit, &, Impossibile est non esse præscita ōia, quę fiunt, & huiusmodi. Possunt enim hęc coniunctim intelligi, vt conditio sit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas, Non potest aliter fieri quam Deus præsciuit, id est, nō potest utrunque simul esse, scilicet quod Deus ita prę sciuerit fieri, & aliter fiat, uerum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, vt dicas hoc aliter non posse euenire quam euenit, & quomodo futurum Deus præsciuit falsum est. Hoc enim aliter potest euenire quam euenit, & tamen Deus hoc modo futurum præsciuit. Sicut & alia determinatio, scilicet, Impossibile est illud non euenire quod Deus præsciuit, vel cum Deus prę scierit: si cōiunctim intelligas, verum dicis: si disiunctim, falsum. Ita etiam & illud, Impossibile est non esse præscitum omne quod fit, ideſt, non potest esse vtrunque simul, scilicet, vt fiat, & non sit prę scitum: hic sensus verus est: Si verodicis, Deum non potuisse prę scire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere ut non fieret, & ita non esse præscitum.

HAEC est secunda pars huius partis totalis, in qua agitur de ipsa diuina scientia. Terminata enim prima parte, i qua agitur de ipsa quantum ad substantiam in generali, Hic agit de ipsa quatū ad modum. Et qm̄ duplex est modus nobilis cognitionis, scilicet certitudo & pfectio, siue infallibilitas & immutabilitas: ideo hæc pars habet duas partes. In prima agit de præscientiæ infallibilitate siue certitudine. In secunda uero de eius immutabilitate siue perfectione, infra Distinct. 39. *Præterea quæri solet, utrum scientia Dei &c.*] Prima pars spectat ad præsentem distinctionem, in qua Magister intendit quærere & determinare, utrum diuina præscientia infallibiliter ponat præscitum. Et habet hæc distinctio duas partes. In prima parte rediens ad propositum ꝓpter digressionem prius factam breuiter epilogat prædeterminata. In secunda prosequitur suum principale propositum ibid. *Hic oritur quæstio non dissi &c.*] Et hæc pars habet duas. In prima Magister inquirit, utrum præscientia ponat præscitum per modū causę, uel effectus. In secunda, utrum per

per modum necessitatis, uel contingentię, uel infallibilitatis, ibi *Ad hoc autem quod supradictum est &c.*] Prima pars duas habet. In prima opponit ad utranque partē, scilicet, ꝙ præscientia est causa præsciti, & etiam effectus pro & contra. In secunda soluit ibi. *Hanc igitur, quæ uidetur repugnantiam &c.*] Similiter & secunda duas habet, i prima opponit, in secunda soluit ibi. *Ad quod dicimus illam locutionem &c.*]

Dub. 1. *Et aliter scinit creata quam creāda, &c.*] Videtur hic Augu. male dicere: quia res si uere cognoscatur, cognoscitur sicut est; sed aliter fuerunt, eū fuerunt creanda, quā cum erant creata. Primo enim res fuerunt in causa, & secūdum quid, & postea in proprio genere & simpliciter; ergo aut deus non uere cognoscit, aut aliter cognouit. Item, angelus cognoscit res in uerbo, cognoscit etiam eas in proprio genere: & alius, & alius modus cognoscendi est hic ab illo: ergo cum non sit latere deum, quod nouit angelus, uidetur quòd deus utroq; modo cognoscat, & ita aliter, & aliter. Respon. Dicendum, ꝙ cum dico rē aliter cognosci, dupliciter potest intelligi: aut ita, ꝙ aduerbium dicat alietatem quantum ad cognitionem, aut quantum ad esse rei cognitæ. Si quantum ad esse rei cognitæ, sic est uerum, & est sensus, deus cognoscit rem istam aliter esse, uel se habere quam se prius habuit: & sic non intelligit Augu. Si autem dicat alietatem quantum ad cognitionem, sic est falsa, & est sensus, Deus cognoscit aliter rem factam quam prius faciendum cognouit, & ita est falsum; quia sic significatur diuina cognitio alterata & quod aliquid receperit a re extra. Et ꝑ hoc patet obiectum primum. Quod obiicitur, ꝙ deus cognoscit res in proprio genere sicut angelus. Dicendum, ꝙ cognoscere res in proprio genere dupliciter intelligitur, aut ita ꝙ esse illud ꝙ habet in proprio genere cognoscatur, & hoc perfectionis est, & non latet deum, & sic nō dicit nouum modum cognoscendi a cognitione in uerbo. Aut ita ꝙ aspectus intelligentiæ, siue uis cognitiuæ reflectatur supra rem ut est in proprio genere, & hoc est imperfectionis: quia uis cognoscens egreditur extra se, & hoc nullo modo potest poni in Deo, & ita facit in angelo alium modum cognoscendi, & sic patet illud.

Tunc eius quod æternum est aliquid existeret causa &c.] Vult dicere ꝙ præscientia dicat quid æternum: sed hoc uī falsum: quia præscientia dicit respectū ad creaturā futurā: sed nihil est futurū ſm esse qđ hēt in deo; sed in proprio gne: ergo connotat aliquod temporale: ergo uidetur, ꝙ dicat ex tempore. Præterea, respectus ille nihil dicit a parte dei, nisi solum nostrum modum intelligendi; ergo tunc cępit ille respectus quando cæpit noster intellectus, nō ergo fuit ab æterno. Resp. Dicendum, quòd (sicut dicit Magister) præscientia dicit quid æternum, & ab æterno; cum enim non importet nisi duo, scilicet antecessionem & scientiam, & antecessio omnis creaturæ sit ante omnem creaturam, & Dub. 2.

scientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientia naturaliter, patet quòd præscientia quid æternum dicit. Quod ergo obiicitur, q̃ importat rei futuritionem, dicendum, quod futuritio uno modo importat successionem temporis, & ita non est de ratione præscitæ: hoc enim modo futurum cepit cum tempore. Alio modo futurum importat ordinem temporalis ad æternum secundũ cõsecutionem, sicut præscientia antecessionem: & quoniam isti ordo solum exigit primum extremũ in actu, & illud fuit ab æterno: ideo futuritio & præscientia. Quòd obiicitur, q̃ respectus ad partes dei nihil dicit secundum rem. Dicendũ, quòd falsum est: quia respectus ille est diuina essentia: sed uerum est, quòd nõ dicit respectum siue dependentiã nisi solum secundum modũ intelligendi: & ideo non cœpit secundum rem, sed solum modus significandi cœpit. Et quãdo Magister dicit, quòd præscientia dicit æternum, non loquitur de ratione nominandi, sed de eo qđ significatur per nomen.

Dub3. *Scientiam, uel præscientiam Dei non esse causam, &c.*] Videtur male dicere. Quia aut scientia hoc modo, & illo dicto dicit eundem modum sciendi, aut alium. Si eũdem: ergo si uno modo est causa, & alio. Si alium modum: ergo in deo est multiplex modus sciendi: non ergo uniformis per omnia. Item. Scientia simplicis notitiæ est deus, & deus est causa omnium: ergo scientia illa est causa omnium. Respon. Dicendum, quòd in nobis notitia simplex, & notitia beneplaciti dicunt diuersas cognitiones, & diuersos modos cognoscẽdi, & per consequens connotant diuersa: a deo autem una tantum cognitio est; sed illa una facit deus, quod homines multos: & ideo illa una dupliciter potest significari, scilicet per modum approbationis, & per modum notitiæ simplicis. Et cum significat per modum approbationis, connotat effectum, & bonitatem, quando uero per modum simplicis notitiæ, solum cuentum. Et quoniã esse causam alicuius connotat effectum, siue respectum, quamuis eadem sit scientia, siue sapientia a parte principalis significati, tamen diuersimode significatur: ideo dicitur q̃ hæc est causa illorum, quæ præscit, & illa non. Et hoc dicitur, non quia significata non sit causa: sed quia ut sic significata est, non significatur per modum causæ, quoniam comparatur ad ea, quę nullo modo sunt a deo, & ita patet illud.

Deus (inquit) sua. &c. Iudæorum &c.] Obiicitur: quia cum dictũ Prophetę fuerit uerum cert. iudicialiter: uidetur quòd deus reuelauerit Iudæis suum casum, siue damnationem: quod est contra ipsum super Gen. ad literam, ubi dicit, q̃ nulli debet reuelari, necogatur desperare. Resp. Dicendum, q̃ casus potest prædici: sed non propter hoc reuelatur, siue quia dicenti nõ creditꝰ, siue quia dictum sub conditione intelligitur, siue intellectus intelligit de alio, non de ipso. Et quia uerbum Esaiæ prophetæ comminatorie, & generaliter erat dictum, & hominibus iam in parte incredulis non aduertentibus, omnibus his modis potuit intelligi, ut esset prædictio, & non reuelatio.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An præscientia Dei sit causa rerum?

AD intelligentiam præsentis distinctionis duo principaliter q̃rũtur. Primo, de præscientia diuina quantum ad causalitatem. Secundo, quantum ad necessitatem. Et primo quærentur duo. Primo, utrum præscientia diuina sit causa rerum. Secundo uerò, utrum sit causa rebus.

QVOD præscientia diuina sit causa rerum, ostenditur sic, Aug. de Trinit. Ideo res futuræ sunt: quia deus eas nouit. ITEM. Ratione sic. Omne illud, quod antecedit aliud; & ipso posito, ponitur aliud, ipsum est causa illius: hoc patet per diuisionẽ causæ. sed diuina præscientia præcedit omne futurum, & iterum ponit futurum respectu cuius est: ergo præscientia est causa. ITEM. Omnis res aut est a deo, aut a natura, aut a libero arb. & accipio causas ipsas large prout comprehendunt causam, & fortunam: sed nulla res a natura esse potest nec a lib. arb. nisi operante deo; ergo oĩs res est a deo, siue omne futurum; sed non est nisi a deo agente, secundum artem, & cognitionem: ergo &c. ITEM. Omne, quod scitur, aliquo modo est in sciente, ut in sua causa: ergo quod præscitur a deo, est in deo, ut causa: sed omne, quod est in deo, est a deo: ergo omne futurũ præscitum necessario est a diuina præcognitione, ut causa: ergo &c. ITEM. Omne quod scitur, aut scitur per causam, aut p̃ speciem, aut per effectum: ergo si deus præscit: ergo aliquo trium modorum. Non per effectum: quia effectus sequitur. Non per speciem, siue similitudinem: qa illa est simul, uel est post rem, cuius est similitudo: ergo per causam: ergo diuina præscientia est causa præsciti.

CONTRA. Deus nullius ẽ causa, nisi per uoluntatem: sed multa præscit, ad quæ nõ est eius uoluntas: ergo &c. Probatio mediæ, præscit te mentiri, & tamen non est dicere, q̃ uelit te mentiri: ergo nõ est causa illius. ITEM. Si præscientia est causa, aut ratione scientiæ, aut ratione antecessionis. Ratione antecessionis nõ: quia hoc quod est ante, non dicit nisi ordinem. Ratione scientię non: quia multa cognit deus, quæ nunquam faciet: ergo nullo modo est causa. ITEM. Si præscientia causa est præsciti, cum præsciat mala, deus erit causa mali, hoc autem falsum. ITEM. Si est causa, cum communicet alicui præscientiam rei creandę, per cõsequens communicat causalitatem respectu illius: sed hoc est impossibile: ergo &c. ITEM. Anselmus de concordia præscientiæ, & lib. arbi. dicit quòd tantum est dicere, si deus præscit, erit: quantum hoc, si erit, de necessitate erit: sed hic nulla notatur causalitas: ergo nec ibi.

Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESOLVTIO.

Præscientia, Dei futurorum causa est; sed non omnium, putà malorum.

RESP: Dicendum quod præsciẽtia dicit prẽcognitionem futuri. Est ergo loqui de præsciẽtia, aut quantũ ad rem significatã, aut prout significatur per illud nomen. Si quãtum ad rationem nominis, sic non significat in ratione causæ. Si quantum ad rem importatam, sic dicit causam: sed tamen non semper respectu præsciti, siue futuri. Futurum enim in triplici differentia est. Quoddam enim est cuius deus est tota causa, ut sunt illa, quæ creauit. Quoddam, cuius creatura, aut uoluntas est tota causa, ut sunt defectus, & peccata. Quoddam, cuius deus, & creatura simul sunt causa, ut sunt opera naturalia, & opera moralia: quia deus cooperat creaturæ. Secundum hoc intelligendum, ꝙ respectu primi futuri, diuina præsciẽtia est tota causa: respectu uero secundi futuri, nec est causa, nec tota: quia non habet causam efficientem: sed deficientem, est tamen causa sui oppositi: respectu uero tertii ẽ causa: sed non tota. Concedendum ergo est, ꝙ diuina sciẽtia, uel præscientia aliquo modo respectu futurorum est causa. Tamen si accipiatur in sua generalitate, dicendum, ꝙ diuina præscientia semper importat causalitatẽ aliquam; sed non semper respectus prẽsciti, utpura cum præscitum est malum, & in hac ratione procedunt argumenta ostendentia, quòd non sit causa.

AD ILLVD ergo, quo primo obi, ꝙ est causa ꝓciti per uerbũ Aug. dicẽdum, ꝙ Aug. loquitur de sciẽtia rerum, siue bonorum, quæ a deo procedunt. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ causa, q̃ præcedit, etiã ponit aliud. Dicendum, ꝙ ponere aliud, est duplici ter. s. secundum productionẽ, uel ſm consecutionem: & quòd ponit ſm productionem, est causa uere in essendo: quòd uero ponit ſm consecutionem, non est causa in essendo: sed solum in consequendo. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ illud quod est a lib. arb. est a deo: Dicendum, ꝙ uerum est de eo quod est de lib. arbit. efficiente: sed uita, & peccata sunt ab ipso deficiente. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ de necessitate omne futurũ scitur a deo per causam: dicendum, ꝙ sicut supra tactum fuit de cognitione mali) in omni cognitione est assimilatio: nihil autem assimilatur deo nisi quod est ab illo: & ideo est in omni cognitione dei causa. Et tamẽ quædam est respectu eius, quod dicit entitatem simpliciter. Respectu illius est causa, & idea: sed tamen respectu priuationis est præcognitio, & tunc ratio causalitatis, & ideæ est respectu oppositi: Dicendum ergo, ꝙ ad hoc ꝙ aliqd cognoscat, necesse est ꝙ ipsum, uel eius oppositum habeat esse in re, uel in causa. Non solum autem oppositum mali: sed etiam ipsa uoluntas, quæ est mali principium, est in deo, ut causa: tamẽ malũ non est in deo ut in causa, nec p se, nec per accidens: quia mutatur ratio causandi, sicut postea dicet. Exẽplum huius manifestũ est: si artifex operet ſm materiã nodosam, q̃ non esset idonea ad receptionẽ speciei, præsciret, ꝙ defectus futurus est in imagine, sed non ab ipso. Sic intelligendum in deo, & libero arbitrio, ꝙ facit uitium in opere, dum non conformat se, & obedit deo operanti: & ideo sufficit, ꝙ oppositum mali, siue illud a quo est malum, sit in deo tanquam in causa, ad hoc quòd prẽsciatur.

QVAESTIO II.

An præscientia dei sit causata a rebus.

VTRVM præscientia diuina sit causata a rebus. Et quòd sic, ostenditur hoc modo. Orig. super epistolam ad Rom. dicit, quia aliquid est futurum, ideo scitur a deo; antequã fiat. Quia, ergo aut dicit causam essendi, aut consequendi. Si consequendi, sequitur: hoc est futurũ; ergo prẽscitum; ita econuerso: ergo sicut dicit: quia futurum ẽ, deo prẽsciturit: ita deberet dicere econuerso, quia scitur ideo futurum est, & hoc negat in litera, nõ ꝓpea aliquid erit, qa scit deus: ergo dicit causã essendi. ITEM. Rõne uidetur, quia intellecto ꝙ deus nihil prẽsciat, põt intelligi aliquid futurum: sed non econuerso: ergo hęc est ratio, & causa illius. ITEM, hoc argumentum est bonum: iste, mentitur: ergo deus præsciuit eum mentiri: ergo est ibi aliqua habitudo locabilis, & nulla potest inueniri nisi causę ad effectum: sed deus non est causa mendacii: restat ergo, quòd futurum est causa prẽsciæ. ITEM. Quæcunq; duo sic se habent, quòd inuicem se cõsequũtur, aut ambo causant a tertio, aut unum est causa alterius: sed

CONTRA. Aug. non enim q̃ causata sunt, ideo deus nouit, quia facta sunt ITEM. rõne uidetur, quòd nõ sit causata a rebus: quia omnis causa nobilior est suo effectu: si ergo diuina ꝓscia causat a re aliqua, cũ diuina prẽscia sit increata, & res creata: ergo creatum nobilius increato. ITEM, prẽscia est ẽterna: ergo cũ res sit tpalis, si causatur a rebus, tpale est causa ẽterni, & cũ causa sit prior effectu: ergo tpale prius ẽterno. ITEM. Si res sunt causę prẽscientiæ, aut rõne principalis significati: sed cum illud sit diuina essentia, ergo sunt res causa dei. Si ratione connotati: cum cõnotata sint res ipsæ, tũc sunt causa sui. 15. de Trin. c. 13. in medio.

RESOLVTIO.

Præscita causa sunt præscientiæ diuinæ, non quidem essendi, sed aut inferendi, aut dicendi.

RESP. Aliqui uoluerunt dicere, ꝙ causa dr dupliciter, ꝓprie, & cõiter. ꝓprie quod dat alteri esse: & sic nullo modo res sũt causæ præscientiæ diuinæ. Alio modo dr causa cõiter illud: sine quo res non est, & sic dr causa sine quo non: & hoc modo quia præscientia dei non est qn res sint futuræ: ideo hoc modo dãt causa. Sed qm̃ hoc nomen (causa) semper importat honorabilitatẽ respectu cuius dicitur causa, & quandam superpositionẽ: ideo non uidetur illud adhuc omnino sanum dicere, quòd sit causa sine qua non. Et præterea illud non soluit ad auctoritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatem Orig. quia ipse negat cō ueriam. Est propterea aliter dicendum, q̄ est causam accipere ſm triplicem modum. ſ. ſecundū rationem essendi, & ſm rationē inferendi, & ſecundum rationē dicendi. Dico ergo, q̄ ſecundū rationem essendi, præſciētia potest esse causa aliquorum præſcitorum, licet nō omnino; ſed nullo modo econuerſo. Secundum rationem inferendi, ſunt mutuo cauſę: quia mutuo antecedunt, & conſequuntur: & antecedens est causa conſequentis. Secundū rationem dicendi, futurum est causa præſcientiæ, & non ecōuerſo, nam præſcientia dicitur ſcientia ante rem: conſtat ergo q̄ importat ordinem ad poſterius, & quoniam ſi ſcitum eſſet ſemper præſens, eſſet ſcientia: ſed nō præſcientia. Nā ad hoc, q̄ p̄ſciētia dicat̄, uenit ex futuritiōe rei: & ſic intelligit Orige. & patet primū.

AD ILLVD quod obiicitur ſecundo de habitudine locali: dicēdum, q̄ est locus a conuertibili. AD ILLVD, qđ ultimo obiicit, dicendum, quòd inſtantiam hēt in propoſito, & quia in hoc ſolo est inſtantia, ideo ferenda est. Ratio autem huius est: quia dei præſcientia est reſpectu ueri, & reſpectu omnis ueri: ideo ponit & ponitur. Et quia poteſt eſſe reſpectu ueri, quod non est ab ipſo ſm id quod ſubeſt, nec econuerſo: ideo nec causa est, nec causat. Quia ergo p̄ſcientia, eſt reſpectu ueri: q̄a diuina, reſpectu oīs ueri: q̄a nihil latet deū: & iō ponit, & ponit. Rurſus: q̄a ſcia eſt, q̄ dicit ſimplicē notitia, iō nō cauſat: q̄a diuina, iō nō cauſat: iō ponit, & ponit, & nō cauſat, nec cauſat.

PRIMI ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An præſcientia Dei rebus præſcitis neceſſitatem imponat?

CONSEQVENTER eſt quæſtio de ſecundo articulo, ſcilicet de diuina præſciētia quantum ad rationem neceſſitatis. Et circa hoc quęruntur duo. Primo quæritur utrum diuina præſcientia ponat neceſſitatem circa præſcitum. Secundo utrū diuina præſcientia habeat in ſe neceſſitatem.

QVOD diuina præſcientria ponat neceſſitatem oſtenditur ſic. Anſ. in Lib. de concordantia præſcientię & li. ar. Quæ p̄ſciuit deus, neceſſe ē futura eſſe. ITEM. Rōne ſic. Ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe ſemp cō cludit de neceſſario, ſicut dicit Philoſ. in 1. Priorum. Fiat ergo talis ſyllogiſmus. Omne præſcitum neceſſe est eſſe futurum: hoc per Anſ. patet: ſed hoc est p̄ſcitum [quolibet demonſtrato] ergo neceſſe est eſſe futurum. ITEM. Oē quod deus præſcit, eſt uerum: ſed (ut dicit Philoſoph. in 1. Perihermenias.) Omne qđ eſt, quando eſt, neceſſe eſt: ergo ſi præſcitum eſt mō uerum: neceſſe eſt nunc eſſe uerum, & futurū eſt præſcitum: ergo modo neceſſarium est eſſe futurum: ergo de neceſſitate eueniet. ITEM. Hoc ipſum oñditur per impoſſibile. Deus p̄ſcit aliqd i parte affirmatiua: q̄ro ergo utrū illud non poſſit nō eſſe. Si nō: ergo est neceſſariū. Si ſic: ergo pōt aliter euenire, q̄ deus p̄ſciuit: ergo diuina p̄ſcięntia eſt fallibilis, & incerta: & hoc

hoc est argumētum Auguſtini, & Boetii, in 5. de Conſolatio ne. Si aliorsū q̄ prauiſę ſunt, deinde torqueri nalēt res ſuiſę: iam nō erit firma futuri p̄ſciētia. ITEM. Deus p̄ſcit aliquid eſſe futurum; aut ergo poſſibile est non eſſe futurum, aut impoſſibile. Si impoſſibile nō eſſe; ergo neceſſe est eſſe. Si autem poſſibile: ſed omne poſſibile ponibile, & falſo poſſibili poſito in eſſe, quod ſequitur non eſt impoſſibile: ponatur ergo hoc non eſſe, & deus præſciuit hoc eſſe; ergo deus p̄ſciuit falſum; ſed hoc est impoſſibile; ergo impoſſibile eſt aliquod præcedentium.

CONTRA. Quòd non inferat neceſſitatem, oſtenditur auctoritate Auguſtini ſumpta a ſimili i Lib. de ſi. arb. Sicut mea memoria non cogit facta eſſe, q̄ ꝓterierūt: ſic dei p̄ſcientia nō cogit facienda eſſe q̄ futura ſunt. ITEM. Rōne oñditur id idē. Intelligamus deum nihil p̄ſcire; ergo ex hoc nihil accreſcit li. ar. ergo poſito p̄ſcientiæ nihil ei aufert: ergo cum li. ar. de ſe ſit cauſa rerū ad utrūlibet contingentiū, diuina ſcięntia hoc nō tollit. ITEM. (Sicut ſupra probatū eſt) diuina p̄ſcientia in pluribus, aut nō eſt cauſa, aut nō eſt tota cauſa; ſed qđ dat alicui neceſſitate, hēt rōnē cauſę; quia a quo eſt eſſe, & eſſe neceſſariū; cū ergo diuina præſcięntia multorū futurorū non ſit cauſa, ut maloꝝ; nullā rebus imponit neceſſitatē. ITEM. Diuina præſcientia p̄ſcit res ſicut ſunt euenturæ, cum nihil præſciat niſi uerum; ergo cum præſcit aliquē peccaturum, cum peccatum non ſit niſi per uoluntatem, præſcit iſtum per uoluntatem hoc facere, & præſcit aliud poſſe facere; ergo ſi omne quod præſcit eſt uerum, uerum eſt q̄ iſte per uoluntatem hoc faciet, & poterit aliud facere; & ſi hoc eſt contingens; ergo ſi cum diuina præſcientia eſt contingentia circa res, non ergo neceſſitas. ITEM. Hoc ipſum oſtēditur rationibus ducentibus ad impoſſibile. Si imponit præſcientia rebus neceſſitatem: perit ergo caſus, & fortuna. Secundum impoſſibile eſt, quòd perit lib. arb. & conſilium. Tertium, quòd perit meritum, & demeritum. Quartum, q̄ perit laus, & uituperium. *Ex 1. Periher. cap. ultimo.*

RESOLVTIO.

Nullatenus: cum eo modo res cognoſcat, quo futuræ ſunt.

RESP. Dicendum, q̄ tres circa hoc fuerunt poſitiones. Quidam enim dixerunt, quòd p̄ſciētia neceſſario cum ſit infallibilis, imponit neceſſitatem, & ideo abſtulerunt liberum arbitrium, & peccatum: & illa poſitio fuit hæretica, & iniqua; quia deſtruit bonos mores. Alia poſitio fuit: q̄ diuina præſcientia ſi eſſet, neceſſitatē imponeret, & ſic omnis uirtus, & laus periret, & quia dilexerunt rem publicam: ideo abſtulerunt a deo præſcientiā, & à propoſitionibus de futuro abſtulerunt ueritatem, & hæc hæretica fuit, & impia; quia derogauit nobilitati diuinę. Tertia poſitio est catholica, quæ deum honorat, & bonos mores conſeruat; & ideo iuſta, pia, & uera: quia diuina præſcientia est, & tamen non imponit rebus neceſſitatem. Omnia enim ſic præcognoſcit eſſe euentura ſicut euentura ſunt: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo eum multa sint euentura contingenter, ut illa quæ sunt a lib. arb. & a casu, & fortuna; sicut præscit hæc esse futura ab istis, sic præscit modum contingentiæ, secundum quem sunt ab istis.

AD intelligentiam autem obiectorum notandum, q̃ dupiex est necessitas. s. absoluta, & respectiua. Necessitas absoluta, q̃ opponitur cõtingentiæ, dicitur necessitas consequentis. Necessitas respectiua dicit necessitatem consequentiæ: & hæc non opponitur contingenti: nam aliquod contingens necessario sequitur, ut si ambulat, necessario sequitur, q̃ mouetur. Dicẽdum ergo, q̃ in præscito non est necessitas absoluta, sed solum consequentiæ: quia necessario sequitur, deus præscit hoc; ergo hoc erit: & hoc modo intelligitur auctoritas Anſ. & continiles auctoritates, quæ pronuntiãt cũ modo necessitatis, & sic patet primum. AD ILLVD, q̃ secundo obiicitur de syllogismo ex maiori de necessario, & minori de inesse. Dicendum, q̃ sicut patet, & Philosophus exponit, hoc intelligitur de ea propositione, quæ est de inesse simpliciter, q̃ æquiualet necessario: sed minor huius syllogismi. s. hoc est præscitũ, non est de inesse simpliciter: sicut.n. infra patebit, non est necessaria. AD ILLVD, quod obiicitur de præscito, q̃ uerum est, & si uerum est, necessario est: dicendum q̃ istam rationem facit Philosophus ad ostendendum, q̃ in futuris nõest ueritas, & est sophistica. Nam quado dicitur, omne quod est, quando est, necessario est; intelligitur de eo, quod ponit aliquid in actu circa suppositum, q̃ ex quo positũ est, impossibile est non esse positum: sed uerum de futuro nihil ponit circa subiectum: quia nõ est uerum pro præsenti: sed solũ pro futuro: & ideo nulla est necessitas, neque simpliciter, neq; ut nunc, q̃ nihil ponit ut nũc. AD ILLVD, q̃ obiicitur per impossibile q̃ si posset aliter esse, posset falli, &c. Dicendum, q̃ sicut ueritas uenit ex concordia intellectus ad rem cognitã, hæc autem concordia non est aliud, quam adæquatio rei, & intellectus: sic falsitas uenit ex discordia intellectus ad cognitum, similiter potentia fallendi ex potentia discordandi: dico ergo quoniam necessario præscitum sequitur ad præscientiam: ideo non possunt discordare: & ideo nunquam fallitur, nec potest falli. QVOD ergo obiicitur, q̃ aliter potest esse dicendum, q̃ aliter põt esse; quia deus potest aliter præscisse, & cum ponitur, q̃ aliter sit, ponitur q̃ aliter præscit. Quando ergo infertur, potest aliter esse, quam sit, & deus præscit sic: ergo aliter quàm deus præscit; distinguenda est cõsiusio: quia potest intelligi diuisim, sic uera est: & est sensus: deus præscit hoc euenire, & possibile est illud non euenire. Si autem coniunctim, falsa est, & est sensus, illud est possibile, quod deus præscit uno modo, ut eueniat alio modo. Et est fallacia compositionis in illo processu: sicut hic, currens potest non moueri: ergo possibile est, quòd aliquis currat, & non moueatur, non sequitur. Similiter cum quæritur, quod ponitur, ponendum est: sed cum assumit, deus præscinit, hoc est oppositum posito: & ideo est negandum.

QVAESTIO II.

An necessario deus præsciat, quæ præscit.

VTRVM diuina præscientia habeat in se necessitatem, hoc est, utrum necesse sit deum præscire, quod præscit. Et quod sic, ostenditur primo per auctoritatem Anſ. in lib. de concordia prædestinationis, & liberi arbitrii: Quòd præscit deus, impossibile est non præscire, ab æqui pollenti, necesse est præscire. ITEM. Ratione, uidetur; quia omne dictum de præterito uerũ, est necessarium: unde si euenerit, ne esse est euenisse: sed si præscit præscisiit; ergo cum hoc sit dictum de præterito; ergo necessarium. ITEM. Licet potentia dei sit indifferens ad exeundũ, & non exeundum, tamẽ ex quo exiuit in actum, necesse est exisse. Vnde quamuis potuit creare, & non creare, antequam crearet: tamen ex quo creauit, necesse est creasse: ergo ex quo præscisiit, necesse ẽ præscisse. ITEM. Si homo uoluit, & præscisiit aliquid, necesse est hominem scisse, & uoluisse: ergo si circa scitam dei non est minor certitudo, imo maior, quàm circa scitam hominis, multo fortius est necesse. SI TV DICAS, (sicut aliqui dicũt) q̃ in hac, deus præscisiit, totum ex futuro est ẽm rem, quis intelligat sub rõne præteri. Vñ nihil plus ẽ dicere, deus præscit, nisi deus est, & hoc erit. CONTRA. Tunc esto q̃ deus nullam haberet cognitionem, dum tamen res esset futura, hæc esset uera, deus præscit, q̃ manifeste est falsum. PRAETEREA, esto q̃ præscie addatur actus rẽ siens in præteritum, ut promissio, uel prædictio, uel prophetatio, ibi transit in præteritum aliquid & uere fit idem sophisma, & idẽ dubiũ, & hoc non soluit. ITEM. Plus distat esse, & non esse, q̃ necessarium, & contingens: sed ubi quid q̃ simpliciter non est, hæc esse in dei præscientia: ergo multo fortius aliquid quod in se cõtingens est, potest esse necessariũ in pscia dei: ergo &c. ITEM. Oẽ immutabile est necessariũ; sed cũ dr, deus pscit, pscit est immutabile: ergo est necessariũ. Prima ẽ manifesta: secda patet, qa cũ dr, deus pscit, pscire est immutabile: ergo est necessariũ. Pria ẽ manifesta: secda patet, qa cũ dr deus pscit: si mutat ut fiat nõ pscies, aut hoc erit ẽm mutationẽ rei, aut dei. Rei nõ, qa res adhuc nihil est; ergo nõ mutat, nec mutari põt. Si ẽm mutationẽ dei: ergo deus mutat. ITEM. oẽ eternũ ẽ necessariũ, qa unũ solũ est æternũ, & illud ẽ, in quo nõ cadit cõtingẽtia, sed summa necessitas: sed præscire dei est æternum: ergo necessariũ est deum pscire. 9 Met. cap. 17.

CONTRA. Regula est, si antecedẽs bonę cõclusionis est necessariũ, & consequẽs: & si cõsequẽs nõ est necessariũ, nec antecedẽs. Sed sequitur; si deus pscit hoc esse futurum, hoc erit; quocunq; cõtingẽti demõstrato, qa oppositũ non põt stare: ergo cũ consequẽs nõ sit necessariũ, nec antecedens. ITEM. Rta est, q̃ necessariũ cõparat se cũ oi possibili. 2. Peri her. et 1. Prio. cap. 3.

Omne enim repugnans necessario, est impossibile: demonstrato ꝫ aliquo, qui præscitus est damnari, possibile est istum saluari: ergo ista duo possunt simul stare, ꝫ iste sit præscitus damnari, & saluetur, & hoc est impossibile, &c. ITEM. Regula est, ꝫ oppositum contingentis est contingens, & oppositum necessarii est impossibile. Et regula iterū est, ꝫ si ad antecedens sequitur consequens, ad oppositum cōsequētis sequitur oppositum antecedentis. Ex his arguo sic. Sit A cōtingens præscitū a Deo: si Deus præscit A, erit: ergo per regulā, si A non erit, Deus non præscit: sed A non esse fuit contingens, Deum non præscisse fuit impossibile: ergo ad contingens sequitur impossibile: sed hoc est contra artem: necesse est ergo hoc esse contingens, Deum. s. præscire hoc. ITEM. Omnis diuina actio, quæ respicit obiectum, qđ potest non esse, pōt desinere. Vnde cum Deus conseruet rē creatā, potest desinere conseruare: ergo cum præscire sit respectu cōtingentis, erit contingens.

3. Peri herm.

RESOLVTIO.

Ex parte sui necessario: ex parte rei futuræ contingenter.

RESP. Dicendum, ꝫ (sicut probatum est) illud constat, & non est dubium, ꝫ Deum præscire contingens aliquod cum antecedit ad contingens, & connotat aliquid, ꝫ habet ueritatem contingentem, ꝫ ipsum iudicādum est contingens: Sed aliqui uoluerunt ipsum iudicare contingens: quia totum ꝫ dicit, dicit de futuro: & illud improbatum est: quia falsum est, & non intelligibile. Omnis enim intellectus qui intelligit hoc, quamuis non intelligat tempus circa Deum, intelligit ꝫ actus diuinæ præcognitionis ab æterno fuit in Deo, & ille differt a re futura, & propterea (sicut dictum est) hoc non solum. ALII uoluerūt iudicare contingens: quia cum sit dictum de præterito, pendet tñ ex futuro. Ex hoc dicunt in credito, & prophetico, & dicto a Christo. & consimilibus, quæ inferunt de necessitate propositionem de futuro: & illud est improbabile, ut uidetur. Quoniam si actus diuinæ præcognitionis pendet ex futuro, tunc cum in futuro, quantum est ex parte rei contingētis, nullā sit certitudo, nec in diuina præcognitione esset. Præterea, quomodo penderet, cum ab eo non causetur aliquo modo? Et iterum, qūo pendet illud ꝫ necessarium est fuisse, ut actus cognoscendi, & credendi, & prædicendi ab eo, ꝫ futurum est? non uidetur nec probabile, nec intelligibile. ET VTRO alio modo dicendum, ꝫ quoddam est dictum de præterito, & pro præterito: sicut si dicat Petrum legisse. Quoddam de præterito, sed pro futuro, ut Antichristus fuit nasciturus. Quoddā pro præterito, tamē dependet ex futuro, ut hoc dictum, Petrū dixisse uerum, nauale bellū fore. Ad hoc enim ꝫ dictum habeat ueritatē, exigitur belli euentus, & ab illo dependet ueritas nostræ assertionis, quæ causatur a re. Quoddā est dictū de præterito, ꝫ nō dependet, sed connotat ueritatē circa illud futurū, sicut si dicatur, Deus præscit hoc futurū. Quia

Quia. n. Dei sciētia est solū respectu ueri, iō cōnotat ueritatē circa illud dictū futurū: sed qm̄ diuina cognitio nō hēt certitudinē a re: quia ab ipsa nec causat, nec oritur: iō ab illa non dependet: & propterea falli nō potest, quamuis connotet futurū. Vnde in præscientia hæc duo dicūtur, scilicet actus diuinæ cognitionis. & hūc necessariū est esse, siue fuisse. Et ordinatio futuri ad illū actū: & hæc ordinatio futuri ad illum actum, non est necessaria: & iudicanda est contingentia in totali dicto, nō rōne totalitatis siue principalis significati, sed connotati. Et si ponat Deum non præscire aliquid ꝫ præscit: potest & dēt intelligi non per rem notionē principalis significati, sed ipsius cōnotati, siue illius ordinis ipsius tēporalis ad æternū, qui quidē est cōtingēs rōne alterius: i. tēporalis: cōtingētia ergo est in totali dicto: quia connotat aliquid esse uerū de futuro, ꝫ quidē est cōtingens, & hoc patet sic. Cū. n. dicitur, Deus præscit te saluādum, hic duplex includitur actus, & cōpositio, uide licet hic, tu saluaberis: & hic, Deus hēt cognitionē de salute tua, & habuit cognitionem ab æterno. Habere quidē cognitionē est actus æternus & necessarius: quia nō dependet a re: sed saluari est actus futurus, & contingens: qm̄ ergo actus diuinæ cognitionis nō dependet a contingente: iō pōt esse certitudo in ipso, re contingente existēte. Sed qm̄ significat per modū præscientiæ, & connotat futurū cōtingens, & omne dictū qđ claudit in se contingens, iudicandū est cōtingens: iō totale contingens iudicat. Et ista solutio est uera, & generalis. Nā actus credulitatis, actus prophetationis, & diuinæ assertionis, per hoc qđ currunt secūm illustrationem diuinæ præscientiæ: ideo connotant & non dependent: ideo certi, & infallibiles sunt de rebus in se nō certis.

AD ILLVD ergo, ꝫ obiicitur de Anſel. ꝫ necesse est præscire ꝫ præscit. Dicendum, ꝫ hoc intelligiē quantū ad actū prænotionis quē necesse est fuisse: sed non quantū ad connotationem futuritionis. AD ILLVD, ꝫ obiicitur, ꝫ dictum est de præterito. Dicendū ꝫ quantū est de rōne præteritionis necessariū est: sed qm̄ connotatur futurū: ideo est contingens. ET EX hoc patet sequens: quia quantū ad illud futurū non est adhuc potentia in actu, imo adhuc pōt non exire: ideo &c. AD ILLVD, quod obiicitur ꝫ est cognitio sine existentia rei: ergo necessitatis sine rei necessitate. Dicendū, ꝫ uerū est ꝫ in actu cognitionis est necessitas: sed non in toto. Nec est simile: quia præcognitio non connotat actualē rei existentiā, sed connotat rei futuritionē: & ad hoc ꝫ dictū sit necessarium, necesse est, ꝫ sit necessitas in connotato. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝫ omne immutabile est necessarium. Dicēdum, qđd ad esse mutabilis duo concurrunt, qđd se habeat uno mō prius, alio modo posterius. Et per oppositum immutabile potest dici dupliciter: aut quia nihil actu est: aut quia actu est, & non pōt aliter se habere, & hoc conuertit cum necessario: sed illud immutabile

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabile ꝙ non est aliquid actu,nō conuertitur & sic est uerum cō tingens de futuro antequam res fit. Et sic hoc dictum, Antichristum fore, est modo uerum immutabile,quia si ponatur esse uerum , ponitur ꝙ semper fuerit , & similiter si falsum,& hoc quia nihil acta ponit : quoniam ergo Deum præscisse,connotat futurū contingens , ideo est dictum immutabile , nec ex hoc sequitur, ꝙ sit necessarium,ut uisum est. Tamen aliqui uolunt aliter dicere,ꝙ Deum præscire hoc futurum contingens, est immutabile a parte prescientis,sed a parte rei prescite est mutabile, & ideo ex parte illa contingens. Sed tamen illud difficile est dicere,qđ enim prescitur semel, semper pscitum fuit,& Deus non potest pscire futurum cōtingens: ita ꝙ nihil fiat circa futurū , & ita nulla mutatio. Et pp hoc modus ius dicendi est rationabilior.

D. IELVD, quod ultimo obiitur,ꝙ nihil æternum est cōtingens. Dicendum, ꝙ ens æternū est dupliciter. Aut pure æternū, aut connotat temporale de futuro : & pure æternum est necessarium : sed connotans temporale de futuro rōne connotati,potest iudicari contingens, sicut & rōne illius potest desinere. Summa dictorum est ista: ꝙ Deum præscire futurū contingēs,& quoddam dictum ꝙ claudit in se actū diuinę cognitionis æternum, & ordinationem dicit ad futurum contingens. Et quamuis actus diuinę cognitionis ponat aliquid existens necessariū,& æternum, illa tñ ordinatio ponit futurū, ꝙ cōtingens est. Et iterum, quamuis dicat ordinationem , non tñ dicit dependentiam sed solū cōnotationem , & ideo non ponit incertitudinem. Hinc est ꝙ dest præscire futurum, est contingēs ratione cōnotationis ad contingens. Est immutabile rōne ordinationis ad futurū, ꝙ pōt nō esse,nulla facta mutatione. Est eertū rōne indepēdētię ab eodem , & hoc patebit infra planius in distinctione de Prędestinatione.

DISTINCTIO XXXIX.

De immutabilitate , uel perfectione diuinæ scientiæ,uel cognitionis.

QRAETEREA quæri solet , Vtrum scientia Dei possit augeri,uel minui , utrunque enim videtur posse probari. Quod enim diuina scientia possit augeri,uel mutari,hoc modo probatur: quia potest Deus scire quod nunquam scit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodie,& tamen potest esse ut legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri, quod non possit a Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie: potest ergo aliquid scire quod non scit : ergo potest eius scientia augeri uel mutari : eademque videtur posse minui : est enim aliquis hodie lecturus, quem Deus scit lecturum : at potest esse,ut non legat: ergo potest Deus non scire hunc lecturum: potest ergo non scire aliquid quod scit : ergo potest minui eius scientia,uel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis est,nec augeri potest,uel minui. Nam (ut ait Augustin. in 15. Lib. de Trin.) Scientia Dei est ipsa sapientia,& sapientia est ipsa essentia,siue substantia Dei: quia in illius naturæ simplicitate mirabili,nō est aliud sapere, & aliud esse: sed quod est sapere , hoc est & esse . Ideoque nouit omnia uerbū, quę nouit pater : sed ei nosse de patre est, sicut esse : nosse enim,& esse , ibi unum est. Et ideo patri sicut esse non est a filio . ita nec nosse. Proinde tanquam sepipsum dicens, pater genuit verbum sibi coæquale per omnia. Non enim seipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus,aut amplius esset in eius verbo,quā in seipso . Hoc est ergo omnino verbum quod pater , quiæ ipse filius, ille pater. Sciunt ergo inuicem pater & filius , sed ille gignendo , iste nascendo. Et omnia, quæ sunt in eorum scientia, in eorum sapientia,in eorum essentia , unusquisque eorum simul videt , non particulatim aut sigillatim, uelut alternante conspectu hinc illinc, & inde huc,& rursum inde, vel inde in aliud atque aliud : ut aliqua videre, non possit , nisi non uidens alia : sed omnia simul uidet, quorum nullum est quod non semper uideat. , & sciat . Eius itaque scientia inamissibilis, & inuariabilis Nostra uero scientia & amissibilis, & uariabilis, & receptibilis est : quia non hoc est nobis esse , quod sapere uel scire. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientiæ Dei dissimilis est,sic et nostrum uerbum quod nascitur de scientia nostra, dissimile est illi verbo quod natum est de patre scientia,Ex hac auctoritate clare ostenditur scientiam Dei omnino inuariabilem esse,sicut ipsa essentia Dei omnino inuariabilis est, & quod pater & filius cum spiritu sancto simul omnia sciunt & uident. Sicut ergo non potest augeri uel minui diuina essentia, ita nec diuina scientia,& tamē cōceditur posse scire qđ non scit,et posse non scire qđ scit: quia posset aliquid esse subiectum eius scientię,quod non est: & posset non esse subiectum

Eodē li. ca. 13.

Eodē li. et c. 14

Eodē li. ac c. 14.

Eodē li. c. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid quod est, sine permutatione ipsius scientiæ.

Oppositio, an Deus possit nouiter uel ex tempore scire uel præscire aliquid.

Hic opponitur a quibusdã ita, Si Deus potest aliquid scire uel præscire quod nunquam scinit vel præscinit, potest ergo ex tempore aliquid scire uel præscire. Ad quod dicimus, Potest quidem Deus scire uel præscire omne quod potest facere, & potest facere quod nunquam fiet. Potest ergo scire, uel præscire quod nunquam fiet, nec est, nec fuit, nec illud scit uel scinit, neque præscit uel præscinit: quia scientia eius non est nisi de his, quæ sunt, uel fuerunt, uel erunt: & præscientia non est nisi de futuris. Et licet possit scire uel præscire quod nunquam est uel erit, non tamen pōt aliquid scire, vel præscire ex tempore. Potest utique scire uel præscire quod nunquam est, nec erit, nec illud scitum vel præscitum est ab æterno, nec tamen potest incipere scire vel præscire illud: sed ita potest modo scire vel præscire, sicut potest scisse uel præscisse ab æterno. Si enim dicatur eum modo posse scire uel præscire quod ab æterno non scinit uel præscinit, idest, ita quòd ab æterno non scinerit uel præscinerit, quasi utrunque simul esse possit, falsum est. Si uero dicatur eum posse modo scire uel præscire quod ab æterno non scinit uel præscinit, idest, habere potentiam sciendi uel præscindi ab æterno, & modo aliquid, nec tamen illud præscitum est uel futurum, uerum est. Non potest ergo nouiter uel ex tempore scire uel præscire aliquid, sicut non potest nouiter uel ex tempore uelle aliquid, & tamen potest uelle quod nunquam uoluit.

Vtrum Deus possit scire plura, quàm scit.

Item a quibusdam dicitur Deus posse plura scire quàm sciat: quia potest omnia scire quę scit, & potest aliqua facere quę nunquam erunt, & illa potest scire: non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia essent quę modo sunt, & alia quędam faceret, quæ non sunt, nec erunt, & illa omnia sciret, pro certo plura sciret quàm sciat, nec tamē eius scientia augeri posset, quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientię. Constat ergo Dei scientiam omnino esse im-

se immutabilem, nec augeri posse uel minui, sed ei subiecta.

Oppositio, quod Deus non semper, nec simul sciat omnia.

Ei uero quod prædictum est, scilicet quod Deus omnia semper uidet et simul, uidetur obuiare quod ait Hier. in expositione Abachuc. Absurdum est (inquit) ad hoc deducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula quot culices nascantur, quotue moriantur, quota pulicum & muscarum sit multitudo, quodue pisces natent in aquis, & similia. Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum prouidentiam eius etiam ad ima retrudimus, in nosipsos iniuriosi simus, eandem irrationabilium & rationabilium prouidentiã esse dicentes. Hic uidetur dicere Hieron. quod Deus illorum minimorum scientiam siue prouidentiam non habeat, quod si hoc est, tunc non omnia simul scit & semper. Ex tali itaque sensu illud dictum esse nouerimus, ut Deum illa alternatim uel particulatim scire neget, nec per diuersa temporum momẽta sic illa cognouit, sicut per uaria momenta illorum quædam deficiunt, quædam incipiunt. Neque illis, alijsque irrationabilibus ita prouidet, quemadmodum rationabilibus: nunquid enim, ut ait Apostolus, cura est Deo de bobus? & sicut non est cura de bobus, ita nec de alijs irrationabilibus. Dicit tamen scriptura, quia ipsi est cura de omnibus. Prouidentiam ergo & curam uniuersaliter de cunctis quæ condidit, habet, vt habeat vnumquodque quod sibi debetur & conuenit. Sed specialem prouidentiam atque curam habet de rationabilibus, quibus præcepta tradidit, eisque recte viuendi legem præscripsit, ac præmia promisit. Hanc prouidentiã & curã de irrationabilibus non habet. Ideo dicit Apostolus, quia non est cura Deo de bobus, prouidet tamen omnibus, & curat, idest, gubernat omnia, qui omnibus solem suũ facit oriri, & pluuiam dat. Scit itaque Deus quanta sit multitudo pulicum, culicum, & muscarum, & piscium, & quot nascantur, quotue moriantur, sed non scit hoc per momenta singula, imo simul & semel omnia. Neque ita scit, ut eandem habeat prouidentiam irrationabilium & rationabilium, ideſt, ut eodem modo penitus

Tom. 6. in exp. planatione capitis. Abachuc.

1. Cor. 9

Sap. 12

1. Cor. 9

prouideat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouideat irrationabilibus & rationabilibus. Rõnabilibus enim & præcepta dedit, & angelos ad custodiam delegauit.

Breuis summa prædictorum.

Sicut itaque & immutabiliter scit Deus omnia, quæ fuerunt, & sunt, & erunt, tam bona quàm mala, præscit quoque omnia futura, tam bona quàm mala.

SVPRA egit Magister, de scientię diuinę certitudine, hic agit de perfectione. Et quoniam uere perfectum est, cui nõ est possibilis additio, ideo Magister quærit, utrum diuina scientia possit augeri, uel minui. Et habet hæc pars tres partes. In prima magister quærit, & determinat q̃ diuina scientia non recipit augmentum nec diminutionem, nec alterationem: sed omnia simul, & uno aspectu cognoscit. In secunda opponit cõtra hoc quod diuina scientia nõ potest augeri, per hoc quòd uidetur aliquid posse scire ex tempore, & determinat & hoc facit ibi. *Et opponitur a quibusdã &c.*] In tertia obicit auctoritate Hierony. contra hoc, quod dictum erat diuinam scientiam esse respectu omnium, & hoc ibi. *Et uero quod præscitum est, scire est quod Deus &c.*] Et quælibet harum trium partium potest subdiuidi, quia primo in eis opponit, secundo soluit. Et ponit duplicẽ rationem, & in tertia post responsionem epilogationem subiungit, ibi. *Simul itaque &c.*]

Dub. 1. *Sciunt ergo semetipsum pater, et filius &c.*] Vñ male dicere, quia scire est essentiale i diuinis: ergo si scit nascẽdo, cũ nasci dicat ꝓprietatẽ personale, ꝓprietas ꝑsonalis est rõ rei essentialis, q̃ nõ est sanc, neq; uere dictũ. Rñ. Dicendũ, aliqui uoluerunt dicere, q̃ scire Dei relatũ ad creaturas, ita q̃ una ꝑsona sciat seipsam, est dictũ essentialiter. Si secundũ q̃ una ꝑsona sciat aliã, dicit respũm ꝑsonę ad ꝑsonã, & est dictũ notionaliter. Sed hoc nõ ẽ cõuenièter dictũ, qa[sicut ꝛ pcedentibus habitũ est] sapia & sapere essentialiter tñ dr. Et ꝓpterea dicendũ q̃ abiatiuus ille nõ tñ dicit cãm siue rõnẽ dicendi, sed rõnẽ cõcomitãtiæ. Gersũdia. n. [sicut dic. Prisc.] hñt expo ni p[si]uel p[sdum]uel p[qa]& primo mõ dicit cõuenientiã, secũdo cõcomitãtiã. & tertio cãm

Dub. 2. *Ea omnia, quæ sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, &c.*] Contra. Supra dist. 36. dictum est q̃ creaturæ sunt in dei noticia, sed non in Dei essentia: ergo est cõtradictio. Respo. Dicendum est quòd in diuina scientia sunt scibilia, i diuina uero essentia sunt attributa, sicut potentia, sapientia, & bonitas. Et Aug. uult dicere quòd pater & filius simul uident omnia cognoscibilia creata & creanda, & omnia essentiæ attributa. Vnde littera legenda est diuisim, omnia quæ sunt in eorum scientia, utputa creata, si mul scit quilibet similiter, omnia quæ sunt in eorum essentia, utputa attributa, simul sciunt, si ue scit quilibet, & ideo nõ uult dicere quòd creaturæ sunt in diuina essentia.

Quia

Obj. 3. *Quia scientia dei non est nisi de his etc.*] Videtur hoc esse falsum, quia deus scit omne, quod potest facere, sed potest facere, q̃ nunquam fuit, nec est, nec erit: ergo scientia dei est de aliquo, q̃ nũquam fuit, uel est, uel erit. Et præterea ẽ infinitorum, sicut dicit Aug. 12. de ciui. dei, non tantum quæ fuerunt, uel erunt Respon. Dicendum, q̃ Magister loquitur de scientia uisionis, q̃ est illorum tantum, quorum ab æterno fuit præuisio, sed ipse obiicit de scientia intelligentiæ, quæ nullius connotat existentiã quod patet. Intelligit. n. deus omne quod potest, & ira non recte currit obiectio.

Obj. 4. *Nec tamen potest incipere scire, uel præscire &c.*] Videtur male dicere, quia nihil scitur nisi uerum: ergo antequam sit uerum, non scitur: ergo si aliquid incipit esse uerum, aliquid incipit a deo sciri: ergo deus potest incipere aliquid scire. Item creatio est diuina essentia, & tñ rõne connotati Deus potest aliquid incipere creare: ergo similiter & aliquid scire. Resp. Scire dupliciter dicitur. Vno modo scire hoc est q̃ habere cognitionem de aliquo, & sic non connotat actualem existentiam cogniti, & sic non potest deus aliquid incipere scire, i. alicuius cognitio nẽ incipere habere Alio modo scire hoc est, q̃ nosse aliquid esse uerum, & hoc tunc primo scitur esse uerum quando incipit esse, & sic incipit deus scire, sic & desinit præscire, non ratione principalis significati q̃ est scientia, sed rõne connotati q̃ quidẽ est ueritas rei scitæ.

Dub. 5. *Non potest ergo nouiter ex tempore scire, uel præscire aliquid &c.*] Videtur hic dicere duo contradictorie opposita, quoniã illud est nouum, quod prius nõ fuit, & modo est, ergo si posset quod prius non uoluit, uidetur quod incipiat uelle. Resp. Dicendum quod cum dico deum uelle, hic duo dico, & actum diuinæ uolũtatis, & ulterius ordinationem ipsius effectus ad illum actum. Et primum quidem est necessarium, & semper, nec potest nuciapere, uel desinere: suo' untas. n. diuina est semper in actu suo, ita q̃ nec potest illo carere, nec aliũ habere: sed ordinatio alicuius effectus ad illum actum, est ordinatio rei futuræ, quæ nondum est, & ideo potest esse, & non esse, & ordinari & non ordinari. Quando ergo dicitur q̃ deus potest uelle, q̃ nunquam uoluit, & tamen non ex tempore: intellectus est, q̃ effectus ille potuit ordinari ad diuinum uelle, & qñ ordinatio effectus est ordinatio rei futuræ, & q̃ est futurum semper fuit futurum, & q̃ est semel fuit ordinatum: semper fuit ordinatum ad illam. Quando ergo dicitur quod deus potest uelle aliquid, idem est dicere q̃ aliquid potuit esse futurum huiusmodi ordinem ad diuinam uolũtatem, q̃ tamen non habet ordinem: sed si haberet, ab æterno habuisset, & ideo non incipit ex tempore: & ideo exemplũ Magistri bonũ est, si uelle dei importat ordinẽ ad uolitũ in rõne futuri: sed secundũ q̃ importat cõcomitantiã in rõne ꝓsentis, põt deus ex tempore uelle hoc esse, siue hoc approbare hodie,

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non quia non incipiat actus: sed quia incipiat connotatum.

Sed specialem prouidentiã atque Dub.6. *curam &c.* JObiicitur, ꝙ uidetur esse contra illud quod dicitur Sap. 6. Aequaliter est illi cura de omnibus. Respon. Dicendũ ꝙ æqualitas non priuat ibi ordinem diuinæ distributionis: sed priuat acceptionem personæ. Et (omnibus) distribuit ibi tantum pro hominibus, tũ pro magnis, & paruis, pauperibus & diuitibus & sic est ei æqualiter cura de omnibus: quia ita uult salutem pauperum, ut diuitum.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus cognoscat alia à se?

AD intelligentiam præsentis distinctionis quæritur de perfectione diuinæ cognitionis, & circa hoc duo principaliter quæruntur. Primo quæritur de perfectione diuinæ cognitionis quantum ad numerum cognoscibiliũ. Secundo quæritur de ipsa quantum ad modum cognoscendi. Quantum ad primũ quæritur tria. Primo quæritur, utrũ Deus cognoscat alia a se. Secundo quæritur, utrum deus cognoscat omnia alia a se. Tertio, utrũ deus possit scire, uel præscire plura quàm sciat.

QVOD Deus cognoscat alia a se ostenditur auctoritate, & rõne. Auctoritate sic, Psal. 93. Qui plantauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? q.d. hoc est impossibile quòd det aliis potentiã cognoscendi, & ipse non cognoscat. ITEM. Eccle. 23. Domino deo antequam crearentur, omnia sunt agnita, & post perfectũ reipicit omnia: ergo si nõ creat se, sed aliud, non tantũ se cognoscit: sed etiam aliud. ITEM. Probatur ratione ostensiua sic. Omne producens res secundum ordinẽ & liberalitatem, producit eas præcognoscens: si enim producit ordinate, necesse est quòd producat ſm sapientiam. Rursum si secundum libertatem, necesse est ꝙ secundum sapientiam propriã, non alienam. ergo in ipso est omnium cognitio. ITEM. In entibus est status: ergo pari rõne & in cognoscibilibus: sed primum ens, in quo est status, est principiũ a quo est oĩs entitas, & sine quo nihil est, nec aliquid est nisi ab eo: ergo eadem rõne in primo cognoscente, si status est, necesse est quòd ab ipso sit oĩs cognitio, & quòd per ipsum oĩa cognoscantur, & sine ipso nihil: si ergo ꝓp quòd unumquodque, & illud magis: patet &c. ITEM. Hoc ipsum ostendit per impossibile: quia si non cognoscit aliud a se, aut ergo quia nõ potest: aut quia non uult. Non quia non uult. quia in deo uoluntas non præcedit cognitionẽ: ergo quia nõ põt: sed omne cognoscens ꝙ nõ põt cognoscere aliquid ꝙ est cognoscibile, hẽt cognitionem deficientem, & arctãtã, quòd impossibile est esse in deo: ergo &c. ITEM. Nihil põt deus nisi ꝙ nouit, alioquin aliquid posset ignorans, quod absurdum est: ergo si non nouit aliquid aliud a se, nec potest supra aliud a se: nec in se potest, cum non sit supra se: ergo nihil in toto mundo põt: ergo deus est impotentissimus, quod est absurdissimum dicere.

Aristo. cæl. 1.

SED CONTRA opponit̃ per rationem Philosophi. Intelligibile est perfectio intellectus: ergo si deus intelligit aliud a se, intellectus eius perficitur ab alio: & hoc, sequitur triplex inconueniens. Primum, ꝙ eius cognitio imperfecta est, cum perficiatur a re minus nobili quàm sit Deus. Secũdum, quòd eius cognitio, uel ipse deus trãsmutatur: oẽ. n. quod ab alio perficit, habet potentiã passiuã, quæ est principium transmutandi. Tertium inconueniẽs est, quòd deus non sit sua actio, si actio sit a perficiente, & deus nõ ꝓficiat, &c. ITEM. Si deus cognoscit aliud a se, cum non omne qđ cognoscit deus, sit idem ꝙ deus, necesse est quòd illud ꝙ cognoscit sit extra deum: ergo si cognoscit aliud, cognoscit aliquid extra se. Et ex hoc similiter orit triplex inconueniens. s. quod cognitio eius sit indigens exterioris sit ẽt transmutabilis, & quod sit aliud quã ipse, quæ oĩa sunt inconuenientia. ITEM. Illud idẽ ostenditur per rõnem cognoscẽdi, quia ratio cognoscendi est ipsa ueritas, sed ueritas idẽ est qđ res entitas, ut dicit Aug. ergo nihil cognoscit a deo nisi ens: sed deus nihil cognoscit nisi ab æterno: ergo nihil cognoscitur ab ipso, nisi ens quod est ab æterno: sed tale est unum solum. s. ipse deus: ergo &c. ITEM. Ratio cognoscendi est assimilatio: ubi est enim cognitio, necesse est quod ibi sit assimilatio cognoscentis ad cognoscibile: ergo ubi summa cognitio, ibi summa assimilatio: & ꝙa dei cognitio est summa, & perfectissima: ergo debet attendi ſm summam assimilationem: sed nihil summe assimilat deo nisi ipse: ergo solũ seipsum cognoscit. ITEM. Videtur quòd nulla necessitas sit ponere deum cognoscere alia a se. Qm̃ sicut potentia se habet ad productionẽ, ita & intelligentia ad cognitionẽ: sed dei potentia, etiam si nihil producat, non est minus potens: ergo si intelligentia dei nihil aliud a se cognoscit, nihilominus est summe intelligẽs. ITEM. Bonitas creaturę comparata ad bonitatẽ creatoris est sicut punctus ad lineam: ergo similiter ueritas ad ueritatẽ. Sed si intelligatur punctus amoueri a linea, nõ est linea minor, nec iperfectior: ergo si deus ueritatẽ suã cognoscit sine ueritate creaturę, nihilominus sua cognitio perfecta est.

RESOLVTIO.

Piè credamus, Deum alia à se cognoscere, sed non nisi per se.

RESP. Dicendum quòd pium, & necessarium est dicere, quòd deus aliud a se cognoscat. Pium quidem: quia omnis rectus animus hoc dicit: quia nõ latet deũ quod cognoscit noster animus. Necessarium, quoniam non põt opus latere sapienti simum opificem: & ideo oppositum dicere, est impium, & impossibile.

ET PROPTEREA ad intellectum obiectorum notandum, qđ cognoscere aliud, est dupliciter, aut per aliud a se cognoscente, aut per se. Quando cognoscens cognoscit aliud & per aliud, tũc uerum est quòd perfectionẽ habet aliunde: & tunc eius intellectus est in potentia, & recipit aliunde perfectionẽ: & ideo addi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſitionem,& tranſmutationem: & hoc omnino impoſſibile eſt circa Deum. Eſt iterum aliud cognoſcere ꝑ ſe,& tunc cognoſcēs eſt actus reſpectu cognoſcibilis, & tunc non recipit impfectionē a cognoſcibili, ſed magis econuerſo, & hoc modo ponimus Deū aliud cognoſcere a ſe per ſeipſum, & ſic nō ꝓcedit prima ratio,ſed ſecūdū primā uiā,& ita intelligit Phs,ſi uerum dixit.

AD ILLVD quod obiicitur ſecundo, ꝙ ſi Deus cognoſcit aliud a ſe ergo aliqd extra ſe. Dicendum ꝙ cognoſcere aliqd extra ſe,eſt tripliciter. Aut ꝑ aliqd conceptū ab extra,& ſic dependet cognitio ab extrinſeco,& ſic non eſt poſſibile ponere in deo. Aut eſt cognoſcere aliqd extra, quia aſpectus cognoſcētis deflectitur extra, ſicut cognoſcit Angelus. Aut quia illud, qđ eſt aliud & diuerſum, habet ortū ab intra: & ita qđ eſt extra, cognoſcitur per omnino intrinſecum, & hoc modo cognoſcit Deus ſ. ꝙ exemplar,quod eſt idem quod ipſe,a quo res cognoſcuntur, & hoc modo nihil ualet obiectio.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur tertio, quod ab æterno fuit unū ſolum ens. Dicendum quod duplex eſt rei eſſe,ſ. in ſe, & in ſua cauſa. i. in proprio genere, & in exēplari. Et ad cognitionem rei ſufficit exiſtentia eius in cauſa, ſiue in exemplari,&quia per exēplar res præſentatur ſicut futura eſt in ꝙ prio genere, ideo per exiſtentiā in exemplari omnino cognoſcit ſicut futura eſt, nec aliter cognoſcitur poſtquā facta eſt. QVOD ergo obiicitur quod ab æterno fuit unum ſolum ens. Dicēdum ꝙ uerum eſt in proprio gñe,ſiue ineſſe actuali: multa tamen fuerunt in cauſa: & eſſe illud, erat ratio cognoſcendi, ſecundum utrumque modum eſſendi.

Caietanus 1. part. q. 14. art. 5. huc modum dicendi deridet dicens ita aſſerentes eſſe rudes.

AD ILLVD, quod obiicitur quarto de aſſimilatione. Dicendum, ſicut ſupradictum fuit in Quæſtione de ideis, ꝙ ad cognitionem requiritur aſſimilatio, non per conuenientiam in genere, uel ſpecie, ſed ſecundum rationem exprimendi: & quoniam diuina ueritas una,& ſumma expreſſione exprimit ſe, & alia, ideo ſumma aſſimilatio eſt non tantum reſpectu ſui: ſed et reſpectu aliorum: & ita patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ potentia dicitur perfecta, ét ſi nihil faciat: ergo &c. Dicendum quòd nō eſt ſimile de actu faciendi reſpectu potentiæ, & ſciendi reſpectu intelligentiæ. Nam facere eſt actus ut actus, & ut egrediens,qui non facit perfectionem: ſed conſequitur, & ei atteſtatur; ſed ſcire eſt actus ut habitus, qui ſignificat ut perfectio potentię. Quoniam ergo diuina intelligentia eſt perfectiſſima,ideo non tantum cognoſcit aliqua,ſed omne quod poteſt cognoſci: non autem facit omne ꝙ poteſt fieri. AD ILLVD, ꝙ obiicitur ultimo, ꝙ ueritas creaturæ nihil facit ad primam ueritatem &c. Dicendum, ꝙ uerum eſt, & ideo æque nobilis & perfecta erat prima ueritas ante creationem ueritatum aliarum, ſicut poſt: ſed tñ ponere ꝙ aliqua ueritas ſit, & non ſit a ueritate ęterna, eſt ponere primam ueritatē non eſſe ſummam: ſic ponere aliquā ueritatē nō eſſe, & nō ee cognitam

gnitam, tollit rationem perfectæ ueritatis, ut eſt ratio cognoſcendi: & ideo patet ꝙ de perfectione ſummæ ueritatis eſt cognitio creaturę, ſicut & potentia producendi.

QVAESTIO II.

An Deus cognoſcat omnia alia a ſe?

DAto quod deus cognoſcat alia a ſe, quæritur utrum cognoſcat omnia alia a ſe. Et ꝙ ſic, uidetur auctoritate Hier. 17. Prauum eſt cor hoīs &c. & poſt, Ego dñs ſcrutans corda, & renes: ſed nihil incertius, nihil occultius noſtris cogitationib. ergo ſi has cognoſcit, & omnia alia. ITEM. Hebr. 4. omnia ſunt nuda: & aperta oculis eius, ad quem nobis ſermo. Et iterum, Vīus eſt ſermo Dei & efficax [uſque ibi] & nō eſt aliqua creatura inuiſibilis in cōſpectu eius. ITEM. Ioan. ult. Dñe tu omnia noſti. ITEM. Aug 3. de Trin. Nihil fit uiſibile, nec intelligibile, ꝙ non de aula interiori atq; inuiſibili ſummi imperatoris aut habeatur, aut permittatur, ſecūdum ineffabilem iuſtitiam pœnarum & præmiorum, gratiarum & meritorum: & ſi hoc ita eſt, omnia cognoſcit. ITEM. rōne uidetur: quia quanto ſubſtātia eſt ſpiritualior atque ſimplicior, tanto plurium eſt cognitiua: ſed deus eſt ſubſtantia ſimplicitiſſima & ſpiritualiſſima ergo eſt omniū cognitiua. ITEM. deus ē creator, & remunerator: ſed inquantum creator eſt artifex: inquantum remunerator iudex: ſed perfectus artifex cognouit omnia producta, perfectus iudex omnia remunerāda: ſed omnis creatura ſpectat ad artificium, & omne bonum & malum ad iudicium: ergo deus omnem creaturam cognoſcit, & omnem bonitatem, & maliciam. ITEM, impoſſibile eſt aliquid eſſe, in quo non ſit Deus per preſentiam eſſentiæ, ut ſupra probatum eſt: ſed cuicunque præſens eſt per eſſentiā & cognitionem: ergo impoſſibile eſt aliquid deo eſſe incognitum ITEM. ſi eſſet in una re, ita ꝙ non in alia, eſſet eius eſſentia limitata: ergo ſi ita cognoſceret quod aliqua eſſent incognita, eſſet eius cognitio limitata & arctata, & ita imperfecta.

Dis. 37 art. 3.

SED CONTRA. Omne nobilius deo eſt attribuendum: ſed quędā melius eſt neſcire, quàm ſcire, ſicut dicit Aug. in Ench. ergo neceſſe eſt ponere ꝙ deus illa non ſciat. ITEM. intellectus noſter propter ſui immaterialitatem non intelligit ſingularia. Vnde [ut Philoſophus dicit] intellectus eſt uniuerſaliū, & ſenſus ſingularium. Sed diuinus intellectus multo magis eſt immaterialis quàm noſter: ergo ſi noſter non intelligit ſingularia, nec diuinus. ITEM. noſter habitus ſcientialis propter ſui certitudinem non eſt niſi neceſſariorum, & non contingentium: qa dicit Boetius, quod ſcientia eſt eorum, quæ ſui immutabilem exiſtentiam ſortiuntur. Si ergo diuina cognitio eſt multo certior quàm noſtra ſcientia, pater &c. ITEM. Sicut Deus dicitur omniſciens, ita eſt omnipotens: ſed potentia mali non eſt de omnipotentia, nec de perfectione potētię natu-

Colligę ex 1. Phy. tex. co. 64

raliter: ergo similiter cognitio mali non est de perfectione scientiæ: ergo &c. ITEM. hoc ipsum ostenditur auctoritatibus. Et primo auctoritate Abachuc. 1. Mundi sunt oculi tui domine, ne uideant malū: ergo, ITEM. Matt. 25. de malis: Nescio uos. ITEM. quæ necessitas est ponere Deū cognoscere omnia? Et uidetur quod nulla: quia cognitio nostra non minus dicitur perfecta si non cognoscit unam muscam: si ergo diuina cognitio multominus perficitur a scibili, non erit imperfecta, si non cognoscit ista uilia.

RESOLVTIO.

Cognitione simplicis notitiæ uniuersa & bona & mala deus cognoscit: at notitia approbationis non nisi tantum bona.

RESP. Dicendum ad intelligentiam obiectorum, ꝙ in deo est cognitio approbationis: & simplicis notitiæ. Et notitia approbationis connotat complacentiam uolūtatis. Hac non cognoscit deus omnia: quia nec mala: nec malos: sed tantum bona & bonos: & de hac intelliguntur duæ ultimæ auctoritates. Est alia cognitio simplicis notitiæ: & hæc quia habet rationem cognoscendi a ueritate, quæ ē lux summa, cui nihil potest occultari, nec etiam tenebræ obscurantur ab ipsa: ideo de necessitate cognoscit omnia, magna & parua, bona & mala, sicut ostendūt rōnes ad primam partem.

AD ILLVD ergo, qđ obiicit, ꝙ oē melius, & nobilius deo est attribuendū. Dicendum, ꝙ est melius simpliciter, & est melius huic, & secundum statum. Dico ergo ꝙ omnia scire, simplici ter melius & nobilius est: sed homini corrupto, qui accipit occasionem peccandi ex cognitiōe, melius est quædam nescire: ideo non sequitur ꝙ sic Deo sit attribuendum. AD ILLVD, quod obiicitur de immaterialitate intellectus. Dicendum, ꝙ hoc ꝙ non cognoscat singularia, non tantum uenit ex immaterialitate, imo ex materialitate coniuncti, & immaterialitate sua. Quoniam enim coniungitur corpori, ideo habet potētias, ꝑm quas dependet a corpore quantum ad operationem: & per quas intellectus quandiu est in corpore, exit ad exteriora: quia illæ sūt mediæ, s. sensus particulares, & imaginatio. Quoniam ergo singulare non peruenit ad intellectum nisi per istas potentias, & ascensus per has est ꝑm abstractionem & depurationem, & abstractio facit de singulari uniuersale: ideo non potest singularia cognoscere ut intellectus, ni si intellectus sit separatus uel diuinus. AD ILLVD, quod obiicitur de certitudine scientiæ. Dicendum ꝙ hoc non est propter certitudinem simpliciter: sed ꝓꝑ certitudinem causatam a re. Et qm̄ causatur certitudo in nostra cognitione, uel depēdet ex re: ideo non potest nostra cognitio esse certa, nisi res sit necessaria. Diuina autem cognitio qm̄ a re non causatur, nec dependet: ideo potest esse certā de re contingenti. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, quod potentia mali non est de oī potentia: ergo &c. Dicendum ꝙ non est simile: quia rectitudo manens rectitudo, est ratio cognoscendi malū: sed rectitudo non est causa mali, nisi declinando a rectitudine & deficiendo: ideo scire malū est de perfectione scientiæ: sed posse malum, est de perfectione potentię. AD ILLVD, ꝙ quæritur, quæ necessitas est cognoscendi deum omnia. Dicēdum, ꝙ infinitas & immensitas ueritatis, quę non patitur aliquid latere deum, sicut immensitas diuinæ præsentiæ non patitur aliquid absentari a deo.

QVÆSTIO III.

An deus scire possit plura, quàm sciat.

VTRVM deus possit scire uel præscire plura quàm sciat. Et ꝙ possit plura scire, ostenditur sic. Nihil scitur nisi ens & uerum: sed multa possunt esse quæ non sunt, & uerificari quę falsa sunt: ergo multa possunt sciri a deo, quæ tamen nō sciuntur. ITEM. quod potest plura præscire, uidetur: quia præscientia est tantum futurorum: sed multa pñt esse futura, quæ nunq̄ fient, nec erunt. ergo multa possunt præsciri, quę non præsciuntur, ergo deus potest plura præscire, q̄ præsciat. Sed cōtra, ꝙ non possit plura scire, uī, quia scīa dei est infinitorū, eē sit infinita, sicut probatū est supra: sed infinitis non possunt esse plura, nec cogitari ergo &c. Item, pōt ꝑscire plura, aut plura incōplexa, siue plures res, aut plura cōplexa, siue enūciabilia. Nō plura incomplexa: quia res scit deus ēt si nunq̄ sint: scit. n. quia q̄ pñt fieri. Sīr nō plura cōplexa, quia cuiuslibet contradictionis semper altera pars est uera, altera falsa: ergo de cōplexis sem per tot sunt uera, quot sunt falsa: ergo qui scit oīa, non pōt scire plura, quia nō pñt esse plura, uera. Item. Quod non possit plura ꝑscire, q̄ ꝑsciat, uidet: quācunq; deus ꝑscit, simul ꝑscit, nec pōt ꝑscire nisi simul: si ergo pōt plura ꝑscire, quàm ꝑsciat, aut ergo simul, aut successiue. Simul est impossibile, successiue sīr impossibile, qa in ęternitate non ē successio: ergo nullo modo. ITEM. Si pōt plura ꝑscire: ergo cum maior sit prę scietia pluriū, saltē extensiue, & ꝙ pōt esse maius, pōt augeri: ergo diuina ꝑscia pōt augeri: sed ubi augmētū, ibi mutatio, & uariatio: ergo diuia scīa pōt mutari; & uariari.

RESOLVTIO.

Scientia simplicis intelligentiæ non potest deus plura scire quàm scit; sed bene scientia approbationis, & uisionis.

RESP. Dicendum, ꝙ cum q̄rit, utrum deus possit plura ꝑscire. uel scire, aliter est iudicandum de præscientia, q̄ de scīa. Nā (sicut dici consueuit) triplex ē dei cognitio, non quantū ad diuersitatem cognitionū, sed cognitorum. s. cognitio approbationis, intelligentiæ, & uisionis. Cognitio approbationis est solummodo de eis, ad q̄ se extendit beneplacitum uoluntatis: & hoc est solummodo de his, q̄ fiunt & bona sunt, & hæc absque dubio pōt esse plurium. Cognitio uero intelligētiæ dī cognitio, qua deus cognoscit oē possibile, & sibi, & aliis: & hac cognoscit deus infinita, & hęc nullo mō potest esse pluriū. Cognitio uisionis est rerum, quarum ab altera

no fuit præuiſio: & hæc ſolum eſt eorum, quæ ſunt, uel fuerũt, uel erunt: & hæc cognitio põt eſſe plurium, q̃ ſit, & quia eiuſdem eſt hæc cognitio, cuius eſt præſcientia, præſcientia poteſt eſſe plurium. Concedendum ergo, ꝙ quædam ſcientia poteſt eſſe plurium, quædam non. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta de ſcientia.

QVOD enim obiicit, ꝙ ſcia dei eſt infinitorum, & ꝙ nihil connotat circa incomplexum. Dicẽdum, ꝙ hoc uerum eſt de ſcientia intelligentiæ: ſed non ẽ uerũ de ſcientia uiſionis. QVOD aũt obiicitur de præſcientia, cõcedẽdum eſt, ꝙ põt eſſe plurũ. QVOD autem obiicitur ad oppoſitum, ꝙ ſi põt ſcire plura, aut ſimul, aut non ſimul. Dicendum, ꝙ ſimultas põt attendi dupliciter. Aut quantum ad ſubſtantiã præſcitorum, ſiue cognitionẽ: ſic eſt uerum, ꝙ ſimul, quia ab æterno præſciuit quædam, & ab æterno potuit præſcire plura, & potuit præſciſſe. Si autem conſideratur ſimultas quantũ ad rationem paucitatis, & pluralitatis: ſic eſt implicatio oppoſitorum, & ſic eſt ſenſus, ꝙ ſimul præſciat plura, & pauciora: & primo ſenſu obiectio habet ueritatem.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur ſi poteſt plura præſcire, ꝙ poteſt præſcientia augeri. Dicendum, ꝙ eſto ꝙ præſcita poſſint augeri, non tamen augetur præſcientia: quia uno, & eodem præſcit deus, & multa & unum, & plura & paucas tamen quamuis præſcita poſſunt eſſe plura, non tamen poſſunt augeri, quia augeri ẽ de paucioribus fieri plura: ſed hæc, poſſe eſſe plura, habet dua cauſas ueritatis, aut quia de paucioribus poſſunt fieri plura: aut quia ab initio potuerunt eſſe plura, & hoc ultimo ſenſu eſt oratio uera. Et ideo cum procedat a pluribus cauſis ueritatis ad unam, facit ſoſphiſma ſecundum conſequens.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An deus eadem cognitione ſe, & alia à ſe cognoſcat.

CONSEQVENTER eſt quæſtio de ſecundo articulo. ſ. de modo diuinæ cognitionis. Et circa hoc quærũtur tria. Primo quæritur, utrum deus cognoſcat ſe, & alia uniformiter. Secundo utrum cognoſcat mutabilia immutabiliter. Tertio utrum cognoſcat omnia pr̃ ſenter, uel præſentialiter.

QVOD cognoſcat ſe, & alia eodem modo: ſiue uniformiter, oſtenditur ſic. Scia dei eſt ſua eſſentia, & ſuũ ſcire eſt ſuũ eſſe: ergo & modus cognoſcendi, eſt modus eſſendi: ſed unus eſt modus eſſendi in deo eſſentialis: ergo & unus modus cognoſcendi. ITEM. Deus ſeipſo, & non alio cognoſcit ſe: & ſe ipſo, & non alio cognoſcit alia: ergo una & eadem ratione cognoſcit ſe & alia: ſed modus cognoſcendi attenditur penes rationem cognoſcendi: ergo ſi eſt eadem ratio cognoſcẽdi ſe & alia, & idem modus, & ſic &c. ITEM. Hoc ipſum uidetur per impoſſibile, quia ſi alio modo cognoſcit ſe, alio modo creaturas: ergo

Ex li. Met. 12

utrum cognoſcit ſe & creaturas, uariatur in cognoſcendo: ergo apud deum eſt tranſmutatio, & uiciſſitudinis obũbratio. ITEM. Si alio modo, tunc ego quæro, aut modus ille eſt creator, aut creatura: Non creatura, quia cognitio & modus cognoſcendi eſt æternus. Si creator, aut dicit quid perſonale, aut quid eſſentiale. Non perſonale, quia omnis cognitio eſt communis tribus: ergo dicit quid eſſentiale: ergo ſi alius, & alius modus: ergo alia, & alia eſſentia: ſed hoc eſt impoſſibile ergo & primum.

CONTRA. Deus cognoſcendo alia a ſe, cognoſcit per ideã: ſe autem nõ cognoſcit per ideã: ergo ſi cognoſcere per ideam dicit modum cognitionis, & ſe non cognoſcit per ideam, patet ꝙ alio modo cognoſcẽdi, & ſic &c. ITEM. In cognitione qua cognoſcit ſe, idem eſt cognoſcens & cognitum, & rõ cognoſcendi ſed in cognitione qua cognoſcit creaturam, non eſt idem rõ cognoſcendi cum cognito: ergo non idem modus. ITEM. Nihil eſt commune creatori, & creatur̃ ſecundum rationem eſſendi: ergo neque ſm rõnem cognoſcendi: cum ergo aliud ſit eſſe creaturæ, quã creaturis, & alius modus eſſendi: ergo alia cognitione, & alio modo cognoſcit q̃ creator. Si ergo alio modo cognoſcitur a deo, & idem ẽ creaturam cognoſci, & deum cognoſcere: ergo deus alio modo cognoſcit ſe, & alia. ITEM. Omnis cognitio, in qua cognitum eſt nobilius, præſentius, & intelligibilius: eſt cognitio nobilior, & quantum ad rem, & modum. Quantum ad rem, quia de re magis nobili. Quantum ad modum: quia de re præſentiori. Sed in cognitione, qua deus cognoſcit ſe, cognitum eſt nobilius, p̃ſentius, & intelligibilius, q̃ i cognitiõe creaturæ: ergo nobilior cognitio q̃tũ ad rem, & modũ.

RESOLVTIO.

Quia deus alia a ſe in ſe cognoſcit, eiuſque cognitio non niſi quod ipſe eſt, eadem erit & ſui, & aliorum à ſe cognitio.

RESP. Dicendum, quòd eſt quædam cognitio, quæ cauſat̃, & ortum habet a cognoſcibili, & hæc q̃m a cognoſcibili cauſatur, & dependet, uariatur ſecundum exiſtentiam cognoſcibilis quantum ad rem, & modum. Eſt & alia cognitio, quæ ſecundum rem idem eſt quod cognoſcens: & a cognoſcibili non cauſatur, nec dependet: & hæc accipit identitatem quantum ad rẽ, & modum a parte cognoſcentis, non a parte cogniti. Q̃m ergo diuina cognitio a rebus nõ pendet, nec cauſatur, ſed eſt idẽ quod deus, & deus eadem eſſentiam, & eodem modo ſe habens, ideo uña cognitione, & eodem modo cognoſcit deus ſe, & alia a ſe: quia per ſeipſum nullo modo uariatum, nec diuerſificatũ.

AD intelligentiam aũt obiectorum notandum, ꝙ per reſpectum ad cognoſcentem cognitio eodem modo comparatur, & eodem mõ eſt: q̃a ſm illam cõparationem habet eſſe: & ſic procedunt primę rõnes, oſtẽdentes ꝙ eodẽ mõ cognoſcit ſe, & alia. Sed per reſpectum ad cognitũ, licet ſit eod̃, tñ alio mõ cõparatur: nam ad deum ſm rõnẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

identitatis, ad creaturam ſm rationem diuerſitatis, & cauſalitatis: & ideo ad creaturā ſm rōnē ideandi: ad deum uero minime: & hoc probant rōnes inductæ ad ſecundā partem, ꝙ alio modo comparatur, & hoc modo ſunt concedendæ. Si ergo inferat, ꝙ alio modo, ſic rō non ualet, quia cognitio dei non recipit modum eſſendi, nec nobilitatē a cognito: & ſic patēt duo obiecta de idea, & diuerſitate.

AD ILLVD, quod obiicitur tertio, nihil eſt commune creatori, & creaturæ. Dicendum, ꝙ uerum eſt de cōicato ſm eandē comparationem: ſed ſecundum aliam & aliam, nihil prohibet ꝙ aliquid ſit ueritas creaturæ, & ſimilitudo dei ſimiliter, quòd aliquid ſit ueritas dei & ſimilitudo creaturæ, & quoniam rō cognoſcendi accipitur penes utrunque modum, ideo cognitio poteſt eſſe communis. AD ILLVD, qđ obiicit ultimo. Dicendum, ꝙ tenet cum cognitio cauſatur a cognito: non autem tenet cum non cauſatur, ſicut in propoſito.

QVAESTIO II.

An Deus mutabilia immutabiliter cognoſcit.

VTRVM deus cognoſcat mutabilia immutabiliter. Et ꝙ

Cap. 7. circa mediū uerbis aliquā- lis per- mutatis Cap. 13 iuxta fi nem.

ſic, oſtenditur auctoritate Dionyſ. de diu. nō. Cognoſcit deus oia materialia immaterialiter, impartite partita, uniformiter multa, immutabiliter mutabilia. ITEM. Aug. 15. de Tri. Eius ſcīa in admiſcibilis eſt, & inuariabilis. ſed oē tale immutabile: ergo &c. ITEM. hoc ipſum oſtenditur rōne: quia ꝙ nobilius eſt deo attribuēdū eſt: ſed nobilior eſt cognitio qua cognoſcit res immutabiliter, q̄ qua cognoſcit mutabiliter: ergo &c, ITEM. Qđ *Ariſt. 3. de An.* eſt in aliquo, eſt in eo per modū eius, in quo eſt: & hoc uerū eſt maxime in deo, in quo oē qđ eſt, eſt ipſum: ſiue ipſe deus: ergo cum ſcīa rerū, & ipſæ res, cognitæ ſunt in deo, & ipſe ſit omnino immutabilis: ſunt ergo in deo immutabiliter. ITEM. ad hoc eſt ratio Auguſtini ducens ad impoſſibile. Dei enim ſcire eſt ſuum eſſe, & ſcīa ſua, eſt ſua eſſentia. Si ergo ſciret mutabiliter, eſſet mutabilis, ꝙ omnino in ipſo eſt impoſſibile. ITEM. ubi eſt mutabilitas, ibi nulla eſt certitudo: ſi ergo deus ſciret res mutabiliter: ſciret incerte: ſed incertitudo eſt conditio dedecorans cognitionem: ergo non haberet dei cognitio perfectam nobilitatem.

CONTRA. Cū res ē præſens, ſcit deus eam eſſe præſentem, & cum præterita, ſcit eam eſſe præteritam: & cum futura: ſcit eā eſſe futuram, non præteritam: ergo uidetur, ſicut nos cognoſcimus res mutabiliter, ita & deus cognoſcat. ITEM. Ad hoc ꝙ ſcia ſit uera, neceſſe eſt ſcibile & ſcientiam proportionari, alioquin non eſt uera ſcīa: eum ergo mutabilis ad immutabile nō ſit proportio, ſed mutabilis ad mutabile: ergo deus non cognoſcit res mutabiles immutabiliter, ſed mutabiliter: alioquin nō uere cognoſcit, ut uidetur. ITEM. Quicquid ſcitur eſt, uerum: ergo quod immutabiliter ſcitur, immutabiliter eſt uerum: ſed res mutabiles non ſunt

ueritatem immutabilem: ergo nō poſſunt ſciri immutabiliter. ITEM. Quia res ſunt contingentes: ideo deum præſcire futura contingentia, eſt contingens, ſicut in præcedentibus oſtenſum eſt: ergo quia res ſunt mutabiles, deum ſcire res mutabiles, eſt mutabile: ergo mutabiliter cognoſcit deus mutabilia: aut ſi non eſt hoc uerum, quæro quare non. Et iterum, quomodo poteſt illud intelligi, ꝙ rei mutabili ſcit ſcientia immutabilis.

RESOLVTIO.

Cum ſcientia dei a rebus ſcitis minimè dependeat: erit mutabilitas ex parte ſcibilis; nulla facta mutatione in Deo ſciente.

RESP. dicendum, ꝙ cum quæritur, utrum deus ſciat res immutabiliter: hæc eſt duplex, qa hæc determinatio (immutabiliter) poteſt determinare actum ſciendi Dei, uel actum eſſendi rerum. Si actum ſciendi Dei: ſic omnino uerum eſt, ꝙ immutabiliter ſcit, quia circa eius actū, & cognitionem non cadit transmutatio, nec uiciſſitudinis obūbratio. Si autem determinet actum eſſendi rerum, ſic falſum eſt de rebus mutabilibus: quia deus ſcit eas mutabiles, & nouit ipſarum mutabilitatem, & ſcit ſe habere nunc aliter quàm prius: ſed tamen nouit immutabiliter. Et ratio huius eſt: quoniā in eius cognitione non eſt receptio, non eſt ſucceſſio, nec eſt obliuio: & ideo quantumcūque res ſint mutabiles, ipſe non mutatur in cognoſcendo mutabilitatem earum. Et quamuis nullam ſit ſimile, poteſt tamen cogitari, ſi intelligatur, uel cogitetur oculus fixus in pariete, qui ſeipſo uideat tranſeuntes ſine receptione, & unico aſpectu omnes uideat, & omnes motus ipſorum: quantumcunque res mutentur, tamē nec oculus mutatur, nec eius cognitio: & ſic eſt in DEO. Exemplum autem ad hoc intelligendum poteſt ſumi a contrario ſic. Quia enim ſcientia cauſata pendet a ſcibili, & non econuerſo: ideo poteſt eſſe mutatio circa ſcientiam p obliuionem, & errorem, & ſucceſſiuam conſiderationem, nulla facta mutatione in ſcibili. Sic contrario modo, quia ſcientia diuina non pendet ex re ſcita, poteſt eſſe mutatio circa ſcibile, nulla mutatione exiſtente in diuina ſcientia, & tamen illa ſcientia totum ſcit.

ET PER hoc patet reſponſio ad primum obiectū, de hoc qđ ſcit fuiſſe, & eſſe. Dicendum. n. quòd hoc dicit mutationem a parte ſcibilis, non ſcientiæ. AD ILLVD, quod obiicitur, de proportione: Dicendum, ꝙ in ſpecialibus conditionibus nō oportet proportionari etiam ſcientiam cauſatam, quia rei corporalis eſt ſcientia ſpiritualis: ſed ſufficit, ꝙ ſit proportio in ueritate. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ quicquid ſcitur, eſt uerum: ergo quod ſcitur immutabiliter, immutabiliter eſt uerum. Dicēdum, ꝙ hic eſt accidens. Quamuis enim ſcientia requirat ueritatem in ſcito de ratione ſuæ intētionis generalis, maximè ſciētia reſpectu enunciabilis: tamē ſcīa non ſemper dicit conformitatem in immutabilitate: maxime diuina ſcīa, quę a ſcibili nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra hoc qd di. S. B. actus diuinæ cognitionis est immutabilis, & necessarius respectu futuri arguit Sco. di. 38.

dependet. AD ILLVD, quod obiicitur, q futurum cõtingens nõ præscit Deus necessario. Dicendum, q non est simile, tum ex parte actus præscendi, tum ex parte dispositionis: Ex parte actus non est, quia præscire semper notat euentum rei: sed scire non semper connotat rei existentiam: scit enim Deus, quæ potest facere, & nunquam faciet. Præterea non est simile de dispositione, quia modus immobilitatis respicit actũ: sed contingens respicit non tm actum: sed ordinationẽ ad futurum: & actus quidẽ diuinæ cognitionis est immutabilis, & necessarius: sed cõparatio ad futurum contingens est contingẽs.

QVÆSTIO III.

An Deus uniuersa præsenter cognoscat?

VTRVM Deus cognoscat omnia præsenter. Et q sic, uidetur 2. Pet. ult. super illud, Mille anni, &c. Glo. In agnitione diuinæ ueritatis ptẽrita, & ptẽntia, & futura, æqualiter præsentia sunt. ITEM. Aug. super Ioh. In ueritate, quæ manet, præteritum, & futurum non inuenio: sed solum præsens, & hoc incorruptum. ITEM. Quanto res est præsentior, tanto cognitio est nobilior, quia hoc facit ad nobilitatẽ cognitionis: sed deus omnia cognoscit nobilissime: ergo omnia quæ cognoscit, præsentissime cognoscit. ITEM. Si non cognoscit oĩa pfiter: ergo non cognoscit oĩa simul: q si simul, tunc ergo in eod[nũc] cognoscit oĩa, & ita pfenter. Si aũt non cognoscit simul: ergo unũ post aliud: sed in oi tali cognitione est trãsmutatio: ergo ĩ cognitione Dei caderet trãsmutatio, quod est omnino falsum, & impossibile.

CONTRA. Præscientia nõ est nisi futuri, & ut futurum. ergo si deus cognoscit oĩa pfiter: ergo &c. SI TV dicas, q improprie dr præscire. Contra. In præscia non sunt nisi duo, s. scientia & anteceſſio respectu cogniti: sed constat, q in deo proprie est scientia: cõstans est, q in ipso p prie est anteceſſio, quia proprie antecedit Deus oĩa alia: ergo ie sponsio illa nulla est. ITEM. Omne præsens sm statum suæ præsentialitatis est necessarium: ergo si deus cognoscit præsenter, & semper præsenter: ergo omnia cognoscit necessario: sicut ergo quod præsens est, non põt non esse: ita si Deus aliquid præscit, necesse est præsciuisse; & si præsciuit, erit: ergo necesse est esse. ITEM. Hoc ostenditur per impossibile, qa si oĩa cognoscit pfenter: ergo plura simul, ergo si se conuertit ad multa: sed simplex ad quod se cõuertit, totaliter se conuertit. ergo cum unum intelligit, non potest in alterum. ITEM. Si cognoscit oĩa præsenter: ergo simul scit duo contradictorie opposita: sed quid scitur, est uerum: ergo duo contradictorie opposita sunt simul uera.

RESOLVTIO.

Præsenter, sed non ut præsentia.

RESP. Dicendum, q cognoscere oĩa pfiter, dupliciter põt intelligi. Aut q notet pfentialitas a parte cognitorũ: & sic est falsa: qa nõ cognoscit oĩa esse uera pfenter, & simul. Aut ita q notet præ-

sentialitas a parte cognoscẽtis, & sic habet ueritatem. Et rõ huius est, quia Deus ideas habet præsentes, & simul, per quas cognoscit res futuras ita certitudinaliter, sicut si essent pfentes. Et iterum, super oẽs illas simul, & præsenter cognoscit. Et iterũ, pfens suę cognitionis est præsens simplicissimum, quod circũplectitur oĩa tpa. Ex his tribus põnibus simul iunctis dr deus omnia præsenter cognoscere.

Et rõnes istæ ortum habent ex hoc, q præsentialitas diuinæ cognitionis, quæ quidem æternitas est, est simplex, & infinita. Quia simplex est, ideo semper pfens. Quia infinita, ideo sunt ei oĩa præsentia. Et exemplũ huius ponit in pfentialitate Dei quantum ad rerum existẽtiam: secundum quam deus totus est in una: & ita est in una, ut nihilominus sit & in alia: & hoc est, quia simplex est, & infinitus: iõ Deus iudicat aliquid esse futurum, sed non futurum sibi, & omnia præsenter cognoscit, & tamen nihilominus pfcit.

ET per hoc pater primum, & secundum, quia procedunt secũdum q pfentialitas est dispositio rei cognitæ in sua natura, non in cognitione diuina. Patet etiam tertium, quia hoc est simplex, & infinitũ, & in uno multa cognoscit, ideo simul supra multa conuertit. QVOD obiicitur de oppositis, similiter patet, quia quamuis cognoscat opposita simul ex parte sua, tm scit unum alteri esse incõpossibile, & unũ scit alteri posse succedere.

67. Hũc modũ dicẽdi impugnat Sco. d. 39. ibi. circa istas qõnes. Scias Sco. d. 35. et 36. dicere cõformiter ad D. Bon. qd esse cognitũ est esse diminutũ, et secundum quid: cõcordat. S. Tho. 1 contra Gentil. c. 52.

DISTINCTIO XL.

De scientia Dei quantum ad speciales effectus, s. de prædestinatione, & reprobatione.

Cap. 10 In to. 7

PRAEDESTINATIO vero de bonis salutaribus est, & de hominibus saluandis (ut enim ait Augustin. in Lib. de Prædestinatione sanctorum) præ destinatio est gratiæ præparatio, quæ sine præscientia esse non potest. Potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus: sed præsciuit Deus etiam, quæ non esset ipse facturus, ideſt, omnia mala. Prædestinauit eos, quos elegit, reliquos vero reprobauit, ideſt, ad mortem æternam præsciuit peccaturos.

An prædestinatus possit damnari, uel reprobus saluari.

Prædestinatorum nullus videtur posse dãnari, nec reprobũ aliquis posse saluari. Vnde Aug. in lib. de correctione, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& gratia. In Apocalypsi (inquit) dicitur, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius nō est acceptus, nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, id est, non potest augeri, vel minui. Ad hoc autem obijciunt quidam, nitentes probare numerum electorum posse augeri, & minui, sic. Posset Deus non apponere gratiam quibus apponit, & posset subtrahere quibus non subtrahit: quod si faceret, vtiq; dānarentur: possent ergo damnari isti, qui tamē saluabuntur: posset itaq; minui electorum numerus: ita etiā posset augeri, quia posset apponi gratia, quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur: posset itaque augeri numerus electorum.

Cap. 13. In to. 7 Apo. 3.

Opinio quorundam.

Quibus respondemus ex ea ratione dictum esse, et uerum esse, numerum electorum non posse augeri, vel minui, quia non potest vtrunque simul esse, scilicet, vt aliquis saluetur, & non sit prædestinatus, uel ut aliquis prædestinatus sit, et damnetur. Intelligentia enim conditionis implicitè ueritatem facit in dicto, & impossibilitatem in vero. Si vero simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur: vt cum dicitur prædestinatus potest, vel non potest damnari, & reprobus potest saluari. In his enim, & huiusmodi locutionibus, ex ratione dicti dijudicanda est sententia dictionis. Alia nanque fit intelligentia, si per coniūctionem hæc accipiantur dicta, atque si per disiunctionem, vt supra cum de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si enim cum dicis: prædestinatus non potest damnari, intelligas ita, id est, non potest esse, vt prædestinatus sit, & damnetur, verum dicis, quia coniunctim intelligis: falsum autem si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari, quem dico prædestinatum, potuit enim non esse prædestinatus, & ita damnaretur.

Instant adhuc ijdem.

Veruntamen adhuc instant, & secundum coniunctionem argumentando ita procedunt, Non enim (inquiunt) potest esse, vt aliquis prædestinatus sit, & damnetur. Vtrunque istorum simul esse non potest: sed alterum horum non potest

non esse, scilicet quin iste sit prædestinatus (ab æterno enim prædestinatus est) & non potest modo esse prædestinatus. Cum ergo impossibile sit simul utrunque esse, & impossibile sit alterum non esse, videtur, non posse alterum esse, scilicet, ut damnetur. Quod si est: ergo non potest esse, ut nō saluetur. In huius quæstionis solutione, mallem alios audire, quàm docere: Dicimus tamen de præscientia similem posse moueri quæstionem. Ideoque tam hic, quàm ibi, unam facimus responsionem dicentes, determinandum fore illud cui innititur tota hæc quæstio, scilicet impossibile est alterum istorum non esse, scilicet, quin isto modo sit prædestinatus: ab æterno enim iste prædestinatus est. Distinguendum enim est, cum ait. Iste non potest modo non esse prædestinatus, vel non potest modo esse quin sit prædestinatus: hoc enim coniunctim, vel disiunctim intelligi potest. Non enim potest esse ut ab æterno sit prædestinatus, & modo non sit prædestinatus: nec potest esse simul vt sit prædestinatus, & non sit prædestinatus: sed tamen potuit esse ab æterno quòd non esset prædestinatus, & potuit ab æterno non esse prædestinatus. Et sicut ab æterno Deus potuit eum non prædestinare, ita conceditur a quibusdam, quod & modo potest Deus eum non prædestinasse. Ab æterno ergo potest Deus non prædestinasse eum: ergo potest iste non fuisse prædestinatus, si uero nō fuisset prædestinatus, nec mō esset prædestinatus: ergo mō pōt nō esse prædestinatus: ita et de præscientia, & de præscitis dicunt: quod in actionibus vel in operationibus Dei & hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum est, vel dictum, non concedunt quod possit non esse, uel non fuisse, immo impossibile est non esse uel non fuisse, quod factum est uel dictum, referentes possibilitatem uel impossibilitatem ad naturam rei existentis. Cum vero de præscientia vel prædestinatione Dei agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quæ semper eadem fuit & est: quia prædestinatio, præscientia, potentia, unum in Deo est.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit reprobatio Dei, in quibus consideretur, & quis prædestinationis effectus.

Cumque prædestinatio sit gratiæ præparatio, ideſt, diuina electio, qua elegit quos voluit ante mundi constitutionem
Eph. 1. *(vt ait Apostolus) Reprobatio econuerso intelligenda est prescientia iniquitatis quorundam, & preparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædestinationis effectus illa gratia est, qua in presenti iustificamur, atque ad recte uiuendum, & in bono perseuerandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo quosdam reprobauit, secundum duo considerat tur: quorũ alterum præscit & non preparat, i. iniquitatem:*
Hoc habetur. 1 glo. ordinaria ad 8. c: ad Ro. Ca. 17 in to. 7 Aug. in li. de bono perseuerãtie, c. 14 *alterum præscit & preparat, scilicet æternam pœnam. Vnde Aug. ad Prosperum & Hilarium. Hæc (inquit) regula inconcussione tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, non praparatos, pœnam autem esse præparatam. Preparauit enim Deus, ut ait Aug. in Lib. de bono perseuerantiæ, in prescientia sua, quibus voluit bona sua: & quibuscunq; donat proculdubio se donaturum esse presciuit. Preparauit etiam Deus (vt ait Fulgentius) malis ignem æternum: illis utique, quos iuste præparauit ad lugenda supplicia: nec tamen, preparauit ad facienda peccata. Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim, sicut preparauit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic preparauit iniquos ad iustitiam amittendam: quia prauitatis preparator fuit. Si ergo prædestinatio Dei proprie est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicunque liberantur, ita reprobatio Dei est prescientia malitiæ in quibusdam non definiendæ, & præparatio pœnæ non terminandæ. Et sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio, ita*
Epist. 15 Rom. 9 Libr. 1. sum. 4. *reprobationis æternæ quodammodo effectus esse uidetur obduratio. Nec obdurat Deus, ut ait Aug. ad Sixtum, impartiendo malitiam, sed non impartiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus enim non impartitur, nec digni sunt, nec merentur, potius ut non impartiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Vnde Apostolus ait, Cuius vult miseretur*

Deus, & quem vult indurat: misericordiam appellans prædestinationem, & præcipuè prædestinationis effectum, id est, gratiæ appositionem: obdurationem uero gratiæ priuationem. Non enim (vt ait Augu. ad Simplicianum) intelligendum est quod Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat: sed tamen quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccẽt. Eorum autem non miseretur, quibus gratiam non præbendam esse æquitate occultissima, et ab humanis sensibus remotissimè iudicat: quàm non aperit, sed miratur Apostolus dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Rom. 11

HAEC est tertia pars, in qua agit Magister de diuina scientia, cõtracta ad spiritua les effectus. Et diuidit hæc pars in duas partes. In prima agit de prædestinatione, & reprobatione quantũ ad causalitatem actiuam. In secũda inquirit, utrum habeant causalitatẽ passiuam, uterũ uidelicet sint ex meritis nostris, infra di. proxima. *Si autem quærimus meritum obdurationis, &c.*] Prima pars habet duas. In prima agit de prædestinatione. In secũda de reprobatione, ibi. *Cumque prædestinatio sit præparatio gratiæ &c.*] Prima iterũ pars diuiditur in duas. In prima agit de prædestinationis quidditate. In secunda inquirit de eius necessitate, ibi. *Prædestinatorum autem nullas videtur posse &c.*] In qua parte primo mouet dubitationem, & opponit, & deinde soluit. Deinde opponit contra responsionem, & ultimo soluit: partes manifestè apparent in littera. Similiter, secunda pars diuisionis, in qua agit Magister de reprobatione habet duas. In prima ostendit quid sit, & quid cõnotat inquantum præcognitio. In secunda uero, cuius est causa, siue quis sit eius effectus, & hoc, ibi. *Et sicut prædestinationis effectus &c.*]

Prædestinatio uero est de bonis salutaribus &c.] Quæritur ergo quid intelligatur per bona salutaria. Si tu dicas q̃ gratia, & gloria: ergo sicut homo dicitur prædestinatus, ita gratia debet dici prædestinata. Resp. dicendum q̃ prima prædestinatio est prẽordinatio. In præordinatione autem tria concurrũt, quid ordinatur, & p̃ quid, & ad qd. Primũ est hõ, secundũ est gratia, tertium gloria: qm̃ ille solus dicẽdus est p̃destinatus, q̃ p̃destinatione ordinatur: ideo patet q̃ gratia, & gloria nõ debet dici p̃destinata, sed hõ solum qui prædestinat ad salutẽ. Dub. 1

Et de hominibus saluandis &c.] Videtur insufficienter dicere. Quia cum prædestinatio sit præparatio gratiæ, & gloriæ: ergo non tantum est hominum: sed etiam angelorum. Resp. dicendum quòd prædestinatio uno modo dicit preparationem bo- Dub. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni, & sic conuenit hominibus, & Angelis, & etiam Christo. Alio modo dicit præparationem boni, & liberationem a malo, & sic dicitur prædestinatio propositum miserendi, & sic proprie est hominum, & sic accipit Magister hic.

Prædestinatio est gratia præparatio, quæ sine &c.] Videtur male dicere, quia præscientia est malorum. Vnde præsciti dñr mali: sed prædestinatio bonorũ: ergo potest esse ꝺdestinatio sine pscientia, sicut econuerso. Si dicas mihi quod prædestinatio est specialis: sed præscientia est commune, & speciale: tũc quæro, quare magis præscientia appropriatur reprobationi quam prædestinationi. Ad hoc est vnus modus respõdendi, quod quia prædestinatio addit, ideo habuit nomen proprium, reprobatio uero nõ: ideo retinuit nomen commune. Sed quomodo habet illud ueritatẽ, cum reprobatio sit præscientia pœnæ, cuius Deus est causa? Et propterea est dicendum ꝙ non rãtum addit, quòd ita distrahat. Nam prædestinatio dat intelligere beneplacitum, ꝙ trahit ipsam in genus scientiæ practicæ simpliciter, eo ꝙ beneplacitum est simpliciter, & absolute respectu totius connotati: sed non sic est de reprobatione: quia uoluntas nõ est respectu mali culpæ: sed respectu pœnæ. Est & consequens, non antecedẽs, & quasi tracta, & propter hoc ꝙ minus distrahit a ratione scientiæ, retinuit sibi nomen præscientiæ.

Dub. 3.

Huius respõdemus, ex ea ratione dictum esse &c.] Vt ꝙ non soluat propter suam distinctionẽ ad qõ

Dub. 4.

nem de augmento: quoniam demonstrato aliquo damnando, uerum est dicere, istum posse saluari: ergo põt eẽ ꝓdestinatus: ergo plures põt esse ꝓdestinati quam sunt: ergo põt numerus ꝓdestinatorũ augeri. Resp. Dicendum ꝙ Magister in hac prima responsione principaliter respõdet ad quæstionem primam, utrum prædestinatũ sit possibile damnari, & bene. s. per compositionem, & diuisionem: & per istam solutionem patet aliquo modo responsio ad illud de augmento: sed nõ plene: ideo annectit solutionem sequẽtem, quæ est explicatio huius in qua dicitur, ꝙ aliquis non potest incipere esse prædestinatus, quamuis possit esse prædestinatus: quia hoc est dicere, ꝙ ab æterno potuit. Et quoniam augmentum dicit maiorem numerum quàm prius cum præsuppositióe prioris & noua additione: ideo patet ꝙ ex sui ratione distinctionem & successionem dicit in partibus. Vnde si aliquis statim cum est, esset ita magnus quantus futurus est, non diceret augeri: sed tamen potuisset esse maior: ita in proposito intelligẽdum. Vel aliter solui potest per compositionem, & diuisionem sicut Magister soluit: possunt enim plures esse quod sint: ergo potest numerus augeri.

Intelligentia enim conditionis, &c.] Quæritur quomodo sit intelligibile. Si enim idem non est causa oppositorum, & conditio implicita facit ueritatem, quomodo facit impossibilitatẽ? Respon. Dicẽdum ꝙ Magister nulle dicere quod illud est falsum, demonstrato aliquo, istum damna-

Dub. 5.

ri, uel saluari est impossibile; sed si addatur & implicetur conditio prædestinationis, facit ueritatem in dicto, & impossibilitatẽ in uero, idest facit illud dictum cum modo impossibilitatis esse uerum, utpote si dicatur, istum damnari & esse prædestinatum simul, est impossibile: siue istum saluari & non esse prædestinatũ, est impossibile. Vel aliter potest dici ꝙ dictum falsum alicuius conditionis implicite uerum sit: ut demonstrato reprobo istum saluari est falsum, adde conditionem prædestinationis, & sic uerum istum saluari, si est prædestinatus, est uerum. Item. Eodem demonstrato, istum damnari est uerum, adde cõditionem prædestinationis, & fiet impossibile, istum damnari si est prædestinatus, est impossibile, & cõiunctim intelligendo.

Ex quo enim aliquid factum est &c. uel dictum, &c.] Videtur falsum: quia Christus dixit Petrum peccatorem: ergo postquam dixit, fuit necessarium dixisse, & necessario sequitur, si Christus dixit, hoc erit: quia ad oppositum, & tunc sequitur Christum esse mẽtitũ, quod est impossibile: ergo uidetur (cum antecedens sit necessarium) quòd necessariũ fuit Petrum negare. Respon. Dicendum, quòd in dictione Christi duo sunt, scilicet uerbi prolatio, & assertio: & uerbi prolatio simpliciter est præterita, & necessaria, & ex illa non sequitur consequens, non enim sequitur. Christus hoc dixit: ergo hoc erit, protulit enim hoc uerbum: Ero similis uobis mendax; Est iterum assertio, & illa sequitur illustrationem diuinę præscientię. Sicut ergo diuina præscientia est certa & infallibilis, cui non potest subesse falsum, & tamen aspicit futurũ, & connotat circa ipsum ueritatem: ideo non est necessarium deum præscisse quod præsciuit, quamuis sit certum & infallibile: ita intelligendum de Christi assertione quòd certitudinem habet & infallibilitatem a diuina præscientia: sed tamen non est necessarium Christum hoc asseruisse, & ideo si ponatur hoc non contingere, ponitur & Christũ nõ asseruisse, & sic patet illud & consimilia. In assertione enim Christi duo sũt. s. actus mẽtis, & relatio ad futurum contingens, siue ordinatio: & quamuis unum sit necessarium, reliquum tamen est contingens.

Sicut enim prædestinationis effectus, &c.] Ex hoc ostenditur, ꝙ prædestinatio sit causa gratiæ. Quærit ergo in quo genere causæ. Cum enim sit scientia, uidetur dicere causam exemplarem. Et iterum, hoc non uidetur sufficere, quia exemplar non necessario infert exemplatum, sed præscientia ponit. Et iterum, si est causa, aut uniuersalis, aut particularis. Non uniuersalis, quia tunc indigeret particulari alia adiuuante. Non particularis, quia tunc determinata esset ad unum effectum tantum. Et iterum, aut necessaria, aut contingens. Non necessaria, quoniam per uoluntatem operatur. Non contingens, quia hæc est fallibilis & incerta. Resp. Dicendum quod prædestinatio est causa gratiæ sicut dicit, & tota causa: sed non causa salutis: ut excludatur cooperans

Dub. 7.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& disponens. Adiutores enim Christi sumus, & nullus saluatur inuitus Quod ergo quæritur, in quo genere, causæ sit, dicendum quod prædestinatio claudit in se scientiam & beneplacitum uoluntatis, & dispositionem uoluntatis, per quam placuit Deo nos saluare, quę est summa bonitas. Ratione primi, dicit causam in genere formæ, ratione secũdi in genere efficientis, ratione tertii in genere finis. Quod quæritur, utrum necessaria, uel contingẽs, uniuersalis, uel particularis. Dicendum, quòd de omnibus istis modis causandi habet quod est perfectionis, non quod est imperfectionis. Nam de proprietate uniuersalis habet extensionẽ ad multa: de proprietate particularis, sufficientiam ad singula: de proprietate causæ necessariæ, immutabilitatem: de proprietate contingentis, habet arbitrii libertatem, quia potest facere, & potest non facere. Conditiones autem imperfectionis non habet, quia nec habet in sufficientiam, sicut causa uniuersalis; nec limitationem, sicut causa particularis: nec ineuitabilitatem, sicut causa necessaria: nec uertibilitatem sicut causa contingens.

Dub. 8. *Prædestinationis effectus est gratia appositio &c.*] Videtur male dicere: qa causa, & effectus sunt correlatiua: cum ergo relatiua simul sint in natura, quandocũque est prædestinatio; est gratiæ appositio: ergo nullus est prædestinatus, qui habet gratiam. Sed contra hoc est, quia prædestinatio est non entium sicut dicit Aug. in lib. de fide ad Petrũ.

Resp. Dicẽdum, quòd prædestinatio non semper est in actu cũ, sed in habitu; & ideo non oportet qꝝ respõdeat effectus in actu, sed in habitu: unde ex hoc patet quòd quæri consueuit, utrũ prædestinatio aliud ponat in prædestinato, Dicendũ, qꝝ non necessario ponit aliud de præsenti, siue actu: quoniam multi sunt prędestinati, qui non sunt mali: & multi qui mali sunt: sed ponit aliud secundum habitum de futuro, ratione cuius homo potest gaudere s. quia nomen eius scriptum est in cœlo: & cum illud positum erit, erit magnum, & illud erit ratio perstendi in bono, & perueniendi ad magnum, & summum bonum: & ideo hoc bonum habituale præponendũ est gratiæ, quæ est secundum præsentem iustitiam.

ARTICVLVS II

QVAESTIO I.

An prædestinatio quid æternum, uel temporale sit?

AD intelligentiam præsentis dist. tria principaliter quęrũtur. Primo quæritur de prędestinatione. Secundo de electione. Tertio de reprobatione. Primus articulus duo habet. Primo enim quæritur de prædestinatione quantum ad entitatem. Secundo quantum ad necessitatem. De entitate autem duo quæruntur. Primo quæritur, utrum prædestinatio sit qd æternum, aut temporale. Secundo quid sit prædestinatio secundum rem.

QVOD prædestinatio sit quid æternum, uidetur. Quod ẽ ante mundi constitutionem; est quid æternum: prædestinatio est huiusmodi, quia prædestinatio est electio. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionẽ: ergo &c. ITEM. prædestinatio est præscientia beneficiorum: sed quicquid deus pscit, æterna liter præscit: ergo cum omnis præscientia sit æterna, & omnis prædestinatio est scientia, omnis prædestinatio est æterna. ITEM: Prædestinatio est propositum miserendi: sed propositũ est quid proponentis, præcedẽtes, quæ proponuntur: ergo cũ sit propositum Dei, & Deus æternaliter proponit, patet &c. ITEM. De ratione sui nominis prædestinatio dicit præcessionem, siue antecessionem: sed non nisi prædestinantis ad prædestinatum: sed prædestinans est æternum: ergo dicit ordinẽ, & antecessionem æterni ad temporale: sed antecessio illa est ꝙterna: ergo &c.

CONTRA. Prędestinatio importat relationem ad prædestinatum: sed omnis relatio ponit respectum uerum, uel in utroq; extremorum, uel saltem in altero: sed prędestinatio non põt uerum respectum ponere in prędestinante: ergo ponit respectũ uerum in prędestinato: sed uerus respectus non fundatur nisi supra quid creatum, & temporale. ITEM. Prædestinatio importat actionem, & omni actioni respondet passio: cum ergo actio, & passio non sint in eodem: qa non est idem prædestinans & prædestinatus, necesse est qꝝ sit in alio. sed aliud non est nisi quid temporale & creatum: ergo prædestinatio importat qd temporale, & creatum: ergo nõ est æterna ITEM. Prædestinatio importat ordinem prædestinantis ad prædestinatum: aut ergo secundum esse quod habet in deo, aut secundum esse quod habet in proprio genere. Non secundum esse quod habet in deo: quia sic est deus, & non sequitur Deum: ergo secundum esse qꝝ habet in proprio genere: sed esse qꝝ habet ī proprio gñe, est quid temporale, & creatum: ergo & prędestinatio similiter, & sic &c. ITEM. Omnis actus diuinus, qui non reflectitur supra essentiam, uel personam, transit extra, & omnis actus trãsiens extra ex tempore dicitur de deo: cum ergo prędestinatio non transeat in personam, uel essentiam, sed extra: ergo est tẽporalis. ITEM. Prædestinatio est pręparatio: sed nihil dicitur pparari, antequam incipiat aliquid fieri secundum principia intrinseca: artifex enim non dicitur prępparare domum ante ligna, & lapides sola cogitatione: ergo necesse ẽ qꝝ ponat ī re.

RESOLVTIO.

Prædestinatio quid æternum est: id quę ratione principalis significati quod est diuina essentia.

RESP. Dicẽdum, qꝝ in pdestinatione nõ sunt nisi duo ī. cõnotatũ, & principale significatum. Significatũ principale est diuina essentia: connotatũ uero est creatura, ut gña, & gloria, & persona saluanda: & hæc duo importat prædestinatio cũ ordine antecessionis unius ad alterũ rõne ppositiõis. Qm̃ ergo signatũ principale est ꝙternũ, ita pdestina-

tio est quid æternum. Rursus, qm̃ importat anteceſitonem ſignificati ad connoratum, & illa anteceſſio est ab æterno: ergo prædestinatio est quid æternũ, & ab ęterno, & concedendæ sunt rationes ad hoc.

AD ILLVD, quod obiicitur de relatione, dicendum ꝙ res, siue relatio potest significari in deo dupliciter, uel respectu existentis in actu, uel respectu existentis in potentia, futuri aliquando in actu: & quando est respectu existẽtis ī actu, tunc neceſſe est quod respõdeat uerus respectus: quando uero respectu existentis in potentia, ſufficit quòd rñdeat in potentia, & talis fundatur ſupra ens ī potentia: & ideo actu nihil ponit niſi deum. AD ILLVD, ꝙ obiicitur de actione, Dicendum, ꝙ est actio ſecundum rem, & est actio ſecundum modum. Actioni ſecundũ rem, quæ est principium efficiens aliquid, reſpondet paſſio differens ſecundum rem. ut creationi creatio, actioni paſſio. Actioni uero ſecundũ modum non reſpondet niſi paſſio ſecundum modum differẽs, ut cognitioni actioni ipſius dei, rñdet ipſum cognoſci, & hoc quidem realiter non est aliud ſm modum: qm̃ ergo prædestinatio non importat niſi prœcognitionem, ſiue actiue, ſiue paſſiue: ideo est quid ęternum, & non est aliud quam deus. AD ILLVD, ꝙ obiicitur de ordine, dicendum, ꝙ est ordo ſm nobilitatem, & ſm durationem: & ordo ſm nobilitatem ponit extrema ſimul: ordo uero ſm durationem eo ipſo quod ordo eſt, ponit extrema non eſſe ſimul: & ſecundum rationem antecedendi ordo ſimul est cum antecedente, ſiue cum prœceden te: ſimiliter ſm rationem ſubſequendi ſimul est cum ſubſequẽte. Qm̃ ergo prædestinatio importat ordinem ſm rõnem prę cedendi: ideo ęterna est, quamuis ſit reſpectu temporalis: quoniam non eſt ſimul cum illo: ſed antecedit. AD ILLVD, quod obiicitur ꝙ prædestinatio tranſit extra: dicendum, ꝙ tranſire extra, est dupliciter, aut in aliqd quod est extra, aut in aliquid ꝙ est intra; ſed erit extra. Primo modo connotat aliud in actu, & dicit qd tpale, ut creare, & cõſeruare: ſecundo modo non, ut prędeſtinare. AD ILLVD, quod obiicitur de prœparatione ꝙ antecedit ſecundum principia extrinſeca, non ſm cauſam efficientem. Dicendum, quòd quædam est cauſa efficiens, quę operatur ſm materiam prœiacentẽ, & iſta quidẽ, quia alio indiget, non dicitur ꝓparare, qm̃ ſolum uult, & diſponit intus: ſed quãdo materiam aptat exterius. Quędam est cauſa efficiens, quę nullo indiget ad operandum: ſed ſtatim cum uult operatur: & in tali prœparatione non est aliud quam diſponere, & prœponere: & talis est deus: quia nullo alio ĩdiget à ſe ad operandũ.

QVAESTIO II.

An prædestinatio ſcientiam, uel uoluntatem dei principaliùs & complẽtiùs importet.

QVID ſit prędeſtinatio, utrũ ſ. dei ſcientia, uel uoluntas: Et ſuppoſito ꝙ dicat aliqd ꝙ ſit

ꝙ ſit in utroq; gñe: eſt. n. (ſicut dicit Aug.) ſcientia beneficiorum & propoſitum miſerendi, quæritur ꝙ iſtorum importet principalius, & per modum cõplementi. QVOD ĩportet ſciam, uidetur, quia compoſitum trahit ſignificatum a componentibus: ſed deſtinatio cum dicat, & miſſio, & ordinatio in rõne prædeſtinationis accipitur ut ordinatio. Nam [ſicut dicit Aug.] prædeſtinare idem est ꝙ prœordinare: ſed artifex licet uolens, & ſciens prœordinet, non tamen ordinat inquantum uolens, ſed inquantum ſciens: ergo &c.

ITEM. ſcientia non diuiditur ſecundum rationem accipiendi in uirtutes, uel in ea quæ ſunt uoluntatis: ſed in ea quę ſunt cognitionis. Sed nos diuidimus diuinam ſcientiam in prædeſtinationem, & reprobationem: ergo prędeſtinatio, ſm ꝙ hmòi ad ſcientiam ſpectat.

CONTRA. Prędeſtinatio est cauſa gratiæ, & gloriæ: ſed gratia, & gloria immediatè ſũt a uoluntate: ergo prędeſtinatio de ſe dicit quid in gñe uoluntatis. SI DICAS ꝙ ex ui nois non importat illam cauſalitatẽ. Contra. Eſto ꝙ deus prœſciret aliquem habiturum gratiam, & gloriam alunde q̃ ab ipſo, non diceretur prędeſtinare: ergo de ſe dicit cauſalitatem. ITEM. Prędeſtinatio importat ſcientiam, & uoluntatem: ſed quotiens hęc duo in aliquo importantur, uoluntas ſe habet per modum conſequentis & addentis ad ſcientiam: ſed quod conſequitur, & addit, ſe habet per modum differentię, & complementi, & ita eſt res denominanda: uidetur ergo ꝙ cõpletius importet uoluntatem: & ita ꝙ male ſituet Magiſter.

RESOLVTIO.

Voluntatem: cum cauſalitas gratiæ & gloriæ proprie uoluntati attribuatur ut efficienti.

RESP. Dicẽdum, ꝙ cum prędeſtinatio ſignificet diuinam eſſentiã ut cauſam gratię, & gloriæ: & hoc ſecundum ordinatã diſtributionẽ gratię, & glorię, quantum eſt de ſe, nõ. n. importat ſcientiam, ſed etiam uoluntatem, & potentiam: ſed qm̃ cauſalitas gratię, & gloriæ attribuitur proprie uoluntati ut efficiẽti: ſcientiæ ut diſponenti, & potentiæ ut exequenti: ideo & ſi prędeſtinatio importet illa tria, tamen principalius est in genere uoluntatis: & ideo ab Augu. diffinitur prædeſtinatio per illa tria. Primo per illud ꝙ reſpicit potentiam, in Lib. de hde ad Petrum. Prædeſtinatio eſt gratuita donationis prœparatio. Secundo per illud ꝙ reſpicit ſciẽtiam, in Lib de Bono perſeuerãtię. Prędeſtinatio eſt ꝓſcientia beneficiorum Dei. Tertio per illud ꝙ reſpicit uoluntatem, & propriſſime, in Lib. de prædeſtinatione ſanctorum. Prędeſtinatio (inquit ibi) eſt propoſitum miſerendi. *Li. 2. c. 14. To. 7.* *Collige ex li. de Prædeſtinatione ſanctorum ca. 10 Tom. 7*

AD ILLVD ergo, quod obiicitur, ꝙ dicit ordinem. Dicendum, ꝙ eſt ordo duplex. Vnus diſpoſitio rerum in uniuerſo, & hic appropriatur ſcientię. Alius directio in finem, & hic appropriatur bonitati ſiue uoluntati, & hoc modo eſt de rõne ꝓdeſtinationis. AD ILLVD, quòd

quòd obiicitur, ꝙ est pars prę scientię. Dicendum, ꝙ quemadmodum fides & prudentia sunt in genere cognitionis, tñ addunt supra cognitionem aliquid, ꝙ distrahit in genus uirtutis, quod respicit uoluntatem: ꝙ hunc modum & in proposito est intelligendum, Et qm̃ scientia non tantum accipitur pro simplici notitia, sed etiam ut frequenter, pro practica: & hoc modo complectitur scientiam eum uoluntate, & Magister sic accipit generaliter ideo enumerat prędestinationem inter ea quę sunt scientię. Volunt tamē aliqui dicere quod principalius est in genere scientię; eo ꝙ in ratione prędestinationis cadit scientia in recto: sed uoluntas in obliquo. Est enim prædestinatio scientia beneplaciti. Vterque modus dicendi satis est probabilis: sed primus magis.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An prædestinatio inferat salutis necessitatem.

SECVNDO quantum ad hunc primũ articulum quæritur de necessitate prędestinationis. Et circa hoc quęrũtur duo. Primo, utrum inferat necessitatem salutis lib. ar. Secundo, utrum inferat certitudinem in euentu.

QVOD inferat necessitatem, ostenditur sic, Omnis causa, q̃ necessaria ē ī se, & necessario ponit effectũ: ifert simplicē necessitatē effectui: sed p̃destinatio respectu salutis ē huiusmodi ergo &c. Minor patet. Prędestinatio enim, cum sit deus in se, dicit quid necessarium, & iterum necessario infert effectum: quia necessario sequitur, si est p̃destinatus, saluabit, ergo &c. ITEM, omnis causa, quę nullo modo p̃t cassari, necessitatem ponit circa productionem effectus: nam causa dicitur cassari, cum nullum ponit effectum: sed prędestinatio nullo modo p̃t cassari: ergo prędestinatio ponit necessitatem. ITEM. Quotiescũque duę causę concurrunt ad aliquem effectum, quas impossibile est discordare, si una est immutabilis necesse est alteram esse immutabilem, & effectum ꝙ cõsequens: hęc manifesta est ꝙ se, nam si altera est mutabilis, reliqua existente immutabili, possibile est eas discordare: sed impossibile est ꝙ prędestinatio, & lib. ar. discordent: ergo cum prędestinatio sit causa immutabilis, necesse est ꝙ lib. arb. sit immutabile: & sic cum totum sit immutabile: restat ergo ꝙ necessitatem imponit prędestinatio lib. arb. & saluti. ITEM. uidetur ꝙ prędestinatus nullo modo possit damnari, & si hoc, tunc necessario saluatur: & ostenditur hac rõne, Ista duo conuertuntur, esse pręscitum, & damnari; esse prædestinatum, & saluari: sed prędestinatus non p̃t esse prescitus: ergo non potest damnari. Probatio medię. Quãdo aliqua duo sic se habent, ꝙ impossibile est unum alteri succedere, nec p̃sit simul inesse, si alterũ inest, impossibile est reliquum inesse: sed esse p̃destinatũ: & esse prescitum sic se hñt, ꝙ impossibile ē simul inesse ęidē; impossibile

possibile etiam alterum alteri succedere. s. ꝙ homo primo sit prędestinatus, & postea prescitus: ergo cum ē prędestinatus, nullo modo potest esse prescitus: ergo &c. ITEM. de omni ꝙ æternum est, cum non est, impossibile est esse: quia impossibile ē ꝙ non ens sit æternum: sed prescitus si est, æternaliter est prescitus: ergo illum, qui non est prescitus, impossibile est esse prescitum: sed prędestinatus nõ est p̃scitus: ergo &c. ITEM. de eo ꝙ non est, idem est dicere, hoc posse esse, & posse incipere esse: sed prescitum est quid non ens respectu prędestinati: ergo idem est dicere prędestinatum posse esse prescitum, ꝙ posse incipere prescīri, siue damnari: sed non potest incipere esse præscitus; ergo &c.

CONTRA. Prędestinatio diuina nullum facit indigne saluari: ergo cum dignitas in saluãdo respiciat meritum, & meritum liberum arb. ergo prędestinatio non tollit arbitrii libertatem ꝙ lib. arb. ergo non imponit necessitatem. ITEM. prędestinatio nihil aufert libero ar. sed tñ ponit in eo gratiam: sed gratia nullam infert in libero arb. necessitatem: ergo cũ salus pendeat ex li. ar. patet &c. ITEM. si prędestinatio imponit necessitatem: ergo cum in omni casu contingente necesse est eum, qui prędestinatus, est saluandus: ergo frustra laborat aliquis benefacere: quia siue faciat bonum siue malum, necesse est eũ saluari. ITEM. nullus laudatur in eo ꝙ necessitas est, neque uituperatur: si ergo necesse est prędestinatũ saluari, & prescitũ dãnari, neq; prędestinatus laudandus est, si saluatur, neque p̃scitus uituperandus, si damnatur: qđ est contra statũ glorię & penę.

RESOLVTIO.

Nullatenus prædestinatio saluti necessitatem infert; cum illam non causet, nisi saluo meritorum rõne, & arbitrij libertate intacta.

RESP. Dicendum, quòd prędestinatio non infert necessitatem saluti, nec infert necessitatem libero arb. qm̃ p̃destinatio non est causa salutis, nisi includendo merita, & ita saluando lib. arb. AD intelligentiam aũt obiectorum notandum, ꝙ prędestinatio duo importat, & rationem præscientiæ, & rationem causę. Inquantum dicit rõnem causę, non necessario ponit effectum: qa non est causa ꝙ necessitatem, sed per uoluntatem & iterũ, non est tota causa: sed cũ alia causa contingente. s. cũ lib. arb. Et regula est, ꝙ quotiescunque effectus pendet ex causa necessaria, & uariabili, à necessaria tanq̃ ab uniuersali, a uariabili tanq̃ a particulari: denominatur a uariabili: quia denominatio est a causa particulari: & effectus, qui dependet a causa contingente, est cõtingẽs: Et p̃ter rõnem causę, importat rõnẽ prescię, & prescīa quidẽ totũ includit in cognitione, quia li. arb. & eius cooperationẽ, & uertibilitatem, & totũ. Et prętera non est nisi ueri: & etiam de uero contingente est infallibiliscieue supra monstratum est Di. 38. in Quęstione de Prescięntia: iõ p̃destinatio infert salutem, & nõ potest cassari: nec discordare

Universidad de Deusto
Biblioteca

a lib.arb.& quia prescientia nullam imponit necessitatem consequenti,sed solum consequentiæ,similiter nec prædestinatio:

Ex hoc patent prima obiecta de necessitate inferendi, impossibilitate cassandi,impossibilitate discordandi : hæc enim omnia dicunt necessitatem consequentiæ solum: quia insunt pdestinationi,non per rõnem causalitatis, sed prœcognitionis,quæ est concors,certa, & infallibilis.Concors;qa præscīa tia,siue p̃cognitio uera. Qui n. cognoscit uere, cognoscit rem p̃sentem esse sicut est, & futuram sic euenire, sicut eueniet. Est.n.ueritas adequatio rei ad intellectum. Est iterum certa: quia independens: quia nullo modo pendet ex præcognito: non enim secundum eius existentiam cognoscit, sed secundum exigentiam luminis,& claritatis æternæ, in qua nulla cadit dubietas, sed certitudo summa: & ideo omnibus equaliter certa est. Est iterum infallibilis: quoniam est totum posse p̃sciri circumplectens: & ideo in nullo potest falli,nec circumue

Lib. 5. Prof. 4 niri. Et est exemplum Boe. in Lib.de Cõso.q̃ si aliquis aspiceret de loco eminenti circumiacentem regionem,ubi est multitudo uiatrũ, quas omnes simul & uno aspectu uideret ambulans per locum suum, quamuis possit per diuersas uias ire; non tamen posset uisum eius latere, pro eo quod nullam uiam posset ire,quam ille non uideret: si ergo intelligatur unus esse uisus,qui posset omnes uias p̃uidere,& totum posse cuntis, nullo modo quis eum preuenientem circumuenire posset: & talis est aspectus diuinæ p̃scientiæ, quia ab æterno cognouit quod cogitare poteramus, uel uelle:& simul cum hoc uidit,in quam partem nostra uoluntas, & operatio inclinantur: & quia totum posse, & uelle, & agere cõplectitur:ideo non potest fallin& quia prædestinatio claudit præscientiam,hinc est quod cõcordat cum libero arbitrio, & non potest discordare,& nõ potest cassari: necessario infert salutem,sed nõ necessario efficit.

Ad illvd quod quæritur, utrum prædestinatus possit dãnari:dicendũ,q̃ sic sine distinctione: quia quãuis hæc possit distingui de re,uel dicto. prædestinatum dãnari est possibile, sicut hæc, album possibile est esse nigrũ:hæc tamen non est distinguenda ſm artem, prædestinatus potest damnari: sicut nec hæc,homo albus potest esse niger. Non enim potest esse dicto,cum non sit dictum. Propter quod intelligẽdum,q̃ ista habet tres causas ueritatis. Prædestinatus põt damnari: sicut hæc, prędestinatus potest esse præscitus. Aut quia forma prædicati potest inesse subiecto cũ forma implicata, uel post formam implicatã, uel sine forma implicata: quocunq; enim mõ prædicatum possit inesse, iudicanda est locutio simpliciter uera. Et dico q̃ in tertio sensu locutio est uera, pdestinatus põt esse p̃scitus: pdestinatus.n. põt nõ esse p̃destinatus: & necesse ẽ oẽm hoiem esse p̃destinatũ,uel p̃scitũ:& iõ sequit q̃ possit esse præscitus.

præscitus: & hoc quidem necessarium est poni, nam fides dicit, & rõ,sequitur: ergo si est prædestinatus,saluabitur. Rursus fides dicit & rõ,quia istum saluatie est contingens: & qui diceret contrarium & assereret, respũdus esset secundum omnium iudicium errum. Et iterum,ars dicit,quod si consequens est contingens, impossibile est antecedens esse necessarium:& hoc supra probatum est per tres regulas: & qui diceret huius contrarium, totam artem syllogisticã destrueret; cuius uis illationis est,ut oppositum consequentis non possit stare cum antecedente. Certum est autem quòd oppositum contingentis stat cum necessario: istum ergo esse prædestinatum, non est necessariũ, & est necessarium, uel contingẽs,uel impossibile:& nõ est impossibile, uel necessarium: ergo est cõtingens: & contingens potest nõ esse:ergo iste qui est prædestinatus,potest non esse prædestinatus. Et hoc quidem credo quòd necesse sit poni: hoc tamen difficile est intelligi. Potest tamen sic capi, si præsupponamus quatuor uera. Primũ est q̃ præsens diuinæ æternitatis circumplectitur omne tempus idẽ & uniforme,& hoc dicit Ansel. in Lib.de Cõcordia præscięti, & lib.ar.quod sicut pñs tempus circumplectitur omne locum,& omne quod in loco est:ita pñs æternitatis omne tempus:& hoc necessarium est poni, quamuis non possimus hoc plene intelligere. Videmus enim eius oppositum esse falsum, & impossibile: quia si hoc non esset,tunc mutaretur præsens diuinæ æternitatis.Secundum est illud, quod Deus uno & eodem cognoscit omnia: ita quod est unica Dei cognitio qua cognoscit hoc, & qua cognoscit eius oppositum: & hoc supra probatum est auctoritate,& ratione, non solum quantum ad illud, per quod cognoscitur, sed etiam quantum ad actum diuinæ cognitionis. Tertium est,quòd cum dicimus diuinam cognitionem, uel uoluntatem ordinari ad hoc cognoscibile, & ad aliud, non ponitur ordo,uel respectus in Deo actu,sed solum ex parte rei creatæ uel cognitæ, & ille quidem (sicut præuisum est) non ponitur in actu,sed in habitu,nec de præsenti,sed de futuro.Quartũ est,quòd futurum sub ratione futuri quod ponitur semel esse uerũ, ponitur semper fuisse uerum:& quod ponitur semel esse falsum, ponit fuisse semper falsum: & ideo cum ponitur posse esse,non ponitur nec mutari, nec incipere.His præsuppositis, facile est intelligere quod prædestinatus potest esse p̃scitus: & quod Deus quem præsciuit, potuit prædestinasse. Constans enim est quod salus istius qui p̃scitus est, potuit ab æterno præuideri,cum possit esse siue fieri in tempore : & si potuit ab æterno ordinari ad diuinam cognitionem, & uoluntatem, potest & nunc. Etenim quia præsens totum est, & nihil transiit i præteritum, & nihil factum est qđ sit necessariũ esse factum, hinc est, quòd sicut potest cogitari uere potuisset,& non prædestinasse ab æterno: ita etiam qđ

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit in suo nunc. s. nunc æternitatis nō prædestinasse: & hoc dicit Magister in litera. Actus tamen æternus diuinæ cognitionis non potest cogitari non fuisse, uel ad hoc futurum contingens ordinatum non esse: & si hoc non ponitur, nō ponit aliqua mutatio in æterno presenti: qa nulla ponitur successio: nec ponitur mutatio ī cognitione, quia non ponitur in Deo alia cognitio: nec in ordine ex parte cognoscentis, quia non ponitur in Deo alius ordo: nec in ordine ex parte cogniti, quia ex parte illa non ponitur nisi futurum: & illud cum nō est, potest intelligi esse, & potest esse futurum sine mutatione: & hoc totū clarius aperitur, si ueniamus ad significationem horum uocabulorum, præscitus, & prædestinatus. Prædestinatus enim, & præscitus sunt duo uocabula, & q̄tum ad principale significatum diuinam essentiam, quātum ad connotatum important futura contingentia. Quantum ergo ad principale significatū idem sunt: quantum uero ad connotatum, quia sunt contingentia, quæ non de necessitate insunt, potest unum esse alterum. Quia uero connotata non tantū sunt contingentia, sed etiam de futuro, quæ nihil ponūt actu; possūt non inesse, & inesse sine mutatione. Cum enim ponuntur inesse uera de futuro, ponuntur semper fuisse &c. sicut patet, & Ansel. dicit. Si dicatur aliquid esse futurum de contingenti, constat quod possibile est non futurum. & si futurum est, semper uerum fuit ipsum esse futurum: & ideo hoc est uera sine mutatione, & sine inceptione, prædestinatus potest esse præscitus: nulla enim repugnantia est nec ex parte significati, nec ex parte connotati, & hoc patet si resoluatur. Sēsus enim est: iste est prædestinatus. i. ille est a Deo præcognitus, & saluabitur per Dei gratiam. Similiter, iste est præscitus, sensus est. Iste est prę cognitus, & damnabitur p̄ sua culpam. Constat enim quòd in diuina cognitione non est differentia in se, sed solum in connotato: cum ergo saluandus possit damnari, prædestinatus potest esse præscitus sine aliqua mutatione. Ex hoc patent tria obiecta: nam primum, & ultimū intelligitur in formis, quæ aliquid ponunt actu circa subiectum: secundum uero de eo qđ est æternum, quod nihil temporale connotat: alia autem non sunt esse præscitum, & esse prædestinatum: & sic patent oīa.

Qvæstio II.

An prædestinatio necessitatem ponat in euentu?

Svpposito, quòd prædestinatio non inferat necessitatem libero arbitrio, quòd non possit aliter esse, quæritur utrum ponat certitudinem in euentu, scilicetū ut nquam aliter eueniat, nisi sicut deus prædiffiniuit. Et quòd sic, ostenditur primo auctoritate Iohan. 13. Ego scio quos elegerim. Et 2. Tim 2. Nouit Deus, qui sunt eius: ergo si diuina cognitio est certa, & infallibilis, & falleretur, si non saluarentur illi, quos nouit esse suos certitudinaliter: ergo uerū est, quòd sic euenit, sicut prædiffinit Deus, & sic, &c. Item. 1. Ioa. 2. Ex nobis exierunt, sed ex nobis non erant: ponit illud pro signo, scilicet quòd illud est signum, quòd homo non fuit electus, quando non perseuerauit in bono finaliter: si ergo illud signum est rectum: certum est, q̄ omnes prædestinati, & soli in gratia finaliter perseuerant: & si hoc, certum est, q̄ soli saluātur, & omnes: ergo certitudo est in euentu: Item. Aug. in Lib. de bono perseuerantię. Prędestinatio est præscientia beneficiorum Dei, per quæ certissime liberantur quicunque liberant. Si ergo liberantur certissimè, patet, q̄ certitudo salutis est respectu personarū, & sic &c. Item. Aug. in Lib. de correctione, & gratia. Certus est numerus electorum, qui non potest minui, nec augeri: ergo uidetur, quòd certitudo sit in quodam numero. Item. Hoc uidetur ratione, quia in domo patris sunt multę mansiones, sicut dicitur Io. 14. aut ergo præuidit Deus, qui debeant ibi habitare, aut nō. Constat quod præuidit qui debeant ibi esse: ergo si aliquis eorum deest, aliqua māsio uacua remanebit: sed hoc est inconueniens, & indecens in ciuitate superna, ergo certum est, quod quilibet prædestinatus locum suum habebit. Item. Numerus electorū a Deo præfinitus est optima & decentissima ratione, & proportione: si n. fecit oia ordinatissime, multofortius superam ciuitatem: sed optima proportio fędat, & perditur per augmentū, & diminutionē: ergo nō pōt esse, ut sit ibi defectus

ordinis, & proportionis cōgruētis, certitudinaliter tot saluabuntur, & nō plures, nec paucior ex quot deus pręuidit.

Sed Contra. Quòd non sit certitudo euentus quantum ad personas, uidetur sic. Apoca. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuā. Greg. ibi. Dum alius liberatur, alius in locum eius subinducitur: ergo si unus uendicat sibi locum alterius, non euenit sicut Deus ordinauit, immo tota die fit transmutatio. Item. Super illud Iob 34. Conteret multos. Greg. ibidem. Locum uitæ, aliis cadentibus, alii sortiuntur. Item. Quod non sit certitudo quantum ad numerum, uidetur. Luc 5. Rumpebatur rete. Glosa Non tot intrant de Iudæis, quot sunt prædestinati: ergo pauciores saluantur, q̄ sunt prædestinati. Item. Deute. 1. Addat deus ad hunc numerum multa milia. Glo. Ad hunc numerum prædiffinitum in Dei præscientia, qui nouit, q̄ sunt eius: ergo si deus addit ad numerum prædiffinitum, non est certitudo quantum ad numerum saluandorum. Item. Quòd quantū ad neutrū sit certitudo, uidet. Intelligamus enī A. B. C. esse numerum prædestinatorum. D. E. F. numerum præscitorum: tunc quæro A. ita bene potest damnari, sicut & D. & econuerso D. ita saluari, sicut A. ergo nulla est certitudo quātum ad personas. Rursus. A, potest damnari, & tunc solum remanent duo, & D. saluari, & tunc erunt quatuor: ergo nulla est certitudo quātum ad numerum. Item. Hocipsum ostendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

deducendo ad inconueniens. Si enim certum est, qui & quot saluabuntur, ita ꝙ sic eueniet, & non aliter: ergo certum est, ꝙ nullus prædestinatus damnabitur aliquo casu, uel euentu, & nullus præscitus saluabitur; ergo nullus debet curare, utrum faciat bene, uel male: quia si præscitus est, quicquid faciat, in fine damnabitur: si prædestinatus, quicquid faciat in fine saluabitur: iustus est ergo, qui non comedit, & lætatur, & non habet bona in uita sua.

RESOLVTIO.

Ex parte rei euenientis nullum: ex parte Dei præscitis, aliquam; scilicet immutabilitatis certitudinem.

RESPON. Dicendum, ꝙ est dicere certitudine à parte rei euenientis, & a parte Dei prædestinantis. Si loquamur de certitudine a parte rei euenientis, cum hæc dicatur contra contingentiam, sic dico quòd non est maior certitudo in numero electorum, quam sit in numero aliorum futurorum contingentium: quia pendet euentus nostræ salutis, & damnationis ex nostri arbitrii libertate. Si autem loquamur de certitudine a parte Dei præcognoscentis, sic certus est euentus salutis nostræ certitudine infallibilitatis, quia diuina præscientia non fallitur: & ideo euenit, ut præsciuit. Certus etiam est certitudine immutabilitatis, quia diuina dispositio, & ordinatio non uariatur, ut modo eligat unum, & mō alium: sed qui semel electus est, semper fuit, & erit, & non alius.

Vide S. Tho. 1. p. q. 116 ar. 3.

Rationes ad primam partem ductæ procedunt de certitudine effectus euentus, non quantum ad necessitatem, sed quantum ad infallibilitatem præcognitionis, & quantum ad inuariabilitatem æternæ prædestinationis.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur, quòd alius alterius locum accipit, & coronam. Dicendum, quòd locus æternæ mansionis, & corona retributionis alicui debetur secundum reputationē præsentis iustitiæ, alicui secundum prædiffinitionem præscientiæ: & contingit, quòd unus locus debet alicui secundum præsentē iustitiam, & quòd illo cadente, alius intrat, cui debetur secundum prædiffinitionē æternam. Quando uero alicui debetur locus secundum prædiffinitionem æternam, potest quidē cadere, & locū perdere, & alius qui non est prædestinatus, potest acquirere, sed tamen hoc nunquam eueniet. Quia ergo præscitus iustus frequenter locum æternæ mansionis perdit quem alius paris meriti acquirit, & nemo scit utrum sit præscitus, uel prædestinatus: ideo quamuis sciat se esse iustum, timere debet ne amittat locum: & ad hunc timorem hortatur B. Ioan. in prædicta auctoritate Apoca. Et hic timor bonus est omnibus, & præscitis, & prædestinatis: quia humiliat, & sollicitat. Ecōtra, certitudo de electione eleuat in tumorem, & deprimit in corporem: ideo secundū ordinatissimam dispositionem hoc factum est, ut nulli reuelet an sit prædestinatus: nisi sit a Deo confirmatus in bono, ut non possit eleuari per superbiā, uel torpore per negligentiam.

Patet ergo, quod illa auctoritas non significat mutationem fieri in præscientia, uel aliter euenire, quam Deus præscit: sed quòd qui actualiter iustus est, potest locum, quo dignus est, perdere perdendo iustitiam, & quòd ꝙ peccator est, potest sibi locum debitum acquirere acquirendo iustitiam, & hoc cotidie contingit. Exemplum in ueteri testamento manifestum fuit de Saule, & Dauid in regno, cui scilicet Sauli recte potuit dici. Tene quod habes, ideſt humilitatem, & iustitiam, ne alius accipiat coronam tuam, tibi debitam secūdum statum præsentem, alii tamen debitam secundum dispōnem æternam. Exemplum etiā est i coronis Quadraginta Martyrum. AD DVVM, quod obiicitur de diminutione, & augmento. Dicendum, quod totum referendum est ille dictum ad statum præsentis iustitiæ. Nam illa glo. Nō tot intrant in telligitur tempore primitiuæ ecclesiæ, quia multi intrabunt in tempore finalis ecclesiæ. Similiter quod dicitur, quod Deus addat ad hunc numerum, intelligitur iustificando plures, & uocando ad fidem. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ possunt esse plures, & pauciores, & alii quam sint præsciti: ergo est certitudo. Dicendum, ꝙ non est certitudo necessitatis, est tamen certitudo infallibilitatis: quamuis enim possint esse alii, & plures, tamen nunquam erunt: & si essent, tunc ab æterno prædestinati essent: ideo non potest ibi cadere aliqua mutatio. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd si ita euenit, tunc frustra laborat præscitus, & prædestinatus. Dicendum, ꝙ illud est argumētum, quod ducit eos in torporem, & impietatis excusationem: & ideo primo ostendendum est eos stulte arguere inferendo a simili, dicendo sic. Deus prædestinauit, utrum tu debeas eras uiuere, an non: ad quid ergo comedis, & bibis? qui sic argueret, & tali rationi consentiret, argueretur dementię: similiter in proposito. Secundo respondetur argumentando. Tu dicis, quòd Deus prædestinat, & ego dico, quòd Deus tanquam iustus iudex, iuste remunerat, nullum bonum ergo irremuneratum, nullum malum impunitum: ergo nullus laborat sine fructu, nullus torpet sine dāno. Et propterea dicendum, ꝙ prædicta argumentario deficit: præcessit enim ac si Deus prædestinaret, & præsciret in cuentū omnem: sed non prædestinat hominem ad salutem, nisi per merita nec reprobat, ut perueniat in damnationem sine meritis: & ideo non solum est nostra salus ex parte dei, sed ex parte nostra, & cum ipse uelit omnes saluos fieri, & omnibus gratiā impertiri, solum ex nostra malitia, uel negligentia uenit defectus nostræ salutis.

AR-

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An electio ab æterno, uel ex tempore in Deo, sit?

CONSEQVENTER quantum ad secundum articulum quæritur de diuina electione. Et circa hoc quęruntur duo. Primo quęritur, utrum electio sit in Deo æternaliter, uel ex tempore. Secundo quæritur, quid sit electio secundum rem.

QVOD electio in Deo sit æternaliter, ostenditur primo auctoritate Apostoli. Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati coram ipso. ITEM. Quòd electio sit in Deo, uidet per rationem, quia omnis agens discretè, & ordinatè, est agens per electionem: sed deus est huiusmodi: ergo in deo est ponere electionẽ. ITEM. Quòd ab ęterno uidetur, quia ois electio, quę est specialiter aliquorum, non tantum est dilectio, sed etiam electio: sed prædestinatio dei nõ est omnium hominum, sed solum saluandorum: & prædestinatio non est sine dilectione: ergo neque sine electione: sed illa ab ęterno: ergo & ista.

SED CONTRA. Damas. Electio non cadit in Deum: quia diuina natura non est possibilis ad ignorantiam. ITEM. Eligere est alterum alteri præoptare: sed Deus uult oēs homines saluos fieri: ergo uidetur, quòd electio non sit in deo. ITEM. Videtur, quod solum sit in deo temporaliter: electio enim non esset, si homo ptiitisset: ergo uidetur, quòd lapsus hominis faciat ad electionem: sed temporale non facit ad esse æternum: ergo electio non est æterna, sed temporalis. PRAETEREA. Ioã. 13. Ego scio quos elegerim: sed omnes elegerat tẽporaliter, qui erant ejus discipuli: ergo non est alia electio in Deo quàm temporalis. ITEM. Electio est, dissimiliter entium; sed omnia in deo æternaliter sunt unum, & similiter: ergo electio est rerum existentium in proprio genere: sed in proprio genere non sunt nisi ex tempore: ergo nec electio. ITEM. Electio est præoptatio: sed deus nihil præoptat alii quantum ad intensionem affectus: ergo solum quantum ad excellentiam effectus: sed effectum non est ponere nisi ex tempore: ergo &c. ITEM. Plus est uocatio, quàm electio. Multi enim sunt uocati, pauci electi. Matth. 22. Sed uocatio est temporalis: ergo uidetur similiter quod electio. Consequenter ergo cum uocatio sit temporalis, prædestinatio uero ęterna: quæritur, unde hoc est, quod electio & tpalis est, & ęterna.

Art. 3 sub. 2.

Lib. 2. de orthod. fi. c. 22

RESOLVTIO.

Si electio dicat solum dilectionem cũ discretione, æterna est: si uero dilectionem cum discretione, deliberatione, & inquisitione præcedente, temporalis.

RESP. Dicendum, ꝙ electio dicitur dupliciter. Vno modo, ut dicit dilectionem cum discretione solum. Alio modo, ut dicit dilectionem cum discretione præcedente, & deliberatione, & inquisitione. Et primo modo est in deo, secundo modo in

increatura, in qua cadere potest ignorantia: & hoc secundo modo loquitur Damas.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ uoluntas dei, & dilectio est sine discretione. Dicendum, ꝙ est uoluntas antecedens, & consequens. Antecedens, qua uult quantum in se est: consequens qua uult cum præscientia nostræ salutis: & prima quidem ẽ omnium, secunda uero non. Secundum hunc modum est dilectio duplex. Vna, quę respicit uoluntatem antecedentem, & hac diligit omnes: & alia quę respicit consequentem, & hac diligit omnes saluandos: & hęc ẽ electio. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ electio non esset, si homo non peccasset. Dicendum, ꝙ est electio qua eligitur & separatur bonus a malo: & est electio qua separatur melior a minus bono: hæc secunda esset, si homo non peccasset: prima autem non esset, si homo non peccasset: non quia lapsus aliquid faciat ad rationem eligendi: sed præuisio lapsus: & quamuis lapsus hominis fuerit temporalis, præuisio tñ eius fuit ęterna.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ electio est dissimilium entium. Dicendum, ꝙ sicut dilectio duplex est, quędam quæ oritur ex consideratione bonitatis: quædam quæ est principium bonitatis: sic electio duplex est. Quædam quæ causatur a diuersitate & præeminentia eligibilium, & hæc consequitur eligibilia, ut electio humana. Quædam quæ est ratio diuersitatis in eligendo, ut diuina: & hæc est dissimilium, non quæ sunt, sed quæ futura sunt: & talis præcedit, & ẽ æterna. Nisi enim esset diuina electio, omnes essemus reprobi, & mali: & sic patet illud. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ electio est præoptatio. Dicendum, ꝙ præoptatio ratione maioritatis effectus põt esse dupliciter, aut ꝑ modum appropriationis, aut ꝑ modum dispositionis, & præordinationis. Per modum appropriationis, ponit effectum in actu: per modum præordinationis, & dispõnis ponit in potentia tantum: & sicut dispõ est æterna, ita & præoptatio. AD ILLVD, ꝙ obiicitur de uocatione, ꝙ solum est temporalis. Dicẽdum, ꝙ uocatio dicit actum, ut exteriorem: electio dicit actũ ut interiorem, prædestinatio dicit actum, ut anteriorem. Qm̃ ergo actus, ut exterior connotat effectum, ut exteriorẽ: ideo uocatio solum est tpalis. Rursus, qm̃ actus, ut anterior, non hẽt rationem initiandi: ideo prædestinatio est solum æterna. Sed qm̃ actus interior per manifestationem fit exterior: hinc est ꝙ electio est æterna, & tpalis.

QVOD ergo obiicitur de uocatione, ꝙ in plus est, ergo prior. Dicẽdum, ꝙ prior est m̃ rationem intelligendi tãquam communior: sed non quantum ad ordinem durandi: non enim est superius essentiale, sed effectu consequens, & sic patẽt omnia.

QVAESTIO II.

An electio idem sit quod prædestinatio.

QVID sit electio? & ꝙ sit idẽ quod prædestinatio, uidetur. Magister dicit in litera. Cũ autem prędestinatio sit electio, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã deus elegit quos uoluit ante mundi constitutionẽ. ITEM. Ratione uidetur, quia omnis prædestinatus est electus, & omnis electus prædestinatus: ergo prædestinatio est electio, cum per se prædicentur adinuicem. ITEM, Quorum opposita sunt eadem, ipsa sunt eadem: sed oppositum electionis est reprobatio: & hæc est oppositum prædestinationis: ergo &c.

CONTRA. Quæcunque sunt diuersorum, ipsa sunt diuersa: sed prędestinatio est solum bonorum, electio uero saluandorum, & aliquorum damnandorum: ergo &c. Probatio minoris. Iohan. 6. Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? SI TV dicas, quod illud intelligitur de electione tẽporali. Contra. Electio temporalis signum est æternæ: aut ergo concordãt; aut est signum falsum. ITEM. Si nunquam esset aliquis malus, esset prædestinatio, sed non esset electio: secundum hoc ergo aliud obiectum respicit electio, aliud prædestinatio: ergo non sunt omnino idem. ITEM. Agens secundum propositum dicitur agens per electionem, & nõ dicitur agere secundum prędestinationem: ergo differt prædestinatio, & electio. Quæritur ergo quæ sit differentia, & quod sit prius secundum rationem intelligendi.

RESOLVTIO.

Electio secundum affectionem dilectionis idem est, quod prædestinatio: reliquæ aut signum eius, aut penitus ab ea distantes.

RASP. Dicendum, ꝙ electio tripliciter dicitur. Est enim electio secundum affectionem dilectionis, & secundum effectum finalis gratificationis, & secundum statum prelationis. Prima est æterna, & est idem quod prędestinatio. Secũda est temporalis, & signũ primę infallibile. Tertia similiter temporalis, nec est effectus, nec signum æternæ electionis. Multi enim prescIuntur mali, & reprobi: & utinam non sint plures mali, quàm boni.

AD ILLVD, quod obiicitur, de uerbo Domini. Iona. 6. Dicẽdum, ꝙ intelligitur de electione prelationis: & hæc non est tantum bonorum, nec omnium bonorum: & ideo uere patet, quòd non est idem quod prędestinatio. ET quod obiicitur, quod est signum. Dicendum, ꝙ non est signum certum: nec Deus dat signo: & stultus est, qui huic signo credit. Sed electio secundũ effectum finalis gratificationis, hęc est signum certum simpliciter, sed non est certum nobis: & hęc differt a uocatione, quia multis datur gratia, qui nõ perseuerant: ideo dicuntur uocati, sed non electi: & de his dicitur Matt. 22. Multi sunt uocati, pauci uero electi. AD ILLVD, quod obiicitur, quod electio respicit malum, & conuenit omni agenti a proposito, non sic prædestinatio. Notandum, quod idem sunt propositum, prædestinatio, & electio secundum rem: tamẽ differunt secundum rationem intelligendi. Nam propositum simpliciter dicit uoluntatem faciendi aliquid. Illa enim dr proponere, ꝙ firmiter uult facere aliqd: Electio uero, & prædestinatio addunt supra conceptionem, sed differenter, quia prædestinatio addit ordinem, & directionem in finem: sed electio discretionem, siue separationẽ a suo opposito. Vnde propositum dicit firmam uoluntatis conceptionem: & prædestinatio cum conceptione dicit prædinationem: & electio quandã discretionem. Secundum ergo hoc patet, quòd propositum est prius secundum rationem intelligendi, & deinde electio: quia prius est intelligendum aliquid separari a malo, siue a malitia, quam dirigi in finem, & sic patet diuersitas, & ordo. ET ex hoc patet illud, quod ultimo q̃ritur, quare agens a proposito non semper dr agere secundum prædestinationem, sicut secundum electionem, quia omnis agens a proposito, deliberãs, alteram partem contradictionis prędaccipit: ideo omnis talis dr eligere: sed non omnis agens sic ordinat effectum in finem, sed ut plurimum seipsum. Prædestinare autem est præordinare aliquem in finem, & hoc quidẽ cõpetit deo proprie, & ideo patet illud: prædestinatio enim tria connotat, scilicet præordinatũ, & hoc est homo: & rationẽ præordinãdi, & hęc est gratia: & rationem finis, & hęc est gloria: & sic sunt tria, scilicet quod, & per quod, & ad quod.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An obduratio pœna, uel culpa sit?

CONSEQVENTER est quęstio de tertio articulo, scilicet de reprobatione. Et cũ

ea, quæ dicta sunt de prædestinatione æterna, sunt dicenda, uel aptari possunt reprobationi, q̃ris specialiter de obduratione, quę est eius connotatum, de qua duo quæruntur. Primum est, utrum sit pœna, uel culpa. Secũdum, utrũ obduratio sit a deo.

QVOD autem obduratio sit pœna, sic ostenditur. Sup illud. Rom. 9. Cuius uult miseretur, &c. Glo. Aug. Obduratio est nolle misereri: sed nolle misereri non est culpa, sed pœna: ergo &c. ITEM. Ibid. Misereatur secundum gratiam, quæ gratis datur: obdurat autem secũdum iudiciũ quod meritis redditur: sed constat, quòd non redditur bonis meritis: ergo malis: sed ꝙ malis meritis redditur est pœna: ergo obduratio est pœna. ITEM. Hoc ipsum uidetur ratione, quia in hoc differt culpa & pœna, ꝙa culpa est affectio uoluntaria, pœna est affectio inuoluntaria: sed obduratio cordis est inuoluntaria, quia nullus uult dehabilitari, siue obdurari: ergo &c. ITEM Sicut se habet excęcatio ad intellectum, sic obduratio ad effectum: sed excęcatio dicit pœnam non culpam: ergo & obduratio.

CONTRA. Super illud Rom. 2. Secũdum duritiam, &c. Induratio est perseueratio mentis in malitia pertinaci, per quam fit homo impœnitens: sed hoc dicit culpam: ergo &c. ITEM. August. de prædestinatione sanctorum. Obduratio nihil aliud est quàm Dei obuiare mandatis, sed obuiare mandatis dicit inobedientiam: sed peccatum (ut dicit Ambr.) nihil aliud est quàm prævaricatio legis diuinæ, & ęquum

Universidad de Deusto
Biblioteca

stium inobidientia mandatorũ ergo obduratio: dicit peccatũ: ITEM. ratione uidetur, quia nulla pœna temporalis secundum ꝙ huiusmodi opponitur gratię gratificanti: sed obduratio opponitur gratiæ gratificanti, & maxime gratiæ finali: ergo obduratio non est pœna: sed culpa. ITEM. In hoc est differentia inter pœnam, & culpam, quia [ut dicit Aug.] pœna est malũ quod patimur: culpa uero malũ quod agimus: sed obdurationẽ unusquisque facit sibi: sicut dicit Aug. in lib. de gratia, & lib. arb. Indurauit deus Pharaonẽ iusto iudicio: qa ipse se lib. arb. Et ꝙ obduratio sit a nobis, patet: quia in Psa. 94. dissuadetur Nolite obdurare corda uestra: ergo &c. Cap. 1.

RESOLVTIO.

Obduratio ut dicit inhabilitatem ad impressionem gratiæ, pœna est, culpam insequens. Vt uero dicit stabilitatem in peccato: dispositio est peccati præcedentis. Vt autem uoluntatem impugnandi diuinam gratiam, peccatum est in ſſ.

RESP. Dicendum, ꝙ obduratio in spiritibus est translatiue dicta ab obdurationе in corporibus. In corporibus autem duri etiam sequitur triplex proprietas quamuis insit corpori per eandem naturam: non sic spiritui. Durum. n. est ꝙ est inhabile ad suscipiendum, est stabile ad ꝑmanendum, est iterum forte ad rebellandum, siue resistendum. Secundum hunc triplicem modum cor obdurari dicitur tripliciter. Primo modo dr cor obdurari ex hoc, ꝙ est inhabile, ad impressionem gratiæ suscipiendam: & hoc modo sonat in passionem, & est pœna consequens culpam. Secundo modo dicitur cor obduratum, ꝙ est in peccato stabilitum, quod est multum compactũ ad amorem peccati: & hoc modo obduratio est peccatum cum dispositione, siue dispositio peccati præcedetis. Tertio modo dicitur cor obduratũ cor rebelle, ꝙ uult deũ, & eius mandata, & gratiam impugnare: & hoc modo est speciale peccati genus s. peccatum in s. l. & secundum illum modum tripli cem diuersæ auctoritates proce dunt de obdurationе, quæ uidentur sibi obuiare: sed diuersis uiis procedunt secundum membra distinctionis prędictæ. Concedendum est ergo, ꝙ obduratio uno modo est pœna: concedendum nihilominus, ꝙ aliis modis est culpa, siue dispositio culpę.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur ꝙ pœna gratiæ non repugnat, & etiam sonat in passionem. Dicendum, ꝙ triplex est pœna. Est enim quędam pœna inflicta, quędam contracta, quædam acta. Pœna inflicta simpliciter est passio, & non repugnans gratię, ut fames, sitis, & ęgritudo. Pœna contracta est fomes, & concupiscentia, & hæc quidem passio est: & ideo pœna: sed tamen inclinat ad actionem malam: & ideo gratiæ repugnat, non quãtum ad substantiam, sed quantum ad inclinationem. Pœna acta est sicut obduratio, & gratię expulsio: & hæc quidem pœna est, quia passio est: sed quia ex mala actione, siue ex peccato est, & illud concomitatur inseparabiliter: ideo opponitur gratiæ: & ita patet: ꝙ nihilominus est pœna, & passio. Quamuis enim contingat per propriã actionem: nihilominus pœna ẽ: sicut patet in scabioso, qui in scalpendo se delectat, sed postea sentit in carne ardorem.

QVAESTIO II.

An obduratio a deo sit?

VTRVM obduratio sit a deo: siue sit effectus dei reprobãtis. Et ꝙ sic, uidetur Ro. 9. Cuius uult miseretur, & quem uult indurat: sed idem est aliquid fieri deo auctore, & deo uolente: si ergo obduratio est deo uolente, ergo & deo auctore. ITEM. Ibidem est Gl. obduratio ẽ nolle misereri: aut ergo hic est prædicatio per causam, aut per inhærentiam, aut per essentiam. Non per inhærentiam, uel essentiam, in deo enim est uoluntas miserendi, nec tamẽ obduratio: ergo est dictum per causam: sed deus non uult misereri aliquorum ut præscitorum, ut dicit Aug. ergo ab ipso est eorum obduratio. ITEM. super illud Exo. 4. Ego indurabo cor eius, dicit Aug. Indurauit deus Pharaonem iusto iudicio: ergo secundum hoc fuit iustum Pharaonẽ indurari: sed omne summa iustitia procedit, quæ deus est: ergo &c. ITEM, ratione uidetur, quia omne, quod est aliquid, ẽ a deo: obduratio est aliquid: ergo secũdum id ꝙ est, est a deo. Quòd sit aliquid, patet: quia durum dicit naturalem potentiãm: sed molle dicit impotentiam: ergo si molliciei est & in corporibus, & spiritibus, est aliquid, ꝙ habet deũ causam, patet &c. ITEM. Quicũque habet curam alicuius, si ꝑmittit eum male facere, cum possit prohibere, uel perire cũ possit adiuuare, non inconuenienter dicitur causa fuit maleficii, uel peccati, siue mali. Vnde prælatus, qui subditos non corrigit causa dicitur malorum in subditis. Similiter qui habet, unde pascat fame morientem, & non pascit; causa est mortis eius: si ergo deus potest prohibere ut affectus noster durescat, & potest pascere ut non deficiat, & non facit, uidetur ꝙ sibi sit ratio & cã indurationis attribuẽda. ITEM. Philosophus dat maximã, si aliquid est causa alicuius, & oppositum est causa oppositi: ut si habere pulmonem est causa respirandi, non habere est causa non respirandi: sed uelle misereri est causa gratificationis: ergo nolle misereri est causa obdurationis. ITEM. si aliquid per sui presentiam causa est alicuius, per sui absentiã est causa oppositi (hæc alia maxima est Philos.) ergo si deus per sui præsentiam est causa mollificationis cordis, ꝙ sui absentiam est causa obdurationis. ITEM. Si aliqua duo sunt omninò similia, aut proprietas aliqua non inest uni, quæ non inest alii: aut si inest, aliunde inest. Ponantur autem hic duo paruuli, Iacob & Esau. Deus unum obdurat ut Esau, alterũ non obdurat ut Iacob: ergo cũ sint similes omnino quo ad naturam, & quantum ad merita, aliunde uenit obduratio; sed nõ est dare nisi a deo: ergo &c. SI TV dicas ꝙ a diabolo. Contra. Esto quod diabolus nullo

1. Post. 30.

2. Phy. 30 & 8 ex. pli. de nauti. & nau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo se intromittat, nihilo minus iste obdurabitur. ITEM. omnis effectus siue positiuus, siue defectiuus habet causam proximam, & immediatam: quæro ergo ergo quæ sit causa obdurationis proxima, aut enim culpa originalis, aut actualis, aut usus liberi arbitrii, uel aliqd aliud. Nō culpa originalis, quia tunc oēs obdurarentur. Similiter nec culpa actualis, quia tunc omnis actualiter peccās obdurareť. Nec usus liberi arbitrii, quia obduratio, ut est connotatum reprobationis, est in paruulis in quibus non est usus li. ar. restat ergo quod uoluntas dei sit causa: & hoc uidetur, qa ea posita, ponitur effectus. Si enim deus nō uult istius misereri, necesse est eum obdurari.

CONTRA. Ioan. 6. Omnis qui uenit ad me, non eiiciam eum foras, ergo paratus est deus omnes complecti: ergo defectus illustrationis non uenit ex parte Dei: sed ex parte nostra. ITEM. Apoca. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, introibo ad eum &c. Sed si peregrinus uolens hospitari non recumbit in domo, non est causa ex parte sui, sed solum ostiarii: ergo similiter & obdurationis non est causa, nisi qui non recipit deum pulsantem: ITEM. Augustī. super illud Iohan. 1. Lux in tenebris lucet, dicit. Sicut cęco posito in sole est præsens lux, & ipse absens est luci: sic in oi iniquo qui cæcus ē corde, præsens est sapia, & ipse est absens: ergo bonum est simile, cum cecitas, siue priuatio actus uidendi non sit a sole, patet ꝙ nec obduratio est a deo. ITEM. Anselm. Nō ideo non habet homo gratiam: quia deus non dat: sed quia homo non accipit; ergo non debet dici obduratio esse a deo. ITEM. ratione uidetur, quia optimi est optima adducere: sed obduratio est pessimum inter omnia mala: ergo ipsam non efficit deus qui est optimus. ITEM. Obduratio animæ reddit animam impotentem ad bonū: ergo est defectus: sed defectus aut non habet causam, aut si habet, habet causam deficientem, deus autem nullius est causa deficiēs: ergo obduratio nullo mō est a deo.

Cap. 1.

Dist. 31

RESOLVTIO.

Obduratio ut defectum sonat, minime a deo est. Vt autem a diuina iustitia in culpe meritedem ordinatur, utique.

RESP. Dicendū, ꝙ obduratio inquantū pœna ē, dicit animæ ineptitudinem, & ita dicit defectionem pœnalem: & pœna omnis inquantum talis, est iusta & ordinata: ideo dicit defectum ordinatū. Inquantum ergo defectus est, non hēt cām nisi deficientē, hæc aūt non est deus, quia deus non est causa deficiens: sed libr. arbitrium destitutum. Inquantum uero ordinatū habet causam meritorem s. ipsam culpam: & causam ordinantem. s. retribuentē diuinam iustitiā. Illæ ergo uces auctoritates Apost. Aug. & Glosa, & consimiles, quæ dīnt deum obdurasse aliquem, intelliguntē ꝗtum ad rōnem ordinis, nō ꝗtū ad rōnem defectus: quia per cō parationē ad defectū solū cōperat ire pmittētis, nō efficiētis. Et

Et est exemplum: sicut si aliquis esset dignus fame perire, & alius posset eum pascere, & iusto iudicio nollet eum pascere; si quæretur quæ fuit in isto causa mortis, respondetur ꝙ defectus cibi, ille uero non diceretur occidisse, sed permisisse. Si rursus quæreretur, utrum iste iuste fecerit, diceretur ꝙ sic, cum tamen nihil fecerit: quia ipsum non facere ordinatum non fuit auctoritate eius ad merita illius, & per consequens ille ordinatus est in pœna sibi debita: per hunc modum est intelligēdū in ꝓposito.

AD ILLVD ergo, ꝙ obicitur, quod obduratio dicit positionem: Dicendum quod in corporibus dicit positionem: quia ꝓ naturam suam nata sunt sibi resistere: sed in spiritibus dicit defectum, quia de naturali aptitudine spiritus debet esse habilis ad susceptionem influētiæ diuinæ. Vnde habilitas talis est potentiæ, & habitus: sed econtra obduratio, & ineptitudo est per modū puisionis, & priuationis. AD ILLVD, ꝙ obicitur, quod qui permittit subditum perire est causa &c. Dicendum ꝙ uerū est, si tenetur, & debeat facere: sed si nō tenetur, nec debet hoc facere, imò magis contrarium: nullatenus potest illi imputari periculum: sed iustitiæ. & ita est in Deo. AD ILLVD, ꝙ obicit, quod si aliquid est causa alicuius, quod oppositū est causa oppositi. Dicendum ꝙ illud tenet in naturalibus & necessariis: sicut in habere pulmonem, & nō habere, & respirare, & non respirare: non autem habet locum in uoluntariis, si cui dicit Anselm. Causa autem quare iste habet gratiam, est, quia Deus dat. Causa quare non habet, est quia non accipit. Sed ista solutio non uidetur competēs, quoniam si maxima Philosophi bona est. necesse est quod teneat in omni materia. Et propterea est dicendū, quod ipse loquitur de causa proxima, & immediata, & quæ est tota causa non exigens aliam. & in omni tali tenet, sed quamuis uoluntas dei sit causa efficiens gratificationis, tamen ad salutem concurrit lib. arb. ut cō sentiens, quia ergo ista duo concurrūt, quodlibet horum potest causare defectum, & non causat diuina uoluntas, quæ est liberalissima, sed causat liberum arbitrium. quod quamuis non possit, neque sufficiat efficere, potest tamen esse deficiens causa, quæ sufficiens est ad defectum: effectus enim in bonis facilius est destruere, quàm construere. AD ILLVD, ꝙ obicitur de absentia, dicendum quod cum absentia alicuius est malum, aut ille est causa suæ absentię, aut nō. Si ille est causa suæ absentię, dicitur per consequens esse eius, quod incurrit ex absentia. Si autem ipse non est causa, imo quātum est de se, semper paratus est ꝓsens esse, tunc reuera nullo modo dicendus est causa: sed illud ratione cuius iuste te absentat: ideo uere nostrum peccatū, & non Deus: peccata enim nostra diuiserunt inter nos, & deū nostrum, & sunt quasi nubes dēsissimæ, auferentes nobis illustrationē gratię. AD ILLVD, quod quęritur, quę sit causa efficiens ratione cuius insit, dicendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod causa est lib. arb. meritorium, & peccatum siue originale, siue actuale. Causa uero deficiens, quæ ponit defectum, est lib. arb. deficiens, & in defectu suo permanens, siue quia ipsum negligit, siue quia peccatis exigentibus alius non succurrit: quia uero duobus existentibus similibus potest alter habere subleuantem, alter non: ideo unus obduratur ex se, alter uero subleuatur ab alio: & per hunc modum intelligendum est in Iacob, & Esau. Esau enim iacuit propria infirmitate, sed Iacob releuatus est aliena uirtute.

DISTINCTIO XLI.

Vtrum prædestinatio, & reprobatio sunt ex meritis nostris.

SI autem quærimus meritum obdurationis, & misericordiæ: Obdurationis meritum inuenimus, misericordiæ autem meritum non inuenimus: quia nullum est misericordiæ meritum, ne gratia euacuetur, si non gratis donetur, sed meritis redditur. Miseretur itaque secundùm gratiam, quæ gratis datur: obdurat autem secundum iudicium, quod meritis redditur. Vnde datur intelligi, ut sicut reprobatio Dei est nolle misereri, ita obduratio Dei sit non misereri: ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior: sed tantum quo sit melior, non erogetur. Ex his aperte ostenditur quid misericordiam, quid obdurationem intellexerit Apostolus, & quia misericordia nullum aduocat meritum, obduratio uero non est sine merito, & misericordiæ uerbo. Hic accipitur prædestinatio, & præcipue præ destinationis effectus: obdurationis uero non ipsa Dei æterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratiæ priuatio, siue subtractio, quæ quodammodo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obdurationc, sicut & prædestinatio pro suo effectu, cui est gratia apposita. Gratia enim quæ apponitur, effectus est prædestinationis. Cum ergo gratiæ, quæ apponitur homini ad iustificationem, nulla sint merita, multominus & ipsius prædestinationis, qua ab æterno elegit Deus quos uolnit, aliqua possunt existere merita. Ita nec reprobationis, qua ab æterno quosdam præscinit futuros malos & damnandos, sicut elegit Iacob, & reprobauit Esau, quod

Ex Au. in To. 4. lib. ad Simplicianũ 3. Ro. 9 Alias admittem.

quod non fuit pro meritis eorum, quæ tunc habebant, quia nulla habebant, quoniam nec ipsi existebãt; nec propter futura merita, quæ præuideret, uel illum elegit, uel illum reprobauit.

Opinio quorundam circa hoc, in qua fuit aliquando Augustinus.

Opinati sunt tamen quidam, Deum ideo elegisse Iacob, quia talem futurum præscinit, qui in eum crederet, & ei seruiret, quod aliquando Aug. se sensisse dicit in Lib. Retract. ubi aperte ostendit, quod si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio. Non ergo ideo electus est a deo, quia talis futurus erat, sed ex tali electione talis est factus, ita dicens, Disputans ergo quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem, & quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit, ad hoc perduxi ratiocinationem, vt dicerem, Non ergo elegit deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia: & quem sibi creditурum est se præscinit, ipsum elegit, cui spiritum sanctum daret, ut bona operando, etiam æternam uitam consequeretur. Ecce hic aperte dicit non propter opera eum elegisse, sed propter fidem, quæ eum præuidit creditурum. Sed quia & in fide meritum est, sicuti & in operibus, hoc retractauit dicens. Nondum diligẽtius quæsieram, nec adhuc inueneram, quæ sit electio gratiæ, de qua dicit Apostolus, reliquiæ per electionem gratiæ saluæ fient: quæ utique non ex gratia, si ex meritis procedit: ut iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis quàm donetur. Perinde quod continuo dixi, Dicit enim idem Apostolus, Idem deus qui operatur omnia in omnibus, nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Ac deinde subiunxi, Quod ergo credimus nostrum est: quod uero bonum operamur, illius est qui credentibus dat spiritum sanctum: sed hoc profecto non dicerem, si scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunque ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis: & utrunque datum est per spiritum fidei, & charitatis:

Hoc tractat Au. lib. retract. 1. ca 23 Idem habetur in To. 4 lib. ad Simplician. et in to. 7. lib. de prædestinatione sanctorum Cap. 3

Rom. 11 1. Co. 12

Retractatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatis. Et quod paulopost dixi. Nostrum enim est credere, & uelle, illius autem dare credentibus, & uolentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas dei diffunditur in cordibus nostris, uerum est quidem, sed eadem regula est. Et utrunque ipsius est, quia ipse prepa-
Ad Ro. 5 rat uoluntatem: & utrunque nostrum, quia non fit nisi uolentibus nobis: ergo & meritum fidei de misericordia Dei uenit. Non ergo propter fidem, uel aliqua merita elegit Deus aliquos ab æterno, uel apposuit gratiam significationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit, ut boni essent. Vnde Aug. in Lib. de prædestinatione sanctorum, Non
Ca. 18. To. 7. quia futuros nos tales esse præsciuit, ideo elegit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

His uidetur contrarium quod alibi ait Augustinus.

His tamen aduersari uidetur, quod dicit Augu. Lib. 83.
Quæst. 98. in To. 4. quæstionum, Cui uult (inquit) misereatur Deus, & quem uult indurat: sed hæc uoluntas Dei iniusta esse non potest, uenit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cũ propter generale peccatum unam massam fecerunt, tamen nonnulla inter eos est diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quod quamuis nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione. Et idem præcedit in aliis peccato-
Ca. 23. ribus, quo digni sunt obtusione. Ecce hic uidetur Aug. dicere, quod & ipsa Dei uoluntas, qua alios eligit, alios reprobat, ex meritis proueniat, sed occultissimis: ideſt, quod pro meritis alios uoluerit eligere, alios reprobare, & quod pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis, alijs non, unde obtunduntur. Sed quid intelligere uoluerit, ignoratur: ni si forte hoc dicatur intellexisse, quod supra diximus eum retractasse. Nam ibidem quędam alia continue subdit, quæ in lib. 2. Retract. aperte retractat: quod utrunque legenti patebit. Vnde uerissimile est in præmissis etiam hoc retractasse. Quidam tamen ex eo sensu accipiunt fore dictũ, non quia aliquis prædestinetur pro meritis, uel iustificationis gratiam mereatur: sed quia aliqui non adeo mali sunt, ut mereantur sibi gratiam non impartiri. Nullus enim Dei gratiam mereri potest, per quam iustificetur: potest tamen mereri, vt non apponatur, vt penitus abijciatur. Et quidem aliqui in tantum profundum iniquitatis deuenerunt, vt hoc mereantur, vt hoc digni sint: alij verò ita viuunt, vt etsi non mereantur gratiam iustificationis, non tamen merentur omnino repelli, & gratiam sibi subtrahi. Ideoq; dixit in qui busdã peccatoribus præcedere quo digni sint iustificatione, & in alijs quo digni sint obtusione: sed hoc friuolum est.

Opinio quorundam: de occultis Dei differentium carnaliter.

Multi verò de isto profundo quærentes reddere rationẽ, atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes, in fabulas vanitatis abierunt, dicentes, quod animę sursum in cœlo peccant, & secundum peccata sua ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt hi tales post cogitationes suas, & volentes disputare de Dei profundo, versi sunt in profundum, dicentes animas in cœlo ante conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corporea terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides propter euidentem Apostoli sententiam qua ait, Cum nondum nati essent, aut aliquid boni, vel mali egissent, &c. Melior est ergo fidelis ignorantia, quã temeraria scientia. Elegit ergo eos quos voluit gratuita misericordia, nõ quia fideles futuri erant, sed vt fideles essent: eisque gratiam, dedit, non quia fideles erant, sed vt fierent. Ait enim Apostolus, Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Datur quidem fideli, sed data est etiam prius vt esset fidelis. Ita etiam reprobauit quos voluit, non propter futura merita, quæ præuidet: veritate tamen rectissima, & a nostris sensibus remota.

Aug. de uerbis Apostoli Ser. 7 tom. 10

Rom. 9

1. Cor. 7. Aug. li. retr. 1. 2. 33

Quæstio ad idem.

Sed quæritur. Vtrum sicut dicitur elegisse quosdam vt boni fierent & fideles, ita etiam concedi debeat reprobasse quosdam, vt mali essent & infideles, & obdurare vt peccẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nullatenus concedi oportet. Non enim reprobatio ita est causa mali sicut prædestinatio est causa boni: neque obduratio ita facit hominem malum, quemadmodum misericordia facit bonum.

An Deus quæ semel scit, & præscit; semper sciat & præsciat, & semper scierit uel præscierit.

Præterea considerari oportet, utrum ea omnia, quæ semel scit vel præscit Deus, semper scit et scierit, ac præsciat & præscierit: an olim scierit vel præscierit, quod modo non scit uel præscit. De præscientia primo respondemus, dicentes, multa eum præscisse, quę modo non præscit. Cum enim eius præscientia non sit nisi de futuris, ex quo illa, quæ futura erant, præsentia fiunt uel præterèunt, sub Dei præscientia esse desinunt, sub scientia vero semper sunt. Præscivit ergo Deus omnia ab æterno quæ futura erăt, neque præscire desinit, nisi cum futura esse desinunt. Neque cum præscire desinit aliqua, quæ ante præsciebat, minus ea nosci quam ante cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiæ Dei quod aliqua præscierit aliquando, quæ modo non præsciat, sed ex ratione verbi quod est præscientia. Præscire enim est ante scire aliquid quàm fiat. Ideoque non potest dici Deus præscire, nisi ea quæ futura sunt.

Ostendit Deum semper scire, quæ semel scit.

De scientia autem aliter dicimus. Scit enim Deus semper omnia, quæ aliquando scit: omnem enim scientiam quă aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Ad hoc autem opponitur ita: Olim sciuit hunc hominem nasciturum, qui natus est: modo non scit eum nasciturum: sciuit ergo aliquid quod modo non scit. Item sciuit mundum esse creandum, modo non scit, eum esse creădum: aliquid ergo sciuit quod modo non scit, & alia huiusmodi infinita dici possunt. Sed ad hoc dicimus; quod idem de natiuitate huius hominis, & mundi creatione, nunc etiam scit, quod sciebat, antequam fierent, licet tunc & nunc hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oportet. Nam quod tunc futurũ erat, nunc præteritum est: ideoq; commutanda sunt ad ipsum designandũ. Sicut diuersis temporibus loquentes, eădem diem modo per hoc aduerbium (cras) designamus, dum adhuc futura est: modo per hodie, dum præsens est: modo per heri, dum præterita est. Itaque antequă crearetur mũdus, sciebat Deus hunc creandum: postquam creatus est, scit eũ creatum, nec est hoc scire diuersa, sed omnino idem de creatione mundi. Sicut antiqui patres crediderunt Christũ nasciturum & moriturum, nos autem credimus eum natum & mortuum, nec tamen diuersa credimus nos & illi, sed eadem. Tẽpora enim (ut ait Aug.) variata sunt: et ideo uerba sunt mutata, non fides. Indubitanter ergo teneamus Deũ semper omnia scire, quæ aliquando scit.

SVPRA egit Magister de causalitate actiua prædestinationis, & reprobationis. In hac parte inquirit de causalitate passiua, utrum scilicet prædestinatio & reprobatio habeant in nobis causam meritoriam: & hoc quidem principaliter intendit in ista distinctione, quæ duas habet partes. In prima Magister in ueritate principale propositum. In secunda mouet quandã quæstionem, quę ex præcedentibus habet ortum, scilicet utrũ Deus desinat aliquid scire, uel præscire. Ex cuius manifestatione patefacit diuinæ scientiæ interminabilitatem, ibi. *Præterea considerari oportet &c.*] Prima pars quatuor habet partes. In prima Magister determinat ueritatẽ, ostendens quod reprobatio habet causam meritoriam quantum ad connotatum, quod est obduratio: non sic prædestinatio quantũ ad connotatum, q̃ est gratificatio. In secunda uero Magister remouet quandam opinionem, quæ posset hominem ducere in errorẽ, ibi. *Opinati sunt tamen quidam, &c.*] In tertia remouet eius defensionem. ibi. *His tamen aduersari uidetur &c.*] In quarta remouet præsumptuosam in hac quæstione inquisitionem, ostendens aliquos uolentes reddere rationem de hoc profundo diuinæ prædestinationis lapsos esse in profundum erroris, ibi. *Multi uero de isto profundo quærentes &c.*] Similiter secunda pars, in qua determinat Magister quæstionem, utrum Deus desinat aliquid scire, uel præscire, & similiter est quæstio, utrum desinat aliquem prædestinare, partes, habet duas. In prima determinat de præscientia, qđ cõtingit desinere aliquid scire. In secunda uero determinat de scientia, ibi. *De scientia autẽ aliter dicimus, &c.* ubi dicit qđ Deus nihil desinit scire: & utraq; parte primo mouet qõnẽ, scdo determinat.

Opinati sunt tamen quidã Deum deo legisse Iacob &c.] Videtur quod illa positio non sit opinio, sed hæresis manifesta: quia qui hoc ponit, ponit gratiã hoi nõ gratis, sed ex meritis data a Deo; & iste est error pessimus. s.

Universidad de Deusto
Biblioteca

error Pelagii. Resp. Dicendum, ꝙ hoc potest dicere causam meritoriam, uel rationem congruitatis. Si dicat causam meritoriã, sic quamuis prima fronte non dicat errorem, tamen ad ipsam sequitur error. Si uero dicat rationem cõgruitatis, sic non dicit errorem: sed tamen temeritatem quandam habet, quia occulto Dei profundo nititur reddere rationem, & ideo utroq; modo erat digna retractione.

Reliquiæ per electionem gratiæ salvæ fiunt &c.] Quæritur hic de isto uerbo Apostoli, quod assumit Aug. in qua habitudine cõstruatur ille genitiuus, quia gratia nec uidetur eligens, nec electa: & iterum, gratia est solum ex tempore: ergo & electio. Respon. Dicendum, ꝙ si intelligatur de electione temporali, tunc electio gratiæ dr, quia fit p gratiam. Si autem de æterna, sic dr electio, non ut gratia dicat habitum, sed ut construatur sicut genitiuus ex ui declarationis esse: unde dr electio gratiæ, idest gratuita, quę merita non considerat. Etsi obiicitur, quod unus genitiuus non construitur ex alia ui: dicendum, quod uerum est, nisi habeat uirtutem duorũ. Vnde bndr uir sanguinis. & hõ auctoritatis: similiter electio gratię, idest gratuitæ bonitatis. Dub. 2.

Præcedit ergo aliquid in peccatoribus &c.] Videtur falsum dicere, quia peccator ante iustificationem manet in peccato: & quãdiu est in pctõ, est indignus pane quo uescitur, sicut dicit auctoritas, & ꝛt ipsa uita, ut quia Dei inimicus: ergo &c. Resp. Dicendum, ꝙ uerbũ illud Aug. retractatũ est, & retractatũ intelligitur in præfata retractatione, quæ ponitur præcedẽti cap. Aut dignitas ibi tm ualet quantum congruitas solum, & multæ possunt esse congruitates in peccatoribus ad gratiam gratum faciencem, per multiplicitatem ad gratiam gratis datam. Dub. 3.

Neque præscire desinit &c.] Innuit Magister quod Deus præscire futura desinit, cum futura esse desinant. Contra. Videtur falsum dicere, quia præscientia dicit quid æternum: sed nullum æternum desinit esse: ergo nec præscięs desinit præscire. Item. Richa. dicit quod quatuor sunt conbinationes: quia quoddam est quod habet principium & finẽ: quoddam ꝙ caret principio & fine: quoddam ꝙ habet principium, & nõ finem, ut anima: quartum ꝙ habet finem, & non principium, est impossibile. Qđ enim caret principio non habet esse aliunde: quod autẽ tale est, seipso est: ergo est omnino immutabile: ergo non potest desinere: si ergo præscire caret principio, necesse est ꝙ careat fine. Respond. Dicendum, ꝙ absque dubio Magr bene dicit, qđ deus desinit aliqua prędscire, cũ fiunt prędsentia. si.n. præsciebantur, quia futura, et iam desinunt esse futura: constans est ꝙ desinunt prędsciri, nõ rone eius qđ est scire, sed rõne ppositionis. Ad illud ergo, quod obiicitur, de ęterno. Dicendum, ꝙ aliqđ nomẽ pure æternum importat aliquod uero nomen importat æternum, connotando tempora le: hoc nomẽ (Deus) pure ęternũ importat: sed hoc uocabulũ prę- Dub. 1.

[prędscire] dicit ęternũ cõnotando temporale. Secundum hoc, notandũ, qđ quędã cõnnotant temporale, ut ens in actu. Et qa tale tpale esse potest, & desinere põr: iõ tales actus circa Deum dr hre initium & terminum, ut puta si dicat, Deus cõseruat hãc rem, conseruare dicit essentiam cõnotando actu effectum: ideo incipit, & desinit conseruare. Quędam connotãt temporale, ut non ens actu, ens tamẽ in potentia siue futurum: & quoniã temporale nõ potest incipere esse non ens, siue esse futurum, antequam sit: sed potest desinere, esse non ens, cum incipit esse ens, desinere esse futurum, cum incipit esse prędsens, hinc est quod præscientia Dei respectu creati dicitur desinere, sed nunquam incipere: & desinit ratione temporalis, non desinentis, sed incipientis. Et ex hoc patet illud Richardi, quia cũ dicitur Deus desinit prędscire, non significatur quod aliquod ens desinat: sed solum quod aliquid incipiat, & sic patet illud.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO II.

An prædestinato, uel reprobatio causam meritoriam in nobis habeant?

ADintelligentiam prędsentis distinctionis duo principaliter qruntur. Primò quęritur de prędestinationis causalitate. Secundò de diuinę scięti ę sempiternitate, siue interminabilitate. Quantum ad primum quæruntr duo. Primò quęritur, utrũ prædestinatio, uel reproba tio in nobis habeat causam meritoriam. Secundò, utrum habeat in Deo rationem motiuã.

QVOD autem habeant in nobis causam meritoriam, ostenditur sic. Primò de reprobatione. Rom. 9. super illud. Esau odio habui. Glo. Esau, subtracta gratia, per iustitiam est reprobatus: sed iustitia respicit merita: ergo reprobatio est ex meritis. ITEM. Per reprobationem non dicuntur nisi ista tria, s. odium ęternũ, obduratio tpalis, & dãnatio finalis: sed oia ista habet ĩ nobis meritũ, quia deus neminẽ odit, nisi pp demerita: nec obdurat, nec damnat: ergo &c. ITEM. Voluntate antecedente uult deus oẽs homines saluos fieri: si ergo aliquem reprobat, hoc est uoluntate cõsequente: neminem.n. de se creat ad supplicium: sed uoluntas cõsequẽs est cõcessio ex nostra causa: sed non ex alia causa, quàm meriti: ergo &c. ITEM. De prędestinatione similiter ostenditr. Greg. dicit & Aug. ꝙ prædestinatio iuuatur sanctorum orationib. sed plus ualet unicuiq; fides sua q̃ fides aliena: ergo merito suo, & alieno potest quis impetrare, quod sit prędestinatus. ITEM. Nullus est prędestinatus nisi finaliter in gratia perseverans; & ecõtra: iunt ergo conuertibilia: sed aliquis potest mereri finalẽ perseuerantiam: ergo potest mereri qđ sit prędestinatus. ITEM. Quod potest in maius, potest in minus, uel ęquale pari ratione: sed homo potest mereri habere Deũ, quod est maximum inter omnia, potest etiam mereri salutem quod æquale ei quod est esse

esse prædestinatum ergo &c.

SED CONTRA. Omne meritum antecedit illud, cuius est meritum, quia disponit ad illud: sed prædestinatio, & reprobatio præcedunt nostrum esse: ergo non cadunt sub nostro merito. ITEM. Omne meritum aliquo modo est causa eius, q̃ meretur: sed prædestinatio, & reprobatio sunt eterna, merita uero sunt tpalia: ergo tpale ē causa æterni, quod est impossibile. ITEM. specialiter de prædestinatione uidetur. Thim. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. ITEM. gratia est affectus prædestinationis: sed prima gratia antecedit omne meritum, & est causa omnis meriti: ergo nõ cadit sub merito: & eo ipso gratia est, qa sine meritis datur: ergo nec prædestinatio.

RESOLVTIO.

Prædestinatio respectu æterni propositi, reprobatio pro æterno odio, nequaquam causam habet. At ille respectu gratiæ hæc pro tẽporali odio, causam utraque quodam modo habent.

RESP. Ad hoc intelligendum notandum, quod in prædestinatione tria intelliguntur. Primũ est propositum æternum. Secũdum est temporalis gratificatio. Tertium uero æterna, glorificatio. Similiter in reprobatione intelliguntur tria s. æternum odium, temporalis obduratio, & æterna damnatio. Quãtum ad primum, & ultimum similiter est iudicandum: nam ultima, s. pœna, & gloria simpliciter cadunt sub merito. Primum uero s. propositum æternum, eo ipso quo æternum est, meritum habere non potest. Quãtum uero ad medium, quod est gratificatio, & obduratio: differenter est iudicandum. Nam obduratio simpliciter cadit sub demerito, siue sub malo merito: gratificatio uero nec simpliciter sub merito, nec simpliciter extra. Est. n. meritum congrui, digni, & condigni. Meritum congrui est, quando peccator facit q̃ in se est, & pro se. Meritum digni, quando iustus facit pro alio. Meritum condigni, quando iustus operatur pro seipso, quia ad hoc ordinatur gratia de condigno. Gratia autem alteri pro merenda non est omnino ex cõdigno, quia peccator oĩ bono ẽ idignus. Nec solum ex cõgruo; quia iustus dignus est exaudiri. Gratificatio ergo sub merito cõgrui põt cadere quỏ ad ipm gratificandũ: sub merito digni, q̃tum ad aliũ uirum sanctũ: sub merito cõdigni quantũ ad neutrũ: & hoc (proprie loquendo) est meritũ. Rñdendum ergo ad quæstionem, cum queritur uterũ prædestinatio, & reprobatio cadãt sub merito, q̃ simpliciter loquẽdo q̃tum ad principale significatũ, neutra cadit sub merito: q̃tum uero ad cõnotatũ, reprobatio cadit sub merito simpliciter, prædestinatio uero ẽm quid. Concedẽdę sunt ergo rõnes, pbãtes: q̃ prædestinatio non cadit sub merito, similiter quod nec reprobatio.

D. Th. 1. par. qõ. 13. ar. 5.

AD ILLVD, quod primo obiicitur de Glo. q̃ Esau per iustitiã reprobatus est. Dicendũ, quod ibi accipitur reprobatio pro connotato, quod est obduratio.

AD ILLVD, q̃ obiicitur, quod odium æternum cadit sub merito, dicẽdum qđ odium æternum duo dicit, & principale significatum, & connotatum: quia nemi nem odit deus quantum ad affectum; sed solum quantum ad effectum: & primum non est ex meritis, sed secundum, quod patet, si resoluatur: quia odium est propositum puniendi: propositi autem nullus meretur; sed pœnam. AD ILLVD, quod obiicitur quod neminem reprobat uoluntate consequente. Dicendũ, quod uoluntas consequens non dicitur quia consequatur merita nostra ratione uoluntatis: sed solum ratione uoliti: uult enim aliquid deus, quod nos meruimus: & ideo quia uolitum est connotatum, patet &c. AD ILLVD, q̃ obiicitur de prædestinatione, quod innatur orationibus sanctorum. Dicendum, quod illud intelligitur ratione connotati, quod est gratia; quam sancti uiri possunt aliis suis oronibus impetrare: non tamen sequit qđ homo possit impetrare sibi: quia ad hoc quod impetret, necesse est q̃ sit dignus mereri, & hoc non est nisi per gratiam. AD ILLVD, q̃ obiicitur, quod idẽ est esse prædestinatum, & in gratia finaliter perseuerare. Dicendum quod non est idem: sed conuertibile: sed illud non sequitur, q̃ si aliquis possit mereri unũ conuertibilium, quod possit & reliquum: sicut non sequitur, si aliquid est causa unius conuertibilium, quod sit causa alterius, illud manifestum est. AD ILLVD q̃ obiicitur qđ potest in maius, potest in minus. Dicendum, q̃ uerũ est, si equaliter ordinatur ad utrunque. Nam si hẽt ordinationẽ ad maius, & non hẽt ordinationẽ ad minus, quis possit in maius, nõ tñ sequit, q̃ in minus: sicut Iproficio: gratia. n. ordinãt ad merendum deum, ut glorificantẽ, non ut prædestinantẽ: sicut ad gloriam, nõ ad primã gratiã.

QVAESTIO II.

An dare sit in Deo prædestinationis & reprobationis causam, & rationem?

VTRVM prædestinatio, & reprobatio habeant in deo rõnem motiuum. Et quod sic, uidetur per canonem Gen. 18. dixit dominus. Num celare potero Abraam, quod gesturus sum: cũ futurus sit in gentem magnam; & præceptur us domui suę, ut custodiat pactum meum. Dominus ergo uoluit reuelare ipsi Abrahæ propter cõsiderationẽ bonorum futurorum: ergo cum illa ab eterno prouideat, pari ratione prædestinat ex præscitis bonorũ futurorum. ITEM. Ambros. super epistolã ad Ro. 9. Dabõ gratiam ei, quem scio uero toto corde ad me post errorem reuersurum (loquitur in persona dñi) ergo ratio quare dñs proponit dare gratiam, est qa aliquod futurũ prouidit in hoie. ITEM. Ratione ostenditur; quia omnis uoluntas ex ipso quod uoluntas est rõnalis: ergo si hoc perfectionis est in noluntate qđ sit ex ratione, hoc maxime reperit in uoluntate diuina: ergo cum prædestinatio dicat diuinum propositũ, erit ex ratione. ITEM. Omnis sapiẽter eligẽs eligit illos in famulos, in q̃bus uidet meliores mo-

rem

res preterito: & similiter quos nouit fideliores fuisse, & si posset futura cognoscere, multo fortius eligeret; & respueret ꝓpter præuisionem bonorũ futurorũ, & malorum; quam preteritorũ. Si ergo Deus est sapientissime eligens: ergo rationem eligendi siue reprobandi accipit a præuisione, siue a præscientia. ITEM. Nullus sapientũ eligens, præeligit omnino indistantia seu indifferẽtia, maxime si possit accipere oĩa eque congrue: sed Deus præfert unum alteri in electione: ergo &c. ITEM. Si diuinum propositum, siue prædestinatio solum haberet rationem, uolũtatem dei, & non aliam: tunc ergo uidet partialitas i diuina uoluntate: si enim uellet omnes saluare, omnes saluarentur, & non esĩ alia ratio nisi quia nõ uult: ergo uoluntas eius non est liberalissima, nec optima. ITEM. Si nõ esset alia ratio quam uoluntas: ergo cum Deus reprobando proponit damnare, si sine omni ratione sola uoluntate uellet damnare aliquem: ergo uidetur crudelissimus, eo ꝙ fecisset homines ad supplicium. ITEM. Si sola uoluntate prædestinat, & reprobat, non precognita ratione: uidetur ergo secũ hoc, ꝙ sit acceptor personarum, quod est cõtra illud quod dicitur Act. 10. In ueritate cõperi, ꝙ non est acceptor personarum deus.

SED CONTRA. Exo. 33. Miserebor, cui miserebor: & clemens ero super quem placuerit mihi: ergo ratio prima, & potissima diuinæ misericordiæ, & prædestinationis est Dei beneplacitum, & uoluntas. ITEM. Matt 11. dicit filius. Reuelasti ea parũulis, & abscondisti hec a sapiẽtibus: ita pater quoniam sic placitum fuit ante te: ergo si filius reddit optimam rationem, solum diuinum beneplacitum est ratio. ITEM Apostolus. Rom. 9. super hac quæstione dicit. Nunquid nõ habet figulus potestatem de eadem massa facere, alia quidem uasa in honorem, alia in contumeliam? Si enim quæreretur ab artifice, quare de una parte massa facit uasa pulchra, & ex alia uilia, cum æque sit bona tota massa; non est alia ratio nisi quia placet; ita enim bene faceret, si faceret ecõuerso: ergo &c. ITEM. Aug. de predestinatione sanct. Non quia tales non futuros sciuit; ideo elegit: sed ut tales essemus. ITEM. Ratione uidetur: quia uoluntas Dei est causa causarum: ergo ibi est status: sed ubi est status, non est ultra quærere rationem: ergo &c. Quod sit ibi status, patet: Quod et status non patiatur quærere rationem, uidetur: quia quotiẽs cãm, uel rõnem quærimus: quærimus eam, ut distãtem: si enim omnino essent idem causa, & cuius est ratio: statim illo uiso, uideretur causa, & nõ quæreretur: sed non est status nisi in summe simplici, & ita nulla distantia: ergo nec ratio, nec quæstio. ITEM. Si Deus prædestinat istum propter præuisionẽ, aut ergo bonorum, aut malorum, aut indifferentiũ. Non propter præuisionem indifferẽtium, & malorum: ergo propter præuisionem bonorum: sed bona nulla futura sunt in isto, nisi quæ Deus sua uoluntate facturus est: ergo præuisio est propter uoluntatem, & non econuerso.

ITEM. Si quis quæreret, cum potuerit Deus ꝓducere unum aliũ mundum similẽ huic, quare magis istum, quam illum, nulla esset quæstio: quia hoc solum fuit, qã uoluit: ergo pari ratione nulla est causa, quare prædestinat, & reprobat, nisi quia uult.

RESOLVTIO.

Causam congruentia in generali dare est, bona scilicet uel mala opera, at causalem uel meritoriam in speciali, nequaquam.

RESP. Dicendum, ꝙ cum quæritur, utrum eternum Dei propositum, siue electio, uel reprobatio in Deo motiuam rationem habeat: hoc non intelligitur quãtum ad uoluntatem diuinã, uel eius actũ, qui Deus est; sed quantum ad ordinationem uoliti ad eius uoluntatem. Et si quæratur ratio causalis, uel meritoria, respondetur, quòd dari nõ possit. Si autem queratur ratio cõgruitatis, & decentiæ. Respondent quidam, ꝙ ipsa Dei uoluntas sibiipsi est ratio: nec est alia ratio quare istum elegit, nisi quia placet: & hæc est sufficiens per omnem modum; quia est causa causarum, & ratio rationum: & eo ipso, ꝙ placet, ideo rectũ est propter summam ipsius uoluntatis rectitudinem: quia non tantum est recta: sed etiam regula. Sed cauendum est, ne dum uoluntatem Dei magnificare uolumus, potius uoluntati eius derogemus. Si enim nõ esset alia ratio, quare Deus iustũ elegit, & illũ non, nisi quia placet, certe iam non occulta dicerentur diuina iudicia, sed manifesta: cum quilibet hanc rationem capiat, nec dicerentur mirabilia; sed potius uolũtaria. Et ꝓpter hoc est dicẽdum, ꝙ propositum illud æternum (sicut dicit Augu. & habet in litera) & uoluntas illa est rationabilissima, & rationem habet: & sicut ab æterno fuit, ab æterno rationẽ habuit, non aliã propter essentiam: sed per connotatũ. Quid aũt sit illud in electione hoĩs, uel reprobatione, nobis non est oĩno notũ, nec oĩno ignotum. Propter hoc notandum, ꝙ quædam sunt opera, quę exeunt a uoluntate diuina cum alio adhoc ordinato ordine necessitatis (siue necessitatem sumamus in causando, siue in merendo, uel disponẽdo) ut pluere, & remunerare, siue damnare, & saluare, & respectu talium diuina uoluntas habet rationem in generali, & speciali. Vnde si quęratur, quare Deus uult pluere, respondetur, propter nostrã utilitatem. Similiter hẽt rationẽ in speciali; ut si quæraĩ, quare uult Deus pluere in hyeme, non in æstate; tunc respõdetur: quia uapores aquosi magis in hyeme abundant, quàm in æstate. Similiter si quæraĩ, quare magis uoluit saluare Petrum, quam Iudam. Respondetur, quod iste habuit bona merita, ille uero mala. Quędam autem sunt opera, quæ sunt a diuina uoluntate cũ alio ad hoc ordinato ordine congruitatis, sicut est nostra gratificatio, uel iustificatio, quę est a diuina uolũntate cum operatione, & preparatione li. ar. & hoc; quia qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Et hoc dictum est secundum congruentiam. Adiutores enim Dei sumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Attamen deus sine præparatione, & cooperatione iustificat: ut patet de sanctificatis in utero, & ut dicunt de Paulo: & respectu taliũ operum habet rationem uoluntatis in generali, & habet in speciali: sed in generali certam, in speciali occultam. Si etiam quæritur, quare deus nult iustificare, respondetur, ad miserecordiæ suæ ostensionem. Et si quæritur, quare nó uult omnes homines iustificare uoluntate beneplaciti. Dicendum, ꝙ hoc est propter iustitiæ suæ ostensionem. Vnde Aug. 22. de Ciuita. Dei. Si remanerent omnes in pœna, non appareret misericordis gratia redimétis. Rursus. Si omnes transferrentur de tenebris ad lucem, in nullo appareret ueritas ultionis: in qua propterea plures quàm in illa sunt, ut sic appareret quid omnibus debebatur. Si quæratur in speciali, quare magis uult iustificare unum, quàm alium; duobus similibus demonstratis: quia multæ possunt esse rationes congruentiæ: ideo non est certitudo a parte rei. Et ideo cum cognitio nostra pendeat a certitudine rei, nullus certam potest inuenire rationem, nisi habeat per reuelationem illius, cui dubia sunt certa; & quia non fuit nobis expediens ad salutem ista cognitio: sed utilior fuit ignorantia propter humiliatem: ideo deus noluit reuelare: & Apostolus non fuit ausus inquirere: sed ollédit defectum nostræ intelligentiæ, cum exclamauit 11. ad Ro. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei, quam incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inue- Ca. 12

stigabiles uiæ eius, &cætera.

Ad illvd ergo, quod quæritur, utrũ prædestinatio habeat rationem. Dicendum, ꝙ habet in generali, similiter in speciali: & hæc ratio nota est diuinæ præscientiæ, non nobis, ratione prædicta. Ad illvd, quod obiicitur de sacra scriptura, ꝙ assignat beneplácitum pro ratione. Dicédum, ꝙ quamuis assignet pro ratione, & aliam non exprimat: non tamen est ideo concludendum, quod non sit alia: quia nó sunt omnia scripta; sed nobis uti lia. Vtile autem fuit scire, quòd diuinum beneplacitum est causa, & ratio, ut discamus cum timere, & nihil meritorium nobis attribuere. Ad illvd, ꝙ obiicitur, ꝙ nõ elegit: quia prævidit tales. Dicendum ꝙ Aug. negat secundũ ꝙ hoc quod est [quia] dicit causam: non secundum ꝙ dicit rationem: quia quamuis diuina uoluntas possit habere rationem, ex qua dicitur congruẽter operari: tamen non causam, siue rationem causalem: cum sit causa causarum, & maxime respectu uoliti: quod quidem est ex mera dei liberalitate, utpote gratia iustificans impiũ. Et per hoc patet sequens de spiritu. Ad illvd, ꝙ quærit, propter quorum prævisionẽ: Dicendum, ꝙ pót esse pp̃ prævisionẽ bonorũ, ut aliquo modo sunt a libero arbitrio: propter quorum tamẽ prævisionem nec scio determinare, nec uolo quærere, nec est ratio nisi congruitatis. Vnde & alia potest esse, quàm hæc. Ad illvd, quod obiicitur de mundi creatione. Dicendum, quòd non est simile de mundi creatione; quia mundi creatio a diuina uoluntate, & beneplacito est tanquam a tota causa. Et rursus per creationem non præsupponitur aliquid. Rationes uero ad oppositum probant, ꝙ diuina uoluntas rõnabiliter facit: siue ꝙ hẽt rõnem congruitatis rõne uoliti: & quia hoc uerũ est, ideo concedendæ sunt: & q̃uis aliquæ earum possint hẽre calumniam, tñ conclusio principalis non habet calumniam. Nam Aug. dicit hoc in Lib. Retract. post oẽs retractationes, ꝙ proponit, & eligit, & reprobat ueritate certissima, & a nostris sensibus remotissima: & quia a sensibus nostris est remotissima, ideo nullus debet ipsam inquirere, quia in hac uita non possumus inuenire. Et ideo in nostræ intelligentiæ insufficiẽtiam, sermo de Prædestinatione claudendus est, ut obstruatur oẽ os, & subditus fiat omnis mundus deo, cuius iudicia non sunt scrutabilia, sed formidoloso silentio ueneranda.

enunciabilia, siue quæ deus semel cognoscit semper utiq; cognoscat.

Quod cognoscat deus ꝑ modum cõplexionis ostendit sic. Eandem rem, quam cognoscit sensus, cognoscit intellectus: sed sensus per modum incomplexionis: intellectus uero per modum complexionis: sed intellectus est potentior in cognoscendo quàm sensus, ergo cognoscere per modum complexionis est maioris potentiæ: sed oẽ tale est deo attribuendũ: ergo &c. Item. Differenter signatur res per uocem incomplexam, & per complexionem: qa per uocem incomplexam q̃tum ad esse simplr, sed per orationẽ quantum ad esse tale, uel tale; sed deus non tñ cognoscit res quantum ad esse simplr: sed etiã ad esse tale, uel tale: ergo cognoscit ꝑm complexionem. Item. Ordo unius rei ad alteram, cui continguntur in re: facit compositionem in cognitione, uel in sermone complexionem: sed deus nõ tantum intelligit in se rem ipsam: sed etiam in ordine ad rem aliã, cui unitur: ergo nõ solum per modum simplicem: sed compositionis. Item. Deus intelligit nostrũ intelligere, & nrm dicere; sed nos dicimus, & ītelligimus rẽ ꝑmodũ cõplexionis: ergo deus hoc mõ ītelligit. Cap. 7.

Sed contra. Dionysius de Diu. nom. Cognoscit deus oia, immaterialiter, materialia: impartite, partita: uniformiter, multa: immutabiliter mutabilia; ergo si partita: cognoscit impartite; ergo composita per modum simplicem: sed modus simplicitatis

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An deus res per modum complexionis cognoscat?

Consequenter quantum ad secundum Articulum quæritur de secundo. s. interminabilitate diuinæ cognitionis. Et circa hoc quæruntur duo. Primo, quia dubium hẽt ꝙ comparationem ad complexa, quæritur, utrum deus cognoscat res per modum complexionis. Secundo quæritur, utrum

fere post medium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicitatis & complexionis oppo nuntur: ergo non cognoscit p modum complexionis. ITEM. Cum intellectus cognoscat per modum complexionis, aut modus ille est in re, aut in intellectu. Non in re, quia cum sensus apprehenderet eam per modū cōplexionis: ergo est in intellectu: sed omnis talis intellectus in quo est complexio realiter est complexus, & compositus: sed diuinus intellectus non est huiusmodi: ergo &c. ITEM. Si cognoscit res per modum complexionis, cum modus diuinæ cognitionis sit ei coæternus, ab æterno cognouit per modū cōplexionis: ergo complexio fuit ab æterno: ergo uere, uel falsè. Si uerè: ergo plura sunt uera ab æterno: si falsæ, ergo plura sunt falsa ab æterno. ITEM. si cognoscit per modum complexionis, cum eadem res modo uere significet sub ratione futuritionis, modo sub rōne præteritionis, mō rōne p̄sentialitatis: ergo his oībus modis deus cognoscit.

SED CONTRA. Omnia cognoscit, ut præsentia. Vnde 2. Pet. ult. Vnus dies apud deū sicut mille anni, &c. ergo non cognoscit omnibus his modis.

RESOLVTIO.

Deus cognoscit res complexas, sed non complexè.

RESP. dicendum, ꝙ cognoscere res per modum complexionis potest intelligi tripliciter. Aut. n. modus complexionis cadit circa rem, & sic est sensus: deus cognoscit res existere, uel se habere per modum complexionis, siue compositionis, & hoc est uerum: cognoscit enim res esse, sicut sunt. Alio modo, ut modus complexionis cadat circa rem, ut est expressa per intellectum nostrum: & tunc est sensus, ꝙ deus cognoscit res nō tm̄ ut sunt, sed ēt ut intellectus exprimit: cognoscit. n. res, & uoces, siue intellectus illas significantes, & hoc uerum est. Tertio modo potest intelligi, ut modus complexionis cadat circa intellectum diuinum, & hoc modo falsum est; hoc. n. spectat ad intellectum, qui intelligit multa, & multa, quæ oportet cōplecti: deus autem multa intelligit uno: & ita simplici modo: nec magis est simplex intellectus eius intelligendo unum, quàm multa. Vnde intelligere multa per modum complexionis, nec est omnino uirtutis, nec omnino imperfectionis: & ideo non ponitur nec in cognitione infima, ut in sensitiua: nec in cognitione suprema, ut in diuina: & fortassis non etiam est in cognitione suprema ipsius animæ, ꝙ dicitur intellectiua, prout est in suo summo: cognoscit enim p modum simplicis aspectus. Rōnes probantes ꝙ cognoscit per modum complexionis, procedunt secundum primam, & secundam uiam: ideo uerum concludunt, præter primum, quod iam solutum est.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ complexio uenit ab intellectu. Dicendum, ꝙ complexio dupliciter potest comparari ad intellectum. Aut sicut ad causam, aut sicut ad subiectum. Si ad subiectum in quo, & quod informat, & denominat, sic comparatur ad intellectum humanum, a quo est complexio: qui etiam complectitur. Si ad causam, sic comparatur ad intellectum diuinum. Nam intellectus diuinus cognoscit complexionem; non circa se, sed circa nām intelligere: quoniam complexio nō est ab intellectu nostro, nisi cooperante diuino in intelligēdo. AD ILLVD qđ obiicitur, quod si cognoscit res per modum complexionis, quod tunc complexiones sunt ęternæ. Dicēdum, ꝙ ex primo, uel secundo sensu non sequitur, ꝙ complexiones sunt æternæ, quia nō est complexio circa deum: sed bene sequitur, ꝙ ueritas significata per aliquam cōplexionē, est æterna, sicut ueritas huius, mundum esse futurum: tamen propositio, & complexio est ab intellectu nostro intelligente illam ueritatem ęternam. Vnde sicut uox temporalis significat rem ęternam, ut hoc nomen, deus: non tamen sequitur, ꝙ sit æterna: sic multa enunciabilia significant ueritatem æternam, nec tamen sunt æterna. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ tunc cognoscit res sub ratione futuritionis, & præteritionis. Dicendum, ꝙ sicut tactum est, ꝙ modus diuinę cognitionis pōt accipi, uel secundum se, uel a parte cogniti. Si a parte cogniti, sic dico, ꝙ omnino cognoscit rem esse, & ita mutabiliter esse, & ita composito modo esse sicut est, & ita de omnibus: & sic cognoscit rem præteritam esse præteritam, & futuram esse futuram, & non præteritam esse præsentem. Potest iterum accipi a parte sui: & sic cum cognitio dei sit simplex, omnino præsens, omnia cognoscit per modum simplicitatis, & per modum præsentialitatis. Vnde ꝙ dicit, omnia sunt præsentia apud deum: hoc dictum est quantum ad cognitionem, in qua nulla cadit successio: ideo nec nouum, nec uetus, nec præteritum, nec futurum: in actu autem cognitionis angelicæ, & humanæ cadit successio: & ideo præteritum, & futurum. Et præterea non ita dīr omnia præsentia animæ cognoscenti, sicut deo: & hoc manifestum est, quia nunc æternitatis quod est semper præsens, complectitur omnia temporalia: & ideo patet quomodo sit intelligendum.

QVAESTIO. II.

An enunciabilia, quæ deus semel cognoscit, semper cognoscat.

VTRVM enunciabilia, siue cōplexa, quæ deus semel cognoscit, semper cognoscat, uel sciat. Et ꝙ sic, uidetur: qa deus non cognoscit enunciabile nisi rōne ueritatis: sed ueritas enunciabilis, quæ semel fuit, semper fuit: & est, & erit ergo enunciabile quod semel cognoscit, semper cognoscit, Probatio mediꝰ. Omnis ueritas complexi fundatur supra rem complexam: sed eadem res primò est futura, postea præsens, deinde præterita, & una, & eadem: ergo una & eadem ueritas est in ea secundum omnes hos modos: sed necesse est, ꝙ sit semper sub aliquo horum modorum: ergo &c. ITEM. Hoc ipsum uidetur alia ratione, quia quæcunque scit deus, scit immutabiliter: alioquin cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

scire dei sit sui esse, si mutaret suum scire, & esse: quod est impossibile, sed omne quod habet immutabilitatem, habet sempiternitatē, q̄a si desinit, mutatur: ergo quod deus semel cognoscit, semper cognoscit. ITEM. Quod scriptū est in illo libro, deleri non potest: sed deus cognoscit non aspiciendo extra, sed legendo in libro suæ præscientiæ: ergo quod semel cognoscit, semper cognoscit. PRAETEREA, pater, quia super illud Exo. 32. Aut dele me de libro tuo &c: Glo. Securus hoc dicit, quia nō delebitur. Et idem dicit super Psalmos. ITEM. Quod desinit, uel perditur aliquo desinente, de necessitate pedet ex illo: sed diuina cognitio non dependet ex ueritate creanda: ergo quamuis enunciabile desinat esse uerum, tamen deus non desinit illud scire: & si hoc: ergo q̄ semel scit, & semper.

SED CONTRA. Sicut præscire habet se respectu futuri, ut futurum est, sic scire respectu ueri: si enim actu scit, actu est uerum: sed dicit Magister, deus desinit præscire rem, cum res de futuro fit præsens: ergo similiter desinit scire, cum de uero fit falsum. ITEM. Sicut diuina acceptio respicit bonitatem, ita uisio ueritatē: sed deus desinit hominem acceptare, cū perdit bonitatem: ergo desinit rem cognoscere, siue enunciabile; cum perdit ueritatem. ITEM. Hoc ipsū ostenditur per impossibile, quia si quodcunque enūciabile sciuit, modo scit, & sciuit Christum esse morituru: ergo & modo scit: sed quicquid scit, est uerum: ergo Christum esse morituru est uerum, q̄ est contra fidem. ITEM. sic. Quicquid sciuit, modo scit: sed aliquando sciuit non esse te, cū non eras: ergo scit te non esse, & scit te esse, quia uerum est: ergo scit simul duo contradictorie opposita: ergo duo contradictoriè opposita sunt simul uera, q̄ falsum est, & impossibile.

RESOLVTIO.

Si scire accipiatur, pro ut importat reflectitur sic deus quæcunque scit, scit. Si autem pro ut transit in actum extra, ueritatemque in obiecto extra connotat, minimè.

RESP. Dicendum, quòd scire dicitur dupliciter. Vno modo q̄ ut reflectitur in se: & sic sensus est, iste scit hoc, idest habet cognitionem de hoc: & hoc modo dicendum, q̄ scire nihil cōnotat ā parte sciti actuale, nec ueritatem nec præsciētiam. Deus enim de omni enūciatione hēt perfectam cognitionem, utrum sit enunciatio perfecta, & congrua, utrum uera, & sic similia. Alio modo scire dicitur secundum q̄ est uerbum progreticū, & sic transit in actum extra: & sic connotat ueritatem in obiecto: tunc ergo scire enunciabile aliquod, idem est quod scire ipsum esse uerum. Vnde scio te sedere, hoc est dicere: non tantū habeo cognitionē de hoc: sed ēt cognosco ipsum esse uerū. Primo mō scire importat diuinum intelligere. Sed o modo intelligere cum assensu. Si ergo scire accipiatur primo modo, sic dico, q̄ quicquid est, & omne enūciabile, & omne quod sciuit, ad huc scit, & hēt cognitionē de illo, quia de omni eo quod est, & q̄ potest esse, habet cognitionē: nec sequitur, scit hoc: ergo hoc ē uerū; imo est ibi consequens. Si autem accipiatur scire secundo modo, prout connotat ueritatem circa enunciabile: sic fuerunt quidam qui dixerunt q̄ desinit aliquid enunciabile scire, quia posuerunt, q̄ enunciabile, quod est uerum, potest esse falsum. ALII dixerunt contrariū, quia posuerunt quod enunciabile, quod semel uerum est, semper est uerum, & ita semper scitur. Et ut melius pateat: uidenda est eorum positio, & ratio positionis. Fuerunt qui dixerunt, quòd albus, alba, album, cum sint tres uoces, & tres habeant modos significandi: tamen: quia eandem significationem important, sunt unū nomen. Per hunc modum dixerunt, q̄ unitas enunciabilis, accipienda est non ex parte uocis, uel modi significandi, sed rei significatæ: sed una res est, quæ primo est futura, deinde præsens, tertio præterita: ergo enunciare rem hanc primo esse futuram, deinde præsentem, tertio præteritam, non faciet diuersitatem enunciabilium, sed uocū. Rursus. Cum idem tempus sit primo futurū, deinde præsens, tertio p̄teritum, tps. s. q̄ est mēsura rei, q̄ significatur per orationem, quamuis esse, uel fuisse uel fore consignificent tria tēpora, rōne tū significati non diuersificant enunciabile, sed uariatur solum a parte tpis significati. Vnde si dicam semel, Sortes currit hodie: & cras dicam, incurrit, cum hoc uerbum det intelligere aliud tempus, & ita aliam actionem, enunciabile non est, quantumcunque non mutata significatione: & quia retenta eadem significatione, enunciabile semper est uerum, & non est idem, nisi cum eadē significatio retinetur: iō dixerūt, q̄ illud q̄ semel ē uerū, semp ē uerū: & iō eū deus nihil obliuiscatur, dicunt q̄ oē enunciabile quod deus sciuit, scit. Et respondēt illi rationi, omne enunciabile quod sciuit, scit: sed sciuit te nascituru, uel te esse: ergo &c. non debet sic inferri: ergo scit te esse: sed sic, ergo scit te fuisse: aliter est ibi figura dictionis, quia procedit ab identitate in modo significandi, ad identitatem rei, & hoc modo solnit Magister. Et ista fuit opinio Nominalium, qui dicti sunt Nominales, quia fundabant positionē suam super nominis unitatem. Sed ista fuit positio contra Philosophum, qui dicit in Prædicamentis, q̄ eadem oratio primo est uera, postea falsa. Fuit ēt contra cōem opinionem. Fuit ēt cō tra ueritatem. Rō huius est, q̄a nec bonum fundamentum hēt, nec bonam adaptationem. Primo. n. si queratur utrum albus, alba, album sint tria noia. R̄ndēdum est, aut loqueris grammatice, aut logice. Si grammatice: cum grammaticus cōsideret impositionem nominis, & modum principalem significandi substantiam cum qualitate, sic dicet unum nomen esse. Sil gice, cum logicus consideret nomē inquātū est uox expressiua, unde diffinit nomē, uerbum, & orationem per uocē tanq̄ per ge-

Ca. de substā. tia circa fine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aus, & multiplicato superiori, necesse ē multiplicari inferius, si sunt multæ uoces significatiuæ, sunt de necessitate multa nomina: & ideo patet, ꝙ male accipiebant nominis unitatem, secundum quod congruit ad propositum. Mala etiam fuit adaptatio, quia enunciabile non significat rem, sed modum se habendi: & cum per uerbum præsentis, præteriti, & futuri tps significetur res alio modo se habere, patet de necessitate, quòd aliud enunciabile est te esse nasciturum, & te esse natum. Rursus deficiebant in ultimo, quia sicut hō non signat istū hoīem, uel illū: sic uerbum præsentis tēporis non signat illud, uel illud pns, sed pns in cōi, siue copulet, siue significet. Et inde est, ꝙ sicut hō non hēt aliam signationem, nec est aliud nomen, nec æquiuocū; si mō supponat pro Petro, modo pro Conrado: sic nec uerbum præsentis temporis, sine pronuncietur hodie, sine cras, hēt aliā signationem: & iō non facit aliud enunciabile. Et præterea patet, ꝙ quocunqꝫ tpe, pferatur te esse nasciturū, ꝙ idem est enūciabile ꝙ prius fuit uerū, mō falsum. ℓm ergo ꝙ scire cōnotat ueritatē circa enūciabile, scit illud ꝙ sciuit, & mō nō scit, nulla facta mutatione ℓ dei scia, sed solum in cōnotato. Concedendū igit ꝙ in scīa acceptiōe nō oē ꝙ scit, semp scit.

AD ILLVD, quod obicitur, ꝙ ueritas est una ī pnti, pterito, & futuro. Dicendum, ꝙ quis sit reducibilis ad unam rei ueritatem sicut accidens ad subiectū, & modus essendi ad entitatē: tamen cum modus essendi habeat suam ueritatem, & res sunt modi essendi: ideo tres sunt ueritates. AD ILLVD, quod obiicitur de indebilitate, & immutabilitate, & independentia, dicendum, ꝙ iā solutū est: quia nulla fit trāsmutatio in dei cognitione, nec definit scire enūciabile ꝓp mutatione in se, sed ī cōnotato.

DISTINCTIO XLII.

De potentia Dei in comparatione ad possibilia quæ potest.

NVNC de omnipotentia Dei agendum est: ubi prima consideratio occurrit: quomodo uere Deus dicatur omnipoteus: an quia omnia possit, an tantum quia ea possit quę uult. Quod enim Deus omnia possit, pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait Cap. 6. in Io. 4 *enim Augustin. in lib. Quæst. ueteris ac nouę legis. Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi quod conuenit ueritati eius, & iustitię. Idem in eodem, Potuit Deus cuncta facere simul, sed ratio prohibuit, id est, uoluntas. Rationem nempe ibi uoluntatem Dei appellauit, quia Dei uoluntas rationabilis est, & æquissima. Fatendū est ergo Deū oīa posse.*

Quomo-

Quomodo dicatur Deus omnia posse cum multa sint, quæ non potest.

Sed quęritur quomodo omnia posse dicatur, cum nos quędam possimus, quæ ipse non potest. Non potest enim ambulare, loqui, & huiusmodi: quæ a natura diuinitatis sunt penitus aliena: cum horum instrumenta nullatenus habere queat, incorporea & simplex substātia. Quibus id respōdendum arbitror, quod huiusmodi actiones, ambulatio scilicet, & locutio, & huiusmodi, à Dei potentia aliena non sunt, sed ad ipsam pertinentes. Licet enim huiusmodi actiones in se Deus habere non possit (non enim potest ambulare, vel loqui, & huiusmodi) eas tamen in creaturis potest operari, facit enim vt homo ambulet, & loquatur, & huiusmodi. Non ergo per istas actiones diumę potentiæ detrahitur aliquid, quia & hoc potest facere omnipotens.

De alijs obijcitur.

Sed sunt alia quædam, quæ Deus nullatenus facere potest, vt peccata: nō enim potest mentiri, non potest peccare. Sed non ideo omnipotentię Dei in aliquo detrahitur, vel derogatur, si peccare non posse dicitur: quia non esset hoc potentię, sed infirmitatis. Si enim hoc posset, omnipotens non esset. Non ergo impotentiæ, sed potentiæ imputandum est, quòd ista non potest. Vnde Augustin. in 15. Lib. de Tri. Magna, inquit, Dei potentia est, non posse mentiri. Sunt enim quædam, quę in alijs rebus potentiæ deputanda sunt: in alijs vero minime: & quæ ī alijs laudabilia sunt: in alijs vero reprehensibilia sunt. Non ergo ideo Deus minus potens est, quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus possit esse, qui hoc potest.

Item de alijs opponit.

Sunt etiam & alia quædam, quæ Deus non potest, vnde videtur non omnia posse: non enim potest mori, vel falli. Vnde Aug. in Lib. de Symbolo, Deus omnipotens nō potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, nec potest vinci. Hæc vtique & huiusmodi (absit) vt possit omnipotens: si n. huiusmodi passionibus, atq; defectibus subijci posset, oīpotens minime foret. Et iō monstratur oīpotens, quia ei hæc ca. 1. in tem. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propinquare non valēt: potest tamen hæc in alijs operari.

Quod omnipotentia Dei secundum duo consideratur.

Hic ergo diligenter considerantibus, omnipotentia eius secundum duo apparet, scilicet quod omnia facit, quę vult, & nihil omnino patitur: secundum vtrunque Deus omnipotēs verissimè prædicatur: quia nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque deū omnino nihil posse pati, & omnia facere posse, præter ea sola, quibus eius dignitas læderetur, eiusque excellentiæ derogaretur: in quo tamen non est minus omnipotens. Hoc enim posse non esset posse, sed non posse. Nemo ergo Deum omnipotentem in aliquo dicere præsumat, quia omnia potest, quę posse potentiæ est: & inde vere dicitur omnipotens.

Auctoritates, quod ideo dicatur omnipotens, quia potest quicquid vult.

Ca. 96 in to. 3. c. 5. 31. & vltima lit. Ex quibusdam tamē auctoritatibus traditur, ideo vere dici omnipotens, quia quicquid vult potest. Vnde Aug. in Ench. Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest: nec voluntate cuiuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in lib. de spiritu & litera. Non potest Deus facere iniusta, quia ipse est summa iustitia & bonitas. Omnipotens uero est, nō quòd possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult, ita vt nihil ualeat eius voluntati resistere, quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Ioan. Chrysostō. in homil. quadam de expositione symboli ait, Omnipotens dicitur Deus, quia posse illius non potest inuenire non posse, dicente propheta: Omnia quęcunque voluit, fecit. Ipse est ergo omnipotens, vt totum quod vult, possit, vnde Apostolus, Eius (inquit) voluntati quis resistit? His auctoritatibus videtur ostendi, quod Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quod omnia potest, quæ vult, non quia oīa possit.

Ps. 113. Rom. 9.

Determinatio præmissarum auctoritatum.

Sed ad hoc potest dici, quod Aug. ubi dicit omnipotens non dicitur, quod omnia possit, &c. tam ample & generaliter accipit omnia, ut etiam mala includeret, quæ Deus non

potest, nec nult: non ergo negauit eum posse omnia, quæ conuenit ei posse. Similiter cum dicit: Non ob aliud veraciter dicitur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest: non negat eum posse etiam ea quæ non vult, sed aduersus illos qui dicebant Deum multa uelle, quæ non poterat, affirmat eum posse, quicquid vult, & ex eo uere dici omnipotētem, non ob aliud, quam quia potest quicquid vult. Sed caue quo modo intelligas. Potest quicquid vult se posse, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri? Si enim dicas ideo omnipotentem vocari, quia potest quicquid vult se posse: ergo et Petrus similiter omnipotens dici potest, vel quilibet sanctorum beatorum, quia potest quicquid vult se posse, & potest facere quicquid vult facere. Nō enim vult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest: sed non potest facere quicquid vult fieri. Vult enim saluos fieri qui saluandi sūt, veruntamen eos saluare non valet. Deus autem quicquid vult fieri, potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se, potest illud facere per se, & per se facit: sicut cœlum & terram per se fecit, quia uoluit. Si autem vult fieri per creaturam, & per eam operatur: sicut per homines facit domus, & huiusmodi artificia. Et Deus quidem ex se, & per se potest: homo autem uel angelus, quantumcunque beatus est, non est potens ex se, uel per se.

Oppositio circa dicta.

Sed forte dices, nec Dei filius potest a se, nec spiritus sanctus, sed solus pater. Ille enim potest a se, qui est a se: filius autem, quia non est a se, sed a patre, non potest a se, sed a patre: & spiritus sanctus ab utroque. Ad quod dicimus, quia licet filius non possit a se, nec operetur a se, potest tamen & operatur per se: sic & spiritus sanctus. Vnde Hilarius in Libro 9. de Trinit. Natura (inquit) cui contradicis hęretice, hæc unitas est, ut ita per se agat filius, ne a se agat: & ita non a se agit, ut per se agat. Per se autem dicitur agere & potens esse, quia naturalem habet potentiam eandem quam & pater, qui potens est & operatur: sed quia illam habet a patre, non a se, ideo a patre non a se dicitur posse & agere. Homo aūt uel angelus gratuitam habet potentiam

Post m. diū lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ potens est. Ideo ergo verè ac propriè Deus trinitas omnipotens dicitur, quia per se, idest, naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri, quod non possit facere per se, vel per creaturas: & nihil vult se posse, quod non possit, & omne quod vult fieri, vult se posse: sed non omne quod vult se posse, vult fieri: si enim uellet, fieret: quia voluntati eius nihil resistere potest.

SVPRA egit Magister, de scientia diuina, hic agit de potentia. Et quia potẽtiam tripliciter contingit considerari. s. quantum ad quidditatem possibilium, & quantum ad quantitatem, & quantum ad modum operandi: ideo hæc pars tres cõtinet partes, siue tres distinctiones. In prima determinat Magister de potentia in comparatione ad possibilia, quæ potest. In secunda determinat de potentia quantum ad quantitatem, ostendens eius immensitatem, infra Dist. 43. *Quidam tamen de suo sensu gloriãtes &c.*] In tertia determinat de ipsa quantum ad modum, infra dist. 44. *Nũc illud restat discutiendum, utrum melius &c.*] Prima pars, quæ continet præsentem distinctionem, habet quatuor partes. In prima Magr ostendit q̃ Dei potentia est omnipotentia: quia est respectu omnium possibilium, quę possibile est esse: In secunda remouet illa possibilia, quæ posse non est potentiæ, ibi. *Sed quæritur, quomodo omnia posse dicatur &c.*] In tertia ponit rõnes, quæ attestantur diuinæ potentiæ, ibi. *Hic ergo diligenter considerãtibus, &c.* In quarta Magister alias rationes oĩpotentiæ docet ad prædictas duas reducere, ib. *Ex quibusdam tamen auctoritatibus traditur &c.*] Et ibi primo ponit auctoritates, deinde docet eas exponere: & hoc ibi. *Sed ad hoc potest dici, quòd Aug. &c.*]

Omnia quidem potest Deus, sed non facit &c.] Vide thoc uerbum Augu. esse falsum, quia in Psalm. dicitur. Misericordia domini super omnia opera eius: ergo magis deberet dicere, quod non facit nisi quod cõuenit misericordiæ. Et iterum, quia differentia est inter ueritatem, & iustitiam. Respon. Dicendum, q̃ iustitia uno modo est idem quod exigentia meritorum, & sic diuiditur contra misericordiam. Alio modo dicit condecẽtiam bonitatis, & hoc modo cõprehendit misericordiam, & iustitiam proprie dictam, & sic accipit Aug. in prædicto uerbo, & hoc modo differt a ueritate secundum rationem dicendi, quamuis idem sit secundum rẽ. Nam ueritas respicit unam quãque rem secundum se: sed iustitia respicit unam rem comparatam ad alterã, secundũ q̃ q̃ le ges debitas colligãt una alteri.

Potuit Deus cuncta facere simul &c.] Videt male dicere, q̃ a posse prohiberi est impotentiæ: ergo si diuina potentia põt prohiberi, est impotens. Item, illa rõ aut ẽ qd creatũ, aut increatũ. Si creatũ: ergo aliqd aliud a deo prohibuit diuinã uirtutẽ: ergo aliquid põt resistere deo. Si increatum: quomodo põt prohibere, cum sit omnino idem? Præterea hoc non uidetur prohibendum, quia. Eccl. 18. dicitur. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Resp. Dicendum, q̃ rõ hic uocatur uoluntas rõnalis: & rationabilitas in uoluntate: & ista quamuis non dicat aliquid aliud quantum ad principale significatum a diuina essentia, connotat tamen aliquid. s. cõgruitatem in uolito, quæ quidem non reperitur in eius opposito. Quod patet. Si oĩa simul p̃ducta essent quantum ad esse singulare; nulla creatura aliqd faceret, & non esset propter hoc cursus uniuersi qui est. Voluntas ergo rõnalis hoc exigebat, ut Deus non faceret oĩa simul, quãuis posset: unde prohibitio nõ accipit hic pro repugnantia: sed p̃ arctatione potentiæ, quãtum ad actum, non quãtum ad posse. Et hæc est determinatio indifferentiæ ad hoc opus, non ad oppositum, & sic patent obiecta. Nam Ecclesiasticus intelligit quantum ad partes principales, siue priores: sed Aug. loquitur quantum ad indiuidua.

Deus oĩpotens non põt mori &c.] Quæritur de differentia horum quatuor, quæ remouet August. deo, scilicet mori, falli, miserum esse, & mentiri. Respon. Dicendum, q̃ ista dicunt defectus ipsius hominis, siue animæ in corpore. Quadruplex aũt est actus & quadruplex potentia. Prima est uiuificatiua, & huius actus est uiuere, & contra hunc est defectus mori. Secunda est cognitiua, cuius actus est nosse, & cõtra hunc est falli. Tertia est affectiua, & huius actus est uelle, siue amare, & delectari, & contra hunc est miserum esse. Quarta est operatiua, & huius actus est agere, & contra hunc est uinci, & superari. Et nota quod ex his quæ dicuntur: quatuor genera actuum remouentur a Deo, scilicet corporales siue instrumentales, ut currere. Actus culpabiles, ut peccare, mentiri. Actus passiui, ut uinci, & superari. Actus defectiui ut mori, & falli, quia habent potentiam coniunctam defectui. Et inde elicit Magister perfectam rationem potentiæ, quæ potest omnia facere, & nihil pati.

Tam ample & generaliter accepit omnia, &c.] Videtur falsum dicere, quia aut malum includitur ratione substrati aut ratione deformitatis. Nõ ratione substrati includitur, quia actio mala ratione actionis substrati est a diuina potentia. Non ratione deformitatis: quia cum illa, sit simpliciter non ens: non uidetur posse includi. Respo. Dicendum, q̃ malum accipitur rõne deformitatis: & quoniam, oĩa distribuit ibi pro possibilibus, & possibile potest accipi generaliter tam a potentia actiua quã defectiua, & sic accipit ample, & comprehendit malũ & sic intelligit Aug. Alio mõ ut possibile dicat a potentia, quæ ẽm rem, & modũ est potẽtia, & tũc proprie

Universidad de Deusto
Biblioteca

prie accipitur, & tunc non continetur ibi malum, & sic accipit in cõi usu, cum dicimus deum omnipotentem: & sic patet q̃ quamuis non contineatur sub ente, non simile de potentia.

Dub. 5 *Homo autem, uel Angelus gratuitam habet &c.*] Vī male dicere, quia generatio est actus naturalis, cum quis generet similē in natura: ergo est potentia naturalis, sed non dei, quia deus non naturaliter producit hominem: ergo est hominis: ergo homo habet potentiam naturalē. Resp. dicēdum, q̃ naturale dicitur dupliciter. Vno modo dicitur naturale q̃ habetur a natura, & ſm consonantiam naturæ: & sic creaturę multæ habent potentias naturales. Alio modo dicitur naturalis potentia: quæ inest alicui per propriā naturam, ita q̃ non per aliam nec dantem, nec cõseruantem: & hoc modo sola uirtus diuina est naturalis, omnis autem alia a deo est liberaliter data, & liberaliter conseruatur, & adiuuatur ut agat, & ideo gratuita.

Dub. 6 *Vere, ac proprie trinitas Deus omnipotens dicitur &c.*] Videtur non uerum dicere, quia non dī proprie omniscius: ergo nec omnipotens. Item. Matt ult. Data est mihi oīs potestas in cęlo, & in terra. Et de aliis uidetur, quia Marc. 9. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Resp. dicendum q̃ omnipotentia est solius dei proprie: quia dicit potentiam infinitam, quæ in nulla potest esse creatura, nec in Christo, nec in alio ſm humanam naturam. Et hoc melius patebit alibi. Vnde si dicatur de Christo omnipotentia, *Vide in* hoc intelligitur ſm idiomatum cõmunicationem. Si autem dicatur de credentibus, distributio est accommoda solum de miraculis: & sic patet illud. *3 d. 14 arti. 3 q. ult.*

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An deus possit in omne aliud a se.

AD intelligentiam huius distinctionis quatuor quæruntur. Primo, utrum deus possit aliquid aliud a se. Secundo, dato q̃ possit, quærit utrū possit inesse quod alii agēti est possibile. Tertio utrum diuina potentia se extendat ad omne illud, q̃ alii agenti est impossibile. Quarto, utrum possibile dicatur aliq̃d simpliciter ſm causas superiores, siue potētiam diuinam, uel ſm inferiores, uel ſecundum potentiam creatam.

QVOD autem nõ possit deus aliud a se, ostenditur sic. Omnis potētia, q̃ agit ī aliud a substantia, in qua est, uel cuius est, egreditur ab illa substantia, potentia enim non operatur, nisi ubi est. Si ergo diuina substantia operatur per suam potentiam in aliquid aliud a se, potētia eius incipit esse, uel fieri in alio: ergo egredit a substā tia: sed oīs potentia q̃ egredit a substātia, elongat a substantia, & oīs potētia distans a substantia repugnat simplicitati: cā ergo hoc sit impossibile in deo, uī q̃ deus nō agat in aliud a se. Item. Oīs potentia, cuius opus ē in aliud: hēt dependentiā ab illo. Probatio, opus enim, quod transit in materiam subiectam, aliquo modo pendet ex illa: sed potentia pendet ex eodē ex quo pendet actus, quia perficitur per actum: ergo si potētia diuina est in aliud, habet dependentiam. Item. Omnis potentia, quę est in aliq̃d, q̃ non semper est coniunctum suo actui, habet indigētiam: non enim est perfecta nisi quando agit, & non agit nisi cū obiectum est præsens: ergo quando non est semper præsens, est incompleta, hoc autem repugnat potētiæ diuinæ: ergo &c. Item. In deo idem est posse, & esse: sed Deus non est aliud a se: ergo nõ potest in aliud a se. Si tu dicas, quod potentia connotat, sed nõ essentia. Contra. Deus potest aliquid facere, q̃ nec est, nec fuit, nec erit: ergo nihil connotat. Si tu dicas, q̃ connotat, q̃ est ī potētia: sed potētia Dei nõ ē aliud ā Deus, & quod est in deo: ergo & nihil aliud connotat.

SED CONTRA. Bonum est diffusiuum sui: sed diffusio secundum q̃ huiusmodi est in aliud: ergo bonum ſm quod bonum potest in aliud: aut ergo ſm potentiam suam, aut alienam. Si secundum alienam: ergo nõ est pfectē bonum, cum nõ habeat actum bonum p se. Si propter potentiam suā: ergo bonū ſm q̃ bonum pōt in aliud: sed Deus est summe bonus: ergo &c. Item. Perfectio creaturæ est in hoc, q̃ possit aliud a se producere: si ergo oē qđ perfectionis est, deo est attribuendum, potentia producēdi aliud, deo est attribuenda. Item. Si nihil aliud a se pōt: ergo nulli alii a se præest: ergo nec aliquid deo subest: ergo a nullo est colendus, a nullo est adorandus, & nihil ab ipso omnino est quærendum: quod est summum inconueniens ſm omnes. Item. Si nihil potest in aliud a se: ergo nihil est ad ipsum, neq; propter ipsum: sed bonitas est in rebus, & ordo per relationem ipsorū ad summum bonum, a quo est omne bonum: ergo secundum hoc nulla res est bona, nec ordinata in uniuerso, hoc autem est summum inconueniens: ergo necesse est ponere, q̃ possit in aliud a se. Prima consequentia est manifesta. Ad illud enim solum stat ultima resolutio in redeundo, in quo est prima origo in exeundo: ut manifestum est.

RESOLVTIO.

Cum deus a nullo dependeat, nullo indigeat, propē quę sit omnibus, ita quodlibet aliud a se possit.

RESPO. Ad hoc intelligendum notandum est: q̃ posse aliud, siue in aliud a se, hoc est dupliciter. Aut in aliud sicut in distinctum secundum essentiam, & remotū ſm distantiā, quia impossibile est duo cõtraria esse in eodē subiecto: & hoc mō posse ī aliud est p egressum potentiæ a substā tia, &c. ideo est ibi elōgatio, & distātia. Et quia elongat a sua substantia ideo pendet a substantia in quā agit, & ideo est ibi dependentia, & quia distantia, & dependentia ideo imperfectio, & indigētia. Hoc mō posse in aliud deo non competit pp tres conditiones p̃dictas, sicut ostēsum est: q̃a repugnat diuinæ potentię, sicut distātia, dependētia, & indigētia. Alio mō posse in aliud dicitur in di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

indiuisum secundum formam, & essentiã; non tñ in remotum & ſm aliquam distantiã: quia diuina essentia dum operatur, intime est in illo: & hoc mõ nec ponit distantiã, nec dependentiam, nec indigentiã. Cum.n. diuina essentia sit omni perfectione perfecta, & potentia eius sit oĩmoda indiuisione indiuisa, a nullo alio dependet, nullo alio idiget. Hoc ergo modo ponendũ ꝙ deus potest in aliud a se, siue aliud a se.

EX HIS PATET primo obiectum. QVOD enim obiicit, potẽtia quæ est in aliud, egredit ab agente in passum, Dicendum ꝙ hoc uerum est, ubi agẽs in aliud non est in illo ſm ueritatem: ubi autem est omnino, nulla necessitas est egrediendi. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ potentia quæ est in aliud, pendet ex illo. Dicendũ, ꝙ hoc uerũ est, de illo cuius actio est in aliud tanquam in sustentans, diuina autem potentia non indiget alio sustẽtãte: qđ patet: quia non indiget materia subiecta; sed facit ex nihilo. Et ratio huius est: quia cum potentia sit omnino indifferens, & ab essentia, & actu, sicut essentia non indiget subsistante, sic nec potentia. AD ILLVD, ꝙ obiicitur quod potentia quæ est in aliud, habet perfectionis indigẽtiam. Dicendum quod potentia agẽs in aliud, est duplex. Quædã quæ est suus actus, & talis nihil plus habet quãdo agit in aliud, quã quando non agit, & hæc nullo modo indiget: & talis est potentia diuina propter summam simplicitatem. Alia est potentia agens in aliud per actum a se differentẽ: talis plus habet qñ agit, quàm quando non agit, & talis est quæ habet indigentiam aliquo modo, ut in potẽtia creata: non sic est de potentia diuina: & ideo quãuis sit in aliud, quod non semper est præsens, pp hoc tamen nec indigens est, nec incompleta. AD VLTIMVM. Dicẽdum, ꝙ potentia connotat possibile, & possibile ampliat ad ens, & ad non ens: & sicut possibile ampliatur, ita & diuersitas connotati: & ideo non tantum dicitur posse in aliud: quia potest in aliud quod est: sed quia potest in aliud quod potest esse, Deus autem a se non potest esse aliud: ideo patet illud.

QVAESTIO II.

An Deus possit in omnia, in quæ agens creatum potest?

VTRVM DEVS possit in omne aliud, in quod potest omne agẽs creatum. Et ꝙ sic, uidetur. Qui enim omne, dicit; nihil excipit: sed non tantum dicimus, & credimus DEVM potẽtem: sed DEVM omnipotentem: ergo &c. ITEM. Quia DEVS est omniscius, ideo scit omnia quæcunque scit alius sciens. Si enim aliquis sciret aliquid, qđ non sciret DEVS, DEVS non diceretur omniscius: ergo pari ratione non diceretur omnipotens, nisi posset oẽ, quod potest omnis alius. ITEM. DEVS non dicitur omniuolens, quia non uult oĩa, quę alii uolunt: ergo pari ratione si non posset omnia quę alii possunt, nõ esset omnipotens. ITEM. Omne esse est a primo esse: ergo omne posse est a primo posse: ergo omnis potentia potest, quic quid põt, propter diuinam potẽtiam: sed ꝙ quod unũquodque, & illud magis ergo &cętera.

SED CONTRA. Aliqua creatura potest omnia recipere corporaliter, ut materia: aliqua potentia potest omnia recipere spiritualiter, ut spiritus rationalis creatus; sed Deus nihil potest recipere: ergo non potest omne qđ potest agẽs aliud a se. SI DICAS, ꝙ non est potentiæ: sed impotentię. Contra. Nulla impotẽtia est a deo, siue a potentia diuina: ergo ſm hoc potentia materiæ, siue animæ non esset a DEO. ITEM. Homo potest pati miseriam, siue sustinere pœnã: DEVS nõ põt pati: ergo &c. SI DICAS ꝙ illud est impossibile. Contra. Nullum opus uirtutis est impossibile: sed sustinere, est opus fortitudinis, quę propriissime est uirtus: ergo &c. ITEM. Homo potest peccare, Deus autem nõ potest; ergo &c. Quod si potest peccare, potest esse malus: quod est inconueniens. SI DICAS, qđ hoc posse non est possibile. Contra. Aug. de Ciui. Dei. Melior est natura, quæ potest peccare, quã quæ nõ potest peccare: ergo posse peccare spectat ad bonitatẽ: & perfectionem naturæ: ergo non dicit impotentiam. ITEM. Homo potest currere, & comedere, DEVS hoc non potest: ergo &c. SI DICAS ꝙ hoc est ipossibile. Contra. Omne illud, quod dicit positionem, est a potentia, ꝙ uere est potentia: sed currere & comedere non dicunt actus prationis: sed positionis: ergo sũt a potentia inquantum potens est, non inquantum impotens: ergo manifestum &c.

RESOLVTIO.

Potest: modo illa posse, non impotentiam, uel imperfectionem claudat.

RES. Quòd sicut dicit Philosophus ĩ philosophia prima. Quædã sunt ꝙ dicunt potentiã quantum ad modum dicendi: dicunt tamen impotentiam a parte rei, ut posse mori, posse corrumpi. Propter hoc intelligendum, ꝙ quędam sunt, quæ posse est potentiæ simpliciter & perfecte; ut posse intelligere, diligere, & operari. Quædam sunt, quæ posse est potentiæ, tamen imperfectæ, ut currere & ambulare: isti.n. actus dicunt simul actionem, & passionem, siue defectum in agente. Quædam, quæ posse simpliciter est impotentiæ, ut priuationes, ut posse peccare, deficere. Loquendo de his ratione priuationis, secundum hoc intelligendũ, quod cum potentia DEI sit perfectissima, illa potest DEVS per se & in se; quæ sunt potentiæ simpliciter, ut intelligere, & operari: illa uero, quæ sunt imperfectæ potentiæ, potest quidem nõ in se, sed p se. Per se põt ex hoc qđ est ibi perfectionis, & potentiæ. In se nõ põt, pp illud quod est ibi impotẽtię & imperfectionis, quæ in eo nõ cadunt. Illa autem quæ sunt simpliciter impotentiæ, nec põt in se, nec põt per se. Per se non potest: quia nihil est a DEO, qđ non sit a deo p se, & immediate: hoc aũt qđ est defectus, non põt esse in deo, nec a deo: qa deus non deficit ĩ essendo, nec in agẽdo. Si ergo ꝙratur, utrum deus possit omne qđ põt aliud agẽs? Rndẽdũ est nõ simpliciter, sed cũ determinatione. ſ ꝙ potest

Aristo. 15. Met. te. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest omne, quod est potentiæ: & in se potest omne quod est potentiæ simpliciter, & perfecte: in alio pōt quod est potētiæ imperfecte: nec in se nec in alio, ꝙ est omnimodè impotentiæ, & hoc ipso dicitur omnipotens: quia potentia eius ad omnia sufficit, & in nullo deficit.

AD ILLVD ergo, ꝙ obiicitur quod nō potest recipere res, nec rerum similitudines. Dicendum ad hoc & omnia, de quibus obiicit, quod illa posse non est potentiæ perfectę. Secundum hoc intelligendum, ꝙ est potentia omnino sufficiens & actiua, ut potentia producendi res. Et est potentia pure passiua, ut potentia suscipiendi. Et est potentia defectiua, ut potentia peccandi. Et est potentia partim actiua, partim passiua, ut potentia ambulādi. Et est potētia partim actiua, & partim defectiua, ut potentia suscipiendi pœnam. Et potentia partim passiua, & partim defectiua, ut potētia moriendi. Dicendū ergo ꝙ nihil horū in se pōt deus, quāuis n. sint potētiæ alicuius, derogant tñ pfectioni potētiæ. Nec est simile de sciētia: qa scitū nō diminuit de rōne scientiæ, sicut possibile de rōne potentiæ: qa scitū nō causat a sciēta, sicut possibile a potentia. AD ILLVD tñ qđ dr đ potētia peccādi, intelligēdū, qđ si peccare dicat effectū cū deformitate, siue actū: sic non tñ dicit potentiā defectiuā: sed actiuā rōne actus subtrati, & sic dicit nobilitatē. Si rōne deformitatis, sic dicit simpliciter defectū. Quocunq; tñ mō dicat: quia semper concernit defectū, nullo modo conuenit deo.

QVAESTIO III.

An Deus possit, quæcunque agenti creato impossibilia sunt?

VTRVM diuina potentia se extendat ad omne illud, qđ alii est impossibile. Et quod sic uidetur. Dicitur enim aliqd impossibile propter naturæ ordinationem, ut de cæco fieri uidentem. Aliquid pp pteritionem, ut te nō fuisse, ex quo fuisti. Tertio pp oppositionē, ut idem esse nigrum & album. Primum est impossibile secundum naturam: sed m secundum tempus, siue p accidens; tertium potest dici impossibile ſm disciplinam; qa omnis scientia supponit illud principium: Quod opposita nō sunt simul uera de eodem. Ostēditur ergo quod DEVS possit omne tale impossibile. Luc. 1. Non erit impossibile apud deū omne uerbum: sed omnia contingit uerbo dicere; ergo nullum tale est impossibile apud deum. ITEM. Ephes. 3. Ei autem qui potest facere, supra quam possumus intelligere; ergo potest deus plura facere quam possit intellectus fingere; sed potest fingere omne impossibile, quod pōt enunciare; ergo & deus potest illud facere. ITEM. Hilar. Perfectę potestatis est id naturam posse facientis, quod potest significare sermo dicentis. ITEM. Basilius. Plus potest deus facere, quàm tu potes intelligere: ergo per auctoritates canonis, & Sanctorum, uidetꝰ ꝙ deus possit omne impossibile. ITEM. Ratione uidetur; quia illud est potentius, cui nihil omnino est impossibile; ꝙ cui aliqd est impossibile; sed deus ē potentissimus in summo, ergo nihil omnino

omnino est ei impossibile. ITEM. Si aliquid impossibile non est deo possibile, aut hoc est pp privationem, aut pp positionem. Si pp privationem. Contra. Nulla maior privatio quam omnino non entis. sed deus de nihilo facit aliquid, non ergo pp privationem. Si pp positionem ergo uidetur quod aliquid sit, ꝙ non subiaceat diuinæ potentiæ, ꝙ & ei non obediat: ergo potētia dei habet resistens. ITEM. Ostenditur specialiter, ꝙ possit impossibile secundum naturā, ut de trunco facere uitulum: quia plus distat non ens ab ente, quam unum ens ab alio: sed deus de non ente facit ens: ergo de uno ente potest facere aliud. ITEM Quod possit impossibile secūdum tempus, uidetur, quia illud ē impossibile per accidēs, quod nullam ponit resistentiā, quia non est: ergo si deus potest impossibile per se, & ꝙ habet resistentiam; cum illud sit magis impossibile: ergo pōt impossibile per accidens. ITEM. Quod possit impossibile secundum disciplinam, uidetur, quia plus distat creator a creatura, quàm unum ens creatum ab alio: sed Deus potuit facere ꝙ creatura creatori uniretur in eadē hypostasi simplicissima: ergo multo fortius pōt facere ꝙ opposita simul sint in eodem, ut ꝙ aliquid sit simul album & nigrum: & hoc uidetur factum esse ī Christo, quia unus, & idem erat æternus, & ēpalis; passibilis, & impassibilis; iusibilis, & inuisibilis, & sic de aliis. ITEM. deus fecit uirginem parere, ꝙ est impossibile secundum naturam, quia potentia naturæ nullo modo est ad hoc, & est ibi impotentia secundum disciplinam, quia simul sunt opposita uera de eodem; & ꝙ est maius impossibile quam impossibile secundum accidens. s. corruptam integrare, siue fieri uirginem? magis. n. uidetur partus incompositis uirginitati, quam coitus: ergo &c.

SED CONTRA. ꝙ deus non possit impossibile secundum naturam, uidetur Augu. dicere in Lib. de Vera innocentia. Deus [inquit] ita est omnipotentia, ut nunquam rationis suæ instituta euellat: ergo si aliquid est impossibile ſm institutionē naturæ, simꝑr est deo impossibile. ITEM. Ratione uſ, quia deus non pōt facere contra ordinem rōnis rectę, ut pote mentiri, & consimilia. ergo non potest facere contra institutionem naturæ ordinatæ: non ergo pōt impossibile secundum naturam. ITEM. ꝙ non possit impossibile per accidēs. Hier. Cū cetera possit deus, nō pōt de corrupta facere uirginē: sed constat ꝙ hoc non dr ꝙ non possit reparare claustra, sed quia eam, quæ corrupta ē: ergo &c. ITEM. Aug. in 26. li. contra Faustū. Hāc sniam quam ducimus præteritam fuisse, deus falsam facere nō pōt. Et rōnem reddit. Si. n. hoc faceret, hoc esset facere, ut ea quæ uera sunt, eo ipso ꝙ uera sunt, essent falsa, & ita esset contrarius ueritati. ITEM. Quod non possit impossibile secundum disciplinā. s. ut duo opposita sint simul in eodem, ui quia sicut se hūt opposita ad unionem, ita unita ad diuisionem: sed deus nō pōt

Ad Eustochiū de custodia Virginitatis aliorum quantum ad principio. To. 1. operū eius. Cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere q̄ duo & tria non sint qn que: quia (sicut dicit Aug.) hoc est uerum ueritate, quę non incipit, nec desinit: ergo pari ratione non potest facere quod opposita sint simul uera. ITEM. Deus non potest facere contra ueritatē iustitiæ. 2. Thi. 2. Fidelis permanet, negare seipsum non potest: ergo non potest facere cōtra ordinē sapientię: sed confundere opposita est facere contra ordinem sapientiæ: ergo &c.

RESOLVTIO.

Quæcunque propter limitationem uirtutis, aut propter imbecillitatem intellectus agens creatum nō potest, Deus utique potest. Secus de impossibilibus propter priuationem omnis existentiæ, & de impossibilibus secundum illustrationem ueritatis æternæ.

RESP. Ad pdictorum illigentiā notandū, q̄ nos iudicamus aliqd impoſe quatuor de causis. Vno mō per limitationē naturalis potētię, ut de trūco fieri uitulū, & uirginē parere: mulier. n. sine semine non pōt concipere naturaliter. Itē. Partus clausa porta pp corpulentiā nō pōt exire: sīr natura ſtæim nō pōt trūcum in uitulū conuertere, cum habeat potentiā limitatā. Secundo modo dī impossibile non pp limitationē potentiæ: sed pp limitationē nostræ intelligentiæ, ut duo corpora esse in eodē loco, uel idem corpus in diuersis, uel maius in minori loco. qa nullo mō possumus capere, cū nostra imaginatio semp dicat oppositū. Vnde ēt qñ dicitur q̄ deus sic facit in sacramēto altaris, necesse est ut rō cōtra ic eleuetur ut credat. Tertio modo dī impossibile propter priuationem omnis exiſtē tię fm omnem comparationē. ſ. principii, medii, & ultimi, ut p̄teritum non fuisse præteritum. Omnis. n. potentia quę intelligitur aliqd facere, respicit ens uel in ratione principii, uel termini, uel utroque modo. Vnde de ente pōt facere non ens, & econuerſo, & de uno aliud: sed de nō ente facere non ens, hoc nullius omnino potentię est. Vnde quāuis deus de omni ente creato possit facere q̄ non sit, siue de ratione, siue de re: tamen de eo quod fuit, & nō est, facere quod non fuerit, hoc omnino deo est impossibile: quia hoc facere est nihil facere, sicut iam melius patebit. Quarto modo dī impossibile, secundum illustrationem ueritatis æternę, & ordinem diuinę sapientiæ, ut uerbi gr. q̄ duo oppositā insint eidem, & secundum idem, hoc ipsa ueritas æterna (eoipso quòd ueritas est) iudicat, & illustrat, impossibile: sicut & hoc, duo, & tria non esse quinque. Quando ergo argumentatur, utrum deo sit possibile omne impossibile: Dicendū: quod impossibile, qđ est impossibile propter limitationem potentiæ, uel propter limitationem intelligentię, quòd deo est possibile, propter hoc qđ eius potentia non est limitata, sed infinita: & ideo supra naturam, & intelligentiam potest, quarum utraque est arctata. Illud autem impossibile, quod est impossibile propter priuationem omnis exiſtentiæ, & quod propter illustrationem ueritatis æternæ, nō potest omnino. Primum quidē non potest; quia illud posse est nihil posse. Secundum non pōt: quia illud est posse inordinatē, cōtra ordinem sapiētię diuinæ. Et quoniam deus sic est omnipotens, ut nihil possit nisi quod decet suam potentiam, & non deordinat sapientiā: ideo hæc impossibilia non potest.

SED obiiciet aliquis, q̄ illud est falsum. ſ. q̄ impossibile per accidēs sit impossibile propter priuationem omnis exiſtētię. Nam propositio de p̄terito est uera, & ueritas illa non fundatur supra nihil, nec super ens increatum, cum incipiat esse uera: ergo supra ens creatum, & illud est p̄teritum: ergo præteritum dicit aliquo modo ens; sed omne creatum quantumcūque habeat parum de ente, potest illud amittere, si Deus uelit: ergo deus pōt facere, q̄ illud quod fuit, nō fuit. Et iterum cum dico hoc esse præteritum, aut dico aliquid, aut nihil. Si aliquid: ergo rēspōsio nulla. Si autem nihil: dico q̄ potest dici, q̄ chimera sit præterita, & q̄ non præteritum, quod nihil est, sit p̄teritum, quod manifeste falsum est: non ergo dicit priuationem omnis exiſtentię: & illud non uidetur subtrahere quin subiaceat potentię diuinę: nam futurū non dicit ens, & tñ deus pōt facere q̄ futurum fm ueritatē nunquam sit futurum. Sīr non ens nihil dicit entitatis: & deus pōt facere, q̄ illud q̄d nunquam est ens, sit ens, nec adhuc uidet euadi posse. QVARE etiam pōt, utrum deus possit facere de p̄terito p̄sens? & constat, q̄ in altero extremo ponitur ens: si ergo potest facere, q̄ præteritum sit præsens, & quod est

præsens, non est p̄teritum: pōt facere de p̄terito, q̄ non sit p̄teritum. Propter hæc & his similia fuit opinio Gilberti Porretani, q̄ deus potest super impossibile per accidens: potest. n. facere q̄ præteritum nunquam fuerit. Et illud B. Hierony. exponunt, qui sequuntur eum, q̄ non potest facere de corrupta uirginē, id est non ostendit se posse, cum nunquam fecerit. Et similiter illud de August. quòd deus sententiam de p̄terito non potest facere falsam, hoc intelligitur, salua re. Sed certe huiusmodi expositiones ualde sunt extraneæ. Si enim Hieronymus dicit, quòd nō potest de corrupta facere uirginem, id est non ostendit: similiter non potest de trunco uitulū facere, cum non ostendat: non rectè ergo dicit, cum cætera possit deus, &c. Et iterum. Si sermo Augustini intelligitur, quòd nō potest facere deus illam sententiam falsam supposito p̄terito: similiter nec sententiam de futuro, salua futuritione: & propter hoc cum auctoritates hoc dicāt magnorum Doctorum, quòd deus de eo quod fuit, non potest facere, quòd non fuerit: & intellectus in nullo dicat cōtrarium, nec fides ad hoc nos mouet, ut compellat, tanquam rationabilius, & securius dicendum est cum Sanctis, quòd deus de eo quod fuit, non potest facere, q̄ non fuerit. Et huius rationem ad præsens aliam nescio, quàm eam, quę predicta est. Nisi forte dicatur hoc esse propter omnimodam indiuisionem, ut sicut opposita manentia opposita, non possunt unire: sic nec idem a

Universidad de Deusto
Biblioteca

se diuidere: & ideo, quod fuit, ꝑ tempore quo fuit, omnimode est unitum: & similiter presens in tpe, in quo est, siue in instãti. Vñ hoc esset idẽ a se diuidere, facere .s. ꝙ ꝑteritũ nõ fuerit ꝑteritũ, & hoc repugnat ordini diuinæ sapientię: sicut facere, ꝙ sit triãgulus, & non sit figura: & hoc claudit in se duo contradictorię oppositа. Ratio tamen prædicta satis est conueniens, si quis recte intelligat. Cũ enim dicitur præteritum carere existentia: nõ dico propter hoc quòd cum dicitur aliud fuisse, dicatur omnino nihil, sed propter hoc ꝙ aliud est uerũ fuisse, qđ habuit aliqñ esse, et si de eius esse, nihil omnino remanserit. Vnde si totus Cesar cesserit in nihil, uerum est Cesarem fuisse. Et hoc dicit Anselmus, qđ si omnia creata omnino cedant in nihil, uerum est mundum fuisse. Ob aliam etiam rationem dicitur carere existentia, quia nec est ordinatum ad præsens. Vnde ueritas propositionis de præterito, non dicit a parte rei nihil omnino, nec uere ens in actu sed illud quod fuit, & nõ est: & hoc quidem non dicit qđ creatum, quod sit: sed quod fuit. Si ergo deus dicatur posse aliqd super hoc, quod non fuerit, aut quiescendo, siue nihil operando aut faciendo aliud, aut destruendo: si quieuerit, & nihil facit, propter hoc nihilominus pręteriit, nec fuisse desinit, quia cum non sit nec actu, nec potentia; nec indiget conseruante, nec indiget producente; secus est de futuro, quia futurum est ordinatum ad esse: ideo indiget producente: & ideo si Deus non uult facere futurum: non fit: & ita non erit futurum, si ergo potest aliquid ut faciat hoc, quod fuit, nõ fuisse, aut hoc erit faciendo, aut destruendo. Sed facere, quòd non fuisset, est nihil facere: cum non fuisse, non dicat ens: ergo Deus faciendo, nihil facit: quod est imperfectio, & contradictionis implicatio. Similiter non est aliqd destruere, cum fuisse, non dicat aliquid esse: ergo si destruendo hoc facit, destruendo nihil destrueret, quod est simile inconueniens: non ergo potest nihil agendo, nec faciẽdo, nec destruẽdo: ergo de præterito, quòd non fuerit præteritum, non potest facere. Patent ergo instantię: nam ueritas propositionis de præterito non necessario fundatur supra aliquid creatũ quod sit: sed quod fuerit: & ideo manet omni creato interempto. Patet etiã quod præteritum non dicit omnino nihil, sed dicit aliquid, qđ fuit, & non est: nisi forte præteritum dicat successionem temporalem, quam utiq; potest deus destruere: sed largius accipitur hic fuisse. Patet etiam in instantia in ipso futuro, quia non est simile. Patet instantia, quòd præteritum potest fieri presens; esto ꝙ non intelligatur hoc, adhuc nihilominus intelligitur fuisse. Patet etiam quòd deus potest destruere omnem propositionem, & omne dictum; sed salua propositione, & eius significatione, non ipsam falsificare; quoniam hoc nõ potest esse, nisi rem significatam mutaret: alioquin faceres orationem, eoipso quo uera est, esse falsam, & hoc esset contra suam ueritatem: rem autem mutare non potest, & ita nec oratio nem falsificare. Ex his, quæ dicta sunt satis potest prærhabita responsio roborari.

Ad illud ergo, quod obiicitur, ꝙ potest omne dicibile, & cogitabile. Dicendum, ꝙ hoc intelligitur de his solum, quę dicuntur, & cogitantur secundum rationem recte intelligentem, & recte pronunciantem: nihil eũ rationabile potest dici, uel cogitari, quod Deus facere non possit, & etiam plus potest. Ad illud, ꝙ obiicitur, ꝙ potẽtius est illud, cui omnia sunt possibilia. Dicendum, ꝙ uerum est de his; quæ posse est potentiæ nobilis: nam si posset aliquid, quod non sit de nobilitate potentię, quanto magis illud posset, tanto magis aduersitas, & peruersitas posset in illum, secundum Anselmum, & ita tãto minus esset potens. Ad illud, qđ obiicitur, aut propter priuationem, &c. Dicendum, ꝙ propter priuationem omnis existentiæ in utrumque extremo, & ꝓpter priuationem distinctionis, & propter positionem ex parte dei; quia potentia dei respicit aliquid ut obiectum effectum, & sapientia respicit ordinatum. Ad illud, ꝙ obiicitur, quòd possit impossibile secundum naturam. Dicendum, ꝙ illud uerum est. Ad illud, quod obiicitur ꝙ possit impossibile ꝓ accidens, quia nullam dicit resistentiã. Dicendum, ꝙ hoc non est propter resistentiam, sed propter omnimodam non existentiam, ob quam posse illud, est nihil posse. Ad illud, ꝙ obiicitur, de creatore, & creatura. Dicendum, ꝙ omnis creatura est materialis, & passibilis respectu Dei, & deus est in omni creatura per intimitatem substantiæ, non sic oppositum respectu oppositi. Quo ergo obiicitur, quod magis distant, uerum quantum ad naturarum differẽtiam, quia i nullo communicãt, sed non est uerum secundum simultatis existentiã. Ad illud, quod obiicitur, de hoc, quod est uirginem parere. Dicendum, ꝙ est impossibile ſm naturam; sed non impossibile secundum oppositionem: quia esse uirginem, & parere, nõ sunt opposita: similiter nec esse uirginem, & concipere: sed iudicantur opposita, ꝓpter naturę impotentiã: sed ista sunt oppobita, coiisse, & esse uirginẽ: & ideo patet illud. Ad illud, quod obiicitur, ꝙ non potest impossibile ſm naturam ꝓpter ordinem. Dicendum, ꝙ est ordo naturæ specialis, & generalis. Ordo naturæ specialis transmutari potest, & destrui: quia potest in alterum differentiam res relabi, sed generalis nõ. Sic dicẽdum, ꝙ specialis ordo attendit ſm potentiã naturæ specialis: generalis ordo ſm potẽtiã obediẽtię, quæ est gẽralis, contra hunc ordinẽ non facit, sed contra altũ. Ad illud, ꝙ obiicit, ꝙ nõ põt contra dictamen rationis rectæ. Dicendum quod uerum est, prout recta ratio dicit malũ non esse faciendum, quia hoc facere est deficere; non sic autem deficit faciendo contra naturam, & ratio huius patebit infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO IIII.

An possibile simpliciter dicatur aliquid secundum causas superiores uel inferiores?

VTRVM possibile simpliciter dicatur aliquid secundum causas superiores, hoc est secundum potentiam diuinam, an secundum potentiam creatam. Et q secundum potentiam creatã, siue secũdum causas inferiores, uidetur. Ab eodem enim est in rebus possibilitas, a quo est necessitas, & contingentia simpliciter: sed necessitas, & contingẽtia attenditur in rebus non tantum secundum causas superiores, imo secũdum inferiores causas proximas, & particulares: ergo & possibilitas. ITEM. Sicut aliquid dicitur potens a potestate actiua: ita dicitur possibile a possibilitate passiua: sed possibilitas passiua primò est in eo, in quo primò est potentia ad fieri, & per illud in aliis: ergo cũ hoc sit principium materiale, & causa creata, possibile simpliciter dicitur secundum causas inferiores. ITEM. Si possibile simpliciter diceretur secundum causas superiores tantum, tunc cum apud Deum non sit impossibile omne uerbum, nihil iudicandum esset impossibile. ITEM. Si secundum causas superiores, tunc cum Deus posset facere q cæcus recipiat usum, possibile est cæcum uidere: sed si possibile esset uidere, posset uidere: & si posset, haberet potentiam uisiuam: sed hoc falsum, ergo &c.

CONTRA. Possibile dicitur denominatiue a potentia: ergo possibile simpliciter, a potentia simpliciter: sed potẽtia quę summe, & simpliciter est potentia, est potentia diuina, quæ dicitur secundum causas superiores: ergo possibile simpliciter dicitur secundum causas superiores. ITEM. Mundum creari, & animam Antichristi creari, uel esse, & consimilia, simpliciter dicuntur possibilia, & sunt possibilia solum secundum causas superiores: ergo &c. ITEM. Hoc ostenditur: quia si aliquid sequitur ad aliquid, si antecedens est possibile, & consequens: sed demonstrato aliquo impossibili, ut trũcum fieri ex uitulo, sequit. Deũ facere hoc, est possibile: ergo hoc, scilicet truncum fieri ex uitulo, est possibile simpliciter. ITEM. Omne uerum est possibile: & omne quod erat uerum, potest esse uerũ; & omne quod potest esse uerum, est simpliciter possibile: & est possibile solum secundum causas superiores: ergo &c.

RESOLVTIO.

Secundum utrasque & inferiores & superiores, ratione potentiæ actiuæ.

RESP. Dicendum, q circa hoc fuerunt diuersi modi dicendi. Quidam enim dixerunt, quòd secundum utrasque causas accipitur possibile simpliciter: & fundant se super illud 1. Corint. 1. Stu tam deus fecit sapientiam, &c. Glo. Stultam fecit possibile declarando, quod ipse impossibile iudicat: quia possibile dicit commune ad utranque. Tamẽ illud non uidetur conuenienter posse stare, cum nõ admittatur, q possibile simpliciter sit de eo, fieri uidentem, imo dicitur impossibile: ergo simul esset possibile, & impossibile, quod est inconueniens: tamen illud est possibile secundum causas superiores. Et fundamentum positionis eorum nõ est inconueniẽs: quia Glosa non dicit tantum declarando: sed etiam dicit faciendo possibile: ergo non erat possibile prius. Et iterum dicit, q stulta facta est: quia sapiẽtia mũdana iudicabat, ita impossibile, q nulli esset possibile: & Deus declarauit sibi possibile esse.

Glosa est Ambro. ibi. Tom. 5. fuerunt operæ.

ET IDEO est alia positio, q secundum quòd descẽdunt scientiæ: ita & nomina scientiarum: ita in naturali philosophia iudicandum est possibile simpliciter secundum causas inferiores: sed in Theologia secundum causas superiores. Tamẽ adhuc nõ uidetur conueniẽs esse positio: quia ipse Anselmus, & Philosophus, & Theologus dicit, quòd impossibile est de trunco fieri uitulum, & q impossibilia simpliciter Deo sunt possibilia.

PROPTER hoc aliter dicẽdum, q possibile simpliciter põt dicere ordinem potentiæ ad illud, respectu cuius est: ordinem (inquam) qui est, uel qui futurus est, siue potentiam præsentem, siue futuram. Si dicat futuram, tunc est sensus: possibile est hominem currere, hoc est habere potentiam ad currendum. Si dicat potentiam præsentẽ, tũc est sensus: possibile est hominem currere: id est homo habet potentiam ad currendum. Et iste duplex modus dicẽdi accipitur a Philosopho, qui istam exponit dupliciter. Omne B. contingit esse A. ideſt omne quod est B. uel omne quod potest esse B. contingit esse A. Prout autẽ dicit potentiam de futuro, sic põt accipi possibile secũdum quascunque causas, siue superiores, siue inferiores; hoc patet: q a nihil aliter dicitur tunc, nisi quòd habebit potentiam ad hoc: & a quocunque habeat, siue a Deo, siue ab angelo, siue a se, uerum est q potentiam habebit: & sic dicendum q possibile est istum uidere, demonstrato cęco illuminando, & uirginem parere, & cętera talia: quia talibus dari potest potentia. Alio autem modo hoc quod est [possibile] dicit actualiter potentiam in re, quæ signatur ad alterum ordinari: & sic generalis est regula, q si in re, cui attribuitur possibile simpliciter, est potentia simpliciter; tunc dicitur possibile simpliciter. Si autem potentia secundum quid, tunc dicitur possibile secundum quid: tunc enim possibile dicit ordinem potentiæ ad actum, siue alicuius, siue ad aliquid, mediante potentia: & ideo ratio dicẽdi in ipso possibili sumitur a potẽtia. Nomẽ autem potentiæ dicitur dupliciter, scilicet de potentia actiua, quæ est principium transmutandi aliud; & de potentia passiua, quæ est principiũ transmutandi ab alio: & potẽtia actiua reperit, & in Deo, & in creatura: & utraque potentia est simpliciter completa respectu sui actus. Nam potentia actiua coipso q actiua, dicit ordinationem completam ad actum, quãtum est de se. Potentia uero passiua reperitur solum in creatura. Et hæc quidem potentia potest esse actui propinqua, & ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

actu remota: ideo potentia passiua dicitur simpliciter, & secundum quid. Quædã enim potentia est nata reduci ad actũ à potentia inferiore cooperante superiori, ut qũ est cum dispositione propinqua, ut potentia, quæ est in ligno ad combustionem. Quædam est nata reduci à potẽtia superiori, aliquo modo cõsonãte inferiori, ut puta impii ad iustificationẽ, & utraq; dicitur propinqua. Quædã ita distat ab actu, quod si reducatur, non potest nisi à potentia superiori reduci, & hoc qdem omnino deficiente, uel nullo modo consonãte potentia actiua inferiori, utpote, ꝙ ex mortuo possit fieri uiuus, & ex trũco fieri uitulus, & hæc est potentia secundũ quid. Ex quo patet, ꝙ potentia passiua simpliciter attenditur secundũ inferiores, & superiores. Et quia secũdum quid dr̃ per defectum respecta simpliciter potẽtia passiua, quę põt reduci ad actum solum secundũ causas superiores, deficiente potẽtia actiua creata disponente, uel consonante dicitur potentia secundũ quid & dicitur potentia obediẽtiæ: & de hac dicit Augustinus, ꝙ in costa erat, non unde fieret mulier, sed unde fieri posset, scilicet potentia obedientiæ. Possibile ergo, quod dicitur à potentia; non dicitur uniformiter, nec dicitur omnino æquiuoce, sed analogice, sicut sanum: & ideo eius acceptio determinatur per adiunctũ. Põt ergo hoc ꝙ ẽ [possibile] dicere ordinem substantiæ ad agere: & tunc dicit potentiam actiuam, & hoc determinatur per adiunctum. Nã si dicat ordinẽ substãtiæ increatæ ad actum, dicit potentiã secundum causas superiores: ut si dicatur deum creare mundum est possibile, uel illuminare cęcum. Si autem dicat ordinem substantiæ creatæ, dicit potentiam actiuam creatam, ut si dicatur: possibile est Antichristum currere, uel cęcum possibile est uidere, si gnatur potẽtia in cæco: ideo falsa est simpliciter. Potest iterum dicere ordinem alicuius ad fieri: & hoc potest esse dupliciter Aut in cõparatione ad aliqd ex quo, aut sine comparationẽ. Si in comparatione ad aliquid, ut cum dicitur, possibile est ex aere fieri ignem; tunc importat potẽtiam passiuam secundum rem, & sic fit potentia passiua simpliciter: ut illa quæ est secundum causas superiores, & inferiores, dicitur possibile simpliciter. Si autem sit potentia passiua reducibilis solum secundum causas superiores, est solum secundum quid: ut si dicatur: ex trunco possibile est fieri uitulum, negandum est simpliciter, nisi addatur determinatio cõtrahens, ut si dicatur possibile potentia obedientiæ, uel possibile deo. Si autem dicit ordinem alicuius ad fieri sine comparatione ad principium ex quo, tunc importat potentiam passiuam secundum modum, sed actiuam secundum rem: ut si dicatur possibile est animam Antichristi creari, uel possibile est uitulum fieri, hoc est dicere, aliquis potest facere: & ideo sine determinatione est possibile, siue secundum causas superiores, siue secundum causas inferiores,

res, quia ratione potentię actiuæ utrobique saluatur simpliciter. Potest etiam tertio hoc ꝙ est [possibile] dicere ordine, uel comparationem entis ad esse, ut cum dicitur, hoc potest esse, quocunque demonstrato: & sic nec potentiam actiuam, nec potentiam passiuam dicit determinate, nec secundum causas superiores, nec secundum causas inferiores, Vnde simpliciter dicitur, quocunque horum modo tum sit possibile: solum in casu possibile, secũdum quid dicitur, secundum causas superiores: uidelicet cum dicit potentiam passiuam secundum modum, & rem: ut cum dicitur, ex cæco potest fieri uidens, & ex trunco uitulus, & ex asino possibile est fieri hominem.

Exhis patent omnia obiecta ad utranque partem: nam obiecta ad primam partem procedunt de possibili, secundum ꝙ dicit potentiam passiuam.

Ad illvd, ꝙ obiicitur ad oppositum, ꝙ possibile est denominatiue a potentia, Dicendum, ꝙ possibile potest dici denominatiue a potentia passiua, uel actiua: & quia in deo proprie est potentia actiua. & ideo possibile simpliciter secundum ꝙ ab illa denominatur, non secundum ꝙ a passiua. Ad illvd, quod obiicitur de hoc ꝙ est mundum creari. Dicendum ꝙ quamuis dicat potentiam per modum passionis: tamen ẽm rẽ nõ dicit nisi potentiam actiuã: quia ante mundi creationem nihil est nisi potentia actiua: & iõ dr̃ simplr̃ ẽm causas superiores. Ad illvd, quod obiicitur, ꝙ sequitur, si deus potest facere, ꝙ res põt fieri. Dicendum, ꝙ uerum est ẽm ꝙ [põt] dicit eandẽ potentiam per modum passionis, & hoc cum simpliciter dr̃. Si aũt uere dicat potentiam passiuã, nõ sequitur: quia uariatur hoc ꝙ est, possibile, ut patet si dicatur, deus põt facere de cęco uidentem: ergo cæcus põt esse uidens, uel ex cæco põt fieri uidens: prius.n. dicebat potẽtiam actiuam simpliciter, & postmodum passiuam, & ideo non sequitur: ergo quando dicitur, si antecedens est possibile, & consequens: intelligẽdum est eadẽ possibilitate. Ad illvd ergo, ꝙ ultimo obiicitur, ꝙ omne verum põt esse uerum, antequam sit. Dicẽdum, ꝙ uerum est, & demonstrato cæco, hoc dictum esse uerum est possibile, qa possibile, accipitur ibi respectu ueri: & dictum esse possibile, quando dicit ordinem ad esse, uel ad esse uerũ, dicit potentiam communem ad actiuam, & passiuã: superiorem, & inferiorem: sed tunc non sequitur de re: ergo iste potest uidere, quia dicit potentiam passiuam creatam. s. potentiam uisiuam: nec sequit: ergo de cæco poterit fieri uidens, ẽm ꝙ [põt] ponit potentiã actu in isto, qa dicit potentiam passiuã, dispositissimo est ibi fallacia consequentis: quia cũ possibile accipiatur in sua generalitate, hęc tres causas ueritatis, aut i cæco est prãs ad uidendũ aut prãs ad recipiendũ, aut qa in alio ẽ prãs ad dandum: ratione huius dictum est possibile, & fiet aliqñ uerum, sicut patet, & ita patent cætera obiecta.

DISTIN

Universidad de Deusto
Biblioteca

De potentia Dei in comparatione ad quantitatem, ostendens eius immensitatem, siue quantum Deus possit.

QVidam tamen de suo sensu gloriantes, Dei potentia sub mensura coarctare conati sunt. Cùm enim dicunt, hucusque potest Deus, & non amplius, quid hoc est aliud quàm eius potentiam (quæ infinita est) concludere & restringere ad mensuram? Aiunt enim, non potest Deus aliud facere quàm facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his, quæ facit. Iftamque primam suam opinionem verisimilibus argumentis, causisque commentitijs, nec non & sacrarũ auctoritatum testimonijs munire conantur, dicentes, Nõ potest Deus facere, nisi quod bonum & iustum est fieri: non est autem iustum & bonum fieri ab eo, nisi quod facit. Si enim aliud iustum est & bonum eum facere quàm facit, nõ ergo facit omne quod iustum est & bonum eum facere: sed quis audeat hoc dicere?

Secunda ratio.

Addunt etiam, non potest facere, nisi quod iustitia eius exigit: sed non exigit eius iustitia, ut faciat nisi quod facit: non ergo potest facere, nisi quod facit. Eademque iustitia exigit, ut id non faciat quod non facit, non autem potest facere contra iustitiam suam, non ergo potest aliquid eorum facere quæ dimittit.

Responsio ad prius dictum.

His aũt respõdentes, duplicẽ verborũ intelligentiã aperiẽtes, & ab eis inuoluta euoluẽtes sic: Nõ põt Deus facere nisi quod bonũ est & iustũ. i. nõ põt facere nisi illud, quod si faceret, bonũ & iustũ esset, verũ est: sed multa põt facere quæ nõ bona sunt, nec iusta: quia nec sunt, nec erũt, nec bene fiunt, nec fient: quia nunquã fient. Item quod secundò opposituũ fuit, Nõ põt facere nisi quod iustitia sua exigit: &, Nõ potest id facere, quod iustitia sua exigit, vt non fiat: Dicimus, quia exactionis verbum de Deo congrue non dicitur, nec

nec proprie accipitur, & in illis locutionibus duplex est sensus. Si. n. intelligas, nõ põt facere nisi quod sua iustitia exigit, ideſt, nisi quod voluntas sua iusta vult, falsum dicis. Iustitia enim ipsius Dei æquissima nolũtas accipitur, qualiter accipit Augustinus illa verba Domini in Genesi, loquentis ad Lot, Non possum quicquã facere, donec illò introeas, exponens: Non posse, inquit, se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam: quod poterat quidẽ, sed nõ volebat, & illa voluntas iusta erat. Si vero per hæc verba intelligis eũ non posse facere, nisi illud quod si fieret, iustitiæ eius conueniret, verum dicis. Similiter distingue illud, Non potest facere quod sua iustitia exigit vt non faciat. i. non potest facere id quod ipse qui est summa iustitia, non vult facere, falsum est. Si autem his verbis intelligas eum non posse facere id, quod iustitiæ eius conuenire non potest, verum dicis.

Gen. 19

Hæc hẽtur in lib. contra secũdã Gandiũ epistola. Cap. 22 Tom. 7.

Tertia illorum ratio.

Addunt quoque & alia dicentes, Non potest Deus facere nisi quod debet, non autem debet facere nisi quod facit, si enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet. si vero facit omne quod debet, nec potest facere nisi quod debet: nõ ergo potest facere nisi quod facit. Item, Aut debet dimittere quod dimittit ne faciat, aut nõ debet. Si nõ debet, non recte dimittit: si vero debet dimittere: ergo non debet facere. Si autem non debet, nec decet, non oportet eum facere: & si non decet, nec oportet eum facere: ergo non potest facere: non ergo potest facere, nisi quod facit: nec potest illud dimittere quod facit quin faciat: quia debet illud facere: & quod debet facere, non potest illud dimittere. Sed ut mihi videtur, hoc verbum, debet, venenum habet. Multiplicem enim & inuolutam continet intelligentiam: nec Deo proprie competit, qui non est debitor nobis, nisi forte ex promisso: nos vero ei debitores sumus ex commisso. Vt autem venenum euacuetur, distingue verbi sensus. Non potest Deus facere nisi quod debet, ideſt, nisi quod vult, falsum est: sic enim potest ipse dici debere aliquid, quia vult illud. Si autem dicatur, Non potest nisi quod debet, ideſt, nõ potest

nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

niſi illud, quod ſi faceret, ei bene conueniret, verum eſt.

Quarta illorum ratio.

Addunt quoque illi dicentes, nihil facit aut dimittit, niſi optima & rationabili cauſa, licet nobis occulta ſit: ſecundum quam oportet eum facere ac dimittere, quæ facit, uel dimittit. Ratio enim penes eum eſt, quia illa facit, & illa dimittit, quæ ratio eterna eſt, & ſemper manẽs: præter quam non poteſt aliquid facere, vel dimittere. Illa ergo manente non poteſt quod facit dimittere, nec quod dimittit facere, & ita non poteſt facere, niſi quod facit. Et ad hoc reſpondemus, ambiguitatem locutionis determinãtes. Cum enim dicitur, Ratio vel cauſa optima penes Deum eſt, qua facit cuncta, quæ facit, & dimittit ea quæ dimittit: uerum quidem eſt, quia in eo uoluntas eſt æquiſſima & rectiſſima, qua facit & dimittit quæ uult, contra quam facere non poteſt, nec præter eam facere poteſt. Nec utique contra eam faceret, nec præter eam, ſi ea quę facit dimitteret, uel quę dimittit faceret: ſed eadem manẽte ratione, & cauſa, alia potuit facere, & iſta dimittere. Licet ergo ratio ſit penes eum, quæ alia facit, & alia dimittit, poteſt tamen ſecundum eandem rationem & dimittere, quæ facit, & facere quæ dimittit. Ip ſi etiam addunt. Ratio eſt eum facere quæ facit, & nõ alia, & nõ poteſt facere, niſi quod rõ eſt eũ facere, & ita nõ põt facere niſi qđ facit. Itẽ. Rõ eſt eũ dimittere quę dimittit, & nõ põt nõ dimittere, quod rõ eſt eũ dimittere, & ita nõ põt nõ dimittere quod dimittit. Et ad hoc dicimus, locutiones ambiguas eſſe, & iõ determinãdas. Si. n. cum dicitur, nõ põt facere niſi quod rõ eſt eũ facere, intelligas eũ non poſſe facere niſi ea quæ rõnabilia ſunt, & ea quæ ſi fierent, rõnabilia eſſent, unus eſt ſenſus. Si aũt intelligas eũ non poſſe facere alia rõnabilia & bona, niſi ea quę uult & facit, falſus eſt intellectus. Itẽ aliud adiungũt dicentes: Si põt Deus aliquid facere quã facit, põt ergo facere quod nõ præſciuit: et ſi põt facere quod nõ præſciuit, põt ſine præſcientia operari: quia oẽ quod facturũ ſe præſciuit, facit: nec facit aliquid quod nõ præſciuit. Quod ſi præter præſciẽtiã eius aliquid fieri impoſſibile eſt oẽ: ergo quòd præſcitũ eſt, fieri neceſſe eſt: ergo aliud

aliud fieri quam ſit, nulla ratione poſsibile eſt: ergo non poteſt a Deo fieri niſi quod fit. Hæc autem quæſtio de præſcientia facile determinari poteſt per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, cum de præſcientia ageretur.

Confirmatio per auctoritates.

His autem illi ſcrutatores, qui defecerunt ſcrutantes ſcrutinio: ſanctorũ annectunt teſtimonia. Dicit enim Aug. in Lib. de Symbolo, Hoc ſolum nõ poteſt Deus quod nõ vult per quod videtur non poſſe facere aliquid niſi quod vult: ſed non vult niſi quod facit, & ita videtur non poſſe niſi quod facit. Illud autem ita intelligendum eſt, Id ſolum non poteſt Deus quod non uult, ſcilicet ſe poſſe. Idem in 7. Libr. Confeſ. ad Deum loquens ait, Non cogeris inuitus aliquid, quia uoluntas tua non eſt maior quam potentia: eſſet autem maior, ſi te ipſo tu ipſe maior eſſes. Ex hoc uidetur quòd Deus non poſſit plura quã uult, ſicut nõ uult plura quã põt. Sicut n. uoluntas non eſt maior potẽtia, ita nec potẽtia maior eſt uoluntate. Ideoq; ſicut plura non uult quàm poteſt, ita eum non plura poſſe quam uelle dicunt. Sed ad hoc dicimus, quia nec uoluntas potentia, nec potentia uoluntate maior eſt, quia una & eadem res eſt potentia & uoluntas, ſcilicet ipſe Deus, qui eſſet maior ſeipſo, ſi uoluntas maior eſſet potentia, uel potentia uoluntate. Nec hac auctoritate negatur Deum plura poſſe quàm uelle, quia plura ſunt ſubiecta eius potentiæ quam uoluntati. Fateamur itaque Deum plura poſſe facere quæ non uult, & poſſe dimittere quę facit. Quod ut certius firmiſque teneatur, ſcripturæ teſtimonijs aſſeramus, Deum plura poſſe facere quam facit. Veritas ipſa ſecundum Matth. ait, An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Ex quibus uerbis patenter innuitur, quia & filius poterat rogare quod non rogabat, & pater exhibere quod non exhibebat. Vterq; ergo poterat facere, quod non faciebat. Aug. etiam in Ench. ait, Omnipotentis uoluntas multa poteſt facere quæ non uult, nec facit: potuit. n. facere ut duodecim legiones angelorũ pugnarent cõtra illos, qui Chriſtũ ceperũt. Item in eodẽ, Chriſtus apud quoſ-

Hæc qũ ex præd. ſa cile determinãtur diſ. 33. & 39. In to. 9. li. 1. c. 1.

Cap 4. In to. 1.

Matth. 26.

Cap. 95 in to. 3. Mal. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

quosdam non facta sunt virtutes, quæ si facta fuissent, egissent illi homines pœnitentiam: & facta sunt apud eos, qui non erant crediturí? tũc non latebit quod nunc latet. Nec utique iniuste Deus noluit saluos fieri, cum possent salui esse, si vellet. Tunc in clarissima sapientiæ luce uidebitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifesta cognitione videatur, quam certa & immutabilis & efficacissima sit voluntas Dei: quæ multa possit & non velit, nihil autẽ quod non possit, velit. Idem in Lib. de natura & gratia, Dominus Lazarum suscitauit in corpore. Nunquid dicendum est, non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidẽ, sed noluit. His auctoritatibus, aliísque multis aperte docetur, quod Deus multa possit facere, quæ non vult: quod ẽt ratione probari potest. Nõ vult Deus omnes homines iustificare, & tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere quam facit, & tamen si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle quam vult, & tamen eius voluntas nec noua, nec mutabilis aliquo modo potest esse. Quod etsi possit velle quod nunquam voluit, non tamen nouiter, nec noua voluntate, sed sempiterna tantum voluntate velle potest: potest enim velle quod ab æterno potest noluisse: habet enim potentiam uolendi & nunc & ab æterno, quod tamen nec modo uult, nec ab æterno uoluit.

SVPRA ostendit Magister, quid Deus possit: in hac parte intendit ostendere qua tũ possit. Et quoniam quidam Dei potentiam limitabant: ideo intendit Magister ostẽdere huius opinionis falsitatẽ, & huius positionis falsitate ostensa, reperiẽ Dei potẽtia esse infinita. Et hęc pars habet tres partes. In prima proponit siue narrat eorum erroneam opinionem. In secunda dissoluit multiplicem rationem eorũ, ibi. *Istamque prauam suam opinionem &c.*] In tertia concludit, & confirmat ueritatis assertionem, quæ est in huius opinionis contrariam partem, ibi. *Fateamur ergo Deum &c.*] Prima & ultima parte remanentibus indiuisis, media pars diuiditur secundum numerum rationum, quas adducit. Prima sumpta est a ratione boni, & iusti. Et hanc format duobus modis, & ponitur ibi. *Non potest Deus facere, nisi quod bonum, &c.*] Secunda sumpta est a ratione debiti, & hãc ponit, ibi. *Addunt quoque & alia dicentes &c.*] Tertia sumpta est a ratione faciendi, & dimittendi, & hanc formant duobus modis, ibi. *Addunt quoque illi dicentes, &c.*] Quarta sumpta est ex ratione præscientiæ Dei, & hãc ponit, ibi. *Item aliud adiungunt dicentes &c.*] Quinta sumpta est ab auctoritate, & ponitur, ibi. *His autem illi scrutatores, &c*] Et in qualibet harum partiũ Magister ponit primo obiectiones, secundo uero ponit solutione, & ptes manifestę sunt.

His autem respondemus, duplicem uerborum &c.] Quæritur, unde ueniat duplicitas huiusmodi, non potest Deus nisi quod iustum est. Si dicas quod hoc uerbum (est) potest significare iustitiam quæ est, uel iustitiam quæ esset, si Deus faceret: hoc enim nihil uidetur: quia si dicatur, iustum est hoc fieri, intelligitur iustum esse ut nunc: similiter in proposito. Respon. Dicendum quod distinctio Magistri est rationabilis. Ratio autem huius multiplicitatis est, quòd hoc uerbum (est) potest dicere præsens ut nunc, uel simpliciter: & ita iustitiam quæ nunc est, uel quæ esset, si res herent. Potest autem multiplicitas assignari a tribus. Prima ratione attributi; sicut enim hoc uerbum (currit) per se dictum dicit præsens ut nũc: sed quando additur determinatio, potest stare pro præsenti simpliciter, utputa si dicatur de equo iacẽte in stabulo, ille equus bene currit: ita pót esse de hoc uerbo (est) ratione eius quod additur, bonum, & iustum. Aliter pót assignari a parte ampliationis huius uerbi (potest) quia si ampliatio huius uerbi (pót) totum dictum respiciat, ita quod iplicatio cadat sub ampliatione: ita dicit ꝓsens simpliciter. Si aũt cadat extra, sic dicit ꝓsens ut nunc & secũdum hoc accipitur duplex sensus, quem Magister assignat. Tertio modo potest assignari ratio a parte eius ꝙ est (nisi) quia potest teneri exceptiue, uel consecutiue. Si exceptiue, tunc stat actus, siue acceptum pro præsenti ut nunc, & est sensus, non potest deus nisi quod iustum est, idest, nihil potest deus prẽter hoc ꝙ est iustum. Vel potest teneri consecutiue. Et tunc necesse est ꝙ hoc uerbum (est) teneatur simpliciter: quia regula est ꝙ termini in conditione ampliantur ad omne tempus, & tunc est sensus, non potest deus nisi quod iustum est, idest, nisi sit iustũ, & sic ampliatur ibi ad omne tempus. Ex quacũque tamen causa accipiatur locutio, uere multiplex est.

Poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam &c.] Contra Quia, iustitia, stat ibi pro uoluntate, uidetur male dicere; qa nihil potest deus facere, quod non possit uelle; ergo si iustitia dei est uoluntas, omne quod potest simpliciter, potest de iustitia, & econuerso Item. Possibili posito in esse, non sequitur impossibile: si ergo deus poterat per potẽtiam Loth subuertere, siue comburere, ponatur, tunc quæro, aut hoc fuit iustum, aut non. Si fuit ergo poterat per iustitiam. Si non, ergo facit contra iustitiam, ergo intẽque, quod est omnino impossibile. Resp. Dicendum, quod iustitia non stat ibi pro uoluntate diuina simpliciter considerata: sicut enim poterat uelle, & poterat facere: sed stat ibi pro uoluntate

Dub. 1a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate pensante merita, & uolente retribuere secundum merita. Et quoniam Loth non meruerat submergi cum illis peccatoribus, non poterat iuste submergi, quantum fuit de exigentia meritorum: nihilominus tamē poterat deus hoc facere, quia ex hoc laudem suam: & Loth utilitatem poterat elicere, cum non sit malum fm se iure iustū affligere: potest.n.hoc deus facere ad bonum suum. Et per hoc patet rñsio ad illud quod obiicit. Posito.n.q hoc factum fuerit, ponitur etiam fuisse iustū quantum ad condecentiam, licet nō quantum ad merita. Contra .n. exigētiam meritorum deus potest facere, & facit. Hiere. 20. gloss. Quod facere cogitabam, propter iustitiam, non feci propter clementiam.

Hoc uerbum (debet) uenenum habet &c.] Innuit Magister q hoc uerbum [debet] proprie non cōuenit deo nisi forte dicatur ex promisso. Contra. Videtur male dicere: quia sicut qui debet ex cōmisso, obligatur ne incurrat ingratitudinem, ita qui debet ex promisso, si non reddit, incurrit falsitatem: ergo deus uere est obligatus: ergo uere & proprie est debitor. Resp. Dicendum, q debitum ex commisso est debitum proprie, quia præit uoluntatem: uelit enim nolit, obligatus est qui accepit beneficium, si necessario eget beneficio: debitum autem ex promisso, quód est merè liberalitatis; est debitum quod sequitur largitatem promittentis: & ideo secundum rem plus habet de ratione gratiæ quam de bitit: & hoc modo deus est debitor primo modo non: ex sua enim liberalitate, pmittit ut alliciat, sed nihil recipit. Vnde obsequia nostra non acceptat propter indigentiam: Ideo ratio debiti secundum quod obligationem dicit, proprie in deo non cadit: si autem abutamur nomine; ut debitum sonet in condecentiam bonitatis dei, sic recipitur in deo. Dub.3.

Potest tamen secundum eandē rationem &c.] Innuit Magister quod eadem ratione manente, deus potuit alia facere, & ista dimittere. Contra. Videtur hoc esse falsum: quia Aug. dicit alia ratione conditus est homo, alia ratione conditus est equus: ergo alia, & alia ratione fiunt opposita: ergo eadem ratione manente, non potuit facere oppositа. Respon. Dicēdum, q Magister uocat rationem uoluntatem dei æquissimam, ut [sicut dictum est supra] q quia deus nouit omnia, ideo potest scire opposita sine innouatione scientiæ, ita etiam & de uoluntate. Vnde non intelligitur uoluntas mutari, quando deus potest uelle quod non uult: sed aliquod uolitum ad ipsam comparari, ipsa una, & eadem & immutabili remanente: sed alio modo comparata, siue ad aliud, & aliud: & ita intelligit Magister. Dub.4. Lib.83 q.3.4?

Hæc autem quæstio de præscientia facile &c.] Quæritur per qd determinatur superius dictum. Videtur enim argumentatio necessaria: si ergo deus nihil potest operari nisi illud prę ciat, & non præscit nisi quæ facit: ergo & non præscit nisi quæ facit: ergo omnia quæ facit, quod maius est: ergo multo fortius hoc potest. Respon. Aliqui distinguūt hic potentiam dei dupliciter, dicentes deum posse aut potentia absoluta, & sic potest Iudam saluare, & Petrum damnare: aut de potentia ordinata, & sic non potest. Sed hæc distinctio non uidetur esse conueniens, cum nihil possit deus, quod non possit ordinate. Posse enim inordinate facere, est non posse, sicut posse peccare, & posse mentiri. Vnde nec potentia absoluta, nec ordinata potest mentiri. Alter dicunt alii, quod potest saluare Iudam, sed non damnare Petrum: quia misericordia eius super omnia opera eius, & misericordia superexaltat iudicium: & saluare Iudam esset superabundantis misericordiæ: sed damnare Petrum, esset crudelitatis maximæ: sed tamen cum deus summe iustus sit, summe misericors, sicut non potest facere contra misericordiam, sic nec contra iustitiam. Ideo aliter dicunt alii, quod Deus neutrum potest, & hoc non derogat eius potentiæ, quia utraque essent iniustitia, & inordinatio, reuocare quem finaliter damnauit, & qui finaliter damnari meruit. Nec est simile de Traiano, quia deus sic disposuerat ad honorem sanctorum & suum aliqua specialia facere, & ideo mors illa Traiani, & damnatio licet secūdum causas inferiores finalis uideretur: tamen secūdum diuinam dispositionem, & consiliū aliter erat. Sed tamē quis hoc audeat dixere, quin deus de Iuda hac dispō

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctione potuerit quod dispo-
suit de Traiano? & quin genera
liter de omnibus possit facere,
q̃ probatur fecisse uni? Et ite-
rum Aug. dicit quod deus ipsi
diabolo bonam uoluntatem pos
set dare. Propter hoc dicẽdum,
quod quando quæritur, utrum
deus possit saluare Iudam, & da
mnare Petrum. Dicendum, q̃
aut loqueris saluis meritis, aut
non saluis. Si saluis meritis, sic
dico quod non posset: hoc enim
idem est dicere, & quærere, ac si
quæreretur, utrum posset iudi-
care iniuste: q̃ quidem absque
dubio deus nõ potest. Si autem
intelligatur, non saluis meritis,
sic absque dubio posset saluare
Iudam auferendo per gratiam
peccata, & demerita, & dando
merita. Petro autem non po-
test dare merita mala: sed ta-
men sicut liberaliter dedit bo-
nam uoluntatem Petro, ita
etiam liberaliter conseruat si-
militer naturam, & sic patent
obiecta.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An potentia Dei secundum quòd huiusmodi infinita sit?

AD intelligentiam p̃sentis distinctionis de quãtitate diuinæ potentiæ, siue de infinitate. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primo, quæritur utrum potentia Dei sit infinita. Secundo, dato q̃ sic; quæritur: si ipsa essentia diuina sit infinita, sicut potentia. Tertio, utrum deus possit producere opus infinitum. Quarto, utrum ratio operandi sit infinita. Prima quæstio respicit infinitatem in posse. Secunda in essendo. Tertia in operando. Quarta in ratione operandi.

VTRVM dei potentia sit infinita, & q̃ ipsa potentia secũdum quod huiusmodi sit infinita, ostenditur sic. Infinitum dicitur, quod non habet terminũ sed diuina potentia quantum ad esse non habet terminum: ergo &c. Prima manifesta est. Secunda patet per Chrys. in quadam Homil. Omnipotens dicitur, quia eius posse non inuenit non posse: ergo si semper inuenit posse, & semper quantitatẽ potentię accipientibus est ultra accipere: ergo infinita. ITEM. Omnis potentia actiua, quæ potest in effectus infinitos: est actu infinita: diuina potentia est huiusmodi: ergo &c. Probatio primæ. Si potentia est pure in actu: ergo habet totum actualiter, q̃ potest habere: ergo si totum habet actualiter, & nihil potest acquirere, nec de nouo aliquid dare, & potẽtia ut potens se extendat ad infinitatem: ergo actu habet in se infinitatem. Minor patet, quia diuina potentia nunquam potest in tot effectus, q̃ adhuc possit in plures: ergo manifestum est quod sit infinita. ITEM. Omnis potentia, quæ potest in actum infinitum, si omnino est in actu, est simpliciter infinita; sed diuina uirtus est huiusmodi: ergo &c. Maior patet sic. Sicut se habet potentia ad potentiam: sic actus ad actũ: sed actus infinitus excedit finitum in infinitum: ergo & potentia potentiam: ergo si potentia est omnino in actu, est infinita. Minor patet, quia Deus dicitur durare in infinitum, & põt creaturam cõseruare in infinitum: ergo &c. ITEM. Omnis potentia, quæ potest super extrema in infinitum distantia; est infinita: sed potentia diuina est hmõi, quia de nihilo aliquid facit, & inter aliquid, & nihil est infinita distantia: ergo &c. ITEM. Omnis potẽtia, quę omnino in differens est ab essentia, est infinita: sed diuina potentia est huiusmodi: ergo &c. Probatio primæ, quãdocunque aliqua duo sunt omnino indistantia, ubicunque est unum, ibi & reliquũ: ergo si potentia est omnino indifferens ab essentia, ubicunque est potentia, & essentia, ibi est centrum potentiæ: ergo ubicunque põt potentia talis, põt ut in centro: ergo cum nulla potentia limitetur in centro suo, sed amplius possit, aut diuina potentia nihil potest, aut potest quantum uult, & sic in infinitum, ergo [quantum est de se] potentia ilia potest in infinitum operarij sed potentia omnino illa est indifferens. & simplex: ergo idem est ibi latum, & intensum: ergo si extensiue est infinita, & intensiue: ergo omnino est infinita. Et hoc est quod dicit Philosophus in Lib. de causis, q̃ uirtus quanto magis unita, tanto magis infinita: cum ergo diuina potentia sit infinitissima, quia est omnino idem cum sua origine, ubique potest tanquam in sua origine: ergo nunquam inuenit non posse.

3. Phys. 24. & 4 sup.

Auctor Lib. de causis prop. 18

CONTRA. Omne illud

est finitum, in quo est reperire statum: sed in diuina potentia est reperire statum, quia est assignare aliquid quod non potest [sicut supra ostensum est] ut actus corporales, & actus deformes: ergo &c. ITEM, Quod exceditur ab aliquo, est finitum; quia infinitum nullo modo excedit: sed scientia excedit potentiam respectu scibilium, plurium enim est scientia, quam potentia: scit enim mala; & non potest: ergo &c. ITEM. Videmus in potentiis creatis, quod infinitas est a materia: sed finitas est a forma: ergo cum potentia Dei sit omnino forma, siue formalis, nihil omnino habens materialitatis: ergo simpliciter est finita, & nullo modo infinita. ITEM. Inter contradictorie opposita est distantia infinita: sed creaturę uirtus finitum unum reducit ad alterum, ut non currentem facit currere, & tamen est finita: ergo. ITEM. Video q̃ anima hẽt potentiam omnino differentẽ ab essentia, sicut potentia uiuificandi corpus: habet etiam potentiam ad actum infinitum, sicut ad durandum siue permanẽdum in infinitum: hẽt potentiã nihilominus ad actus infinitos, & tamen ipsa potentia est finita in se: ergo uidetur pari ratione de diuina potentia, cum anima sit expressa imago dei, vnde uidentur rationes prædictæ nihil ualere.

3. Phys. 49.

Sco. hic negat.

RESOLVTIO.

Quia immo, nec dũ durationem, sed & uirtutem, idque rationem summæ suæ simplicitatis.

RESP. Dicendum, quòd diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam potentiam est ponere omnino in actu, & in habitu & infinitam, sicut probatum est per effectum a posteriori, quia habet effectum infinitum duratione, & infinitos oppositione, ad quos comparatur ut actus purus, & ut tota causa & ratio, habens in se plenam, & perfectam actualitatem respectu infinitorum: & necesse est cum habeat totum quod unquam habitura est, & ex se habeat quod ipsa infinita sit. Alia ratione ostenditur hoc a priori. Propter summam. n. in diuisionem uirtutis cum essentia, & pp summã unitatem ipsius uirtutis, ubicunq; põt, tota põt, & tantum in extremum mundi, quãtum in medio: & tantum in summo, quantum in latus, & omni modo infinitatis: nec ẽ rõ in aliqua creatura, nec quantum ad causalitatem effectus, nec quantum ad unitatem. Nõ quantum ad causalitatem effectus, quia nulla uirtus creaturæ respectu durationis infinitæ est pure actiua, imo necesse est per diuinam influentiam conseruari. Similiter nec q̃tum ad ꝓductionẽ actus, unde habet infinitatem passiuã etiam in recipiendo, & ideo nulla est actu infinita, sed solum in potẽtia: sed qa infinitũ in potẽtia pendet ex infinito in actu, ut omnis infinitas durationis creaturę, & operationis põdet ex infinitate uirtutis increatę. Et hoc est, quod dicit Philosophus in Li. de causis, ꝙ omnes uirtutes infinitæ pendẽtes sunt per unũ infinitũ primum, quod est uirtus uirtutum. Similiter non est simile de simplicitate, siue unitate, nã potẽtia diuina est oĩno in se simplex, & omnino habet essentiam, siue substantiam simplicẽ: oĩno ẽt ab illa est indifferẽs, & iõ oĩmoda unione ẽ unitissima, & iõ infinita: sed nullius creaturę quantuncunq; nobilis potentia est omnino simplex, quia oĩs talis potentia dicit aliquem respectum dependentiæ, nec fundatur in substantia omnino simplici: nec oĩno ẽst indifferens: quia nulla creatura est sua potentia [loquendo essentialiter] & ideo qa deficit oĩs creatura a rõne summæ simplicitatis, & infinitatis per consequẽs. Et sic patet, ꝙ diuina potẽtia ẽ infinita rõne sũmę simplicitatis.

Prop. 16.

Et patet responsio ad ultimam rationem ostendentem prædictas rationes non ualere.

Ad illud ergo, ꝙ obiicitur, ꝙ inuenit terminum, & ꝙ inuenit excessum. Dicẽdum, ꝙ diuina potẽtia est infinita respectu corũ q̃ posse est potentiæ, respectu aliorũ quæ posse est impotẽtia, nec est finita, nec infinita, qa nihil ex eis põt. Qñ. n. dr, ꝙ inuenit terminũ, uel excessum. Dicendum, ꝙ falsum est, qa excessus, & terminus referenditur fm ea, ad q̃ res se extendit: & diuina potẽtia se extẽdit solũ ad bona, & quãtum ad alia nunquam est plurium scientia. ꝙ potentia: nec quantum ad talia inuenit terminum, & ideo patet illud. Põt tamen aliter dici, ꝙ dupliciter ẽst loqui de potentia, & scientia, aut in se, aut in comparatione ad obiectũ. Si in se, sic una non excedit aliam, quia q̃quid scit, põt scire, & qc quic potest, scit se posse. Vel ꝙ comparationem ad obiectum, & sic est loqui dupliciter: aut secundum formam, siue speciem: aut secundum numerum. Si secundum numerum: sic cum potentia possit infinita, non exceditur a scientia. Si autem secundum formam: sic quia potentia est respectu bonorum tantum, scientia uero bonorum, & malorum, ideo exceditur: tamen ex hoc non sequitur quin sit infinita: & est exemplum. Si quis imaginetur duas lineas infinitas, plures sunt duæ quam una: quia non habebunt unam infinitatem secundum numerum; sed solum secundum longitudinem: & sic non sunt maiores, uel longiores duæ quàm una. Similiter in proposito intelligitur. Potentia enim dicitur infinita respectu obiectorum secundum numerum; sed non secundum qualitatem: quia non potest in mala, uel priuatoria: & per hoc patet primum, & secundum. Quamuis enim inueniat terminum respectu mali, non tamen respectu boni: & ille terminus, el excessus potius facit ad infinitatem: quia non est posse; sed non posse: & ideo quamuis hoc uideatur dare terminum secundum rationem intelligendi, secundum ueritatem non dat, quia quod non possit mala, hoc totum est propter immensitatem uirtutis. Ad illud, quod obiicitur, quòd infinitum est passio potentiæ materialis. Dicendum, quòd hoc uerum est de infinito per priuationem completionis, siue completi esse: sed non est uerum de infinito per priuationem limitationis. Primum enim est infinitum potentia passiua, siue receptiua, & ita primo inest materiæ. Secundum est infinitum actu, & ideo in illo solo uere est, & proprie: quia tantum est actus, & actus purus, & perfectissimus. Ad illud, quod obiicitur, quod creatura potest super ea quæ summe distant. Dicendum, quòd ens, & nõ ens non dicuntur summe distantia: quia opponuntur contradictorie: sed quoniam nihil habent commune, nec quantum ad genus prædicabile; sed quiescere, & moueri, & non moueri (quod pro eodẽ accipitur) utroque modo habent commune: & ita non est distantia infinita, nec est simile. Ad illud, quod obiicitur de potentia uiuendi. Dicendum, quòd uiuere uno modo dicit actum consequentem, sicut moueri: & sic est ab anima mediantibus potẽtiis differentibus ab ipsa essentia. Secundum autem quòd est actus purus, est ab essentia animæ, ut in ratione formæ, non in ratione agentis: & propter hoc non consideratur ibi esse tantum in operãdo, sicut albedo se ipsa dealbat, ita ꝙ non notatur ibi, nec est egressus alicuius, ut a potentia agente: nos autem hic loquimur de potentia ut agẽte, & producente aliquid: potentia uero animæ quãtumcunque sit idem, tamen dicit aliquam inclinationem, & ideo dependentiam, & ideo priuat simplicitatem, ac per hoc priuat infinitatem; in Deo autem non sic: & ideo ratio illa non habet instantiam, rẽcte intellecta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

An diuina essentia sive potentia infinita sit?

VTRVM essentia sit infinita, siue diuina potentia sit infinita quantum ad esse. Et quod sic, uidetur, quia nulla potentia nobilior est substantia: sed diuina potentia est infinita, ergo cum nō sit nobilior, nec maior substantia, necesse est substantiam esse infinitam. ITEM. Si aliqua duo (liceat sic dicere) sint omnino idem, si unum est infinitum, & reliquum: sed substantia, & potentia sunt idem, & esse & posse: ergo cum diuinum posse sit infinitum, & esse, & ita essentia. ITEM. Quandocunque aliqua duo sic se habent, quòd ad nihil se extendit unum, ad quod pariter se non extendat reliquum; si unum est infinitum, & reliquum: sed ad nihil omnino se extendit potentia, ad quod se non extendat essentia: nunquam enim Deus potest facere tot, quin etiam substantia possit esse in; tot secundum quod dicitur Roma. 3. Si cœlum & cœli cœlorum &c cętera. ITEM. Omni finito potest aliquid cogitari maius, scilicet infinitum ipsum: sed diuina essentia est ita bona: & magna, quòd nihil maius, nec melius cogitari potest, alioquin non est Deus: ergo & cętera. ITEM. Omne finitum bonum melius est cum alio bono, quàm per se tantum: quia finitum additum finito facit maius: ergo si diuina essentia est finita: maius aliquid cum alio erit, quàm per se tantum: ergo non est perfectissima, nec optima: quod omnino nefas est dicere. ITEM. Omne finitum bonum contingit aliquando æquari, & reddi per duplicationem finiti, ut patet in linea (& hoc dico, si illud quod duplicat facit maius, hoc dico propter punctum) si ergo diuina essentia est finita secundum nobilitatē, & bonitatem, si dupletur bonitas creaturæ ascendendo, aliquando peruenietur ad bonitatem æqualem diuinæ bonitati: hoc autem falsum & impossibile, ꝙ creatura sit proportionalis creatori: & hoc dicit Augustinus octauo de Trinitate: ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quòd diuina essentia sit finita.

SED CONTRA. Finitum, & infinitum, (ut dicat Philosophus) sunt proprie passiones ipsius quantitatis: sed essentia, ut essentia, non habet quantitatem molis: ergo si consideratur ut in abstractione uirtutis ut essentia diuina essentia nec est finita, nec infinita. ITEM. Omnis potentia, quæ potest unum solum, ita quòd non aliud, est potentia finita: ergo pari ratione omnis essentia, quę est unum solum, ita ꝙ nihil aliud, est essentia finita: sed diuina essentia est Deus, & nihil aliud: ergo &c. ITEM. Omne illud, quod est finitum summę ueritati, est simpliciter finitum; & hoc patet, qa prima ueritas iudicat de unoquoque, sicut est. Patet etiam i simili, ut hoc est album, & nigrum, & bonum Deo: ergo simpliciter bonum: sed diuina essentia est ueritati diuinæ cognitionis finitę, quia Deus ipsam comprehendit, & nouit perfectè: & quod scitur (ut dicit Aug.) sciētis comprehensione finitur: ergo &c. ITEM Nullum infinitum finit aliud, quia nihil dat alri qđ non habet ergo si diuina essentia est infinita: ergo nihil finit: ergo nullius est finis; & si hoc: ergo nihil bonum. ITEM. Nullum infinitum comprehēditur a finito: sed Deus comprehenditur a beatis; quia aliter non essent beati, nisi Deum perfectè cognoscerent, semper enim appetitus ferrentur ad amplius, & non quiescerent, & ita non essent beati: si ergo comprehenditur, nō est infinitus. ITEM. Nulla priuatio est habitu nobilior: ergo cum infinitum dicat priuationem, finitum dicat habitum, & omne nobilius Deo est attribuendum, patet &c.

RESOLVTIO.

Diuinam essentiam dicere infinitam esse, fides credēdum cuilibet, proponunt sancti acclamant, theologi differunt, ratio summopere consonat.

RESP. Ad hoc uoluerunt quidam dicere, ꝙ diuina essentia sub ratione essentię est finita, sub rōne potentiæ est infinita. Nam essentia nominat Deū ut se, & sic ē finitus, quia perfectus: finitus ēt, quia comprehenditur a finito, ut a beatis: & hoc dixerunt propter essentiæ simplicitatem, q̄ dixerunt tota uideri. Inquantū aūt consideratur sub ratione potentię, sic dicit respectum ad effectus, & quia nō est

status ibi, quia semper est aliqd extra accipere, dixerunt ꝙ sub ratione potentiæ erat infinita. Sed ista positio erronea fuit manifesta: nam ista duo sunt incōpossibilia, ꝙ potentia sit infinita, omnino existente substantia finita: & quia idem sunt omnino: & quia prior ſm rōnem intelligēdi est substātia: & qa ad quicquid se extendit potentia sub rōne potētię, ēt, & essentia; ut ostensum est. Et pp hoc dixerunt aliquit quod est finitum simpliciter, & infinitū nobis: & uoluerunt dicere, quod tam essentia, quam potentia est finita ſm ueritatē, qa est finita a Deo quæ est ueritas: sed tamen utraque nobis est infinita, quia improportionaliter nos excedit. Vnde Deus infinitus dr, quia nec loco, nec tempore, nec comprensione cōprehenditur, sicut dicit Damas. Sed iterum ista positio non potest stare, quoniam (sicut supra probatum est de potentia) quod ipsa non habet ſtatum in possendo: & iterum est oīno actu, & ideo penit infinita: sic etiā, pbari potest de essentia: necesse est ergo quod oīno infinita sit actu. Et hoc concedendum est uel tenendum est tanquam uerū: eo qđ magis est cōsonum fidei, quę dicit Deū immensum: & magis est consonū auctoritatibus sanctorum, quæ oēs dicunt ipsum infinitum. Vñ dama. dicit quod deus est quod dam pelagus substantiæ infinitum: magis ēt consonum sententiis Magistrorum: magis etiam consonum rationi.

Ad intelligentiam ergo ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iectorum in oppositum notandum, quod infinitum dicitur p abnegationē finis. Potest ergo dupliciter dici infinitū, scilicet a parte negationis, & similiter a parte finis. A parte finis, nam finis dicitur dupliciter, uno modo quod est complementum, & sic infinitum dicitur per priuationem complemēti, & hoc modo infinitum dicitur in materia & in genere substantiæ, & ī aliis gñibus, & hoc modo non cadit in Deo, quia ipse est perfectissimus. Alio modo finis dicitur terminus, sicut finis agri, & sic infinitum dī quod caret termino, & sic tu. Et hoc pōt esse duplici ter secundum negationem. qa potest intelligi priuatiuē, & negatiuē. Priuatiuē, quia non hēt terminum: sed tamen natum est habere, ꝓpter hoc, quod habet esse limitatum: & hoc modo dicit incomplectionem, & non est in Deo. Alio modo negatiuē, quod non habet terminum, nec etiam natum est habere: & hoc modo ponitur in deo propter summam immēsitatem. Ad illud, quod obiicitur, quod infinitum est passio quantitatis. Dici potest, quod sicut nomen quantitatis extenditur ad quantitatem uirtutis, similiter nomen infiniti: quantitas autem uirtutis non tantum attenditur quantum ad opus, sed etiam quantum ad nobilitatem ualoris, & hoc patet, quia dicit Aug. in spiritualibus idem est maius & melius. Ad illud, quod obiicitur quod est unum, ita quod nō est aliud. Dicendum, ꝙ aliquid compararī ad multa potest esse dupliciter, aut secundum comparationem causalitatis, aut secundum comparationem identitatis. Comparari ad multa sub ratione causalitatis hoc conuenit infinito, quia infinitum: sed secundum rationem identitatis, non. Vnde quia infinitum in deo se extendit ad multa, quia potentia, uel essentia eius comparatur ad multa, ex hoc tamen nō sequitur, quod sit multa. Vnde si essentia uel potentia comparetur secundum rationem identitatis ad res, neutra est plurium: unde nec potentia diuina est aliæ potentiæ, nec essentia aliæ essentiæ: sed secundum rationē causalitatis sic cōuenit & essentiæ, & potentiæ: nam sicut potētiæ conuenit facere plura, sic essentiæ in pluribus esse. Ad illud, quod obiicitur, illud qđ est finitum summæ ueritati. Dicendum, ꝙ hęc est duplex. Aut enim est finitum summæ ueritati, quia ueritas inducit ipsum esse finitum, aut quia non excedit eius comprehensionem. Primo modo non est Deus sibi finitus: sed infinitus: uere enim scit se esse infinitum. Secundo modo est finitus, quia se non excedit, cum sit infinitus, & sic non ualet argumentum, & est ibi fallacia ſm quid, & simpliciter: nō excedit infinitū: ergo est infinitum simplr. Ad illud, ꝙ obiicitur, ꝙ infinitum non finit. Dicendum, ꝙ infinitum p priuationem perfectionis nō finit: sed infinitum p negationē limitationis hēt rōnem finiēdi: qa cū sit summū, in ipso est ois status: in hoc. n. infinitas nō repugnat

1. Phy. tex. cō. 15.

Li. 6. de Trin. cap. 2.

pugnat simplicitati, nec complemēto. Ad illud, ꝙ obiicitur, ꝙ cōprehenditur. Dicendum, ꝙ non comprehenditur per inclusionem: comprehenditur autē per perfectā uisionē, & dilectionē, & tentionem, & hoc a parte comprehendentis; & non cōprehensi: & ideo quia perficitur res secūdum suam capacitatē, quie scit, quamuis ultra nō attingat. Quod ultimō obiicitur, solutū est obiicit enim de infinito ſm quod dicitur priuatiue: sed prout dicitur de deo, non dicit priuationem ſm rem, sed solū quātum ad modum significandi, & respondet ei summa potentia: nihil enim dī immensum, nisi quod habet summam, & perfectissimam actualitatem, & nihil coarctās, & determinans: unde & si dicatur dici priuatiue; tamē secundum ueritatem excludit omnem priuationem.

Qvæstio III.

An diuina potentia possit in effectum actu infinitum?

De infinitate diuinæ potentiæ quantum ad opus, utrū uidelicet diuina potentia possit in effectū actu infinitū. Et ꝙ sic ostendit hoc mō. Potēia se hēt proportionaliter ad opus: unde tāta potentia pōt in tm opus: ergo & maior in maius. & infinita actu ī infinitū. Item. Oīs potentia, q̄ operat ex se tota, si est infinita, ꝓducit infinitū: eū operet ex tota sua uirtute: sed diuina potentia cum sit simplicissima, se tota operatur: ergo uidetur, quōd producat effectum infinitum. Si tu dicas, ꝙ hoc non potest esse pp defectum, & limitationē ipsius effectus. Contra. Frustra est potentia, q̄ non reducit actū: unde & Philoso. dicit, ꝙ frustra est potētia, cui nō rñdet passiua: ergo aut potentia diuina frustra est infinita: aut ei respondet effectus infinitus, & potentia passiua infinita. Item. Omnis potentia potest seipsam manifestare: ergo diuina cum sit infinita, potest suam infinitatem manifestare: sed infinitas non manifestatur, nisi in effectu infinito: ergo & cetera. Si tu dicas, quōd manifestatur in productione filii, & spiritus sancti: tunc obiicitur, quōd spiritus sanctus habet potentiā infinitam: ergo ipsam manifestaret: sed non in productione personæ infinitæ: ergo in productione creaturæ. Item. Omne possibile est ponibile in esse: sed Deus potest producere infinita: ergo infinita produci, est possibile: ergo ponibile: sed ponibili posito in esse, nullum accidit inconueniens: ergo posito, quōd Deus faciat infinita, nullum accidit inconueniens: sed Deus potest omne quod non est inconueniens poſſe, uel facere: ergo Deus potest facere; quōd sint infinita actu. Item. Appelletur A. omne creabile: tunc quęro A. aut est finitum, aut infinitum. Si finitum, & Deus non potest nisi A. ergo non potest nisi finita: ergo potentia eius finita. Si infinitum, & Deus potest facere A. ergo potest facere aliqua actu infinita. Item. Continuum est diuisibile ī infinitū, q̄ro utrum deus possit reducere

1. Cel. cō. 139

9. Met. 2.

1. phy. & 62.

7. phy. 9. po simili posito in esse, nullum sequitur impossibile.

3 phy. 31.

potentia

potentia continui ad actum. Si non potest: ergo potentia continui excedit potentiam Dei, qd est absurdum: quia tunc potentia Dei esset finita. Si eam potest reducere ad actum omnino: sed hoc non est, nisi cum est actu diuisu in partes infinitas: ergo &c.

SED CONTRA. Quòd nõ possit in effectu intensione infinitũ, uidetur: quia infinito simpliciter nihil est maius: ergo si producit effectum infinitum, tunc ergo illo nihil est maius: ergo Deus non est maior. Si ergo hoc est summæ nobilitatis in deo: q nihil possit ei æquari, pducere tale effectum est cõtra nobilitatẽ diuinæ potentiæ: ergo &c. ITEM. Oẽ qd est actu infinitũ, est summe simplex. (Nã si est aliqua cõpositio, tũc ibi est coarctatio, & limitatio.) Si ergo Deus pduxit effectũ infinitũ, illud est simplicissimũ: sed in simplicissimo idẽ est essentia, bonitas, & potentia: ergo si effectus ẽ infinitus in potẽtia, & bonitate: ergo summũ bonũ, ergo nõ bonũ pp aliud: ergo nõ bonũ pp Deũ, ergo nec a deo: qa uniuersa pp semetipsũ operatus est dominus. & idem est finis quod & primum principium: ergo si est infinitus, non est a deo: ergo non est effectus: & sic patet &c. ITEM. Si deus potest in effectum actu infinitum, quæro a te, utrum possit in aliud. Si nõ, ergo in agẽdo amittit potentiã, & sua potentia agẽdo debilitat. Si ergo põt in effectũ aliũ consimilẽ illi: esto q faciat, ponatur ergo: Isti duo effectus sunt consimiles in natura: ergo sunt in eodem genere: tũc habẽt aliquid plus, in quo conueniunt, & aliqua propria, p quæ differunt: ergo excedunt ab aliquo, & arctãtur per aliquod: sed oia talia sũt finita: ergo &c. ITEM. Quòd nõ possit facere infinita actu, ostẽditur: quia nõ sunt plura infinitis: ergo si produceret infinita actu, nõ posset producere plura: ergo deus est impotens: sed nihil põt facere deũ impotentẽ: ergo &c. ITEM. Vbi est infinitas actualis sm numerũ, ibi deficit status, & ordo, & distinctio: sed diuina sapiẽtia nõ patitur deum aliquid facere sine mõ, & mẽsura: ergo &c.

RESOLVTIO.

Ne quidem cum nec sibi, nec creaturæ conuenit.

RESP. Dicendum, q duplex est infinitum, s in actu, & in potentia. Infinitũ in potẽtia deus põt facere, & facit. Infinitum in actu non potest facere, nec facit. Nõ potest (inquam) facere: quia nec conuenit sibi, nec conuenit creaturæ. Sibi non conuenit: cũ enim summe bonus sit, non potest aliquid facere nisi bonum: sic ita non potest facere: nisi rem ad se ordinatam. Quoniam ergo ordo præsupponit numerum, & numerus præsupponit numerantem: quia non ordinantur ad aliud nisi numerentur: & non numerantur nisi limitatorũ: necesse fuit deũ facere omnia in numero, pondere, & mensura: nec aliter facere potuit, nec potest, nec infinita tum, nec infinita in actu. Ratio est etiam: quia hoc nullo modo conuenit creaturæ. Infinitum in actu, est a se purum: aliquin si aliquid haberet de limitatione, & arctatione: esset finitũ: sed qd est actus purus, est suum esse p essentia, & nihil tale accipit eẽ ab

ab alia essentia, nec ex nihilo: si ergo creatura, eo ipso quòd creatura aliũde est, & ex nihilo, nullo mõdo põt esse actus purus, nullo modo potest esse infinita: & si nõ potest esse una finita, nullo modo possunt esse infinitæ secundũ numerum: quia necesse est illas plures ad aliquam unam creaturam reduci: sed finitum ad infinitum reduci est impossibile: patet ergo &c. Et quod ad aliquod finitum reducantur, patet: quia nec esse est ponere ordinationẽ in creaturis, non tantũ ad deũ, sed etiam ad se inuicem. Summa ergo rationis est: quia non decet deum facere creaturam, nisi ordinem habeat, & mensuram: ratio est ex parte creaturæ: quia nec esse est omnem creaturam esse limitatam, eo quòd ex nihilo, & eo ipso, q composita est.

AD ILLVD ergo, quod obiicit, q potẽtia tanta põt in tantũ effectum, siue opus. Dicendũ, q est opus operans, & opus operatũ. Opus operans, ut creatio: opus operatũ, ut creatura. Dicendum ergo q opus operãs est infinitũ; sicut ipse creator, sed opus operatum necesse est esse finitum.

QVOD ergo obiicitur, q opus proportionatur potentiæ. Rñ. Si intelligatur de opere operante, siue de actione generaliter, uerũ est. Si autem intelligatur de opere operato, non hẽt ueritatẽ: nisi eũ causa, & effectus se hãt p unioẽ, & sunt eiusdẽ generis: hoc aut non est hic. AD ILLVD, quod obiicitur, q Deus operãt ex tota potentia. Dicendũ q agẽs ex tota potẽtia, quoddãmodo agit p natura: & hoc agit tũ quantũ põt, & tũ quantũ ad ipsum est, ubi est pductio similis. Quoddã agit p deliberationẽ, & uoluntatẽ, & tale nõ agit nisi sm ordinẽ, & quantũ nullum: unde ex eadẽ potẽtia facit magnũ, & paruũ, & sic agit Deus. AD ILLVD, qd obiicitur, q fruſtra est potentia, quæ nõ reducit ad actũ: uerum est de potẽtia, quæ cõpletur p actũ: sed diuina potẽtia nõ cõplet p actũ: & iõ nõ est fruſtra, ẽt si nõ hẽat potentiã passiuã correspondẽtẽ. Tamẽ illa ppositio nõ intelligit hîc ueritatẽ in potẽtia, quę põt hîc infinita, si intelligat, q oino reducat in actũ: reducitur tñ, & reduci põt sm partẽ: & iõ nõ est fruſtra. AD ILLVD, qd obiicit, q diuina potẽtia cũ sit infinita, debet suã infinitatẽ manifestare in infinito effectu. Dicendum, q Deus suã infinitatẽ manifestat in infinito sm potẽtiã, sicut patet: quia (sicut supra est monstratũ) interminabilis duratio manifestat uirtutẽ infinitãt: in infinito autẽ sed m actũ nõ põt manifestari simpliciter: quia nõ decet: sed p portionabiliter: quia ens infinitũ excedit nõ ens: & tñ Deus ex nihilo facit ens, inter quæ est distantia infinita. Vnde cũ diuina potẽtia dicat infinita, hoc est tripliciter; durationis æternitate, uirtutis immensitate, & effectũ generalitate, siue numerositate. Prima manifestatur per infinitũ durationẽ, qd est finitum actu, infinitũ potentia. Secũda p creationẽ de nihilo, ubi est distantia infinita p p omnimõdam impropportionẽ. Tertia manifestat partim per potentiam, partim p priuationẽ: quia tot fecit, & adhuc potest in plura: & non tot fecit, quia adhuc possit in plura: ex

men

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽ hóẽ manifestatur, alia infinitate duplici manifestatara & ita patet ꝙ non oportet, ꝙ sit infinitũ actu. Potẽ dici (sicut dictũ est) ꝙ uirtus patris manifestatur in productione uerbi, & p cõsequẽs tota uirtus diuina, cũ uirtus filii, & spiritus sancti sit una, & æquales sint in uirtute. AD ILLVD, quod obiicit de possibili, ꝙ potest poni. Dicendũ, ꝙ est possibile a potentia infinita: & possibile scdm potentiã finitam. Possibile scm potẽtiam finitã põt poni: qa ẽino põt esse ad actũ reductum: sed possibile scdm potentiã infinitã non põt poni: quia semper est in reducẽdo, & nunquã in reductum esse. AD ILLVD, qđ ponitur, ꝙ A. appelletur oẽ creabile: & quod quærit, utrum A. sit finitum, uel infinitum. Dico, ꝙ infinitum: sed non est infinitum actu: sed potẽtia: & iõ non sequitur, ꝙ si DEVS possit A. ꝙ possit in actũ infinitum. Et si dicatur: ponatur ꝙ DEVS faciat, A. Dicẽdum, ꝙ non est ponibile ratione prædicta. AD ILLVD, quod obiicitur, utrum possit potentiã continui reducere ad actum. Dicendum, ꝙ sicut potentia in continuo passiua infinita est ad diuisionẽ, sic in DEO activa infinita. Vnde sicut continuum potest diuidi in infinitum, tamen impossibile est, ꝙ totaliter sit diuisum, alioquin non esset infinitum: sic diuidere in infinitum est possibile, ad actum reducere impossibile. Et sicut impossibile est diuinam potentiam terminari: ita impossibile est, quòd sit in termino diuisionis. Vnde DEVS potest potentiam continui reducere ad actum: quia potest esse in reducendo, & semper in reducendo: ita quòd nunquam plus se extendat potentia, quàm diuina actio: sed tamen continuum nunquam potest esse in reductũ esse, sicut nec DEVS in reduxisse. Concedendum ergo, quòd impossibile est, quòd sit aliquid actu infinitum, nisi solum DEVS, & eius potentiam: & hoc est quod dicit Hugo de sancto Victore. Sicut æternitatem dei non æquat tempus, nec immensitatem locus: sic nec sapientiam sensus, nec bonitatem uirtus, nec potentiam opus. Vnde quãdo dicitur, quòd deus potest facere infinita, notatur infinitas circa potentiam, nõ circa opus. Vnde aliqui distinxerunt hanc, continuum potest diuidi in infinitum: quia illa determinatio põt determinare hoc uerbum (potest) nel hoc uerbũ (diuidi) tamen quocunque modo distinguatur, semper intelligendum est infinitatem actualẽ esse proprium solius DEI.

Hugo de S. Victore Lib. 1. de Sacram. part. 1. c. 7. Dem. sept.

QVAESTIO IIII.

An diuina potentia extendat se ad infinita?

DE infinitate diuinæ potentiæ quantum ad rationem operandi, si se extendat in infinitũ. Et ꝙ sic, uidetur. Quia quicquid deus potest, rationabiliter põt: sed põt infinita: ergo rationabiliter potest infinita: & si hoc: ergo ratio operandi ipsius potentiæ se extẽdit ad infinita. ITEM. Sicut se hẽt rõ sciendi ad scientiam, ita ratio producendi ad potentiam: sed quia diuina scientia est infinita, habet in se rationes infinitas cognoscendi: ergo cum diuina potentia sit infinita, similiter & rationes producendi, habet infinitas. ITEM. Ratio operãdi in deo non est aliud quàm bonitas, & sapientia: sed sapientia, & bonitas est infinita: ergo & ratio operandi. ITEM. Ratio operandi in deo, non est aliud ꝙ DEVS siue diuina essentia (quicquid dicat illa ratio) sed diuina essentia est infinita: ergo & ratio operandi.

CONTRA: Potentia se extendit ad opera secundũ exigentiã rõnis: nihil enim omittit de his, quę ratio exigit: ergo si ratio se extẽdit ad infinita: ergo uẽ ꝙ diuina potentia producat infinita, qđ falsum est. ITEM. Ratio operãdi est ipsa diuina iustitia: quia tam uersæ uiæ dñi misericordia, & ueritas, &c. sed iustitia nõ est nisi finitorum: ergo uidetur ꝙ ratio operãdi similiter. ITEM. Rõ operãdi est ipsa ars, & dispõ: sed dispositio nõ est nisi finitorum: ergo rõ operãdi non est nisi finitorũ. ITEM. Obiicitur de præscięntia, quæ similiter est rõ operãdi, & est in plus ꝙ potẽtia: quia respectu malorũ, & tñ nõ est respectu infinitorum. SI TV DICAS, ꝙ dispõ, uel præscięntia, uel iustitia non cõplectitur plenã rõnẽ, per quã põt operari diuina potentia. Contra. Si non totã cõplectitur: ergo diuina potentia sine his põt rõnabiliter operari: ergo possibile est deum operari præter dispositionem, præter iustitiam, & præter præscientiam: sed nullus talis operatur sapienter, nec recte: ergo &c. Restat ergo, ꝙ totam complectitur rõnem.

RESOLVTIO.

Diuina potentia potest quidem infinita, sed non agit infinita.

RESP. Dicendũ (sicut dicit Magister in litera) ꝙ rõ diuinæ potẽtiæ est finita. Et ex hoc aliqui uoluerunt diuinã potẽtia limitare, tũ qa nihil põt facere nisi ex optima rõne, nec dimittere: tum quia nihil põt facere nisi pscięs, nihil nisi iuste. & iõ cum hæc finitorum sint, utputa eorum, quę facit; dixerunt diuinam potẽtiã nõ posse alia, q̃ quę facit. Sed hęc positio est erronea, sicut ostendit Magr in litera: qa nobilitati diuinæ potentiæ derogat, eius immẽsitatem limitãdo, & dr fuisse Magistri Petri Balaardi. Rõ aũt huius stultę positionis fuit: quia ne scierunt distinguere rõnẽ potentiæ, nec actus eius. Actus.n. potẽtiæ duplex est: unus per modũ habitus. s. posse: alius per modũ actus. s. operari. Quãdo ergo quęritur, utrũ rõ diuinæ potentię sit infinita. Dicendum, ꝙ sicut duplex est actus: ita etiam dupliciter põt accipi rõ respectu actus: qui est posse. Accipitur. n. ratio in habitu. s. diuina scientia, & diuinæ bonitatis condecentia: Et hęc rõ extẽdit se ad infinita, quẽ admodum & ipsa potentia respectu actus, qui est posse. Respectu uero actus, qui est facere, accipitur ratio in actu. s. diuina dispositio, siue præscientia, & meritorum exigentia: nihil. n. facit, nisi quod disponit: nihil etiã retribuit nisi scm ꝙ merita exigũt, qñ retribuit: qa nullã rẽ gubernat, nec regit aliter, q̃ naturaeius siue iustitia naturalis exigat.

ET SECVNDVM hanc distinctionem patet responsio ad primo quæbitum, & rationes inductas: quædã enim procedunt secundũ unã uiam, quędã scm aliã. AD ILLVD, qđ postea obiicitur de iustitia. Dicẽdũ, ꝙ iustitia scm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd dicit condecentiam diuinæ bonitatis,& potestatis;sic est generalis ratio, quæ complectit totum posse. Sed inquantum cõnotat exigentiam a parte meritorũ,sic nõ cõplectit totũ posse, nec totũ agere. Inquãtũ uero cõnotat condecẽtiam bonitatis respectu cuiuslibet operis in actu, sic complectitur agere;sed posse non. Dispositio similiter,& præscientia agere cõplectuntur; sed non posse; sed agere est respectu finitorum, sicut & illa sunt: sed posse respectu finitorum. Quod ergo obijcitur tunc, q̃ deus potest sine eis rationabiliter operari. Dicendum, quòd falsum est, nec sequitur ex illo. Quamuis enim deus non possit plura, quàm uelit,tamen non põt operari sine uoluntate, cum nihil possit facere,quin possit uelle,si cut & præscire, & disponere. Necesse est enim potentiam exequentem illis adæquari, scilicet dispositioni,& uoluntati:sed nõ oportet de potentia,ut potẽtia & ideo non sequitur,ut possit facere sine illis.

DISTINCTIO XLIIII.

De potentia Dei in comparatione ad modum siue qualitatem rerum.

NVNC illud restat discutiendum,utrũ melius aliquid possit facere,quàm facit. Solent.n. scrutatores dicere,quòd ea quę facit Deus,non põt meliora facere:quia si posset facere,& nõ faceret. inuidus esset,et non summe bonus. Et hoc ex simili astruere cõnãtur:ait.n. Aug. in Lib. 83 .q. Deus quẽ genuit,quoniã meliorẽ se generare non potuit(nihil enim deo melius)debuit æqualem. Si.n. uoluit,& non potuit,infirmus est. Si potuit, & noluit,inuidus . Ex quo confirmatur æqualem genuisse filium. A simili uolunt dicere,quod si potest Deus rẽ meliorẽ facere quàm facit,inuidus est. Sed non ualet huius similitudinis inductio:quia filiũ genuit de substãtia sua. Ideoq; si posset gignere equalẽ,& non gigneret,inuidus esset:alia uero,quæ non de substantia sua facit, meliora facere potest.

Quæst. 51. ch. 3 contra Maximinum 6.18.

Quæstio, qua illi arctantur.

Verum hic ab eis responderi deposco, cur dicunt rem aliquam siue etiam rerum uniuersitatem, in qua maior consummatio expressa est,non posse esse meliorem quàm est:siue iõ quia sũmè bona est,ita ut nulla oĩno boni pfectio ei desit: siue iõ,quia maius bonũ,q̃ ei deest,capere ipsa nõ ualeat.

Aug. super Genes. ad l.lib.4 c.14.

Sed si ita summe bonum dicitur, vt nulla ei perfectio bonꝰ desit,iam creatura creatori æquatur. Si uero ideo non potest melior esse:quia bonum amplius quod ei deest, capere ipsa non ualeat:iam hoc ipsum non posse defectionis est,non consummationis:& potest esse melior si fiat capax melioris boni,quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo deus meliorem rem facere quam facit. Vnde Aug. super Gene. Talem potuit deus hominem fecisse,qui nec peccare posset, nec uelle:& si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex prædictis constat,quòd potest Deus,et alia facere quàm facit,& quæ facit meliora ea facere,quàm facit.

Vtrum alio, uel meliori modo possit facere quàm facit.

Post hæc considerandum est,utrum alio modo,uel meliori quam facit,possit ea facere quæ facit. Si modus operationis ad sapientiam opificis referatur, nec alius nec melior modus esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter,uel melius quàm fecit,ideſt alia sapientia,uel maiori sapientia; nihil enim sapientius potest facere quàm facit. Si uero referatur modus ad rem ipsam,quã fecit Deus, dicimus quia & alius,& melior potest esse modus. Et secundum hoc concedi potest:quia ea quæ facit,potest facere melius,& aliter quam facit: quia potest quibusdam meliorem modum existendi præstare,& quibusdam alium. Vnde Aug. in 13. Li. de Trin. dicit,quòd fuit & alius modus nostræ liberationis possibilis deo,qui omnia potest:sed nullus alius nostræ miserię sanandæ fuit conuenientior. Potest ergo Deus eorũ quæ facit quædam alio modo meliori,quædã alio modo æque bono,quædam etiam minus bono facere quàm facit:ut tamẽ modus referatur ad qualitatem operis,id est,creaturę,non ad sapientiam creatoris.

Vtrum Deus semper possit omne,quod olim potuit.

Præterea quæri solet , Vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit . Quod quibusdam non uidetur dicentibus, Potuit Deus incarnari,& potuit mori,& resurgere, & alia huiusmodi, quæ modo non potest . Potuit ergo quæ modo non potest,& ita habuit potentiam , quam modo non habet,vnde uidetur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: quia sicut omnia semper scit quę aliquando sciuit, & semper vult quæ aliquando noluit, nec unquam aliquam scientiam amittit, nec uoluntatem mutat, quam habuit: ita omnia semper potest quæ aliquando potuit, nec unquam aliqua potentia sua priuatur. Non est ergo priuatus potentia incarnandi vel resurgendi, licet non possit modo incarnari, uel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita & pōt modo incarnatus esse, in quo eiusdē rei potētia monstratur. Vt enim olim sciuit se resurrecturum, & modo scit se resurrexisse: nec est alia scientia, illud olim sciuisse, & hoc modo scire; sed eadem omnino: & sicut voluit olim resurgere, & modo resurrexisse, in quo unius rei uoluntas exprimitur: Ita potuit olim nasci, & resurgere, & modo ipse potest natus fuisse, & resurrexisse: & est eiusdē rei potentia. Si enim posset modo nasci, & resurgere, non esset idem posse. Verba enim diuersorum temporum diuersis plata tēporibus, et diuersis adiūcta aduerbijs eundē faci ūtsensum: ut modo loquentes dicimus, iste potest legere hodie: eras autem dicemus, ille potest legisse, uel potuit legere heri: ubiq; unius rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes eiusdem temporis uerbis & aduerbijs utamur, dicentes hodie: iste potest legere hodie, & dicentes eras, iste potest hodie legere: non idem: sed diuersa dicimus eum posse. Fatea mur ergo Deum semper posse quicquid semel potuit, id est, habere omnem illam potentiam quam semel habuit, & illius ois rei potentiā cuius semel habuit, sed nō semper posse facere omne illud quod aliquādo potuit facere, potest quidē facere, aut fecisse aliquando quod potuit. Similiter quicquid voluit & nult, id est, omnem quam habuit uoluntatem, & modo habet: & cuiuscunque rei uoluntatem habuit, & modo habet: non tamen uult esse, uel fieri omne quod aliquando uoluit esse, uel fieri; sed uult fuisse, uel factum esse. Ita & de scientia dei dicendum est.

SVPRA egit Magister de potentia in comparatione ad possibile secundum substantiam, & quantitatem. Hic tertio agit de potentia quantum ad modū, siue qualitatem rerum. Et hæc pars habet duas partes. In prima agit Magister de potentia quantum ad qualitatem possibilium, quæ quidem est maior, & minor bonitas. Secundo, quantum ad qualitatem potentiæ, quæ quidem est immutabilitas; ibi. *Praterea quæri solet, utrū deus &c.*] Prima pars habet duas. In prima quærit utrum deus potuerit aliq̄d melius facere, quā facit. In secūda: utrum res, quas fecit, possit facere meliori modo, uel alio modo. & hoc ibi. *Hoc hic considerandum est &c.*] ubi agit quantum ad modum. Similiter secunda pars, ubi quærit de diuinæ potentię immutabilitate, quærens utrum deus possit quicquid potuit, habet duas. In prima quærit, utrum deus semper possit omne, quod olim potuit: & opponit quod non possit. In secunda uero soluendo, contrarium asserit ibi. *Ad quod dicimus &c.*]

1. *Non valet huius similitudinis inductio &c.*] Videtur rñsio ista non esse sufficiens. Nam inuidia potest attendi respectu diuersi in substantia, & natura: sicut Angelus inuidet homini: ergo pp hoc non excluditur inuidia a deo respectu creaturæ. Respon. Dicēdum, q̄ ad inuidiam ista duo concurrunt, possibilitas s. ad æqualitatem, & exigentia rei factæ; non enim inuidet aliquis alicui, nisi quia parificatur ei aliquis, uel excedit: uel quia timet ne parificetur. Item. Artifex non dicitur inuidus, nisi quando non facit rem secundum q̄ exigit. & ipse pōt: & pp hoc, quia ex parte rerum non erat exigentia, & quia in nullo poterāt parificari: ió qualescunq; faceret, non conuincit in deo esse inuidia: et si nullas res faceret: sed in filio dei erat potentia ad æqualitatem, & ulterius exigentia, pp hoc q̄ erat de substantia patris. Hinc est q̄ non est simile, ut dicit Magr, & est rñsio eius bona: ponit. n. añs pro consequente, nō quia uelit dicere ip inuidia sit solum, uel possit esse respectu similis in natura: sed pp rōnem prædictam exigentiæ. s. & æqualitatis; quę erant in generatione filii; quia erat de substantia patris.

Talem potuit deus hominem facere se, qui nec peccare posset, &c.] Videtur dici contrarium ei, quod dr Eccl. 31. Potuit transgredi, & non est transgressus, hoc dicit in laudē sancti uiri. Et Aug. ipse dicit, super Gen. ad literā, q̄ meliores iudicauit deus homes, si ei liberaliter deseruirent. Et iterū in Lib: de Ciui. Dei dicit, q̄ melior est substantia quę peccare pōt, q̄ quæ non pōt. Resp. Dicendum, q̄ melius dr dupl̄r, aut simpl̄r, aut in ordine ad finē. Si simpl̄r loquamur, melior est homo confirmatus in gra, q̄ potens labi. Si in ordinatione ad finem, quæ quidem consistit in perueniendo, sic melius fuit facere hominem i libertate peccandi: sed tamen primum melius est simpliciter: hoc autem est melius secundum quid. Et ideo uerbum Augustini. [simpliciter loquendo] habet ueritatē: Quod autem dicitur de uiro iusto, laus accidentalis est, siue quantum ad gloriam accidentalem. Constat enim Christum non potuisse peccare, & ſſi erat glorioſisſimus. Sīr intelligendū est uerbum illud Aug. sup Gen. Sed q̄ dicitur, quod melior

Dub. 2.

Li. 12. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lior est natura quę potest peccare, quam quæ non potest. Dicendum, ꝙ non posse peccare est duplici de causa, aut quia caret uoluntate, aut uertibilitate uoluntatis. & primo modo intelligit Aug. non secundo.

Dub. 3. *Potuit deus & alia &c.*] Innuit Magister quod hominem potuit deus meliorem facere q̃ fecit. Contra, uidetur istud non habere ueritatem in omnibus, & specialiter in Christo, quem uidetur nullo modo posse facere meliorem per illud, quod dicitur Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen. Item. Io. 3. Datus est ei spiritus non ad mensuram: ergo quia nullo modo potuit deus dare Christo plus de spiritu: ergo nõ potuit eum facere meliorē. Resp. Dicendum, ꝙ Magister loquitur de uniuerso, & eius partibus, & qñ Christus nec est de uniuerso, nec est eius pars: iõ non habet locum in ipso. Verumetiam adhuc in Christo habet dubitationem: si enim quicquid habet humanitas Christi, finitum est: ergo cum deus possit supra omne finitum, posuit maius. Et iterum. Christus factus fuit passibilis, & mortalis, & potuit fieri immortalis. Et propter hoc dicendum, ꝙ tripliciter est loqui de Christo, aut quantum ad unionem, aut quã cum ad gratiam singularis personæ: aut quantum ad proprietates naturæ. Si quantũ ad unionem, nec deus potest plus dare, nec creatura recipere, ꝙ unionis gratia ex parte alterius extremi est dignitatis infinitæ. i. ꝙ homo sit deus: quantus ex parte humanitatis quicquid est ibi, sit finitum: & ita non ponitur limitatio ex parte Dei; nec ex parte creaturæ capacitas infinita nisi per unionem, uidelicet, quia unitur homo bono infinito, ita ꝙ homo est Deus, qui est bonitatis infinitæ. Si autem loquamur quãtum ad gratiam singularis personæ, sic concedẽ dum quod deus potuit plus dare: sed rationalis creatura non potuit amplius recipere: non quia capacitas animæ a gratia per collationem gratiæ minuatur, quia nec minuitur, nec augetur: sed consummatur, & cõpletur: & ideo non est possibilis ad amplius. Si autem loquamur quantum ad proprietates naturæ, sic deus plus potuit de bonitate dare, & rationalis creatura recipere, quantum ad ea scilicet, quæ sunt corporis: quia nũc plura habet quam quando factus est: sed non potuerunt fieri & saluti nostrę effici cõgruẽtiores: nunquam enim salus nostra potuisset per substantiam incorruptibilem, & immortalẽ ita reparari sicut per mortem, & passionem eius reparata est: Patet ergo quomodo melior potuit esse Christus, & quomodo non. Item obiicitur de Beata Virgine. Videt enim quod non potuerit fieri melior, quia Anselmus de Conceptu uirginali dicit. Decebat quod illius hominis conceptio fieret de matre purissima, qua puritate maior nequit sub deo intelligi: ergo uidetur ꝙ non potuit fieri melior, & tñ ipsa fuit pars uniuersi. Itẽ. Supercos choros Angelorum exaltata est in gloria: ergo facta ẽ i sũma gratia. Respo. Dicendum, ꝙ est loqui de Beata Virgine quãtum ad tres conditiones, scilicet quantum ad gratiam conceptionis, quantum ad gratiam iustificationis, quantum ad naturam corporis. Si quantum ad conceptionem prolis: sic quia fuit mater dei, quo nihil nobilius cogitari potest, & mater nobilissimi filii, sic tantam habuit bonitatis dignitatẽ, quod nulla mulier amplius capere potuit. Si enim omnes creaturæ quantuncũque ascenderent in gradibus nobilitatis, essent præsentes, omnes deberent reuerentiam matri Dei. Si autem loquamur quantum ad gratiam iustificationis: tantam habuit quantam pura creatura humana, siue rationalis, quę facta est sic, recipere potuit. Si quantum ad corpus: naturalia optima habuit, secundum quod fini competens fuit: simpliciter tamen meliora potuit recipere, & deus dare. Et ita patet quod in nullo loco creato habet instantiam hoc uerbum Magistri, quod deus ea quæ fecit, potuit facere meliora. Patet quod aliquibus capacitatem gratiæ compleuit, & impleuit: sed in Christo per omnem modum: in matre secundum quod capit pura creatura rationalis in sexu fœminino, quantum ad ea quæ spectant ad corpus; & in anima humana quantum ad ea quæ sunt gratiæ.

ARTICVLVS 1.

QVAESTIO I.

An deus potuerit facere mundum meliorem quò ad substantias partium integrantium

AD præsentis intelligentiam distinctionis, quæritur de modo, siue qualitate diuinæ potentiæ. Et circa hoc quęruntur principaliter duo. Primo quęritur, utrum mundũ deus potuerit facere meliorem. Secundo quæritur de immutabilitate diuinę potentiæ, utrum quod semel potest deus, semper possit. Circa primum quæruntur quatuor. Primo quæritur utrum deus potuerit facere mũdum meliorem quò ad substantiam partium integrantium. Secundo utrum potuerit ipsum facere meliorem quo ad partiũ integrantium proprietates. Tertio quęritur, utrum potuerit facere mundum meliorem quantum ad ordinem. Quarto, utrũ potuerit facere mundum antiquiorem.

QVOD Potuerit facere mundum meliorem quo ad substantiam partium integrantiũ, ostenditur sic. Partes integrantes mundum sunt finite bonitatis & intensiue & extensiue: sed omni finito potest aliquid maius, & melius cogitari: sed deus plus potest facere, quam homo possit intelligere: ergo &c. SI TV dicas quod mundus non potuit amplius capere: hoc non soluit, quia Deus facit capacitatem: ergo maiorem potuit capacitatem dare, cum eius potentia sit infinita. ITEM. Suprema

Universidad de Deusto
Biblioteca

creatura in uniuerso est finita: ergo distat a deo in infinitū: sed in distantia infinita est ponere gradus infinitos: ergo ultra bonitatem creaturarū est intelligere creaturas, gradus bonitatis habentes, & ex his potuit integrari mundus: ergo &c. ITEM. Constat quod deus potuit facere mundum ex partibus maioribus mole, ut cœlum amplius, & terram latiorem: ergo si potuit facere maius mole eadem ratione, & maius uirtute; & si hoc: ergo simpliciter melius. ITEM. Materia secundū se totam capax est formæ nobilissimæ, ut patet: si ergo deus dare potuit tori, quod natura materię potuit capere, ergo potuit dare toti materiæ, & omnibus partibus perfectionem formæ nobilissimæ, utputa rationalis naturæ: ergo potuit facere mundum, qui constaret ex solis substantiis rationalibus: & si hoc, tunc mūdus hēret oēs partes ꝼm substantiam meliores ergo &c.

CONTRA. Aug. in lib. de lib. arb. Quicquid in uera ratione melius tibi occurrerit, scias fecisse Deum bonorum omnium conditorem: non esse autem ꝙ uera ratione cogitas, non potest. Neque enim tu potes aliquid melius in creatura cogitare: quod creaturæ artificem fugerit: ergo non potest aliqua creatura a nobis cogitari, quæ non sit de constitutione mundi. ITEM. Aug. 9. Confes. Duo fecisti domine, unum prope te, aliud prope nihil. s. angelicam creaturam, & materiam primā: sed non potest maior ambitus cogitari quam a propinquitate dei ad nihil: ergo non potuit fieri mundus, qui natus est ample cti plures naturas rerum: ergo non potuit mūdus fieri melior quantum ad capacitatem. Sed constat capacitatem illam non esse uacuam quantum ad aliquem gradum, alioquin nec mundus perfectus esset, nec uniuersum perfectum dici posset: ergo nec iste plus capere, nec alius capacior potuit fieri. ITEM. Materia prima est creata in omnimoda possibilitate & in perfecta obedientia respectu creatoris: ergo si capacitas ipsius materiæ attenditur secundum suam possibilitatem, & obedientiam, quam habuit ad deum, & in summa possibilitate, & in summa obedientia est creata: ergo mundus quantum ad capacitatem non potuit fieri melior: si ergo dedit deus unicuique, quātum capax erat: ergo nullo modo potuit fieri melior. ITEM. Quantuncunque creatura fiat bona, necesse est esse finita: ergo necesse est aliquando ponere statum, ita quod creatura nullomodo possit fieri melior, in nullo derogando diuinæ potentiæ: sed qua ratione statur in aliqua specie creaturę, statur in suprema specie creaturæ spiritualis: nulla ergo creatura uel speciei potest illa fieri nobilior, & si optimum in genere ē melius optimo in alio, & simpliciter hoc illo melius: ergo si optimū in uniuerso est optimum omnis creaturę quę possit esse creatura; & simpliciter mundus iste est ita bonus, quod eo non fieri potest melior.

RESO-

RESOLVTIO.

Vtique quantum ad augmentum: sed non quantum ad specificam gradus nobilitatem.

RESP. Dicēdum, ꝙd excessus bonitatis substantialis in rebus potest attendi dupliciter.

Aut quantum ad essentiarum nobilitatem & gradus, ꝼm ꝙ dicitur quod species hois melior est, & nobilior specie asini. Aut quantū ad esse, ꝑut concernit additionem, siue augmētum; sic dicitur quod marca auri melior est uncia, non quia nobiliorem hēt formā, uel essentiam, sed qa plus habet de auri substantia, ac per hoc de bonitate & ualore. Quando ergo quæritur, utrum Deus potuerit mundum facere meliorem quantum ad substantiam partium. Si tu intelligas de excessu quantum ad primū modum, ꝙ mundus constaret ex nobilioribus essentiis. Dico, qd̄ idem mundus qui est nunc, nō potuit fieri melior, quia non esset iste, sed alius: sicut iste, qui factus est homo, fuisset factus asinus, non esset ille, qui est; quia cum posse eius non est arctatū, nec limitatū, non uideo quare nō potuisset mundū meliorem facere hoc genere melioritatis. Si autem intelligas quātum ad secundum modum, sic dico, qd̄ non solum alium, uerum etiam hunc potuit facere meliorem sicut & maiorem: & si fecisset, nō esset alius: sicut posset facere ꝙ iste puer esset ita magnus ut gigas, & plus haberet de substātia & uirtute, & tñ non esse alius q̄ est. Concedo ergo rationes pro bantes, quod Deus simpliciter potuit alium mundum quantū ad substantiam partium fecisse meliorem, & etiam quantum ad magnitudinem partium & uirtute: minon tamen quantū ad essentiarum nobilitatem maiorē.

ET HOC uult Aug. dicere in præmissa auctoritate de lib. arb. ꝙ nulla essentia nobilior potest cogitari esse in hoc mundo rationabiliter, quę non sit ibi. Nā si cogites meliores esse partes, aut secundum totum, aut ꝼm partem. Si secundum totum: iā nō istum mundum cogitas, sed alium. Si secundum partem: tūc ergo tollis ordinem, & perfectionem de hoc mundo: ut si cogites quod deus fecisset lunam ita lucidam ut est sol, uel terra sicut cœlum, non rationabiliter cogitas, qa perimus uniuersum: non enim esset omnia, si essent æqualia. & hoc est quod dicit Aug. in lib. arb. Non est uera ratio, sed inuida infirmitas, cum aliquid melius faciēdum fuisse cogitauerimus: iā nihil aliud in ferius fieri uelle: tanquam si perfecto cœlo, nolles terram factam esse: utiq; omnino inique cogitares. Et sic patet, ultimam obiectionem quo ad secundam partem esse sophisticam, pro eo quod non competebat uniuerso ut materia secundum se totā perfecta esset forma nobilissima

Ad. 24. q. 83. q. 4.

AD ILLVD ergo, ꝙ obicitur, in contrarium per auctoritatem Aug. de lib. arb. iam patet respōsio, quia intelligit de hoc mūdo, & de melioritate ꝼm essentiam, ut patet ex textu. AD ILLVD, qd̄ obicitur, quod summa distātia est in uniuerso. Dicēd. ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

[prope Deum] potest dupliciter intelligi. s. quantum ad immediatã receptionem & conuersionem in deum, aut quantum ad summam imitationem, & assimilationem. Primo modo est natura angelica prope deũ, simpliciter loquendo, sed secundo modo non nisi in comparatione: quia magis est dissimilis q̃ similis, & plus deficit quam exprimit, imo infinitis gradibus distat, & ideo maior propinquitas est nobis cogitabilis, & deo possibilis, quamuis nunc non sit.

AD ILLVD, q̃ obiicitur q̃ materia prima est creata in omnimoda possibilitate. Dicendum, quòd possibilitatem obedientię deus in nulla creatura complet totaliter, quia hoc est secũdum omnimodum imperium creatoris: sed complet capacitatem & possibilitatem ut disponatur p alias dispositiones; & sic deus complet materiam, quia eius capacitatem debitis dispõnibus limitauit, & illas formas completiuas & perfectiuas adiunxit, ita q̃ nihil dimisit in completum. Quis tamen audeat dicere, quin deus nobilius disponere, & nobilioribus formis perficere posset, secundum suæ sapientiæ & potentię infinitatem. Q̃ ergo dr, dedit unicuique beatitudinem, quantum erat capax: hoc intelligitur de capacitate non prout dicit longinquam possibilitatem, & obedientiam respectu creatoris: sed prout eũ hoc dicit dispónem, & exigẽtiã; & hac constans est deũ potuisse maiorem facere. AD ILLVD, q̃ obiicitur, q̃ in creaturis necesse est stare. Dicendum, q̃ sicut numerus semper hẽt statũ in actu, tamen nunquam est dare statũ aliquem, ultra quem diuina potentia non possit se extendere, sic intelligendum est in magnitudine molis, & bonitatis: quòd quantumcunque sit in creatura status, & semper, quia finita benę agit Deus hucusque, ita q̃ non agit amplius: sed quin possit amplius, nunquam est dare ut credo: & ideo si alium mundum meliorem hoc fecisset; ad huc erit ultra quærere, quare non fecit meliorem cum possit: & sic procedẽdo ulterius, & ita talis quæstio est irrationalis: & solutio nõ potest dari nisi hæc, quia uoluit, & rationem ipse nouit. Attamen si non fecisset, nemo potest arguere: quia hoc totum q̃ fecit, fuit gratia: nec erat aliqua exigẽtia, rõne cuius posset poni in eo fuisse indiuidia.

QVAESTIO. II.

An mundus melior fieri potuerit quantum ad partium integrantium proprietates.

VTRVM mundus potest fieri melior quantum ad partiũ integrantium proprietates. Et q̃ sic uidetur Esa. 33. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis sicut lux septem dierum: hoc erit: ergo potest esse; ergo deus põt condere: & ita de aliis corporibus: & si hoc, essent utique res meliores: ergo &c. ITEM. Aug. super Gen. ad literam, & Magr adducit hanc auctoritatẽ. Potuit [inquit] deus tale facere hoĩem, qui nec peccare uellet, nec posset: & si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse, ergo &c. ITEM. Melior ẽ proprietas incorruptibilitatis, & quietis, q̃ corruptionis, & motus: sed oĩa, quæ fecit Deus, aut fecit cotruptibilia, aut aliquo mõ mobiliatergo oĩa potuit facere meliora. ITEM. Si nõ potuit creaturæ fieri meliores, hoc fuit, aut quia Deus non potuit dare plus: aut quia creaturæ nõ potuerunt plus capere. Si quia Deus non potuit amplius dare: ergo diuina potentia est limitata. Si quia creaturæ non potuerunt amplius capere. Cõtra, uidemus tota die creaturam meliorari, & deteriorari, salua substantia, & capacitate: ergo &c. Contra. Optimi est optima producere, sicut dicit Dyonisius: sed optimo non potest esse melius: ergo si Deus cum sit optimus, produxit res optime: patet ergo &c. ITEM. Plato addit rationem, porro quia optimus est, ab optimo uero oĩs inuidia relegata erat: & ideo dedit unicuique creaturæ tm̃ de bonitate, quãtum potuit capere. SI tu dicas, q̃ Platonis uerbum nõ ualet, quia inuidia non est respectu inferioris. Contra. Aug. sup Gen. ad literam. Si bona facere non posset, nulla esset potentia. Si posset, sed nollet, magna esset inuidia: ergo pari ratione, si posset facere meliora & nollet; esset inuidus. ITEM. Ratione uĩ: quia omne agens ex tota sua substantia facit rem optimo modo, quo põt fieri, si potentiam eius nihil oĩno ipedit: sed Deus est agens ex tota sua potentia in omni sua actione: & potentia eius nullam habet indigentiam, neque resistentiam: ergo quicquid facit, ita bonũ facit, q̃ nullo mõ põt fieri melius. ITEM.

Hæc est uera per se: bonum est diffusiuum sui: ergo magis bonum, magis diffusiuum, & maxime bonum, maximè diffusiuũ: sed Deus est agens maximę bonitatis: ergo maximè se diffundit: ergo uidet quod unumquodque optimum facit, & quantum ad substantiam, & quantum ad proprietates.

RESOLVTIO.

Potuit absolutè: ut non quantum ad finem, uel ad mutuam relationem rerum.

RESP. Dicendum, q̃ cum quæritur de melioritate partiũ uniuersi, potest quæri quantum ad duplex genus partium. Aut quãtum ad partes manẽtes, sicut naturas intellectuales, rõnales, cęlestis, & elemẽtaris: aut quantũ ad partes transeũtes. Sic sine distinctione concedo q̃ possunt, ut in pluribus quantum ad proprietates fieri meliores: quia non sunt substantia uniuersi, nec sunt a solo Deo, sed a Deo simul operante cum agente particulari, quod impeditur, & deficit. Si autem intelligamus de partibus, quæ sunt de cõstitutione, & integritate mundi a Deo, & immediate: cum ergo quæritur utrũ potuerunt fieri meliores quantum ad proprietates? Distinguẽdum est: quia aut loqueris de ipsis absolutè, aut de ipsis in relatione ad finem. Si de ipsis absolute: patet q̃ meliores conditiones potuerũt hre. Si de ipsis in relatione ad inuicem, uel ad finẽ, optimas habuerunt proprietates: quod patet, quia sicut dicit Aug. Meliores iudicauit Deus homines si ei liberaliter deseruirẽt. Similiter melius fuit q̃ oẽs homi-

D. Tho. 1. p. q. 25. ar. 6. ct. 2. contra gen. c. 16. & 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines essent ex uno, & ita q̃ haberent corpus aptale, & ſm exigentiam eius necesse fuit alias creaturas corporales disponi in motu, & corruptibilitate.

EXHIS patent rationes inducte ad primam partem, procedunt enim de proprietatibus rerum secundū se consideratarū. AD ILLVD q̃ obiicit, in contrarium de Dionysio. Dicendum, q̃ illud intelligitur ſm ordinē, sicut iam patebit. AD ILLVD, q̃ obiicitur, de Platone. Dicendū, q̃ non habet ueritatem, nisi intelligatur saluo ordine uniuersi: & hoc quantum ad bonitatē essentialem, considerata dispositione in materia: nec ratio sua est necessaria, sed solum persuasio in simili: sicut in homine q̃ potest alii benefacere, & non facit: q̃ ex hoc iudicatur inuidia: & frequenter dimittit propter inuidiam: ēc qui caret inuidia, ēcō uerso facit: & sic intelligitur uerbum Aug. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ agens ex tota potētia producit optime. Dicendū, q̃ agens ex potentia tota, quodcunq; agit ſm impetum, quoddā ſm artem, & sapientiā. Et quod ſm impetum agit, facit quanto melius potest. Quod agit ſm artem, & sapientiam; agit quantū uult, & quantum congruit, saluo ordine, qa sapiētis est ordinare. Ideo quædā facit bona, quædam meliora, quædam optima; & sic patet q̃ illud non sequitur AD ILLVD, quod obiicit, quod bonum summum summe se diffundit. Dicendum, q̃ hoc uerū est de diffusione naturali, sed de uoluntaria, siue a proposito nō est uerum. Primo modo est diffusio in productione personarum: secundo modo in productione creaturarum.

QVAESTIO III.

An Deus potuerit facere mundum meliorem quantum ad partium ordinem?

VTRVM Deus potuerit mundum facere meliorem, quātum ad ordinem partium. Et q̃ non, primo uidetur auctoritate Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erāt ualde bona. Glo. Aug. Singula quęque bona i sc; sed in uniuerso optima: sed optimo nihil est melius: ergo &c. ITEM. Aug. dicit, quod quamuis alius modus nostræ liberationis esset Deo possibilis, nullus tamen fuit nostræ leuandę miseriæ congruentior: sed sicut Deus fuit sapientissimus redemptor, ita & sapientissimus conditor: ergo si ordinatissime redemit, ita quod nullus modus melior, uel congruentior esse potuit: ergo similiter se habuit in faciendo res: & sic patet &c. ITEM. Si consideramus ordinē elementorum in mundo, cōstat ea optime esse ordinata: unde non potest cogitari, quod illa quatuor corpora ordinentur melius, siue secundū qualitates, siue ſm formas nobiles, siue ſm proportiones numerales, sicut ligant 8. & 39. q̃ sunt duo primi numeri solidi quadrati, ligantur per duos intermedios, scilicet 12. & 18. ergo &c. ITEM. Sapientis est ordinare: ergo summe sapientis summe, siue optime ordinare: ergo Deus res ita bene ordinauit, quod nullo modo potuit ordinare melius.

13. de Trin. c. 10.

1. Metaphis. prooe.

SED

SED CONTRA. Ordo ille est bonitatis finitæ, ergo si sapiētia Dei est infinita, & infinitum excedit finitum, ergo Deus sciuit melius ordinare: sed q̃quid sciuit potuit &c. ITEM. Melior est, & nobilior ordo, in quo nulla cadit inordinatio, quam in quo cadit: sed in uniuerso cadunt multæ inordinationes, & deformitates: ergo alius ordo potuit fieri melior. ITEM: Quod ꝓpinquius est fini, melius est ordinatum: ergo si omnia sunt optime ordinata, omnia sunt æqualiter coniuncta fini: ergo omnia participant beatitudinem: quod absurdum est. ITEM. Bonitas ordinis pender ex bonitate partium, sicut respectiuum ab absoluto: sed res secundum esse absolutū non sunt optimæ: ergo nec in ordine.

RESOLVTIO.

Partes primariæ & substantiales uniuersi melius nullatenus ordinari potuere. Secundariæ uero & corruptibiles similiter & in relatione ad finem optimè ordinata sunt: absolute autem, & ut nunc nequaquam.

RESP. Dicendū, quod est ordo partium in toto: & est ordo partium in fine. Primus ordo respicit sapientiam: secundus ordo respicit bonitatē. Et sunt isti duo ordines ita coniuncti, ut unus alteri conformetur: & ordo partium in uniuerso, est propter ordinationem ad finem. Si autem loquamur de ordine partium in uniuerso: aut hoc est quantū ad partes primas & substantiales: & sic absque distinctione optimè sunt ordinatę: ita quod melius ordinari non potuerunt: quia in eis consistit ordo substātialis, & pulchritudo uniuersi immutabilis. Vel quantum ad partes corruptibiles, & remotas, & hoc dupliciter. Aut ut absolute, & ut nunc: & sic potuerunt melius ordinari, & aliquādo erunt melius ordinatæ. Aut simpliciter & in relatione ad finē, & sic sunt res optime ordinatæ i uniuerso, ſm qđ conuenit ordini in finem. Similiter optime ordinatę sunt res in fine, saluo ordine uniuersi. qa uniuersum est tāquam pulcherrimum carmē, quod decurrit secundum optimas consonantias, aliis partibus succedētibus aliis, quousque res perfecte ordinētur in finē. Vnde sicut in productione rerum manifestatur potētia: sed in comparatione, siue in ordine non entis ad ens, ostenditur: summa potentia ex nihilo: sic ordo rerum in uniuerso in se ostendit sapientiam, & ordo ad finem bonitatem: sed in comparatione unius ad alterum, ostendit summa sapiētia, & summa bonitas: qa nihil pōt hūc ordinē deordinare, sicut melius infra patebit. Cōcedēdę ergo sunt rōnes, pbātes, q̃ res sunt optime ordinatę: qa respiciūt utrunque ordinē.

Ex Aug. 11. de Ciui. Dei. c. 18.

AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ sapientia est infinita. Dicēdū, q̃ quamuis sapiētia est infinita, tamē res non sunt capaces nisi ordinis finiti: & ipsa sapientia summa, summum dat ordinem, quē habere possunt. AD ILLVD qđ obī, q̃ in uniuersum cadit inordinatio. Dicendum quod si consideremus hos ordines. s. ad finem in uniuerso, ita se adinuicem complectuntur, q̃ non pōt ibi esse inordinatio. AD ILLVD, quod obiicit de propinquitate.

Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicendum, ꝙ hoc est uerum secundū propriā ordinationē: sed secūdum decursum uniuersi necesse est quod res sit primo longe a fine, & post appropinquet.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ ordinis bonitas pendet ex partibus. Dicendum, quod sicut aliqua contingētia in se habēt esse absolutum contingens, scilicet ordinem necessarium: sic & in proposito intelligendum, quod quamuis aliquid nō sit optimū, in se tamen optime ordinatur. Et exēplum huius patet in partibus corporis, & in re artificiali, in qua est consonantia, & harmonia, sicut in cithara. Quamuis enim nobilior sit situs oculi quam pedis: tamen si considere mus utrunque secundum suum officium: tam oculus, quam pes optime situati sunt in toto: ita quod nec oculus melius pede, nec econuerso, & ita dicit Aug. super Ioannē: quod sicut Angelus optime in cœlo: ita uermiculus optime in imo, siue in terra. Et similiter apparet in cithara: possunt enim omnes cordæ ita proportionari, ꝙ si aliqua tenda tur, ut detur ei melior sonus, nū quam remanebit consonantia. Similiter dictiones possunt ordinari ad faciendum uersum: ita quod ex illis dictionibus impossibile est fieri uersum melius ordinatum sic in proposito intelligendum.

QVAESTIO IIII.

An Deus potuerit facere mundum antiquiorem?

VTRVM potuerit facere mūdum antiquiorem. Et qd sic uidetur 2. Petr. ult. Mille anni apud Deum, sicut una dies. Et i Psal. 89. Mille anni antē oculos tuos tanq̄ dies hesterna, q̄ præteriit, pari rōne centum millia annorū: ergo si Deus potuit facere mundum ante diem hesternam, potuit per centum millia annorum ante: & si hoc, esset antiquior: ergo &c. ITEM. Diuina potentia, & operatio non depēdet nec a materia, nec a tēpore: ergo qua rōne pōt in uno instāti, pōt in alio: sed qua rōne in posteriori, eadē rōne in prioriti & si hoc, mūdus potuit fieri antiquior: ergo &c. ITEM. Diuina essentia, & potētia fuit ante tēporis principiū, aut ergo fuit potēs producere ante, aut non. Si non: ergo erat impotens. Si sic ergo potuit facere mundū, ante quā faceret. ITEM. Ego quæro, utrū potuerit facere post. Si sic sed non est maior rō de post, q̄ de ante: ergo pari rōne potuit facere ante. Aut si nō potuit post, nec ante, & ita necesse fuit ꝙ tūc: ergo uī ꝙ cōpulsus, & nō uoluntarius mundum fecit tunc.

SED CONTRA. Ante principiū tpis nihil erat nisi eternitas: ergo si potuit mūdū facere ante principium tēporis, potuit facere & in ęternitate: sed qđ habet esse in æternitate, caret principio, & nihil tale pōt esse creatum ex nihilo: ergo &c. ITEM. Si potuit facere ante, ponatur; similiter ego quæro, utrū ante: & sic in infinitū: sed infinitum a parte ante est æternū: ergo si potuit in infinitū ante facere, potuit ēt ab æterno: si ergo nō potuit facere mundū æternū: quia non esset factus: ergo nec antiquiorem. ITEM. Necesse est mundum habere finitā durationē à parte ante: sed i omni finito necesse est alicubi stare, ultra quod non potest fieri progressus: sed qua ratione statur in aliquo instanti finito, starut in illo, in quo conditus est mundus: ergo &c. ITEM. Principio totius antiquitatis non potest aliquid fieri, uel cogitari antiquius: sed tempus, uel æuum quod incepit cum mūdo, est totius antiquitatis principium: ergo etiam non potuit aliquid esse antiquius.

RESOLVTIO.

Potuit: sed non sta, quin principium haberet.

RESP. Quod cū quæritur, utrū Deus potuerit facere mundum antiquiorē: pōt intelligi dupliciter. Aut quod ipsum creauerit ab æterno, cum produxe it extē pore: & tūc esset antiquior. Aut ita, quod mundus durasset tempore longiori, tamen finito. Primum credo impossibile simpliciter: quoniam implicat in se cō tradictionē. Ex hoc enim quod ponitur fieri, ponit habere principium; ex hoc autem ꝙ ponit æternus, ponitur nō habere principium: unde idem est quærere, utrum Deus potuerit ante mundum facere, ꝙ mundus habendo principium non haberet principium: hoc includit contradictionis utranque partem: Similiter quantum ad secundum sensum uidetur aliquibus impossibile, quia implicat in se oppositionē: quoniam anterioritas siue antiquitas incipit simul cum tempore. Nam in æternitate non est ante, & post: & tempus incipit de necessitate simul cum mundo, sicut situs incipit cum loco, & locus cum orbe primo. Vnde sicut si quæreretur, utrum primus orbis potuerit fieri altior, nulla esset in mūdo quæstio, imo implicat contradictionem, scilicet extra omnē locū esse locum: & uenit ex falsa imaginatione; qa imaginatur totum mundum esse in local i spatio: sicut imaginatur terram circundari aqua; similiter intelligendum est in proposito, ꝙ est implicatio cōtradictionis, & uenit ex falsa imaginatione, quia imaginamur ante principium mundi fuisse durationē tēporis, in qua mundus potuisset ante fieri. Vnde si quæratur, utrum totus mundus potuisset extra totum mūdum, uel supra, uel infra fieri, stulta est quæstio, & implicans oppositā, & uenit ex mala imaginatione. Per hunc modum respondent, si quæratur utrum mundus potuerit fieri ante, uel antiquior: unde dicūt qđ si aliquid præcessisset ante mensuras temporaliter, potuisset utique ante fieri: similiter si locus esset extra potuisset altior fieri. Ratio autem istius male imaginationis est. Cum enim imaginamur ęternitatem in infinitū ante tempus fuisse, intelligimus cā quasi durarione extēsam, in qua sunt diuersa nunc, in quorū quolibet potuisset fieri tempus. Sed hoc omnino nihil est; quia æternitas est simplicissimum, in quo nulla omnino cadit diuersitas. Concedendum ergo (sicut probant rationes inductæ ad hoc) ꝙ sicut non potuit mundum facere in loco; quia non est in loco; sic nec ante; quia nulla est antiquitas nisi in eo.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ apud Deum non est uis aliqua in aliquanto tempore, & quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentia eius non dependet &c. Dicunt ad omnia unica rñsione, ꝙ quamuis diuina uirtus ad nihil arctetur, tamen principiatū non potest facere sine principio, & temporale non sine tempore, & primum temporale nō potest facere, nisi in principio temporis, & principium temporis non nisi in principio temporis. Oppositum.n. non dicit potentiam, sed magis cōtradictionem, & repugnantiam: nec tamē arctatur ad sic faciēdum, quia posset omnino non facere. Vnde sicut stulta est quæstio si quæratur, utrum potuit facere principium tēporis ante principium temporis, similiter & prædicta. Sed qñ durū uidetur dicere, ꝙ Deus non potuit facere mundum antiquiorē, & quia alium mundum facere potuerit, sed tantum istū: propterea dicunt alii, ꝙ sicut Deus potuit facere mundum ampliorem, ita potuit facere antiquiorem sine omni distinctione. Et tamen illud non est omnino simile: quia deus posset facere cœlum amplius & magis distare a terra, salua utriusque naturæ: sed si deus intelligatur fecisse, quòd illud nunc magis distet a principio temporis, intelligitur illud (nunc) esse aliud: quia etiam si intelligatur mundus factus ante, adhuc non esset antiquior respectu istius nunc: quia tantum distaret quantum distat a principio: & ita non esset antiquior: & ideo non est simpliciter neganda, nec simpliciter concedenda, sicut nec ista, Deus potuit facere mundum altiorem. Si enim intelligas de hoc absolute, falsum est (sicut dicit prima opinio) & non intelligibile, & implicatio contradictionis. Si autem intelligas per concomitatiam alterius loci. s. quia deus potuit facere alium mundum amplectentem illum, in quo situm posset habere magis altum, & minus, similiter iudicandum de antiquitate. Et ideo si quæratur, utrū deus potuerit ante facere mūdum: distinguendum sicut & hic, Vtrū deus potuerit facere mūdum in alio loco, uel alibi: quia aduerbialis determinatio potest cadere sub ampliatione uerbi, uel extra. Si sub ampliatione uerbi: tunc est uera, & est sensus, quòd deus potuit alium locū facere, & in illo mundū istum totum ponere: potuit.n. facere centum tales mundos, & adhuc unum cōplectentem omnes, & unum in loco altiori quàm alium: sic & in tempore intelligendum est, quòd deus potuit facere tempus ante hoc, & in illo facere mundum. Alio modo potest cadere aduerbialis determinatio extra ampliationem de ly (potest) & est sensus: quòd deus potest facere mundum istum in alio loco, qui est extra mūdum: & hic est implicatio falsi: quia non est locus nisi intra mundum, & similiter de tempore intelligendum.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ ante non erat nisi æternitas. Dicendum, quòd uerum est: sed tamen deus poterat facere quòd ante esset tempus. AD ILLVD, quod obiicitur de infinito a parte ante. Dicendum, ꝙ infinitum a parte ante, potest esse a proposito aut secundum actū, aut secundum potentiam. Primo modo dicit æternitatem, secundo modo minime: quia æternitas dicit infinitū actu. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ necesse est ponere statum. Dicendum, ꝙ uerum est; sed status possunt esse infiniti, & licet in potentia non sit ponere statum, tamē quia actus non eō sequitur totam potentiam; sed in aliquo statu est, ideo in statu finito. Si quæritur, quare magis in hoc quam in alio, ratio summa, & potissima est uoluntas facientis. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ antiquiùs cepit cum mundo. Dicendum, ꝙ uerū est; sed deus potuit facere ꝙ ante incipere: ideo nō ualet ratio illa. Rationes ad oppositum sunt cōcedende, procedunt enim secūdum primam uiam.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO VNICA.

An Deus, quod si uel potest, semper posuit?

CONSEQVENTER quantum ad secundum articulum quæritur de immutabilitate diuinæ potentiæ: utrum uidelicet quod semel deus potest, semper possit.

3. ET quòd sic uidetur: quia omnis potentia, ꝙ est idem cum essentia, habet idem posse quod esse: & omne illud cuius posse est idem quod esse, si habet esse immutabile, & æternum, habet & posse: sed quod deus semel é, semper est, quia eius esse est immutabile: ergo & quod semel potest, semper potest. ITEM. Omnis potentia quę est infinita, & non potest non esse infinita, semper est respectu æqualium, quia si respectu paucorum esset, aliqñ desineret esse infinita, & desineret omnipotens: sed diuina potentia semper est infinita, & omnipotens: ergo nihil possibilium accreuit ei, nec decreuit: ergo quod semel potest, semper potest. ITEM. Ois potētia, ꝙ est omnino efficiens, & nullo modo de 8. phy. pendens a possibili; omne, quod 9. potest, semper potest, si in seipsa maneat, non mutata: sed diuina potentia est semper huiusmodi, & non mutatur in se: ergo &c. ITEM. Quicquid deus potuit, adhuc pōt, si nihil de eo factum est quòd non subsit eius utrutui: sed nihil pōt fieri ab ipso quod nō subiaceat diuinę uirtuti: ergo propter illud factum non impediretur quin adhuc posset: ergo potest quicquid potuit.

SED CONTRA. Si deus pōt semper quicquid potuit semel; sed potuit Christū resuscitare a mortuis, & mundū creare: ergo & mō pōt, ꝙd stultū est dicere. ITEM. Quicqd semel pōt, semp potuit: sed modo pōt mundum cessare: ergo ab æterno potuit cessare. ITEM. Si quicquid pōt semel, & semper: sed ante mundum potuit facere, quod mundus nō fuisset: ergo & modo potest facere ꝙ mundus non fuisset. ITEM. Cum dicitur, deus potest hoc, siue potest hoc facere hoc, aliquo demonstrato, aut cōnotatur aliquid, aut nihil. Si nihil: ergo æque uere potest dici quod deus potest malum, ut bonum. Si autem aliquid connotatur: hoc non est nisi possibilitas ad fieri: sed qđ factum est, idē ipsum non hēt possibilitatem ad fieri: ergo deus non potest facere quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod factum est,& prius potuit: ergo non pōt quicquid potuit.

RESOLVTIO.

Deus quod semel potuit, non semper potest; nec quidem propter arctationem potentiæ, sed propter impossibilitatem, quæ rebus connotatis aduenit.

RESP. Ad hoc est duplex modus respondendi, sicut ad sophisma de scientia. Concesso enim quòd diuina potentia secundum ueritatem omnino sit immutabilis,& positionem tamē Nominalium cōcedūt hāc, potest quicquid potuit,& respōdēt illationi, sed potuit Christū suscitare,ergo & modo potest Respondent,quod non debet inferri sub illo tempore, sed sub alio: ergo potest Christum resuscitari se. Et hoc enunciabile adiunctū uerbis diuersorum temporū nō est idem:ideo dicunt quod propositio est uera:& si aliter infera tur,assignant peccatum in processu secundum fallaciam figuræ dictionis,uel secundum accidēs. Tamen (sicut supra probatum fuit)hæc positio non habet ueritatem,quamuis illa positio uidetur fuisse probabilis:& Magister fuit huius positionis,quia p hoc soluit. Et iterum, non soluit in proposito. Primum:quia si diceretur deus posse quicquid potuit:quia potest fecisse quod potuit facere: pari rōne qui nūc est cęcus;potest quicquid potuit;& truncatus:quia pōt fecisse quod potuit facere:& pōt nunc uidisse,quod potuit uidere. Præterea dantem oppositū huius solutionis adhuc contingit soluere,hoc mō formata ratione. Pōt quicquid potuit: sed potuit nō fecisse mundum antequam faceret: ergo & modo potest non fecisse:loco eius quod est nō fecisse, non est aliud dare æquiualens;ergo illa responsio non soluit:maxime cum ipse Magister dicat in litera, quòd deus non potest facere omne,quod potuit aliquando facere, nec uult facere,uel esse,uel fieri, quod aliquando uoluit facere,esse,uel fieri. IDEO dicendum(sicut dictum fuit de scientia) quod diuina scientia in se omnino immutabilis, desinit scire aliquod enunciabile ratione connotati; quia scibile desinit esse uerum:& ipsa scientia si ue scire, connotat uno modo incognito ueritatem. Similiter intelligendum, q diuina potentia connotat in respectu cuius dicitur,possibilitatem:& talem (inquam)possibilitatem,quæ respicit potentiam agētem sub ratione potentiæ, non impotentiæ. Quoniam ergo ita est,quòd multa possibilia fiunt impossibilia per accidens;& multa possibilia fiunt entia, & iam sunt impossibilia ad fieri(facere enim quod non ens non fit, nihil est facere; similiter facere quod factum est, nihil est facere, & ita impossibile est fieri) hinc est, quòd quia deus non potest nisi possibile, quod posse est possibile;qa nulla mutatione facta in potentia; sed qualiter deo existente potente, fit aliquid deo impossibile propter mutationem a parte rei: & hæc concedenda est,quod diuina potentia est immutabilis: & hæc neganda ea, quicquid deus semet potest,semper potest.

Dist. 42. q. ubi ma to fine.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur,quod diuinum posse est esse,& esse,& infinitum, & independens & totum illud concludit, quòd ipsa nō mutetur:sed nihil sequit de connotato. Verum est tamē, quod posse dei respectu connotati semper est in infinitum: qa si auferatur finitum ab infinito, nihilominus remanet infinitū: & ideo quamuis desinat aliquid posse facere, semper tamen infinita potest.

AD ILLVD, q obiicitur ultimo; (quia alia patent ex hoc) q diuina potentia dominatur omnibus,quę sunt. Dicēdum,quòd omnia ei subsunt,& tamen non sequitur quòd possit facere qđ factum est:potest tamen illud destruere;sed facere non potest:qa faciendo, aut facit aliquid, aut nihil. Si aliquid;ergo aliqd plus est nunc,quàm prius: ergo non facit quod factum est. Si nihil ergo faciendo nihil facit. Similiter de eo,quod fuit,facere quòd non fuerit, aut facit hoc quiescendo, aut operando: aut destruendo. Quiescendo non:si .n. deus nihil faciat, cū hoc sit præteritum,semper est præteritum. Si uero faciat operando,cum nihil ex hoc fiat, hoc enim nō fuisse præteritum, non est aliquid; ergo faciendo nihil facit. Si uero destruendo(cum præteritum, siue quod fuit non sit)nihil facit destruendo; & destruendo nihil destruit. Concedendum est ergo, quod non potest quicquid potuit; quia fuit aliquando possibile, non propter arctationem potentiæ; sed propter hoc quòd necessario connotat impotentiam,& sic patent obiecta.

DISTINCTIO XLV.

De quidditate uoluntatis Dei.

TAM de uoluntate Dei aliquid pro sensus nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo; quia uoluntas,siue uolens,de Deo secundum essentiam dicitur, Non est enim ei aliud uelle, & aliud esse: sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonum quod esse Deum, ita idem est ei esse uolentem, quod esse deum. Nam uoluntas qua semper uolens est, non affectus uel motus est,qui in Deum cadere non ualet: sed diuina usiaqua uolens est deus,& huiusmodi.

Quòd licet idem sit Deo uelle, quod esse; non tamen est omnia, quæ uult.

Et licet idem sit deo uelle quod esse, non tamen dicendū est deum esse omnia,quæ uult:quod quidam de Dei uoluntate non recte sentientes,nobis obiciunt dicentes: Si idem est deo uelle quod esse, ergo cum dicimus Deum uelle omnia quæ facit,dicimus eum esse omnia quæ facit; alioquin non

ibi

ibi illo uerbo idem significatur, quod significatur hoc verbo, esse, cum de Deo dicitur. Et si ita est, non semper dicitur de Deo uelle secundum essentiam. Si uero secundum essentiam non dicitur aliquando, quomodo ergo dicitur de Deo? relatiue enim nunquam dicitur. Ad quod dicimus: quia licet idem penitus sit Deo velle quod esse, non tamē potest dici omnia, quæ uult, sicut idem est Deo esse quod, scire: nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoq; potest dici esse oia.

Quis sit sensus horum uerborum, deus scit, uel deus uult: deus scit omnia, uel uult aliquid.

Et ubicunq; Deus dicitur scire, vel sciens, vel velle, vel volens, hæc de eo secundum essentiam dicuntur. Cum enim dicitur, Deus scit, vel Deus vult, siue Deus est sciens, uel volens, essentia diuina prædicatur, & Deus esse enunciatur. Cum autem additur: omnia, uel aliquid, uel aliqua, & dicitur deus scit omnia, vel vult aliquid, uel aliqua: essentia quidem diuina prædicatur non simpliciter & absolute, sed ita ut scientiæ quæ ipse est, omnia subiecta monstrentur, & voluntati quę ipsa eadem est, aliquid, vel aliqua subiecta esse dicantur: vt talis fiat sensus, deus scit omnia, id est, Deus est, cuius scientiæ, quæ ipsius essentia est, omnia subiecta sunt. Similiter Deus vult hæc, vel illa, id est, Deus est, cuius voluntati quæ ipse est, hæc, siue illa subiecta sunt. Volēs ergo, siue velle dicitur Deus secundum essentiam, cuius voluntas essentia est sempiterna, & immutabilis (licet ea varientur, & transeant, quæ ei subiecta sunt) quæ non potest esse iniusta, vel mala: quia Deus est.

Quod uoluntatis dei non sit quærenda causa.

Hæc itaq; summe bona voluntas, causa est omnium, quę naturaliter fiunt, vel facta, siue futura sunt, quæ nulla prę uenta est causa: quia æterna est. Ideoque causa ipsius quærenda non est. Qui enim eius causam quærit, aliquid maius ea quærit, cum nihil ea maius sit. Vnde Aug. in Lib. 83. q. Qui quærit quare voluerit Deus mundum facere, causam quærit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quod efficitur. Nihil autem maius est uoluntate Dei. Non ergo eius causa quærenda est. Idem in Libro contra Ma-

Quæst. 28. In tom. 4. Li. 1. c. 2. To. 1.

Manichæos, Si qui dixerint, quare placuit deo facere cælum & terram? Respondendum est eis, Qui uoluntatem dei noſ se desiderant, causas & voluntatem dei scire quærunt, quòd voluntas dei omnium, quæ sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam uoluntas, est aliquid quod antecedat uoluntatem dei, quod nefas est credere. Qui ergo dicit, quare fecit Deus cælum, & terram? Respondendum est illi, quia uult. Voluntas enim dei causa est cæli, & terræ; & ideo maior est uoluntas dei, quàm cælum, & terra. Qui autem dicit, quare voluit facere cælum, & terram? maius aliquid quærit quàm est uoluntas dei: nihil autem maius inueniri potest. Compescat se ergo humana temeritas, & id quod non est, non quærat, ne id quod est, non inueniat. Ecce his auctoritatibus aperte insinuatur, quòd uoluntatis dei causa nulla est, & ideo quærenda non est.

Quod uoluntas dei prima & summa causa est omnium.

Voluntas ergo dei (ut ait Augustin. in 3. lib. de Trin.) prima, & summa causa est omnium specierum, atque motionum. Nihil enim fit, quod non de interiori, atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secundum ineffabilē iustitiam. Vbi enim non operatur quod uult dei omnipotentis sapientia, quæ pertingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? & non solum facit ea quæ per seuerantia consuetudinis admirationem non admittunt, sed etiam ea, quæ propter raritatem, & insolitum euentum mira uidentur: ut sunt defectus luminarium, & terræ motus, & monstruosi animantium partus, & his similia: quorum nihil fit sine uoluntate dei, sed plerisque non apparet. Ideoque placuit sanitati Philosophorum etiam causis aliis ea attribuere, cum omnino uidere nou possent superiorem cæteris omnibus causam, id est, uoluntatem dei. Itaque non nisi dei uoluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum, & retributionum. Hæc ergo sola est unde ortum est quidquid est, & ipsa nō est orta, sed æterna.

Cap. 4

Sap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ uerè dicantur dei uoluntas.

Idem Lib.8. *Hic non est prætereundum nobis, quòd sacra scriptura de uoluntate dei uarijs modis loqui consueuit: & tamen nō est dei uoluntas diuersa, sed locutio diuersa est de uolūtate: quia nomine uoluntatis diuersa accipit. Nam uoluntas dei uere, ac proprie dicitur, quæ in ipso est, et ipsius essentia est: & hæc una est, nec multiplicitatem recipit nec mutabilitu-*
Ps.113 *tem, quæ inexpleta esse non potest; de qua Propheta ait: Om-*
Rom. 9 *nia quæcunque uoluit dominus fecit. Et Apostolus, Volun-*
Ro. 12. *tati eius quis resistit? Et alibi. Vt probetis quę sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et hæc uoluntas re-cte appellatur beneplacitum dei, siue dispositio.*

Quæ figuratim dicatur dei uoluntas.

Aliquando uero secundum quandam figuram dicendi voluntas dei vocatur, quod secundum proprietatem non est uoluntas eius, ut præceptio, prohibitio, consilium, necnon
Ps.110 *permissio, & operatio. Ideoque pluraliter aliquando scriptura uoluntates dei pronunciat. Vnde Propheta, Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius; cum non sit nisi una uoluntas dei, quæ ipse est: pluraliter tamen dicit uoluntates: quia uoluntas dei uarijs modis, ac pro di-*
Ps.88. *uersis accipitur (ut dictum est.) Ita etiam idem Propheta propter multos effectus misericordiæ, & iustitiæ plura-*
Psa.18 *liter dicit, Misericordias domini in æternum cantabo. Et alibi, Iustitiæ domini rectę, lætificantes corda: cum tamen in deo una sit misericordia, una iustitia, & vna eademque sit misericordia quæ iustitia, scilicet diuina usi 2.*

Quare præceptio, & prohibitio, & consilium dicuntur dei uoluntas.

Ideo autem præceptio & prohibitio, atque consilium cū sint tria, dicitur tamen unumquodque eorum dei uoluntas: quia ista sunt signa diuinæ uoluntatis. quemadmodum & signa iræ dicuntur ira, & dilectionis signa dilectio appellantur, & dicitur iratus deus, & tamen non est ira in eo ali qua, sed signa tantum, quæ foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur. Et est figura dicendi, secundum quam non est falsum quod dicitur; sed uerum quod dicitur sub

sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuersæ uoluntates dei dicuntur, quia diuersa sunt illa, quæ per tropum uoluntas dei dicuntur.

Vbi uoluntas dei pro præcepto, & consilio accipiatur.

Pro præcepto dei atque consilio potest accipi uoluntas, Mat.6 *ut ibi, Fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. Et alibi,* Matt. *Qui facit volūtatem patris mei, qui in cœlis est, ipse frater* 12. *meus, & soror, & mater est. Et contra hanc uolūtatem mul-* Ca.33. *ta fiunt. Vnde Aug. in lib. de spiritu & litera. Infideles (in-* 1To.3. *quit) contra voluntatem dei faciunt, cum eius euangelio non credunt.*

Quod deus non uult hominibus fieri omnia, quæ præcepit, uel non fieri quæ prohibet.

Et si illa tria dicuntur dei uoluntas, ideo quia signa sunt diuinæ voluntatis: non est tamen intelligendum deum omne illud fieri uelle, quod cuicunque præcepit: vel non fieri quod prohibuit. Præcepit enim Abrahæ immolare filium, nec ta- Ge.22. *men voluit, nec ideo præcepit ut id fieret: sed ut Abrahę pro baretur fides. Et in euangelio præcepit sanato, nec cui dice-* Mar.1 *ret: ille autem prædicauit ubique; intelligens deum non ideo prohibuisse quia uellet opus suum prædicari: sed ut daret formam homini humana declinandi.*

Permissio, & operatio dei quomodo dicantur ejus uoluntas.

Promissio quoque dei & operatio uoluntas dei appellan- Ca.95 *tur qualiter accipit Aug. in Ench. dicens. Non fit aliter nisi omnipotens fieri uelit: vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene, etiam sinendo fieri quæcunque fiunt male: non. n. hæc nisi iusto iudicio dei sinit: & profecto bonum est omne quod iustum est. Ecce hic manifeste habemus dei uoluntatem appellari ipsius operationē, uel permissionem, cum dicit: non fieri aliquid nisi omnipotēs fieri uelit, vbi includit & bona, & mala omnia, quæ fiunt. Ideoque aperte distinguit quomodo deum uelle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur uelle bona, & mala, subdens, uel sinendo vt fiat (hoc quantum ad mala dicit) uel ipse fa-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendo hoc quantum ad bona. Mala enim sinit facit: bona uero ipse facit. Ideoque dixit eum velle, quia & nolens mala sinit, uolens bona operatur: & ob hoc permissio, & operatio uoluntas dei dicuntur.

Recollectio, & admonitio dictorum.

Quinque ergo supra posita sunt, quę dicuntur secundum tropum dei uoluntas, quia signa sunt diuinę uoluntatis, quę una est, & immutabilis, scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat lector ubi de voluntate dei scriptura commemorat, iuxta quem modum accipi oporteat, utrum pro beneplacito dei, an pro aliquo signorum eius. Magna.n. est adhibēda discretio in cognitione diuinæ voluntatis, quia & beneplacitum dei est voluntas eius, & signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternum est, signum uero beneplaciti eius non: & consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, & ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri, & omne quod non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis, quia præcepit deus multis ea quæ non faciunt, & prohibet quę non cauent, & consulit quę non implent. Matt. 19.

SVPRA egit Magister de scientia, & potentia: hic iā tertio agit de uoluntate. Et habet hæc pars tres partes. In prima agit de uoluntate secundū suam quidditatem. In secunda secundum eius impletionem respectu eius operis, qualiter, & impleatur, infra dist. 46. *Hic oritur quæstio: dictum est enim &c.*] In tertia determinat qualiter uolū tas nostra diuinæ conformatur, & hoc dist. 48. *Sciendum quoque est, quod aliquando &c.*] Prima pars habet duas partes. In prima ostendit, ꝙ uoluntas dei est ipsa diuina essentia: In secunda ipsa est omnium causa, ibi. *Hæc itaque summe bona uoluntas &c.*] In tertia ostendit, ꝙ ipsa uoluntas dei est multipliciter dicta. ibi. *Hic non est prætermittendum nobis &c.*] Prima habet duas. In prima ostendit, ꝙ uelle est in deo esse, & uoluntas est essentia. In secunda soluit dubitationem, ibi. *Et licet idem sit deo uelle &c.*] Secda pars sīr hēt duas. In prima ostendit, ꝙ diuina uoluntas est causa prima. In secunda ostendit, ꝙ est causa gñalissima. ibi: *Voluntas ergo Dei (ut ait Augu. &c.*] Tertia pars, in qua agit de istius nominis multiplicitate [& hæc non est multiplicitas æquocationis, sed analogiæ] habet tres particulas. In prima ponit modum

modum principalem accipiēdi circa hoc nomen, quod est Voluntas; quia scilicet accipitur ꝙ uoluntate beneplaciti. In secunda ponit modos non principales: sed tropologicos, secundum quòd accipitur pro signo uolūtatis: & hoc facit ibi. *Aliquando uero secundum quandam &c.*] In tertia breuiter epilogat prædeterminata. ibi. *Quinq; ergo supra posita sunt &c.*]

Lib. 1. R*Elatiue enim uoluntas nunquā dicitur etc.*] Videtur falsum, quia sicut creator dicit ad creaturam, & præscientia ad præscitum, ita uelle dicitur ad uolitū: sed est supra habitum dist. 35. ꝙ illa dicuntur relatiue: ergo & uelle. Respō. Dicendum ꝙ Magister accipit hic relatiue, prout relatiuus modus dicendi distinguitur à modo dicendi fm substantiam, & hic est personalis, & ita accipitur hic. Ipse ät obiicit de relatione respectu creatūræ, quæ est quātum ad modum intelligendi, nec distinguitur à modo dicendi fm substātiam: Vel potest dici, ꝙ Magister loquitur fm generalem nominis intellectum, quia uelle non est tantū respectu creati, ut præscire, & creare: sed ēt respectu dei.

Lib. 2. *Deus scit omnia, &c.*] Videtur male dicitur, quia similiter diuinę voluntati subiecta sunt oīa, quia nolunti eius nullus resistit. ergo Deus uult oīa, quod non cōceditur. Item. Ego quæro: cum oīa scibilia sint subiecta diuinæ scientiæ, & essentię, & similiter uolita: quare non dicimus quòd Deus uolendo, se, uelit alia, sicut sciendo se, scit alia. Quod si tu concedis, tunc cætera essent æterna. Si tu dicas, quod non est simile, quæritur quare non. & uidetur ꝙ sit simile, quia sicut diuinæ scientiæ actus non deflectitur extra Deum, & sciendo se, scit omnia, ita & de uolūtate uidetur. Resp. Dicēdum quòd subiecta diuinæ scientię non dicuntur, quia sunt inferiora: sed subiecta dicuntur, respectu quorum est actus diuinæ cognitionis: & hęc quidem sunt omnia cognoscibilia: & ideo nouit omnia similiter subiecta uoluntati. & hæc non sunt omnia uolibilia, ideo patet illud. Quod quæritur, utrum uolendo se, uelit omnia. Dicendum, quòd uelle uno modo dicit complacentiam: alio modo dicit causam. Prout dicit complacētiam, credo quòd bene potest dici, quòd uolendo se, uelit omnia: quia omnia placent ei quæ ab ipso, & ad ipsum sunt. Prout tamen dicit progressum effectus ab ipso, quamuis actus non egrediatur: & ideo dicit respectum ad exemplar. Vnde sicut nō sequitur, possendo se, potest omnia, sic & in proposito.

Quare fecit Deus cælum & terram.] Videtur mala responsio, quia tunc uidetur facile omnia determinare. uidetur ētiā ꝙ uoluntas dei non habeat rationē, Sed cōtra, super illud Eph. i. Secundum consiliū uolūtatis suę, glo. Voluntas Dei est ex rōne: ergo est q̄rere rōnē. Resp. Dicēdum ꝙ uoluntas nra cū exercetur à uolito, causam & rōnem ab eo habet & quātum ad se, & quantum ad uolitum: maximè tamē uult aliquid quod est ꝓ finem; Dub. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

finem: sed uoluntas dei, cuius actus est ipse, maxime cū uult: quia nō excitatur aliqua ratione alia a se, tamen causam quātum ad se hre non potest. Voluntum autem aliquando hēt aliā causam, quam uoluntatem: aliquando solam uoluntatem, ut in mundi creatione uoluntas habet rationē, sed non causam, quia non est irrationalis: unde non habet rationem tanquam diuersam a se, sed idem re: & ideo uoluntas dei non potest esse irrationalis: & propter hoc in actibus qui totaliter sunt ab ipso, sufficit ipsum scire, nec oportet ulterius aliā rationem quærere, & sic patet illud.

Dub.4 *Voluntas ergo Dei &c.*] Videtur male dicere, quia tunc cum uoluntas dei sit agens per intentionem, uidetur ꝙ nihil fiat casu, & fortuna. Resp. Dicendum, ꝙ deus quamuis sit causa omnium, non tamen est tota causa: sed ipse cum causis creatis. Propter hoc notandum, quòd effectus habet comparari ad causā supremam, quę deus est, & sic nihil euenit casu, & fortuna. Habet etiam comparari ad uoluntatem, siue causam creatam, quę est natura, uel intelligentia, & sic cum multa eueniāt præter intentionem, multa fiunt casu, & fortuna.

Dub.5. *Nihil enim fit, quod non de interiori &c.*] Videtur falsum, quia peccata fiunt, & non egrediuntur ab ipso. Respond. Dicendum quòd Magister non assumit hanc auctoritatem sicut habet in originali. Nam ibi dicitur, quod non tubeatur, aut permittatur: & ita non habet locum obiectio. Nihilominus potest dici quod materia restringit distributionem suam ad res, quæ sunt aliqua natura. Vel dicendum, quòd ampliat uerbum egrediendi ad facere, & permittere.

Defectus luminarium, & terremotus &c.] Videtur falsum dicere, quia monstrum dicit deordinationem aliquam in natura: ergo non est a causa suprema. Respond. Aliquibus dicendum uidetur, quod monstrum dicit deordinationem aliquam in natura, & dicit etiam substantiam aliquam. Substantia causam habet positiuam, quæ deus est, inordinatio illa nō habet causam positiuam, sed priuationem; & hæc est ut plurimum improportio uirtutis agentis ad materiam. Aut enim materia superabundat, aut deficit secundum proportionem caloris operantis, & uirtutis. Et August. loquitur de monstris quantum ad id, quod habent substantiā. Tamen posset dici, quod monstra etiam sunt a deo puniente, quando penæ sunt, & sic habēt rationem ordinis. Quamuis. n. deus nō faciat contra ordinem in finem, facit tamen contra solitum cursum naturæ frequenter, uel ad uindictam, uel ad misericordiam. Dub.6.

Placuit uanitati Philosophorum &c.] Videtur quod non bene dicat: ꝙa Philosophi causas aliis attribuerunt uere: ergo in hoc uani non fuerunt, ut pote luna eclipsatur, eo quòd terra interponitur. Respond. Dicendum, quòd non ideo dicuntur uani: quia aliis tribuerunt: sed quia sic Dub.7.

sic aliis tribuerūt, ut ad causam præcipuam non referrent. Et ideo euanuerunt, quia ad causam primam, & præcipuam nō uenerūt, quæ sola est causa simpliciter prima, & simpliciter generalissima.

Nam uoluntas Dei &c.] Videtur falsum dicere; quia plures sunt ideæ, eo ꝙ plurium ideatorum: ergo similiter plures uolūtates, quàm plurium uolitorū. Respon. Dicendum, ꝙ non est simile, sicut patet in Quæstione de Ideis, quia uoluntas dicit ꝙ plus se tenet ex parte uolentis & ẽm esse, & secundum rationē dicēdi: & ideo re, & ratione una est uolūtas beneplacīti: sed idea secundum rationem dicēdi plus se tenet ex parte ideati, quia similitudinem eius dicit, & cognitio secundum rationem intelligendi, & dicendi motum dicit in nobis à rebus ad animā secūdum rem: sed in Deo secundum rationem intelligendi: uoluntas autem non: ideo hoc duplici ratione conceditur de ideis, nō de uoluntate. Dub.8

Nec mutabilitatem &c.] Videtur falsum, quia deus nunc uult esse, quod postea non uult esse: ergo uidetur quod desinat uelle, & similiter incipiat: ergo uidetur diuina uoluntas mutari. Resp. Dicendum, ꝙ in huiusmodi locutionibus nihil est solum respectu connotati mutatio, ꝙ cōparatur ad diuinam uolutatem, ratione cuius ponitur inceptio, & desitio in actibus illis, qui cōnotant aliquid de præsenti. Si enim dicatur, deus uult hoc esse futurum, ab æterno uoluit: sed tamen causa in actu, siue actualiter causans non fuit, nisi quando facere uoluit, id est, pro illo instanti in quo actus uoluntatis copuletur operi, non autem ipsi subiecto uolēti. Et sic patet quo modo sit causa actualis in tempore, nulla facta in ea mutatione, quia continue uoluit, & ita in actu fuit: sed causans in actu non fuit nisi pro tempore, pro quo uoluit: ita nulla circa deum uoluntas incepit: sed solus effectus incepit. Dub.9

Dicitur iratus Deus, & tamen nō est &c.] Videtur male dicere, qa in deo est uis rationalis, & cōcupiscibilis: ergo pari rōne ponenda est in deo irascibilis: ergo sicut uere in eo est actus cognitiuæ, & amoris: ita proprie actus furoris. Resp. Dicendum, ꝙ irascibilis aliquo modo sonat imperfectionem de ratione sui nominis, & ideo dicunt aliq ꝙ nullo modo recipitur in deo, nisi transumptiue. Cōtra. Actus huiusmodi uis in nobis sunt gloriari, & dominari, & hi sunt in deo, quare non similiter & hæc uis? Et est propterea dicendum, quod in deo uere est uis gloriādi, & dominandi, quæ est ipsa diuina substantia: th quia ita habet passionem quietā de ratione sui nominis, ideo non recipitur in deo uis irascibilis, nec ira, nisi transumptiuè, & sermone tropico. Et notandum, ꝙ deus habet signa irę, non quæ significent irā in ipso: sed quæ significant iram in nobis, & uere quando in nobis sunt. Dub.10

Præcipit enim Abrae immolare filium &c.] Contra. Secundum hoc uidetur ꝙ præceptum falsum signum fuit. Respon. Dicen Dub.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, ꝙ uoluntas dei uolebat fidem, & deuotionē Abraæ manifestare in properatione obediendi, & hoc Deus uolebat, & hoc signum importabat, & uere: sed tamen secundum æstimationem Abraæ plus importabat; & per illud plus, quod Abraam intelligebat, dominus fidem eius probabat: & ita quod nec in signo falsitas. nec in Abraam deceptio fuit: sed probatio.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO II.

An in Deo ponere sit uoluntatem?

AD intelligentiam p̄sentis distinctionis tria principaliter q̄runtur. Primò de uoluntate diuina quantū ad quiditatem. Secundo, quantum ad causalitatem. Tertio, quantum ad rationem significandi. Quantum ad primum duo quæruntur. Primo quæritur, utrum sit in deo ponere uoluntatem. Secundo, utrum ipsum sit dicere omniuolentem, sicut dicit̄ omnipotens.

QVOD in Deo non sit ponere uoluntatem, ostenditur auctoritate, & ratione. Primo sic. Aug. in lib. de lib. arb. Voluntas est rationalis motus sensui p̄sidens, & appetitui: sed in Deo non est motus, nec sensus, nec appetitus: ergo neque uoluntas. ITEM. Aug. in Lib. de duabus animabus. Voluntas est animi motus ad aliquid prosequendum, uel fugiendum: sed in deo non est ponere fugam, nec prosecutionem: ergo nec uoluntatē. ITEM. Rōne uī, quia uoluntas est potētia in nobis maximè uertibilis, unde aliæ potentiæ non p̄sunt in malum: sed sola uoluntas est, a qua est pctm: sed īdeo nulla est oīno uertibilitas ad malū: ergo &c. ITEM. Voluntas, eo ipso ꝙ uoluntas, est ad oppositā: eo ꝙ ad oppositā, est contingens, & uariabilis: in deo autem nulla cadit contingētia, nec uarietas: ergo &c. Probatio primę. Voluntas eo ipso, quod uoluntas est, est potestas rōnalis, sed potestates rōnales sunt ad oppositū, sicut dicit Philosophus; ergo &c. Similiter eo ipso quo est uoluntas, est libera: & si hoc, nō est determinata ad unum, quia tunc non haberet libertatem; sicut nec potentię naturales: ergo est ad oppositā, est igitur uoluntas uariabilis. *9. Meta phy. 3.*

SED CONTRA. Eph. 1. dicit Apostolus, secundum consiliū uoluntatis suæ. Et iterum ibidē, secundum propositum uoluntatis suæ: & tota scriptura est plena hoc nomine uolūtatis, ut est in deo: ergo &c. ITEM. Philosophus in 12. concludit, ꝙ uoluntas est actio ipsius dei. ITEM. Ratione uidetur, quia uoluntas est illud, penes quòd resident ter creata summa potestas: ergo si uoluntas de se dicit potestatem, quia omnibus præsidet in regno animæ, & nihil potest sibi imperare, sed deus est potētissimus, & oē, quod possibile ē, sibi attribuendū est: ergo &c. ITEM. Voluntas est, in qua consistit uoluptas summa siue felicitas. Beatus enim est qui habet oē qd uult: uñ nihil delectaē ni si habēs uoluntatē, uel aliquid simile uolūtati: sed deus est felicissimus, in quo est oīs felicitas, *12. Meta phy. 35. sed uerba formalia sūt. quia actus huius non fit uoluntas.*

Cap. 10 circa to uo. 6.

& iocūditas: ergo &c. ITEM. Voluntas est illud, penes qd̄ resident iustitia, & æquitas: iustitia. n. nō est aliud q̄ rectitudo uoluntatis: unde non habentia uoluntatē non sunt capabilia iustitiæ: sed deus est iustissimus, sm oēm intellectū; ergo het uolūtatem. ITEM. Voluntas est uis sm quā attēditur summa liberalitas oīs. n. liberalitas uenit ex amore: sed constat quòd amor est actus uoluntatis: in Deo autem pone re est summā liberalitatem: ergo & amorem, & uoluntatem.

RESOLVTIO.

Voluntas in deo est; sed long' præstantior quàm in hominibus.

RESP. Dicēdum, quod in deo est ponere uoluntatē, sicut ostēdunt quatuor rōnes prędictę & ꝓp quatuor conditiones, s. potestatis, uoluptatis, æquitatis, & liberalitatis, quæ sunt circa uolūtatem, & magis proprie in deo, & completiori mō quàm in nobis. Voluntas eñ in nobis est ꝓ differentiam a substantia, & actu, & per distantiam a fine: in deo autem per oīmodam indifferentiam horum. s. substantiæ, uirtutis, actus, & finis. Et quiā i nōbis est per differentiā a substantia, & ab actu: ideo aliis p̄sidens, & sm diuersos actus uariabilis. Propter differentiam. n. a substantia, in qua p̄sit & aliæ potentiæ radicari, præsidet aliis potētiis, ut sensui, & appetitui: ꝓp differentiam ab actu, est uariabilitas sm alterationem affectionū: in deo aūt neutrum: iō nec regit inferiores potētias, nec habet uariari sm affectiones uarias. Et quia in nobis est per distantiam a fine, inde est ꝙ est indigens, & ideo in ea est fuga & appetitus, & cadit in ea tristitia, & malitia: quia potest a fine obligari, cū non sit illi coniuncta: ideo nec fugā, nec appetitū habet, nec tristitiā, nec malitiā, sed oīmodam lętitiam, & iustitiā. Et sic patet rn̄sio ad primatria, quia quāuis iłtæ conditiones appetitus, fuga, malitia, siue uertibilitas conditiones sint uoluntatis creatæ, tamen omnino a uolūtate diuina s̄motę sunt.

AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ est contingens, & uariabilis. Dicendum, ꝙ est contingentia in actu, uel in effectu. Si loquamur de cōtingentia in effectu, nō tantū est in affectu nr̄o: sed ēt ī multis, quæ a deo sunt. Multa enim facit Deus, quæ posset non facere, nullo repugnante. Sī autem loquamur de contingentia in actu, quòd uoluntas modo definit aliquid uelle, modò incipit uelle, modo uult aliqd, modo uult oppositum, hoc cadit in uoluntate humana: quia inter uoluntatem humanam, & actum est differentia: unde nec s̄mp est in uno actu, nec iactu uniformi: diuina autem uoluntas propter identitatem sui, cum actu omnino uariari nō potest, nec habet in se aliquam contingentiam, & iō parent oīa q̄sita.

QVAESTIO II.

An deus dicatur omniuolens: sicut omniscient, & omnipotens dicitur?

SVpposito ꝙ in deo sit ponere uoluntatem, Quæritur, utrum ipsam sit ponere omniuolētem: & ita dicatur a uolūtate oīuolens, sicut a potentia, & scię tia omniscient, & omnipotens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et q̄ sic uideturiquia deus non dī omnipotens eo q̄ possit omnia,sed quia potest omne,q̄ decet eius potentiam,nō enim potest mala. Similiter uult Deus omne,q̄ decet uoluntatem eius uelle: ergo debet dici omniuoles,sicut omnipotens ITEM. Sicut se hēt cognitiua dei ad uerū,ita se hēt affectiua,siue uolūtas ad bonum:sed cognitiua,siue intellectiua amplectitur oē uerū:unq̄ diceret Deū aliquid uerū ignorare derogāret eius intelligentiæ: ergo pari rōne cum intelligentia non sit latior, nec est pfectior,q̄ uoluntas,uolūtas erit respectu omnis boni: ergo sicut dicitur omni sciens, quia scit omne uerum,ita omniuolēs quia omne bonum uult. ITEM. Sicut dicitur Deus uerum omnis ueri, a quo s. omne uerum habet ueritatem, ita est bonum omnis boni, a quo omne bonū habet bonitatem:sed deus in cognoscendo suam ueritatem(q̄ est ratio omnium)omnia cognoscit:ergo similiter diligendo suā bonitatē, omne bonum diligit: sed omne, q̄ diligit,uult: ergo uult omne bonum, sicut & cognoscit omne uerum, & sic &c. ITEM. Bona uolūtas est,q̄ se extendit ad multa bona:ergo melior ad plura, & optima ad oīa: ergo infinita ad infinita:ergo sicut potētia, & scientia se extendūt ad omnia, & infinita: ita & uoluntas:ergo qua rōne dicitur omnipotens,& omniscіens, pari rōne debet dici omniuolens.

CONTRA. In Psal. 113. Oīa quęcunque uoluit fecit:ergo nihil uult,nisi q̄ facit,sed plura pōt facere,& nō pōt nisi uolens:ergo plura pōt uelle:sed si deus plura posset scire, non esset oīsciens: ergo &c. ITEM. Si aliquid sciret homo, q̄ non sciret Deus, nō esset oīsciens deus: cum ergo aliquid uelit homo q̄d deus non uelit,utputa facere furtū: ergo deus non est omniuolēs. ITEM. Si posse malū esset posse, deus non esset oīpotens,quia nō pōt mala:cū ergo uelle malū,sit uelle,& deus non uelit mala, deus non est oīuoles. Probatio minoris.Malum non est malū,nisi qa uoluntarium,quia ſm Aug. peccatum adeo est uoluntariū &c. ergo ratio uoluntatis saluatur in malo:similiter & actus uolūtatis involēdo malum:ergo &c. ITEM. Velle malum,aut est uelle,aut est nolle. Si uelle,habeo propositum. Si nolle, sed nolle malū est bonū:ergo uelle malū est bonū:ergo si deus vult omne hōnū,deus uult oē malū,q̄ē falsū. Restat ergo,q̄ uelle malū est uelle, & deus non uult malum: ergo deus nō est omniuolēs:sed illud argumentum est sophisticum,quia similiter posset obiici de potentia. SED quęritur, unde,est hoc, quod uelle malum, est uelle,sed posse malū,non est posse,uel potētiæ,sed impotentię. Iuxta hoc quęritur de cōparatione potentiæ,sapiētiæ,& uoluntatis ad sua obiecta secundum ambitum.

RESOLVTIO.

Minimè cum uoluntas abstrahat et a ratione actualitatis, & a ratione causæ.

RESP. Dicendum,quòd circa quę ritur,utrū deus sit omniuolēs, duplicem intellectum potest facere ista locutio: ex eo q̄d hoc q̄ est

q̄ est [omne] potest facere distributionem simpliciter, uel ut nunc.Si distributionem simpliciter quantum ad actum, & habitum facit,tunc dī omniuolēs, quia uult omne uolibile. Si ut nunc,dī omniuolens, quia uult oē uolitum, in utroq; sensu falsitatem habet. Et quia in utroq; sensu ueritatem habet in potentia,& in scientia: ideo simpliciter cōcedit,q̄ deus est oī sciens, & oīpotens, & simpliciter negatur,q̄ sit oīuolēs Intellectus huius,& rō patet. Si.n. simpliciter accipiatur,deus scit omne scibile:& potest omne possibile: sed nō uult omne uolibile, quia diuina uoluntas importat causam actualem, potentia uero abstrahit a ratione actualitatis, & ponit rōnem causæ: scientia uero abstrahit a rōne utriusq;,quia ergo deus nō est cā actualis omnium,quæ potest facere,uel uelle, sicut nō facit omne uolibile, ita non uult. Quia potentia uero abstrahit a ratione actualitatis: ideo non dī solum respectu faciendorum in actu: sed etiam respectu possibilium fieri a deo. Quia uerō scientia abstrahit a ratione utriusq;;hinc est q̄ scientia non tantum est respectu faciendorum: sed etiam respectu possibilium;non tātum deo,sed ēt aliis,utpote possibilium malorū. Hæc ergo est rō,qa actus scientiæ,ut scire,est per modum habitus;similiter & posse per modum habitus,ut posse uoluntatis, per modum actus,ut uelle. Ideo scientia est oīum scibilium, potentia oīum possibilium,quę sunt potentiæ, sed nō uoluntas oīum uolibilium: & iō nō pōt deus plura scire, uel posse, pōt tamen plura uelle. Similiter, si accipiamus rem ut nunc respectu rei præuisæ, & respectu factæ,& uolitæ,scientia est respectu omnis rei in qua saluatur ratio scientię: & potentia, in qua saluatur ratio potentiæ:sed uoluntas non est respectu oīs rei, in qua rō uoluntatis saluatur. Scientia.n. est respū oīum futurorū,& præsentium & præteritorum, bonorum & malorū: quia ibi saluatur rō scientiæ, & nobilitatis: quia scire malum, scire est, & scire malum,nobilitatis est.Similiter potentia est respectu omnium bonorum,in quibus solum saluatur ratio potentiæ. Nam posse malum,non est posse. Vnde posse malum non tantum derogat perfectioni potentiæ, sed etiam ipsi potentiæ; quia posse deficere non est posse, & ideo adhuc dī omnipotēs. Voluntas uero est respectu bonorum tantum,non respū malorū: & q̄uis in uolendo malū nō saluetur dignitas uoluntatis, saluatur tamen rō uolendi, quia uelle malum uelle est. Et hinc ē quod deus non dī omniuolens, quia non uult malum,sed tamē oīpotens dī, quamuis nō possit malum. Si quæratur quare ratio potentię non saluatur respectu mali, sicut & ratio uoluntatis. Dicendum,q̄ potentia idipsum q̄ dicit, dicit per modū habitus, & positionis de potentia actua loquēdo.) Vnde quando est respectu priuationis, iam non est potentia,sed defectus potentiæ: sed uolūtas idipsum q̄d dicit, dicit p modū cuiusdam adhærētiæ & cōplacentiæ:quia ergo in malo

Universidad de Deusto
Biblioteca

malo saluatur rō consensus, & cōplacētiæ, sicut & respectu boni: ideo uelle malū, uelle est, sed posse malum, non est posse.

AD ILLVD, quod obiicitur, q deus uult omne quod decet. Dicēdum, q illa non est rō quare dicatur omniuolens, sed illa quæ præassignata est, s. quia potest omne, quod posse potentiæ est. AD ILLVD, q obiicitur, q cognitiua amplectitur omne uerum, & affectiua omne bonum. Dicēdum, q aliter amplectitur hæc, aliter illa. Cognitiua enim amplectitur, actualiter cognoscendo omne quod est uerum, & quod potest esse: sed affectiua, quia actus eius est in ratione actus, amplectitur, & uult solū bonum quod est, uel erit. Rursus. Verum amplectitur totum
Ex. 1. post. 11 actum cognitiuæ, quia nihil scitur nisi uerum, nam falsum scire, non est scire: sed bonum non amplectitur omnino actum uoluntatis, nam nelle oppositum boni est uelle: & hinc est quod deus sciendo omne uerum, dicitur omniscіens, sed non sic uolendo omne bonum, omniuolens. AD ILLVD, quod obiicitur, q Deus cognoscendo se, qui est est ueritas ipsa, omne uerum cognoscit: ergo &c. Dicendum, q uerū est, sed aliter: quia cognoscendo se uerum, est causa exēplaris: & causa exemplaris non tantum futurorum: sed etiam possibilium a Deo fieri. Sed diligendo se bonum, est causa actualis, ut patebit: & ideo non sequitur quod uelit nisi bona, quę erunt, uel sient: & propter hoc non potest dici omniuolens.

Alia tamē est huius ratio, sicut patet in litera. AD ILLVD, q obiicitur, de uoluntate, q melior est, quæ se extendit ad plura. Dicēdū, q uoluntas est actus rōnalis: uñ nō dicit uolūtas melior, quia simplr ad plura, sed qa ad plura rōnabiliter & qñq; rō recta dictat creaturas fieri in numero definito, qa numerus infinitus rebus nō cōpetit: ideo optima uoluntas & perfectissima in aliquo numero uult res bonas esse, sed tamen finito: & ex hoc non sequitur quòd uoluntas sic infinitorum, uel omniū possibilium, nec etiam omnium. Potest tamen dici q illud si alicubi habet ueritatem, ibi tantum habet, ubi uoluntas aliquid recipit a uolito, sed uoluntas Dei nihil recipit: & ideo nō est melior uolendo tria bona quàm unum, & mille quàm tria: & ideo non ualet illa ratio in proposito. EX HOC patet illud quod consueuit quæri: utrū uoluntas, & potentia, & sapientia sint æqualia. Dicendum, est quòd est loqui de his quantum ad actum, & quantum ad effectum, & quantum ad obiectum. Si quantum ad actum: sic est ibi omnimoda æqualitas, & circumincessio, ut patet: quia quicquid scit Deus & potest, uult scire & posse: & econuerso. Si quantum ad effectū: sic adhuc sunt æqualia, quia nihil efficit deus nisi p potentiam, sapientiam, & uoluntatem. Sed quantum ad obiectum, siue connotatum sunt inæqualia, scientia enim hoc modo est in plus, & potentia in minus, & uoluntas in minus: nam scitum est bonum & malum, possibile est bonum tantum, sed futurum, & non futurum: uolitum uero est bonum, & futurum tantum.

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An uoluntas dei sit causa rerum.

QVANTVM ad secundum queritur de uoluntate diuina, scilicet quantum ad causalitatem. Et circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur i generali, utrum uoluntas dei sit causa rerum. Secundo, utrū sit causa prima & immediata.

QVOD uoluntas dei sit causa rerum ostenditur sic. Hila. I Li de Synodis. Omnibus creaturis substantiam uoluntas attulit: sed filio natura dedit. ITEM. Aug. in Li. contra Manichæos. Kñdendum est eis, qui uolunta tem dei nosse desiderant: quod uoluntas dei omnium, quę sunt, ipsa sit causa. ITEM. Ratione uidetur: quia deus est causa rerū: sed omnis rei, cuius est deus causa, est per scientiam, potentiam, & uoluntatem: aut ergo est causa quia potens, aut quia sciens, aut quia uolens. Non quia potēs, quia multa potest, quæ non facit. Similiter nec quia sciens, ergo quia uolens, ideo facit: sed causa est, ad cuius esse sequitur aliud: ergo &c. ITEM. Deus est causa rerum creatarum: aut ergo per naturam, aut per uoluntatem, aut per casum, & fortunā. Non per casum, & fortunam: qa tales sunt causæ ẽm imperfectā rōnē. Nō p naturā: qa sic simile ex simili produceit: restat ergo q per uoluntatem: ergo &c.

CONTRA. Si uoluntas dei est causa, aut rōne principalis significati, aut ratione connotati. Si ratione principalis significati: ergo cum idem sit sapientia, potentia, uoluntas, & essentia: eadē ration. debent dici causæ. Si rōtione connotati: quæro quid sit illud; non est dare nisi effectum; sed effectus consequit rationem causæ, non econuerso: non ergo ratione connotati. Et iterum. Si connotat effectum: ergo nullo modo potest dici, deus uult se esse, cum circa se nihil omino efficiat: quod est falsum. ITEM. Aut uoluntas est causa per proprietatem, aut per appropriationem. Si per proprietatem: tūc ergo sapientia, & potentia nō sunt causæ. Si per appropriationem, aut ergo quia in uolūtate per prius est ratio causalitatis, aut quia immediatius. Non quia prius: nam potentia, & scientia antecedunt uoluntatem secundum rationē intelligendi. Nec quia immediatius: qa dicit Aug. q deus p uoluntatem mouet: per sapiētiam disponit: & per potentiā executur: ergo immediatiorē cooperationem hñt ad opus scientia, & potentia, quā uolūtas: ergo &c. ITEM Aut est causa pp uirtutē agendi, aut pp modum. Nō propter uirtutem agendi; quia uoluntas non dicit uirtutem; sed potentia dicit. Si propter modum agendi. Contra. Modus agendi per modum naturæ nobilior est: ergo natura magis est causa. Probatio. Illud agens est uirtuosius, quod est sufficientius, & nobiliorem effectum producit: sed natura sufficientior est in agendo, & paucioribus indiget, & nobiliorem effectum pro-

producit quam ars, siue agens uoluntarium: ergo &c. ITEM. Quod non quantū ad modum, uī. Quia agens quod dat producto proprietates naturales consimiles, agit per modum naturę: sed deus effectibus suis dat unitatem, ueritatem, & bonitatem: nec potest facere sine his: & iustæ sunt proprietates naturales diuinæ substantiæ: ergo deus agit per modum naturę, non uoluntatis. ITEM. Omne agens uoluntarie est agens præconcipiendo; sed deus non agit præconcipiendo, sicut dicit Diony. de di. no. quia sicut sol non præconcipiendo illuminat, sic deus non præconcipiendo creat: ergo &c.

Ex 3. Metaphy. 3. & 3. Ethic. c. 4. Dion. c. 4. circa initiū.

RESOLVTIO.

Voluntatem Dei rerum causam re ctè asserimus: cum ratio causandi res sit ipsa diuina bonitas.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam est notandum. Quod quamuis diuina essentia sit unū quid simplicissimum, tamen est pelagus substantiæ infinitus: & ideo omnia quę in nobis reperiūtur per diuersitatem, omnia (inquā) in deo nobilius per omnimodam reperiuntur identitatem; nihilominus tamen ſm omnimodam perfectionem, & ueritatem. Vnde sicut in nobis sapientia, & potentia, & uoluntas uere est ens, & causa rerum, quę a nobis sunt: sic & in deo sunt: sed tamen unum sunt: quia intellectus noster non potest infinitatem illius substantię comprehendere, nec per unum uerbum exprimere: ideo multis modis intelligimus deum, & diuersis nominibus exprimimus, & secundum q̄ per illos modos intelligimus plura enunciabilia, ita q̄ deo aliquid attribuimus ſm unum modū quod non ſm alium: & uere quidem: quia omnia in deo habent ueram existētiam. Et ideo cum alio modo intelligamus deum, cum dicimus deum bonum, alio cum dicimus eum ęternum; cōcedimus se diffundere: quia bonus est, non qa ęternus: hæc enim est proprietas bonitatis non durationis. Hinc est q̄ cum intelligimus uere uoluntatem esse in deo, & ꝓprietas uoluntatis sit producere ea, quæ exeunt per modum liberalitatis, dicimus deum inquantū uoluntas est esse causam rerum. Ratio autem quare uoluntati attribuitur causalitas, hæc est: quia ratio causandi est bonitas & in ratione effectiui, & in ratione finis. Nam bonum dicitur diffusiuum, & bonū est propter quod omnia: effectiuum autem nō fit efficiens in effectu nisi propter finem. Illud ergo quod dicit coniunctionem principii effectiui cum fine, est ratio causandi in effectu: sed uoluntas est actus ſm quem bonū reflectit ſupra bonū, siue bonitatē: ergo uoluntas unit effectiuū eū fine. Et hinc est q̄ uolūtas est rō causare faciēs in effectu: & iō attribuimus deo rōnem causalitatis ſub rōne uoluntatis, non sic ſub aliis rōnibus. Et hoc colligit ex uerbis Diony. in 4. de diui. no. ubi dicit, q̄ bonitatē ut principiū, & ut cōtinētiā, & ut finē omnia appetunt. Vt principium, a quo sunt: ut continētiam, per quam saluantur: ut finem, in quem tendunt. Vnde diuinus amor est quidam actus ęternus, ex optimo, per optimum, & in optimū: ex quo colligitur q̄ dicit cōiunctionem principii cum fine; & ideo causam actu quando uult facere: ita q̄ actualitas in causando referatur ad uoluntatem, nō pro instanti in quo habet uoluntatem, sed in quo facere uult: sicut ego uolo cras audire missam: & uoluntas faciet me eras esse in actu] respectu uoliti: sic ſuo modo est in deo.

AD ILLVD, quod quæritur, utrum cōueniat uoluntati ratio causalitatis ꝓp connotatum, uel ꝓp rem significatā: Dico q̄ nec ꝓp rem significatam tantum, nec ꝓp connotatum; sed ꝓp rem sic significatam: quia significatur diuina essentia, ut uoluntas, cui modo significandi respondet ueritas. Vnde sicut quando nos dicimus, q̄ lapis assimilatur deo inquantum ens, animal inquantum uiuens, & homo inquantū intelligens; reuera essentia, intelligentia, & uita idem sunt i deo, cum idem ipsum. Alio modo datur intelligi, non propter connotationem; sed propter eiusdem substantiæ infinitatē, in qua omnes nobiles proprietates sunt unum: non tamen possunt significari nisi per diuersa. AD ILLVD, qd obiicitur: utrum sit causa p proprietatem aut per appropriationem. Dico q̄ simpliciter loquendo propriissime est causa. Comparando uero uoluntatē ad scientiam, & potentiam; dicitur causa ꝓ appropriationem: & hoc, quia ipsa uolūtas significat deu, ut causam actualē. Vnde in uoluntate primo inuenit ratio actualitatis. Potentia.n. & scientia, & si haberent rōnem causæ habitualis; nō tamen actualis, nisi per uoluntatem. Vnde uoluntas facit de scientia dispositionē: siue facit scientem esse disponētem, & potentiam exequentem: ideo enim disponit: quia uult: & sic patet illud. AD ILLVD, quod quæritur, quare uolūtas dicitur causa, utrum ꝓp uirtutem agendi, aut propter modum agendi; Dico q̄ ꝓp utrunque: deo enim uelle est posse: principalius tamē ratione modi agendi; productio enim diuersi in forma, & natura ex sola liberalitate agentis, spectat ad agentem per uoluntatē. QVOD obiicitur, q̄ modus agentis naturalis est nobilior; uerum est ubi uoluntas non est omnipotens; sed si ars posset facere omne quod uellet, non minus nobilius ageret quam natura. Potest tamen dici, q̄ modus producendi naturalis competit personæ respectu personę: non autem essentię diuinæ respectu creaturarum, quia non possunt conuenire in forma, AD ILLVD, quod obiicitur: q̄ deus producit simile secundum proprietates. Dicēdum, q̄ natura producit simile in proprietatibus specialibus, si est agens particulare: uel si est agens uniuersāle, producit necessario non ex sua liberalitate: deus autem neutro modo. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd deus non est agens præconcipiens. Dicendum, q̄ hoc uerum est de præconceptione, quę præcedit uoluntatem; sed nō est uerum de præconceptione respectu operis. Primo modo loquitur Diony. ipse uerò opponit secundo modo:

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO II.

An voluntas Dei prima & immediata rerum causa sit?

VTRVM uoluntas diuina sit causa prima & immediata. Et ꝙ sic uidetur per Aug. in 3. de Trin. Voluntas dei est prima & summa causa omnium specierum & motionum. ITEM. Oīs causa, cuius actus primus & proprius est rei productio, est causa prima & immediata; sed uolūtas diuina est huiusmodi: ergo &c. Probatio mediæ. Super illud
ꝑs. 144 Psal. Iustus dominus ī omnibus uiis suis Glo. Deo hoc est uelle quod facere: quia ex eius uolun
Ex 1. Poster. tate res habēt esse. ITEM. Ratio ne uidetur: quia omnis causa est prima & immediata: quā nō est altera prior: sed diuina uoluntas est causa, qua non est altera prior: cum sit idem quōd deus: ergo uoluntas est causa prima & immediata. ITEM. Omnis causa est prima & immediata, q̄ est in totum effectum per actionem suam: sed omne quod fit, est a deo: & nihil pōt operari sine ipso, cum nō possit inesse saluari, & deus toti cooperatur, & in totū: ergo &c. ITEM. Omnis, qui se cognoscit certissime, & nobilissime, se cognoscit per causam proximam & immediatam: sed cognoscens deū, & uidēs cognoscit i eo res certissime & nobilissime, tanquā in causis prioribus, ut dicit Aug. ergo in deo est cā ꝓxima & immediata: sed nō nisi uolūtas: ergo &c. ITEM. Qd deo attribuit, dēt attribui ei in linę totius nobilitatis: si ergo nō causalitatis cōuenit ei, nobilissima causalitas debet ei attribui: sed hæc est ratio causæ primæ, & immediatæ: ergo &c.

CONTRA. Vnius est una causa immediata: ergo si deus ē causa oīm immediata, nihil hēt aliā cām q̄ deum: & si hoc, cessāt oīs operatio: & ita potētia cessat, cessat & bonitas, & cetera sūt ocio sa. ITEM. Si diuina uolūtas est oīm cā ꝓxima & imediata; sed posita causā ꝓxima & immediata, ponit effectus: ergo cū diuina uolūtas fuit ab æterno, cætera sunt æterna. ITEM. Oē ꝙ habet causam proximā, & immediatā
In 1. Poster. & necessariā, est demonstrabile; sed si diuina uolūtas est oīm causa prima, & immediata, oia sunt demonstrabilia. ITEM. Cognita causa ꝓxima & immediata, non est ultra q̄rere: ergo scito ꝙ deus
2. phy. 38. & 8. met. 12. uelit aliq̄d, stulte laborat, qui q̄rit causam aliā: sed de omni bono sic scimus deū causam esse: ergo non est ulterior quærenda: pereunt ergo & uanę sunt scientię doctrinales, immo omnes scientiæ.

RESOLVTIO.

Quinimmo; cum uniuersalissima & actualissima sit.

RESP. Ad huius intelligētiam est notandum: ꝙ cum in creaturis sit reperire causam uniuersalem, & particularem: causa uniuersalis uno modo plus influit in effectum, quam particularis; alio modo minus. Quantum. n. ad intimitatem, causa uniuersalis: quia agens potior est; magis influit: sed quantum ad actualitatem, & quantum ad eā, quæ sunt propria rei, minus influit. Et ratio huius est: quia causa uniuersalis creata nō habet omnimodam actualitatem, nec perfectam potentiam: & ideo non potest peruenire ad formā spiritualem nisi per accidens, ut ꝓ formam agētis particularis, quæ non est ab ipsa: diuina autem uoluntas est causa prima & uniuersalissima & actualissima: ideo potest in totum effectum, & in totam rei substantiam, etiam sine adminiculo alterius causæ: nec aliqua causa potest aliquid uel modicum sine ipsa: & ideo necesse est quod ipsa sit causa immediata in omni actione & re: & concedendæ sunt rationes ad hoc.

AD OBIECTA in contrariū, intelligendum quod cum deus sit omnium causa immediata, quorundam tamen est tota causa, sicut eorum, quæ creantur. Quorūdam autem est causa particularis, ut eorū quæ sunt a natura particulari: & hæc quidem causa concurrit non propter indigentiam diuinæ uolūtatis; sed propter summam liberalitatem, quę tantum dedit rebus esse; sed & operationem & diffusionem, propter ordinem & connexionem uniuersi adinuicem. Nec una causa derogat alteri; sed totus effectus est a causa creata, & totus a uoluntate infinita increata. Et sic patet responsio ad primum obiectum: obicit enim de causa immediata respectu alterius causæ creatæ: quia duæ causæ creatę non sunt immediatę in eodem genere causę. AD ILLVD, quod obiicitur, quod posita causa immediata &c. Dicendum, ꝙ causam poni est duplicīter, uel in esse, uel in operari. Et posita causa in esse, non ponitur in actu nisi ponatur in operando: & sic non fuit ab æterno producere: sed in tempore, in quo disposuit & uoluit ab æterno producere rem. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ omnia sunt demonstrabilia. Dicendum, ꝙ uerum est, si causa illa sit propria, & determinata ad tales effectus. AD ILLVD, quod obiicitur, quod non debet quæri alia causa. Dicendum, ꝙ si plene cognosceretur dei uoluntas & dispositio in se: nullius desideraret scire aliā causam, ita enim plene cognosceret in causis primordialibus: attamen quia diuina uoluntas non cognoscitur, nec ipsa excludit in agendo operationem causæ creatę, nec excludit etiam in cognoscendo cognitionem rationis humanæ, ideo bonum est & perutile exerceri in consideratione causarum creatarum, ut aliquo modo semipleue uideamus in cognitionem illius causę supernæ, quæ est finis omnis cognitionis.

ARTICVLVS III.

QVAESTIO I.

An uoluntas diuina conuenienter diuidatur in uoluntatem signi & beneplaciti?

CONSEQVENTER quantum ad tertium articulum quæritur de uoluntate diuina quantum ad rationem significādi: & circa hoc duo principaliter quæruntur. Primo de conuenientia illius diuisionis diuinæ uoluntatis in uoluntatem beneplaciti & uoluntatem signi. Secundo quæritur de numero & de sufficientia signorum diuinæ uoluntatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD prima diuisio non sit conueniens, uidetur. Quia sicut uoluntas est respectu rerū, ita, & potentia, & scientia: sed scientia non distinguitur per scientiam ueritatis, & scientiam signi; similiter nec potētia; ergo nec uoluntas. SI TV dicas, quod illa non habent signa. Cōtra. Sicut creaturæ sunt signa uolūtatis, ita etiā innuunt ex suo ordine scientiam, & ex sua magnitudine monstrāt potētiam: ergo si signum ducit in aliud, patet. ITEM. Si contingit diuinam uolūtatem signari, aut per signa naturalia, aut per signa uoluntaria. Non per naturalia; quia præceptio, & prohibitio non sunt a natura; sed a uoluntate. Nō per uoluntaria, quia signum uolūtarium est quod signat ex institutione; sed præceptio & prohibitio, non signant ex institutione uolūtatem: sed ipsum quod præcipitur: ergo &c. ITEM. Res significata non communicat nomen suum signo. Vnde quāuis circulus sit signum uini, non tamē est uinum: ergo quāuis præceptio, & prohibitio &c. sint signa diuinæ uoluntatis, non tamen debēt dici uoluntates; ergo non debet diuidi uoluntas in uoluntatem signi, & uoluntatem beneplaciti. ITEM. Præceptio & prohibitio, & huiusmodi aut sunt signa ratione actus, aut ratione obiecti, siue connotati. Si rōne actus; sed idem est actus, ꝙ diuina uoluntas & deus; quia cum dico, deus præcipit; dicitur de deo, & tia predicat diuinam essentiam; ergo ſm hoc idem esset signum sumptus. Aut ratione effectus, & tunc cum præceptio, & prohibitio nullum connotent effectum, nec consilium, nullum omnino erit signum, & ita nullo modo uidentur signa.

SED CONTRA. Scriptura dicit plures esse uolūtates dei; sed constat unam esse uoluntatē beneplaciti; ergo si plures sūt, oportet ꝙ fiet pro alia uoluntate, quā beneplaciti; sed nulla uoluntas dei est nisi beneplaciti, uel signū illius: ergo &c. ITEM. Contingit cognoscere uoluntatem dei; sed non possumus cognoscere eam per se: necesse est ergo, ꝙ cognoscamus per signa; sed sic nominamus ſm ꝙ cognoscimus; ergo non tantum debemus dicere uoluntatem beneplaciti esse uolūtatem; sed etiam signum eius. ITEM. Præceptio alicuius recte dicitur uoluntas illius: ergo & præceptio dei; sed non est uoluntas creans; quia præceptio est, etiam si nihil fiat; ergo est uoluntas significans.

RESOLVTIO.

Et quidem; cum & ratio, & auctoritas ad id nos cogant.

RESP. ad hoc, quod & ratio, & auctoritas cōpellit nos distingue re uoluntatē dei in uoluntatē signi, & uoluntatem beneplaciti. Auctoritas quidem: quia dicit Apollolus. 1. Thc. 4. Hæc est uolūtas dei sanctificatio uestra; sed illud nō est dictum per essentiā; ergo uel p causam, uel p significationē: nō aūt per causam; ergo p significationē. Item. Ratio dictat; quia cōi usu loquendi consueuimus ꝓceptum nostrum uolūtatē appellare. Propter hoc intelligendū, ꝙ sicut non absurde intellectus dr uis intellectiua & ipsum intellectū: ita uoluntas dicitur ipsa uis uolendi, & ipsum uolitū. Et quia uolūtas dei innotescit nobis per uolitum tanquā per uisibile, & signum est quod facit in aliud uenire; dum offert se sensui: inde est, quod uoluntatem dei diuidimus in uoluntatem beneplaciti, & in uoluntatem signi.

AD ILLVD, ꝙ obiicitur de scientia, & potētia. Dicendum, ꝙ ipsa uoluntas se habet immediatius ad res, & tamen non sic determinate in futuris indifferētibus: ideo indiget certis signis. Et preterea cum debeamus nos illi conformare, oporteret nos ipsam cognoscere: sed diuina scientia est respectu omnium; similiter & potentia; & præterea neutri oportet nos cō formare; ideo non sic dicitur scientia signi, uel potentia, sicut uoluntas dicitur. AD ILLVD, quod obiicitur, utrū sint signa naturalia, uel uoluntaria. Dicendum, ꝙ signum est ens, & est signum: potest ergo dici naturale inquātum ens, uel inquantum signum. Signa ergo uoluntatis inquātum entia, uoluntaria sunt: quia a uoluntate; sed naturalia sunt inquantum signa; quia naturaliter significāt: sicut effectus naturaliter significant causam. EX HOC PATET sequens; quia res non communicant signo dato; communicant tamen signo naturali, ut patet: nam urina dicitur sana: quia est signum sanitatis; est enim signū quod causatur naturaliter. Hoc tamen non est generaliter uerum, nec secundum sermonis proprietatem, sed secundum tropum loquendi, sicut tangit Magister in litra, & ratione transferendi est similitudo comparata inter signum, quod naturaliter signat, & signatum. AD ILLVD, quod obiicitur, rōne cuius sunt signa. Dicēdum, ꝙ ratione actus creati per comparationem ad obiectum: obiectum enim innotescere facit uoluntatem ut est sub actu præceptionis, & prohibitionis, & huiusmodi. Vnde hoc, quod præcipitur, signum est quidem uoluntatis, inquantum cipitur.

QVÆSTIO II.

Quæ & quot sint signa diuinæ uoluntatis?

DE numero, & sufficientia signorum diuinę uoluntatis; & ponit Magister quinq; signa, quę continentur in hoc uersu. *Præcipit, & prohibet, promittit, consulit, implet.* Et uidetur ꝙ debeat ponere pauciora: quoniam signum, & signatum dicuntur correlatiue; & si unum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum: & si unum non dicitur multipliciter, nec reliquum per artem Topicorum; sed uolūtas dei est una, & uno modo se habens; ergo unum debet habere signum. ITEM. Aut signa hæc distinguuntur ratione modi significandi, aut ratione rei significatę. Si ratione rei significatæ: ergo tot debēt esse signa quot res, quia omnis res signum est diuinæ uoluntatis tanquam causæ. Si ratione modi significandi; sed eodem modo signant diuinam uoluntatem præceptio, & prohibitio; ergo sunt unum signū. ITEM. Voluntas dei (sicut infra patebit) non est respectu mali; ergo nullum signum eius debet accipi

Aristot. 1 Topico. Tractatu 4. c. 2. circa medium iuxta fictionē antiquam.

Dist. immediate sequenti. q. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipi per cõparationem ad malum: cum ergo permissio, & prohibitio sint respectu mali, non sunt signa uoluntatis diuinæ.

CONTRA. Quòd sint plura, uidetur: quia cuilibet bono respondet malum ex opposito: imo uni bono plura mala: ergo tot, uel plura signa debẽt accipi a parte mali, sicut ex parte boni: cum igit ex parte boni sint tria; patet &c. ITEM. Sicut impletioni respondet permissio, ita & cohibitio: imo multo fortius, & magis ex opposito: ergo uidetur, ꝙ plura sint signa. ITEM. Sicut preceptioni opponitur prohibitio: ita consilio dissuasio; ergo uidetur ꝙ sint plura.

RESOLVTIO.

Quinque scilicet impletio, prohibitio, permissio, præceptum, & consilium.

RESP. Dicendum, ꝙ numerus signorum uno modo contueuit accipi sic. Voluntas enim diuina (proprie loquendo) est præsentium, & futurorum: præteritorum autem alio modo non est quam præsentium. Secundum hoc notandum, quòd si est respectu præsentis, aut illud est bonum, & sic impletio: aut malũ, & sic permissio. Si respectu futuri, hoc est tripliciter. Aut est malum, & sic prohibitio. Aut bonum necessariũ, & sic ꝓceptio. Aut bonũ supererogationis, & sic consilium: bonum aũt supererogationis non hẽt malum oppositum: ideo nec consilium habet signum oppositum. Alio modo possunt distingui sic. Voluntas diuina (sicut infra patebit) aut uult simpliciter, aut uult conditionaliter siue quantum in se: & utroque modo cõtingit eam signari. Voluntas ergo absoluta potest ad aliquid comparari, aut per modum complacentiæ, aut per modum displicentiæ. Si per modum displicentię, illud nullo modo fit, & ita hanc non contingit significari, nec sciri aliquo signo exteriori. Si per modum cõplacentię, aut quia placet illud quod fit, & sic impletio. Aut qa placet aliud ex illo, & sic permissio & sic habemus duo signa. Potest iterum ſignificari diuina uoluntas, ut antecedẽs, siue conditionalis, & hoc dupliciter. Aut per modum complacentiæ, ita quòd oppositum displicet, & sic præceptio. Aut per modum displicentię, & sic prohibitio. Aut per modum complacentiæ, ita tamen quòd oppositum non displicet, & hc consilium. Per modum uero displicentiæ, ita quòd oppositum non placet, non est possibile reperiri: & secundum hoc patet numerus, & sufficientia, & solutio obiectorum.

QVOD enim obiicitur, ꝙ uoluntas beneplaciti nõ est multiplex. Dicendum, ꝙ hoc uerum est quantum ad subsistentiam, tamen quantũ ad connotata multiplex est, ut usum est: uolũtas enim absoluta cõnotat naturalẽ ordinationẽ rei ad euentũ, sicut oim ad salutem. AD ILLVD, qd quæritur, utrum distinguatur ratione modi significandi, &c. Dicendum, quòd ratione modi significandi. Est enim aliquis modus significandi uoluntatem, ut detestatem, qđ facit prohibitio: alius modus, ut approbantẽ, qđ facit præceptio. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ uoluntas non est respectu mali. Dicendũ, ꝙ per modum approbantis non est respectu mali, sed ex malo elicit: per modum uero detestantis, est respectu mali in se. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ cuilibet bono respondet malum ex opposito. Dicendum ꝙ uerum est: sed tamẽ bono supererogationis põt opponi malum, & non malũ: inquãtum supererogationis, opponitur minus bonum: inquantum autem bonũ; opponitur malũ, sed non aliud: & illud quidẽ opponitur bono præcepti: & ideo

facit præceptio. AD ILLVD, qđ obiicitur, ꝙ uoluntas non est respectu mali. Dicendũ, ꝙ per modum approbantis non est respectu mali, sed ex malo elicit: per modum uero detestantis, est respectu mali in se. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ cuilibet bono respondet malum ex opposito. Dicendum ꝙ uerum est: sed tamẽ bono supererogationis põt opponi malum, & non malũ: inquãtum supererogationis, opponitur minus bonum: inquantum autem bonũ; opponitur malũ, sed non aliud: & illud quidẽ opponitur bono præcepti: & ideo cadit sub prohibitione. AD ILLVD, quod obiicitur de cohibitione. Dicendũ, ꝙ illa impedit effectum, & propter hoc priuat rationem significandi, ut usum est. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ cõsilio opponitur dissuasio. Dicendum, ꝙ sicut opinio est una contrariorum: quia est acceptio unius partis cum formidine alterius: sic consiliũ: quia non accipit alteram partem determinate, quia comprehendit suasionem, & dissuasionem. Nam qui suadet consulit: & qui dissuadet, similiter aliquid consulit.

DISTINCTIO XLVI.

De impletione uoluntatis Dei: qualiter. ſ. impleatur.

HIC oritur quæstio. Dictũ est. n. in superioribus, & auctoritatibus communitum, quòd uoluntas Dei, quæ ipse est, quæ beneplacitum eius uocatur, cassari non potest, quia illa uoluntate fecit quæcunque uoluit in cœlo, & in terra: cui (teste Apostolo) nihil resistit. Quæritur ergo qũo accipiẽdum sit quod Apostolus de domino ait. Qui uult oẽs hoẽs saluos fieri: Cum. n. non oẽs salui fiãt, sed plures damnẽtur: uidetur utiq; nõ fieri, quod Deus uult fieri, humana. ſ. uoluntate impediente uoluntatẽ Dei. Dominus quoque in Euãgelio impiã ciuitatem compellans, Quoties (inquit) uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ita etiã hæc dicuntur tanquam Dei uoluntas superata sit hominum uoluntate: & infirmissimis nolendo impedientibus, non potuerit facere potentissimus quod uolebat. Vbi est ergo illa omnipotentia, qua in cœlo, & in terra, secundum prophetam, oĩa quæcunque uoluit fecit? & qũo uoluntati eius secundũ Apostolum nihil resistit, si colligere filios Hierusalem uoluit, & nõ fecit? Hæc enim prædictis plurimum obuiare uidentur.

Diſt. præcedẽte para. Pſ. 113 Rom. 9 1. Tim. 2 Matth. 23. Luc. 13 Aug. in Ench. c. 9. Pſ. 113 Rom. 9

Quomodo intelligendum sit illud, Quotiens volui congregare, & noluisti?

Sed audiamus solutionem: ac primum quomodo accipiendum sit illud, quod dominus ait, videamus. Non enim ex eo sensu illud dictū est, vt ait Aug. in Ench. prædictam quæstionem soluens, quasi dominus noluerit congregare filios Hierusalem: & non sit factum quod noluit, quia ipsa noluerit, sed potius ipsa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, qua tamen nolente filios eius collegit ipse omnes quos voluit: quia in cælo, & in terra non quædam voluit, & fecit: quædam vero voluit, & non fecit, sed omnia quæcunque voluit fecit: vt sit sensus, Quoties volui congregare filios tuos & noluisti? id est, quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci, te nolente feci. Ecce in euidēti positum est, quòd illa domini verba superioribus non repugnant.

Cap 97

Psal. 113.

Quomodo & illud. Qui vult omnes homines saluos fieri.

Nunc uidere restat, quomodo etiā præmissa verba Apostoli prædictis non contradicant, qui de Deo loquens ait, Vult omnes homines saluos fieri. Quorū occasione verborum multi a veritate deuiauerunt, dicentes Deum multa velle fieri, quæ non fiunt: Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum, quasi Deus uelit aliquos saluari, & non saluentur. Quis enim tam impie desipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit in bonum non posse conuertere? Nō est utique uerum quod in Psal. dicitur, Quæcunque voluit fecit: si aliqua voluit, & non fecit: & quod est indignius: ideo non fecit: quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, uoluntas hominis impediuit. Ideoque cum audimus, & in sacris literis legimus, quod velit omnes homines saluos fieri: quamuis certum sit nobis non omnes homines saluos fieri: non tamen ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare: sed ita intelligere quod scriptum est, Vult oēs homes saluos fieri: tanquā si diceretur, nullū hominē fieri saluum, nisi quem saluum fieri ipse uoluerit: non quòd nullus sit hominum, nisi quem saluum fieri velit: sed quod nullus fiat saluus, nisi quem velit saluari: & ideo rogandus

1. Ad Tim. 2 Dist. praced.

Ex August. in enchir. cap 68

Psal. 113.

gandus est, ut uelit: quia necesse est fieri, si voluerit. Nō est enim credendus omnipotens aliquid noluisse fieri, quod factum non sit. Sic etiam intelligitur illud: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: non quia nullus hominum est qui non illuminetur: sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Potest & alio modo illud intelligi, dum tamē credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumque nō esse: qui sine vllis ambiguitatibus, siue in cælo, & in terra, sicut veritas cantat, Omnia quæcunque voluit fecit: profecto facere non noluit quæcunque non fecit. Ex his aperte ostenditur, quòd deus ea voluntate quæ ipse est, nō uult aliquid fieri qd nō fiat, neque nō fieri quod fiat.

Ioan. 1

Vtrum mala Deo uolente uel nolente fiant?

Ideoque cum constet omnia bona quæ fiunt, eius fieri voluntate, quæ si fieri nollet, nullatenus fierent: recte quæri solet, Vtrum & mala omnia quæ fiunt, id est, peccata, Dei fiant volūtate: an nolente eo fiant. Super hoc diuersi varia sentientes sibi contradicere inueniūtur. Alij enim dicunt quòd deus vult mala esse, vel fieri, non tamen vult mala. Alij uero quòd nec vult mala esse, nec fieri. In hoc tamen conueniunt, & hi & illi, quòd utrique fatentur Deum mala non velle. Vtrique vero rationibus, & auctoritatibus innituntur ad muniendam suam assertionem.

Contendunt quidam Deum uelle mala esse, uel fieri.

Qui enim dicunt Deum mala velle esse, vel fieri, suā his modis muniūt intentionem. Si enim (inquiūt) mala non esse uel non fieri vellet, nullo modo essent vel fierent: quia si uult ea non esse, vel non fieri, & non potest id efficere, scilicet vt non sint, vel non fiant, voluntati eius, & potentiæ aliquid resistit, & non est omnipotens, quia non potest quod vult: sed impotens est, sicuti & nos sumus, qui quod volumus, quandoque non valemus. Sed quia omnipotens est, & in nullo impotens, certum est non posse fieri mala, vel esse, nisi eo volente. Quomodo enim inuito eo, & nolente posset ab aliquo malum fieri, cum scriptum sit, Voluntati eius quis resistit? Supra etiam dicit Augstin. quia necesse est si quis voluerit. Sed vult mala fieri, aut non fieri. Si vult

Rom. 9 Ca. 96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fieri,non fiũt:fiunt autem, vult ergo fieri. Item bonum est, mala esse vel fieri:alioquin summe bonus non permitteret ea fieri.Vnde Augustin.in Enchi. Quãuis ea(inquit) quæ mala sunt,inquantum mala sunt,non sunt bona: tamen vt non solum bona:sed etiam sint & mala,bonum est.Nam nisi esset hoc bonum,vt essent & mala,nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono: cui proculdubio quàm facile est quod vult facere,tam facile est quod non vult esse,non sinere.Hæc nisi credamus,periclitatur nostra confessio, qua nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperte habes quòd bonum est mala esse:omnis autem boni Deus auctor est,qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri,vel esse,ergo & mala vult fieri, vel esse. His atque alijs huiusmodi rationibus, & auctoritatibus vtuntur,qui dicunt Deum velle mala esse,vel fieri.

Alij dicunt,Dei uoluntate nec fieri mala,nec esse.

Illi vero qui dicunt Dei volũtate mala nõ fieri, vel non esse,inductionibus præmissis ita respõdent dicentes: Deum, nec velle mala fieri,nec velle non fieri,vel nolle fieri:sed tãtum non velle fieri.Si enim vellet ea fieri, vel esse, faceret vtique ea fieri,uel esse:& ita esset auctor malorum, non est autem auctor malorum,vt sanctorum protestantur auctoritates,non ergo eius voluntate fiunt mala. Item,si nollet mala fieri, vel uellet non fieri,& tamen fierent; omnipotis non esset:cum eius uoluntas humanæ uolũtatis effectu impediretur. Ideoque non concedunt Deum uelle mala fieri, ne malorum auctor intelligatur: nec cõcedũt eum uelle mala non fieri,uel nolle fieri,ne impotens esse uideatur:sed tantum dicunt eũ non uelle mala fieri,ut non auctor: sed permissor malorum monstretur.Vnde & euangelista vbi ostendit Deum auctorem esse omnium bonorũ dicens, Omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum auctorem esse negat,dicens:Et sine ipso factum est nihil,id est peccatũ. Non dixit peccatum factum esse, uel eo nolente, & inuito:sed tantum sine eo,id est,sine eius uoluntate:quia non eius volũtate sit peccatum. Non ergo Deo volente, uel nolente: sed nõ uolente fiunt mala: quia non subest Dei uoluntati,ut malũ fiat,

fiat, vel non fiat:sed vt fieri sinat,quia bonum est sinere mala fieri, & vtique volens sinit non volens mala: sed volens sinere sinit, vt ipsa fiant, quia nec mala sunt bona, nec ea fieri uel esse,bonum est.

Quomodo secundum Augustin.Mala fieri bonum sit.

Quod vero Augustinus ait. Mala fieri bonum est, nec sinerentur mala ab omnipotenti bono fieri nisi hoc esset bonũ, vt ea essent,ea ratione dictum esse asserunt, quia ex malis quæ fiunt,Deus bona elicit:nec ipse permitteret ea fieri,nisi de eis boni aliquid faceret. Vnde Augustin. in eodem Lib. Ench.aperte indicans prædictorum verborum esse talẽ intelligentiam ait.Deus omnipotens,cui rerum est summa potestas,cum summe bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis,nisi usque adeo esset omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo.Item in eodem.Melius iudicauit Deus de malis bona facere, quã mala nulla permittere.Ex hoc itaque sensu dictum est ac uerum est,bonum est mala fieri:quia ex malis quæ fiunt,bonis(qui secũdũ propositum vocati sunt sancti)accidit bonitas, id est, utilitas. Talibus enim(ut ait Apostolus) in bonum cooperãtur omnia,etiam mala:quia eis prosunt, quæ alijs facientibus obsunt.Vnde etiam aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum,ut Hierony.super Marcum.Malum(inquit) Iudæ bonum fuit,scilicet nobis:nec si bonum est illi,vel illi: inde sequitur quòd simpliciter bonum sit : proprie enim ac simpliciter bonum est,quod in se,& facienti bonum est.

Confirmat illa in sensũ alia auctoritate eiusdẽ. Ca. 11. in To. 3 circa princ. Ca. 7. Rom. 8

Cõmẽtario ad ca. 14. in 10. 9

Quadripartita boni acceptio.

Est enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit, sed non est bonum facienti: ut cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum.Et est aliquid bonum in se, & facienti, sed non ei cui fit: ut cum ueritas propter Deum alicui non obedienti prædicatur. Et est aliquid in se, & facienti, & ei cui fit bonum: ut cũ veritas prædicatur propter Deum credẽti.Vnde Apostolus.Bonus odor sumus Deo,alijs odor uitæ, alijs odor mortis.Est autem aliud,quod nec in se bonum est, & facienti nocet,et damnat,nisi pœniteat,ut malũ:ualet tamen ad aliquid.Vt enim ait Augustin.in Ench.A summe, & æqualiter

2. Co. 2

Ca. 19. & 11. Tom. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

æqualiter et immutabiliter Trinitate bona creata sunt omnia, nec summe, nec æqualiter, nec immutabiliter bona: sed tamen nō etiam vngula. Simile vero uniuersa ualde bona: quia ex omnibus cōsistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatū, & loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora sunt, dū cōparātur malis.

Quomodo, & quibus mala prosint.

Hinc patet quòd ex malis quæ fiunt, aliquod prouenit bonum, dum bona magis placent, & laudabiliora existunt.

Ad Ro. 8. Ipsis etiam facientibus ex malis, quæ faciunt, interdum bona proueniunt, si secundum propositum vocati sunt sancti.

Cap. 9. Tom. 7 Lu. 22 Talibus enim (vt ait Aug. in Lib. de correctione, & gratia) usque adeo Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deuiant & exorbitant, etiā hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores: vt Petrus. Illa etiam mala quæ ab iniquis fideles pie perferunt (ut ait Aug. in Lib. de Tri.) ipsis vtique prosunt, vel ad delenda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, uel ad demonstrandam huius vitæ miseriam: ideoq; & Iob Dei manum, & Apostolus Satanæ stimulum sensit, & vterque bene profecit: quia malum bene portauit.

Aug. 13 Lib. c. 26. Iob. 19 2. Cor 12.

Mala fieri, bonum est.

Si quis igitur diligenter attendat quæ scripta sunt, facile est ei percipere ex malis bona prouenire: & ex ea ratione dictum esse, quod bonum est mala fieri uel esse, non quia malum sit bonum, uel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo: quia non est bonum, ut aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum, profectò huius Deus auctor esset, qui est auctor omnis boni. Quod si huius Deus auctor est, eo ergo auctore homo agit mala, & ita eo authore homo fit deterior. Et si eo authore homo fit deterior, tunc eo uolente homo fit deterior. Idem est enim dicere aliquid fieri Deo authore, quod Deo uolente: Deo autem authore homo non fit deterior: ergo non Deo uolente, ut Aug. in 83. quæstio. aperte astruit a minori, dicens ita, Nullo sapiente homine authore fit homo deterior: tanta enim

Quæs. 3 Tom. 4

enim est ista culpa quæ in sapientem hominem cadere nequit. Est autem Deus omni homine sapiente præstātior: multominus ergo Deo authore fit homo deterior. Multo enim est præstantior Dei uoluntas, quàm hominis sapientia. Illo autem authore cum dicitur, illo uolente dicitur: ergo est uitium uoluntatis humanę quo est homo deterior: quod uitiū si longe abest a Dei uoluntate (ut ratio docet) a quo sit quærendum est. Ecce aperte dicit August. Deo authore uel uolente, hominem non fieri deteriorem, sed uitio uoluntatis suæ. Non est ergo Deo authore quod malum fit ab aliquo: & ita Deo uolente mala non fiunt.

Quod in Deo non est causa, vt sit homo deterior.

Deinde idem Aug. quærens quæ sit causa ut homo sit deterior, in Deo eam non asserit, in eodem lib. dicens, Vt sit homo deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est: si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet homine, aut in eo qui neque Deus, neque homo sit: sed non in Deo, bonorum enim Deus tantum causa est: ergo in homine est, aut in eo quod neque Deus, neque homo, aut in nihilo. Et ex his aperte ostenditur, quod non est bonum ut sit homo deterior, quia non est Deus eius rei causa, qui tantum causa bonorum est. Et si non est bonum ut homo fiat deterior, non est ergo bonum ut ab eo fiat malum, non ergo uult deus ut ab eo fiat malum. Q5. 4.

Adhuc quod Deo auctore non fiunt mala.

Item aliter etiam ostenditur quòd Deo authore, id est, uolente non fiunt mala: quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse, malum est. Ipse autem author mali non est: tendit uero ad non esse, qui operatur malum: non ergo Deo authore est, quod aliquis operatur malum. Non est ergo bonum, quod aliquis operatur malum, quia tantum boni Deus author est. Hoc autem Aug. in eodem Lib. aperte explicat ita dicens. Qui omnīū quæ sunt author est, & ad cuius bonitatem id pertinet vt sit omne quod est, boni tantummodo causa est. Quocirca mali author non est, & ideo ipse summum bonum est: a quo in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. Nō est ergo

causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa deficiendi, ideſt, tendendi ad non eſſe, qui (ut ita dicã) eſſendi causa eſt, quia omniũ, quæ ſunt, author eſt, quæ inquã tũ ſunt, bona ſunt. Ecce aperte habes quod deficere a Deo, qui ſummum eſt bonum, malum eſt, mala ergo facere malũ eſt: non ergo Deo authore vel volente mala fiunt.

Obiectio quorundã, ex Deo eſſe, quòd mala fiant.

Iam ſufficienter oſtenſum eſt, quod Deo authore non fiũt mala. Quidam tamen ſophiſtice incedentes, & ideo Deo odibiles, probare conãtur ex Deo authore eſſe quod mala fiũt, hoc modo. Quod malã fiunt, verum eſt: omne autem verum quod eſt, a veritate eſt, quę Deus eſt: a Deo ergo eſt quod mala fiunt. Quod autem omne verum a Deo ſit, cõfirmãt auctoritate Aug. in Lib. 83. quæſt. ita dicẽtis, Omne verum a veritate verum eſt, eſt autem veritas deus, Deũ ergo habet authorem omne verum. Eſt autem uerum quod mala fiũt vel ſunt, Deo ergo authore eſt quod ſunt vel fiũt mala.

Qũ. 10 Ioã. 14

Reſponſio.

Quibus facile eſt nobis reſpondere, ſed indignum reſponſione uidetur quod dicunt. Omne nanque uerum a Deo eſt, ut ait Aug. cui conſonat Ambr. qui tractãs illud uerbũ Apoſtoli, Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto: dicit quòd omne uerum, a quocunque dicitur, a ſpiritu ſancto eſt. Cum itaque uerũ ſit quòd mala fiunt, hoc uerum quod dicitur illa locutione, ſcilicet mala fiunt, a Deo eſt, ſed non inde ſequitur quòd a Deo ſit, ut mala fiant. Si enim hoc diceretur, author malorũ Deus eſſe intelligeretur, quod ex ſimili manifeſte falſum oſtenditur, Deus prohibet furtum fieri, ſed furtum fieri uerum eſt, ergo prohibet uerum: non ſequitur.

Tom. 4 explanatione. 1. Cor. 12.

Probè dicunt, qui Deum non uelle mala fieri, adſtruunt.

Hæc igitur & alia huiuſmodi inania relinquentes, præmiſſæ quæſtionis parti ſaniori fauentes, quæ ſanctorum teſtimonijs plenius approbatur, dicamus: Deum non uelle mala fieri, nec tamen uelle non fieri, neque nolle fieri. Omne ergo, quod uult fieri, ſit: & omne quod uult non fieri, non ſit. Fiunt autem multa, quæ non uult fieri, ut omnia mala.

HAEC

HAEC eſt ſecũda pars huius totalis Tractatus de uoluntate, in qua Magiſter agit de diuinæ uoluntatis impletione. Et habet hæc pars duas partes. In prima ſuppoſito ex præcedentibus, q̃ uoluntas beneplaciti ſemper impleatur. Hic remouet dubitationes, quæ ex hac ſuppoſitione oriuntur. In ſecunda explicat ueritatem infra diſt. proxi. *Voluntas quippe Dei ſemper efficax eſt &c.*] Prima pars habet duas partes. In prima Magr mouet dubitationẽ per comparationem ad bona. In ſecunda p comparationẽ ad mala, ibi. *Id. eque cum conſtet omnia bona, &c.*] Prima pars habet duas partes. In prima Magr obiicit. In ſecunda ſoluit, ibi. *Sed audiamus ſolutionẽ &c.*] Similiter ſecunda pars, in qua Magiſter inquirit utrũ uoluntas dei impleat aſpectu malorum, habet duas partes. In prima Magiſter opponit ad partem falſam. In ſecunda opponit ad partem ueram, ibi. *Si quis ergo diligenter attendat, &c.*] Prima pars habet duas. In prima adducit rationes ad defenſionem falſę opinionis. In ſecunda parte ponit ſolutiones, quas aſſignant illi, q̃ ſunt contraria poſitionis, & hoc ibi *Illi uero qui dicunt dei uoluntatem, &c.*] Et utraque partiũ duas habet: nam in opponendo duas inducit obiectiones, quarũ una rõni innititur, alia auctoritati: & ſecundum hoc pars, in qua ſoluit, diuiditur: quia ponuntur ibi duæ rõnes iuxta duas obiectiones. Similiter illa pars, in qua conatur Magiſter ad ueram partẽ aſtruendam, habet duas. In prima inducit reſponſiones ueras. In ſecunda diſſoluit quandam rationem ſophiſticã, & hoc ibi. *Iam ſufficienter oſtenſum eſt &c.*] Prima pars habet tres partes ſecundum tres rationes, quas inducit. Prima ſumpta eſt ab hoc q̃ eſt neo fieri actore, & deo uolente, & ponitur ibi. *Si quis igitur diligenter &c.*] Secunda ſumpta eſt ab hoc, quod eadem eſt cauſa, qua malum ſit, & homo ſit deterior, & ponitur ibi, *Deinde idem Auguſt. quærens &c.*) Tertia ſumpta eſt ad hoc q̃ malum facit tendere ad non eſſe, & ponitur ibi, *Idem etiam aliter oſtenditur, &c.*] Similiter ſecunda pars, in qua diſſoluit rationem ſophiſticam, tres habet. In prima ponit illã ibi. *Iam ſufficienter oſtenſum eſt &c.*] In ſecunda diſſoluit ibi. *Quibus facile eſt nobis reſpondere &c.*] In tertia redit ad ueritatis aſſertionem, dicens hanc partem eſſe ueram, quod deus non uult mala fieri, ibi. *Hæc igitur & alia huiuſmodi &c.*]

Niſi uſque adeo deus eſſet omnipotens, &c.] Videtur in debito modo loqui: quia malitia eſt priuatio: ergo non eſt materia boni. Si dicas quod accipitur rõne ſubſtrati, ſcilicet de malo. i. de illo, qui eſt malus facit bonũ. Cõtra. Hoc nihil eſt aliud quam malũ deſtruere: ex hoc ergo nõ habetur qđ deus habeat mala ſi nere, cũ eius ſit facta deſtruere. Reſpon. Dicendum quod (de) non eſt ibi cauſale, nec materiale, ſed occaſionale: quaſi dicat de malo facit bonũ, occaſione ſumpta a malo: ipſe autẽ obiicit ac ſi hoc q̃ eſt (de) teneretur cauſaliter, hue materialiter. Dub. 1.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dub.2. *Quod malum dicitur bene ordinatum, &c.*] Videtur male loqui, quia quod non est, non est locari. Si tu dicas, ꝙ habet locum ratione subſtrati. Contra. Locus debitus & conueniens naturæ rationali est gloria; ergo malum locatur in gloria. Respon. Dicē dum ꝙ cum dico infernum, siue locum pœnalē, duo dico, & partem uniuersi, & utilitatē: inquātum locus est, debetur naturæ subſtratæ: sed inquantum uilis est, debetur deformitati culpæ: & ita malum locum habet & uilem: sed locum ratione subſtrati, uile uero ratione deformitatis.

Dub.3. *Si qui horum deuiant & ex orbitant &c.*] Si hoc, ergo uidet qđ mala proficiant siue cooperētur. Contra. Mali est bonum corrumpere: ergo nullo modo est in bonum cooperari, siue proficere. Resp. Dicendum quod proficere, siue cooperari in bonum alicui, pōt esse tripliciter. s. adiuuā do, ut gratia cooperatur lib. arb. uel econuerso. Vel excitando, ut paupertas & miseria, quæ excitant ad amorem Dei, siue pungunt & impellūt, sicut dicit Gre go. Vel etiam obsistendo, sicut aqua calida fortius congelatur, quia dū resistit, uigoratur actio contrarii: & sic malum dicitur cooperari: uel quia facit homine ad bonum magis excitari: uel magis: quia dum obsistit, & homo prævalet, uigoratur uirtus gratiæ & feruescit.

Dub.4. *Augustinus in Lib. Octuaginta trium Quæst. aperte adstruit a minori, &c.*] Videtur falsum dicere, quia locus a minori non est destructiuus, sed positiuus: sed illud argumentū est destructiuū, sapiens non potest facere hominem deteriorem: ergo nec Deus: ergo non est a minori. Resp. Dicendum quod reuera locus iste non est a minori (proprie loquē do) sed a maiori: quia non dicit ibi, minus uel minor, sed illud, ꝙ minus uidetur inesse: magis autem uidetur quòd homo possit facere malum quàm deus: sed sapiens homo non potest: ergo nec Deus: & ita est a maiori locus. Nihilominus potest dici ꝙ est a minori: sed reducitur ad rationem affirmatiuam: sic minus uidetur, quod impossibilitas faciendi malum insit homini quā Deo: sed sapiens manens sapiēs, est impotens ad faciendum aliquem deteriorem: ego multofortius Deus.

Dub.5. *Culpa, quæ in sapientem hominem cadere, &c.*] Videtur hoc falsum: quia sicut se habet sapientia ad ignorantiam: ita uirtus ad culpam: ergo permutatim, sicut uirtus ad ignorantiam, ita sapiē tia ad culpam: sed uirtus simul stat cum ignorantia: ergo sapientia simul stat cum culpa. Resp. Dicendum quod sapientia uno modo dicit cognitionem uerā. Alio modo cognitionem uerā, & nobilissimam; quia per causas altissimas. Tertio modo dicit cognitionem ueram, nobilem, & sapidam. Quarto modo sapientia non dicit aliam cognitionē quā religionem diuinam, siue cultū, secundum ꝙ dicitur, quod pietas ipsa est sapientia, siue theosebia & hoc cōsistit, ut dicit August. in fide spe & charitate, & hoc modo claudit in se uirtutē, & ita opponitur culpæ, & sic patet responsio.

Ench. cap. 2. 3.

Deus

Dub.6 *Deus non est causa tendendi ad nō esse &c.*] Videtur falsum dicere ꝙ in cān. Deut. dicitur. Ego occidam & ego uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo: ergo uidebitur cū mors sit corruptio tendendi ad non esse, ꝙ Deus sit huius causa. Resp. Dicendum, ꝙ non esse non appellatur hic per priuationem qualiscunque esse: sed illius ꝙ dimnit Boet. di

4. 4. Con pro c. cens. Esse est ꝙ ordinem retinet, seruatque naturam; & ad illud Deus non deducit: ipse autē obii cit de esse naturali. Vel pōt dici quod loquitur hic secūdum naturæ institutionem, secundū quā dicitur, Deus mortem non fecit. Quod autem dicitur, quod ipse occidit, hoc est secundum punitionem iustitiæ, hoc tamen in Secundo melius dicitur.

Dub.7 *Tendere n. ad non esse, malū est &c.*] Videtur male dicere: quia si tendit ad non esse, aut hoc dicitur quantum ad esse naturæ, aut gratiæ. Si naturæ: ergo malū corrumpit naturam, ꝙ est contra Diony. qui dicit quòd malū nihil corrumpit existentium in eo essentia uel natura. Si autem intelligatur quātum ad esse gratiæ, hoc similiter falsum uidetur: quia post primam culpam nō remanet esse gratuitum secūdum aliquid sui: quia totaliter ꝙ mortale expellitur gratia: ergo nō tē dit ad non esse, sed iam est in termino Resp. Dicendum ꝙ in homine iusto & bono est tria considerare, esse naturæ, & ordinabilitatem, & gratiam; quę communi nomine dicit habilitas, & ordinem gratiæ, siue gratiæ ordinationem. Malum ergo (per se loquendo) corrumpit ipsam ordinabilitatem, & ex hoc elongat a gratia, & facit tendere ad non esse: & quia habilitas nunquam omnino tollitur, salua natura, & natura non corrūpitur, semper malum facit tendere ad nō esse, ita ꝙ nunquam est in termino.

Dub.8. *Verum, a quocunque dicitur, a spiritu sancto est &c.*] Videt male dicere: quia si hoc est uerum: ergo cum detractor detrahendo dicat uerum, uidetur quòd dicat a spiritu sancto. Similiter dia bolus multa uera dicit. Similiter de uerbo illo obiicitur. Nemo dicit dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Multi enim peccatores hoc dicunt tota die. Itē. Veritas appropriatur filio: ergo mā gis deberet dicere Amb. quod omne uerum est a filio. Respon. Dicendum quod aliquid dicitur a spiritu sancto illustrāte intellectum, & mouente affectum: & illud est uerum & bonum. Et aliquid dicitur uerum ex charitate a spiritu sancto mouēte affectum: sed non illuminante intellectum: sicut dicit Apostolus ad Titum ad Hispanos: falsum enim dixit: sed tamen in dicendo meruit; quia charitas mouebat eum uelle hoc dicere. Aliquid est dictum a spiritu sancto illustrante intellectum; sed non rectificante affectum; & illud potest esse malum, & tamen uerū est dicere: ergo perfectum utrumque includit, & sic dicitur a spiritu sancto & in spiritu sancto: & ita intelligit Apostolus. Ambr. autem largius dicit. Et sic patet illud, quod obiicitur, quod ueritas appropriatur filio. Respondetur enim quod spiritui sancto appropriatur interpretatio. Vel di

1. Cor. 12.

cen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

endum quod hoc non dicitur tanquam appropriatum, uel si ut appropriatum, hoc est ratione doni.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An Deus uelit omnes homines saluos fieri uoluntate beneplaciti?

AD euidentiam eorum quæ determinat Magister in præsenti distinct. sex quæruntur. Primo quæritur utrum Deus uelit omnes homines saluos fieri uoluntate beneplaciti. Secundo quæritur utrum Deus uelit mala fieri. Tertio utrum mala fieri sit bonum. Quarto utrum mala fieri sit uerum. Quinto utrum mala ordinentur a Deo. Sexto & ultimo utrum mala augeant decorem in uniuerso.

QVOD Deus uelit omnes homines saluos fieri uoluntate beneplaciti, ostenditur sic. 1. Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri: sed constat quod hoc non est dictum de uoluntate signi: quia nec præcepti, nec impletionis, nec alicuius alterius: hoc enim non cadit sub præcepto: ergo constat esse dictum de uoluntate beneplaciti. ITEM. Damas. Oportet sciri: quoniam Deus uult antecedenter omnes homines saluos fieri, & regni sui potiri fortuna, non enim ad puniendum plasmauit nos Deus: ergo cum uoluntas antecedens sit uoluntas beneplaciti, quæ est bonorum; quæ sunt bona irrefragabiliter, uult uoluntate beneplaciti: uult ergo omnes homines saluos fieri, siue saluari. ITEM. Omne habens charitatem uult omnes homines saluos fieri, quantuncunque modicam habeat dilectionem & charitatem. Cum ergo Deus summam habeat dilectionem & charitatem, uidetur quod ipse uelit omnes homines saluos fieri. ITEM. Sicut uult Philosoph. primum ens. s. Deus uno modo se habet ad omnia siue ad omnes: ergo quantum est de se omnes uniformiter diligit: ergo si uult aliquos saluari, & omnes: uel si de aliquibus non uult, pari ratione de nullis. 12. Metaphy. 52.

CONTRA hoc primo est instantia, quam adducit Magister in litera. Si uult omnes homines saluari, & de oibus plures damnantur quam saluãtur: ergo uoluntas eius frustratur & cassatur, quod est contra ueritatem aperte. ITEM. Omnes, quos uult Deus saluari, eligit ad saluté: electio enim Dei non dicit aliud q̃ dilectionem ad saluandum: ergo si omnes uult saluos fieri, omnes sunt electi. Contra Matth. 22. Multi sunt uocati, pauci uero electi. ITEM. In prædestinatione non sunt nisi duo. s. præcognitio & uoluntas saluandi, ratione cuius Deus dicitur prædestinare. Dũ enim proponit dare gratiam, & gloriam præparare; prædestinare dicitur: ergo cum præcognitio Dei omnibus sit communis, si uoluntas salutis est respectu omniũ: ergo omnes sunt prædestinati: sed omnes prædestinati saluabuntur: ergo omnes saluabuntur, quod est contra hẽ. SI TV dicas mihi quod duplex est uoluntas, absoluta & conditionalis, & Deus absoluta uoluntate solũ uult saluare, quos præsoluit

scivit conformes fieri imagini filii sui, & istos prædestinauit: uolũtate uero cõditionali uult oẽs, si ipsi uelint: Tũc obuiat q̃d uolũtas conditionalis non u. cõueniens deo: qa hæc est uoluntas ĩcompleta, deus aũt quicquid uult, plene uult. Et iterũ quicquid facit plene facit. Et iterũ hæc cõditionata uoluntas, aut est uolũtas beneplaciti, aut uoluntas signi. Si signi, tunc nihil ad propositum: qa uolũtate signi nõ uult oẽs huius saluos fieri. Si uoluntas beneplaciti: sed hæc uno modo tñ est, & dr, & semper impleť: ergo oẽs homines saluantur. Et præterea hæc uoluntas conditionata, quã dr q̃ uult, si ipse uelint, locum nõ põt habere in paruulis q̃ moriũtur: ergo adhuc nõ solũ ratiõe distinctio ista. ITEM. Cũ sic dicitur, uult hunc saluari aliquo demonstrato, aut hoc q̃ est (uelle) aliquid connotat, aut nihil. Si nihil: ergo pari rõne põt dici de lapide, quod deus uult hunc saluari. Si aliquid, nõ nisi salutẽ: ergo sequitur si uult hunc saluari, quod iste saluabit, qualitercunque accipiatur uelle. SI DICAS quod connotat possibilitatem, & ordinabilitatem ad salutẽ: Obii est tunc q̃ de quolibet ordinabili ad aliquid põt dici, q̃ deus uelit: sed quilibet clericus est ordinabilis ad episcopatum, & quilibet miles ad dignitatem regiã: ergo deus uult oẽs clericos ee episcopos, & oẽs milites esse reges, q̃ nõ cõcedit.

RESOLVTIO.

Deus uult omnes homines saluos fieri uoluntate utique beneplaciti, sed antecedenti: uel intelligendo pro generibus singulorum.

RESP. Dicẽdum quod cũ Apostolus dicat, q̃ deus hoc uult. s. omnes homines saluos fieri, necesse habemus concedere quod deus uelit, & cũ non possit exponi de uoluntate signi, necesse habemus exponere de uoluntate beneplaciti: sed cum non omnes saluentur, & uoluntas dei nunq̃ frustratur: ideo necesse est quod hoc uis in modo distribuẽdi, uel in modo uolendi. Et egregius doctor Augustinus duplicem facit uim in modo distribuendi. in Ench. Vno modo quod distributio sit accõmodata, ueut & hic, omnis homo, timet in mari: secundum communem modum loquendi intelligitur: qui est in mari. Similiter Aug. exemplificat, si dicatur, Magister iste docet oẽs pueros de ista ciuitate: quia. s. docet oẽs q̃ addiscũt, nullus enim docetur nisi p ipsum. Similiter, deus uult omnes homines saluos fieri: quia nullus saluatur, nisi uelit deus, & ideo orãdus est, ut uelit. Facit etiam alio modo uim in distributione ſm omne modum distribuendi, quæ potest fieri pro singulis generum, & sic est falsa: & non intelligit Apostolus sic. Vel, p gũbus singulorũ, & sic uera: quia deus de oi gẽre uoluit: & uult aliquos saluari, & de Græcis, & de Latinis, & de prælatis, & subditis, & de omni gente: ideo dicit Apostolus pro oĩbus esse orãdũ. Hæc est rãtio Aug. cui Magister innititur: & necesse est sic, uel sic soluere: supposito q̃ uelle dicat ibi uelle dei, ſm q̃ dicitur uelle placito, quietato, siue uoluntate absolutat de qua uerum est dicere, Omnia quæcunque uoluit fecit. Sed Dam. facit uim in mõ uolẽ-

finelim. ridem. cap. 27 usq; ad 103. in clausul. Ps. 113

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, distinguit enim in deo uolũtatem antecedentem, & uoluntatẽ consequentem: & uoluntas antecedens est uolũtas respectu eius propter quod deus hominẽ fecit, & irrefragabiliter bonorũ. Voluntas autem consequẽs est uoluntas non quæ sequitur merita: sed quæ uult aliqua sm scientiam meritorum Prima. s. a fis dicitur a Magistris uoluntas conditionalis, siue uolũtas qua deus uult quantum in se est. Secunda autem s. consequens dicitur absoluta. Differentiæ aũt inter hãc uoluntatem, & illam nõ est secundum differentiam affectionis, siue modi uolendi qui sit in deo: sed secundum rationem connotãdi, & intelligẽdi. Dicut. n. deus dicitur uelle omnium salutem quantum in se est, & antecedenter, connotatur in omnibus ordinatis ad salutẽ, tum ex parte naturę datę, tum ex parte gratiæ oblatæ: dedit. n. eis deus naturã, sm quam possent eũ cognoscere, & cognitũ quærere, & quæsitum inuenire, & inuento inhærere, ac per hoc salutem obtinere. Gratiam similiter obtulit, dũ filium misit, & obtulit: cuius precium omnium saluti sufficit. Leges etiam, & mandata tribuit salutis, & ostendit. Ipse etiã præsto est omnibus inquirẽtibus, & prope est omnibus inuocãtibus eũ.

Velle ergo hominẽ antecedenter saluare, est ordinatum ad salutẽ facere: & uolenti peruenire, non deesse. Vnde uelle antecedenter saluare, non connotat salutem: sed ordinabilitatem ad salutem. Velle aũt consequẽter, siue absolute saluare, est uelle dare salutem ei, quem præscit ad salutem peruenturum, & suum auxilium, & gratiam, & connotat salutis euentum, & sic nõ est dicere, quod deus uelit oẽs homines saluos fieri. Huic rñsioni magis consonant Magistri, quãuis utraque bona sit. Secundũ hanc ergo respondendum, quod deus uult omnes homines saluos fieri, quantum in se est uoluntate antecedente, nõ aũt uoluntate absoluta, siue consequente: & quia illa non connotat effectus euentum: ideo non impeditur in hoc quod non omnes saluantur.

Patet etiam responsio ad illud q̃ obijcitur de prædestinatione, siue electione: quia in illis clauditur uoluntas absoluta, nõ solum antecedens. Patet etiam resp. ad ultimum de cõnotato.

Ad illvd tamẽ, quod obijcitur, quod uoluntas conditionata non cadit in deum. Dicendũ quod non ponitur in deo uellei tas quantum ad effectum plenitudinis uoluntatis, nec propter diuersos modos uolendi: sed pp aliam comparationem in connotando, & sic patet illud. Ad rationes uerò ad oppositũ, q̃d deus uult oẽs homines saluos fieri, ñ esponderi põt ad duas primas, quod uerum cõcludunt, & uere. Ad illvd autem, quod obijcitur de charitate hominũ. Dicendum quod non est simile, quia nos nescimus merita hominũ futura finaliter, & si quis sciret aliquos esse præscitos, quãuis quantum in se est, deberet eos uelle saluari, non tamen uolũtate absoluta: sed hæc melius infra patebunt. Ad illvd, q̃d obijcitur, q̃ deus uno modo se habet ad oẽs. Dicendum, q̃ illud uerbum Philosophi habet locũ quantum ad rerum gubernationem, non quantum ad eorũ productionem: uel quantum ad naturalia, non quantũ ad gratuita.

Qvaestio II.

An Deus uelit, mala fieri.

Vtrvm Deus uelit mala fieri. Et quod sic, ostenditur per Anſel. Deus nõ uult (inquit) quod impossibile est fieri: ergo p consequentiam eõuerso, quod possibile est fieri, Deus uult illud: sed malum est possibile fieri: ergo malum fieri est Deo uolibile. Item. Duobus oppositis propositis, inter quæ non est medium, necesse est alterum esse a deo scitum: ergo pari rõne necesse est alterum esse uolitum: sed demonstrato peccãte, illum peccare, illum non peccare, sunt opposita: ergo deus uult alterũ: sed quicquid deus uult, illud fit: ergo si uult illum non peccare, iste non peccat, quod est contra positionem: uult ergo istũ peccare: sed hoc non est malum: ergo malum fieri, est a deo uolitũ. Item. Omnis iustus uult omne q̃ iustũ est: sed omnis pœna iusta est (ut dicit Aug.) & omne malum pœna: ergo omne malũ quod fit, a deo est uolitum fieri. Quod omne malum sit pœna, patet p Aug. Cõfes. Iu iusti (inquit) domine, & sic est, q̃ omnis motus inordinatus sibi sit pœna. Item. Omne aliquid uolens uoluntate consiliata, & deliberata, uult omne illud, sine quo illud nõ potest esse quamuis enim aliquis uelit esse abbas, sed non monachus: tamen si deliberatiue uelit esse abbas, uult pariter esse monachus: sed deus uult aliquid bonum, quod nunquam potest esse sine malo; sicut sanctos suos probari, & pati, & filium suum: ergo &c.

Ca. 12 in fine Tom. 1.

Contra. Nihil est a baliquo uolitum uel uolibile, quod omnino displicet ei, & est odiosum: sed ex Eccl. 12. dicitur. Altissimus odio habet peccatores: sed non nisi rõne peccati, siue mali: ergo multo magis odit malũ: ergo non uult illud fieri. Item. Aug. in 1. ib. 83. q. Idem est fieri deo uolente, & deo authore: sed malum non fit deo authore: ergo malum non fit deo uolente. Primam supponit ipse, secundã probant: quia nullo homine sapiente fit homo deterior: ergo multo fortius nec deo. Item. Ratione uidetur. Quia omnis uolũtas aut denominatur a uolito, aut denominat uolitum. Si ergo deus uult malum: aut ergo uolũtas est mala: aut si uoluntas est bona, uolitum est bonum: ergo aut nihil est malum, aut deus est malus, si uult malum fieri: sed utrũque falsum: ergo &c. Item. Omnis uolens malum, uult sub ratione apparẽtis boni: ergo omnis uolens malum decipitur: ergo si deus uult fieri mala, deus decipitur, quod est impossibile. Item. Omnis qui uult aliquid quod non potest, est miser: sed Deus non potest malum, sicut supra probatum est: ergo si uult illud, est miser: sed hoc est impossibile: ergo &c.

Q. 3.

Resolvtio.

Mala culpa nequaquam uult Deus fieri: cum nullatenus illa uolibilia sint.

Resp. Dicendũ, q̃ (sicut probant ultimæ rationes) malum non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

a deo uohibile, malū inquam culpæ: quia omnis uoluntas inordinata est, cui placet illud malum: & hoc omnes concedunt. Sed tamen aliqui uoluerunt dicere, ꝙ deus uult malum fieri, cum ipse non sit causa eius, sed aliusa deo uolente. Et hoc quidem dicebāt deum uelle non ratione sui, sed ratione eius qđ inde elicit. Sed hoc est contra Augu. sicut ostendit Magister in litera, qui hanc opinionem improbat: ideo neutrum est concedendum: sed si alicubi legitur, exponendum.

AD ILLVD ergo, qđ obiicit in contrarium, ꝙ deus nnn uult quod impossibile est fieri. Dicēdum, ꝙ non uelle, dicitur dupliciter, aut negatiue, aut priuatiue. Si negatiue, non est uerum illud: nec Ansel. ita intelligit. Si priuatiue, tunc non uelle una dictio est, & tertia psona eius, qđ est, nolo: & hoc modo dicit deus nolle, quod absolute uult nō fieri. Hoc autem modo non est dicere ꝙ deus nolit mala fieri: & hoc modo non tenet consequentia a contrario: quia non tenet in contrariis, sed in contradictoriis. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ duobus oppositis propositis, necesse est alterum scire, ergo necesse est alterum uelle. Dicendū, ꝙ loquendo de uoluntate beneplaciti, non est simile: nam scientia est respectu omnium quę fiūt: uoluntas aūt beneplaciti nō est nisi respectu eorum, quę sunt ab ipso. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ quilibet iustus uult iustitiam &c. Dicendum, ꝙ aliquid dicit iustum, dupliciter: in re. s. & ex creine. Quod iustū est in se, secū ēū id qđ est, est a deo uolitū. Qđ uero est iustū ex ordine, est uolitū a deo ſm ꝙ ordinatū, & malū non est uolitū ſm ꝙ malū, sed ſm qđ punit, & ita ſm ꝙ ordinatū, & ita ſm id quod est non est uolitum. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ qui uult aliquid, uult oē illi annexum. Dicendum, quod uelle aliquid est dupliciter, aut uolūtate aňte, aut uoluntate cōsequente. Quod uult aliqs uolūtate antecedēte, uult omne annexū illi necessario. Quod uero uult uoluntate consequēte, pōt etiam uelle sine annexo. Potest enim ex malo bonū elici, quod non eliceretur, nisi factum illud malum displiceret, & bonum elicitum complaceret ei, qui nouit elicere. Potest tamen responderi per interemptionem, ꝙ uolens uoluntate conciliata uult aliqd, non tamen uult illud quod consequitur: sicut aliquis uult aliquē surgēre: sed tamen non uult ei cecidisse. Tamen potest aliter dici & mēlius, ꝙ uelle aliquid sine alio est dupliciter? Aut uelle hoc, & non uelle aliud: qā unum placet, & aliud displicet, & sic possibile est his, quæ inseparabiliter sunt coniuncta. Alio modo uelle aliquid sine alio, est dicere uelle aliquid sine illo esse, & est uelle impossibile. Primo modo non sequitur, ꝙ uelis id, quāuis non sine illo: sensus enim est, non sine illo ente, sed tamen sine illo uolito. Et est exemplum sensibile, uolo enim aliquem, qui cecidit, surgere, ita ꝙ non uolo eum cecidisse: non tamen uolo ꝙ surgat, ita quod nō ceciderit.

QVAESTIO III.

An mala fieri bonum sit?

VTRVM mala fieri sit bonū: &

& ꝙ sic ostendit hoc mō. Quod expedit facienti ad salutem, illud est bonū: sed malum est huiusmodi: unde super Rom. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: Gl. etiam ipse casus: & Aug. 14. de ciui. Dei. c. 13. Audeo (inquit) dicere super his, utile esse incidere ī aliquod apertum manifestumque peccatum, ut inde sibi displiceāt, quo iam sibi placendo corruerāt: igitur malum fieri est bonum, & utile facienti ad salutem: ergo &c. ITEM. Quod est bonū deo, & uniuersitati est bonū simpliciter: quia bonum commune præfertur bono priuato: sed malum fieri, est bonū uniuersitati: ergo &c. Quod sit bonū dicit Boetius in Lib. de Cōso. Sola diuina mis est, cui quæque mala bona sunt. Et August. in Lib. Confess. Tu, cui nihil omnino malū: sed nec uniuersæ creaturæ tuæ: quia nihil est extra te, quod corrumpat ordinem quem imposuisti: ergo
1. Top. cap. 24 si malū fieri est bonū uniuersitati, patet &c. ITEM. Cuius usus bonus est, ipsum quoque bonū: sed usus malorum factorum est
Ca. 27 bonus: ergo &c. Minor patet per
q. 18. August. 15. de ciui. Neque enim deus malos esse præsciret, nisi pari ratione præsciret, quibus bus eos bonorum usibus accommodaret. ITEM. Omne, quod iustum est, bonum est: sed mala fieri iustum est, quia pœna est peccati præcedentis, sicut uult Grego. ergo malum fieri bonum est.
Contra. Malum fieri, est malū in esse produci: si ergo malū fieri est bonum, productio mali est
1. Top. Prael. bona: sed regula est in arte Topicorū, Cuius gñatio uel productio bona est, ipsum quoque bonū: ergo si productio mali est bona, malum est bonum. ITEM. Malū fieri est idem quod bonū priuari, siue corrumpi: si ergo malū fieri est bonum, corruptio boni est bona: sed regula est, Cuius corruptio bona, ipsum quoq; malū: ergo si corruptio boni est bona, bonū est malum, qđ absurdū est. ITEM. De conuertibilibus, si unū est bonū, & reliquū: sed malū fieri, & mala facere sunt cōuertibilia: ergo si malū fieri est bonū, & malum facere est bonū: sed ꝙ bono nullus est puniendus: ergo nullus faciens mala est puniendus. ITEM. Sicut oppositum in oppositis: si ergo malum fieri est bonum, ergo bonum fieri est malum: sed hoc absurdum est, ꝙ malum sit, facere bonum: ergo & primum. ITEM. Si malum fieri est bonum: aut ergo in se, aut quia ex ipso euenit, uel cōsequitur bonum. Non in se, constat. Si ergo quia inde euenit bonū, qui dicit, faciamus mala ut eueniat bona, bene dicit: ergo male Apostolus reprehendit.

1. C. 4. et dem cepi.

Ex 2. Top. Cap. 1.

RESOLVTIO.

Mala fieri nullatenus bonum esse potest: sed bene accasio boni.

RESP. Ad prædictorum intelligentiam notandum, quod ī operibus illud est dicere bonū, uel utile, siue conferens, qđ in finem bonum ducit, siue est uia ad bonum. Ducere aūt ad bonum, tripliciter dī aliquid. s. per modum causę, uel p modū casus, uel per modū occasionis: & differūt hec tria. Nā causa per se ducit circa illud, circa quod ponit, quod est procedens, & intendens. Sed ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus priuat intentionem; sed non operationem, sicut patet in fodiente: qui inuenit thesaurum prꝛeter intentionem. Occasio autem priuat utrunque: non.n. dicit principium producens: sed magis dicit aliquid quod principium afficit, ut efficiat, sicut aliquis ex uerbo audito percutit alium; uerbum auditum fuit occasio, non efficiens percussionē, nec cooperās efficienti: sed quodammodo afficiens. Et hæc occasio duobus modis est. Quædā enim est, quꝛ quodam modo habet rationem actiui: quia quodammodo excitat efficientem, sicut malum exemplum ad peccatum. Vel quæ habet rationem passiui, ut ex quo aliquis assumit rationē, sicut aliquis ex malo alterius excitat se ad faciēdū bonum. Sedm hoc intelligendū quòd malum duo dicit. s. priuationē, & naturā ordinabilē, & rationē malitiæ comparat ad bonū, quod elicit sicut occasio passiua: rōne boni ꝙ substernitur, sicut occasio aliquo mō actiua, pp quod malū dr occasio boni. Cū ergo aliquid ducat in bonū his tribus modis, hēt sic dīam inducendo. Aliqu d.n. pōt ducere aliquid ad alterum, aut ex se, aut p aliquid sui, & tūc tenet rationē causæ p se. Aut pōt ducere per alterum, ad ꝙ tñ nō ordinat: sed illud ordinat ad tertiū, sumpta occasione ex illo, & sic tenet rōnem occasionis. Aut ducit cū alio, ad ꝙ tñ non ordinat nec illud ad tertiū: sed ambo simul: & sic tenet rōnem causæ, q ex cōcursu est causarū. Ex hoc ergo patet, qđ illud qđ ducit p modū causæ, hēt intra se rōnem ordinationis in finē: & ideo ī ipso est bonitas: & ideo recte denominat bonum. Qđ uero ducit p modum occasionis, nullā hēt intra se rōnem ordinationis in finem, ideo nec bonitatem: & pp hoc non potest denominari bonum per se, nisi cum additione illius per quod ordinatur: ī quo scilicet consistit ratio ordinationis, & bonitatis: & circa qđ ponitur bonitas. Cum ergo malum non ducat ad bonum ex se; sed per illud quod elicitur ex ipso a sapiente deo, (absolute loquēdo) malum fieri non est bonum: imo omnes consimiles sunt negandæ: quia bonitas notatur poni circa ipsum malum. Si autē addatur bonum quod elicitur, uel ipse eliciens, sic concedēdæ sunt huiusmodi locutiones, malum fieri est bonum ei, qui nouit ordinare in bonum. similiter malū fieri est bonum, ut electi probentur. Ex hoc ergo patent duꝛ primæ rationes: procedūt enim cum determinatione, sicut patet in ipsis auctoritatibus.

AD ILLVD, quod obiicitur tertio: Cuius usus bonus &c. Dicendum ꝙ duplex est usus rei. Vnus, ad quem res de se ordinatur, & de tali uerum est: sicut patet de equo qui est ad equitandum. Alius usus est, qui est aliquando, & ex post facto: & iste potest esse bonus ex bonitate utentis, non utilis: quia bonus utens bene utitur malis: de tali autem loquitur Aug. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ iustum est, bonum est &c. Dicendum, quod iustum dicitur dupliciter. Vno modo iuste ordinatum per iustitiam, quꝛ est in ipso, & so, & omne quod sic iustum est, bonum est, quoniam intra se habet iustitiam. Vel est declarativum iustitiæ, & sic potest malū ostendere. Sicut enim malum potest ad retributionem iustitiæ disponere, ita & ostendere. Et hoc modo dicit ordinationem iustitiæ in altero: nec sequitur ꝙ sit bonum: quia iustum plus importat rationem ordinis. Nihilominus tamen sermo ille non est proprius, quo dicitur, Iustū est, ut qui in sordibus est, sordescat, imo ualde per accidens intelligitur: quia iustum est ut relinquatur a deo, & ad hoc sequit quod adhuc sordescat: unde per accidens intelligitur.

QVAESTIO IIII.

An mala fieri sint uerum sit?

VTRVM mala fieri sit uerū; & uidetur ꝙ sic. Quia de quolibet affirmatio uel negatio uera, de nullo ambo simul: sed hæc est falsa, nulla mala fiunt: ergo oppositum est simpliciter uerum, scilicet mala fieri. ITEM. Veritas est adequatio rei, & intellectus: ergo quotiens homo intelligit sicut est in re, ueritatem habet, & intellectus intellectū: sed qui intelligit mala fieri, uere intelligit; ergo si uere intelligit, intellectum est uerum: ergo mala fieri, est uerum. ITEM. Veritas propositionis asserit ueritatem in dicto. Vnde si Sortes currit, Sortem currere est uerū: sed malum fit, malum fieri est uerum: sed malum fit, constat: ergo &c. ITEM. Veritas dicentis ponit ueritatem in dicto: sed deus, qui non est mendax, dicit mala fieri, Mat. 9. Quid cogitatis mala in cordibus uestris? ergo uerū est mala cogitari: pari ratione uerum est fieri.

Ex 9. Metaphy.

CONTRA. Verum, & bonum conuertuntur: sed malum fieri, non est bonum (ut supra probatum est: ergo mala fieri, non est uerum. SI FORTE dicas, ꝙ uerū est de ueritate cōplexi; Obstēditur de omni ueritate: quia oīs ueritas entitas quædā est: & omne quod participat rōnem entis, participat rōnem boni: ergo &c. ITEM. Omnis ueritas est a ueritate prima: ergo & omne uerum a primo uero: si ergo mala fieri est uerum, malum fieri est a deo: sed hoc est supra improbatum: ergo &c. SI TV DICAS, ꝙ illud est uerum de ueritate rei, non signi: hoc nihil est: quia sicut a deo sunt res, ita & signa: & Ambrosius dicit, quòd omne uerū est a spiritu s. a quocunque dicatur. Loquitur ergo de ueritate in sermone: & ita de ueritate cōplexionis, siue signi. ITEM. Omnis ueritas signi, siue complexionis causam, & ortum hēt a ueritate rei: ergo ueritas, iustum furari, ortum hēt a ueritate furti: sed furtum non dicit actionem uerā, imo defectiuā: ergo pari ratione, iustū furari, non est simpliciter uerū. SI TV DICAS, ꝙ ueritas cōplexionis triplex est. s. positionis, priuationis, & negationis: & prima causat a ueritate rei, secunda uero, & tertia non causat. Contra. Philosophus generaliter dicit, ꝙ ab eo ꝙ res est, uel non est, oratio dicitur uera, uel falsa: ergo hoc ubique uerum est. ITEM. Omne, qđ modo uerum est de prꝛsenti, ab æterno fuit uerū de futuro: ergo

1. Ethi. c. 5.

In prædicamē. c. de substātia ī fine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si malum est hoc modo, uerum ab æterno fuit uerum. sed nihil æternaliter fuit uerum, nisi esset deus, uel in deo, ut in causa: ergo si malum fore, fuit uerum, & non fuit deus, fuit in deo tanquam in causa a deo: sed hoc falsum: ergo &c.

RESOLVTIO.

Mala fieri, uerum est: quia uere enunciatur, uereque intelligitur.

RESP. Dicendum, quòd sine distinctione concedendum est, q̃ mala fieri est uerum: uere enim enunciatur, & uere intelligitur. Verum enim dictum de complexo, respicit compositionẽ, sicut dicit Philosophus: quia ueritas, & falsitas circa compositionem consistunt: & ideo dicit ueritatẽ signi: signum autem est uerum quando signat rem se habere sicut se habet: nunc enim dicitur adæquari, & ideo cum ita se habeat in re sicut signum exprimit (simpliciter loquendo) uerum est mala fieri.

1. Peri. he. et in Ante. prædica. meo.

AD ILLVD, quod obijcitur, q̃ uerum, & bonũ conuertuntur. Dicendum, q̃ circa idem uerũ est. Vnde si res est uera, est bona: & si signum est uerum, est bonum: sed tamen non sequitur, q̃ si signum sit uerum, q̃ signatum siue res sit bona: & ideo hic est fallacia accidentis: omne uerum est bonum: sed illud furari est uerum: ergo illud furari est bonum, ex uariatione mino-[illegible] extremitatis. Verum enim [illegible]tur de illo dicto ratione [illegible]onis, cum sit dictio modalis: bonum uero ratione attributionis: & hanc instantiã facit Magister in litera. Similis modus arguendi est hic: Audio Angelos cantare: sed cătare Angelos est uerum: ergo audio uerum. Consimilis modus arguendi est in illa oratione: Omne uerum est a deo, iustum furari est uerum: ergo &c. & ideo similiter soluẽdum. AD ILLVD, qđ obijcitur q̃ ueritas signi est a ueritate rei. Dicendum, q̃ falsum est. Tunc enim signum uerum est, quãdo signat rem non esse quę non est, & non habere ueritatem, cum illa non habet. Nam sicut aliqđ imperfectum perfecte æquatur alii imperfecto: ita res defectiua plene potest signari. Vnde Philosophus non dicit; ab eo, q̃ res est tantum; sed est uel non est. Et est sensus, Ab eo q̃ res est, est oratio uera, quę significat ipsam esse: & ab eo, q̃ non est, est falsa, quæ significat esse ipsam: & ab eo q̃ nõ est, est uera, quę significat non esse: & ab eo quod est, est falsa, quę significat eam esse. Et contrario intelligendum in re, quæ non est. Vnde quamuis furtum sit ens secundum quid; tamen oratio, quæ significat aliquem furari, est uera simpliciter. Verum est tamen, quod omnis ueritas complexa super aliquid fundatur: sed non oportet q̃ super rem intellectam, sed super intelligentem, in quo oratio hęc esse. Et sic patet illud, qđ fundatur super ens secundum quid ratione deformitatis, & tamen uerum est simpliciter, propter adæquationẽ, quæ est simpliciter. Nota tamen, q̃ de fundamento ueritatis propositionis diuersimode sentiũt diuersi. Alii quidã distinguunt (sicut actum est) tripliciter ueritatem orationis, s. Positionis, ut cum dicitur, Cæsar est homo: Priuationis, ut cũ dicitur, Cæsar est homo mortuus. Negationis, ut cum dicit, Cæsar non est. Primam dicunt fundari supra ens simpliciter, secundã supra ens secundum qd, & tertiam non dicunt fundari super aliquid, quia talis oratio nihil ponit. Sed tamen illud nõ uidetur sufficere: quia cum dicitur, hæc oratio uera est (uerum) prædicat aliquam conditionem entis: ergo necesse est super aliquid fundari, quod sit. Et ideo dicunt alii, q̃ fundat supra principia Cæsaris: sed hoc non sufficit: quia esto quòd Cæsar omnino sit corruptus & secundum materiam, & secundum formam, adhuc tamẽ uera est ista, Cæsar fuit, siue, Cæsar non est. Et ideo dicunt alii q̃ fundatur supra intelligentem. Sed adhuc urget illud non sufficiens: quia esto q̃ nullus intelligat actu, adhuc oratio est uera scripta in pariete, Cæsar fuit. Ideo dicendum q̃ ueritas orationis sit ueritas signi: & ueritas signi non dicat qualitatem absolutam, sicut nec necessitas consequentię: sed respectiuam, sicut signum: cum omne quod contingit significare aliquid, contingat uere significare, & etiam falsè. Et sicut ad rationem significandi non oportet rem esse entem: sed cognoscibilem: sic nec ad rationem ueræ significationis. Et quoniam omne quod intellectus capit, uel est ens, uel capit, siue imaginatur per comparationem ad ens: ideo omnis significatio, & ueritas orationis significantis, uel

fundatur simpliciter supra ens, ut si dicatur, Petrus est: uel in ordine ad ens. Vnde propositio de præterito fundatur super ordinem eius ad præsens: similiter propositio de futuro, sicut propositio negatiua: ut si dicatur, Cæsar non est: aliquod enim ens est, quod non est Cæsar; & sic de aliis: similiter si dicatur, chimera non est hircocervus.

AD ILLVD, quod obijcitur ultimo, quod maliciam fore, sit uerum ab æterno. Dicendum, quòd ad hoc quod aliquid sit uerum, non oportet quòd sit in Deo tanquam in causa; sed sufficit, quod sit in Dei præscientia, quæ non est nisi ueri. Ad hoc autem q̃ aliquid sit in dei præscientia, sufficit q̃ ipsum uel eius causa, uel eius oppositum sit in deo tanquam in causa, sicut supra dictum est de cognitione dei.

QVAESTIO V.

An malum ordinabile sit a Dei uolũtate?

VTRVM malum sit ordinabile a dei uolũtate. Et quòd sic, uidetur: quia super illud Psalmi. 7. Domine deus meus in te speraui. Glos. Qui uidet merita animarum sic ordinari a deo, ut pulchritudo uniuersitatis ex nulla parte uioletur, in omnibus laudat Deum aliquid fecisse, & ordinabile: & uniuersum bonum aliud non fecisse: sed ordinasse, ut malum. ITEM. Augustinus in Enchiridio. Malum bene ordinatum, & loco suo positum, eui dentius commendat bonum. ITEM. Ratione uidetur: qa omne

Cap. 10 & 11.

meritum ordinatur ad præmiũ siue retributionem: sed malum meretur pœnam. sicut bonum gloriam: ergo cum bonum gratiæ sit ordinabile, pari ratione malum culpæ. ITEM. Peccantes in supplicijs ordinantur: sed propter quod unumquodque, & illud magis: sed mali non ordinantur in pœnis nisi propter mala: ergo malum multo magis est ordinabile. ITEM. Omne, qđ auget decorem in re ordinata, est ordinatum: sed malum auget decorem in uniuerso, quod Ca. 1ª. est ordinatum: ergo &c. Probatio minoris Augustinus in Vndecimo de ciuitate dei. Sicut pictura cum colore nigro suo loco posita, pulchrior est: ita uniuersitas rerum ex peccatoribus est pulchra.

Libr. de natura boni cõtra Manichæos c. 4. to. 6. CONTRA. Augu. Malum est priuatio modi, speciei, & ordinis: sed nulla priuatio participat id cuius est priuatio: ergo si malum, eo ꝙ malũ priuat ordinẽ: malum nõ contingit ordinari. ITEM. Quod non est, non est ordinabile, nam ordo præsupponit esse: sed malum in eo, quod malum, nihil est: ergo non est ordinabile. ITEM. Omne ordinabile est ordinanti possibile: sed malum non est possibile deo, quia Deus non potest facere malum: ergo non est a deo ordinabile. ITEM. Si malum est ordinabile, aut ordine partium in totum, aut in finem. Non primo modo, quia malum nullius est pars. Si secundo modo: ergo cũ bonum est aliquid ex ordine in finem, tunc malum fieret bonum.

RESOLVTIO.

Malum ordinatum est, quia ostendit et ordinem diuinæ iustitiæ, & ordinem bonorum.

RESP. Ad prędictorum intelligentiam notandum. Quemadmodum aliquid dicitur esse sanum tripliciter, aut subiectiuè, ut animal dicitur sanum: aut dispositiue, ut potio dicitur sana: aut ostensiue, ut urina sana. Sic aliquid ordinatum dicitur tripliciter, aut sicut ordinis susceptiuum. aut sicut dispositiuum, aut sicut ostẽsiuum. Sicut susceptiuum, non est aliquid ordinabile nisi ꝙ est ens, & natura aliqua: & ita malum non est ordinabile, nisi per accidens, scilicet per bonum substratum. Sicut dispositiuum, malum est ordinabile: sed non sicut disponens, sed priuans. Duplex enim est ordo, scilicet naturæ, & iustitiæ. Ordo naturæ est institutus: ordo iustitiæ est acquisitus. Malum autem priuat ordinem specialis naturæ, & illud priuando, incurrit in ordinem iustitiæ, quia ostendit: unde ratio ordinandi, sicut dispositio in ordine iustitiæ, est meritum, uel demeritum. Sicut ostensiuum: malum est ordinabile, & ordinatum, quia manifestat ordinem bonorum per oppositum: opposita autem iuxta se posita magis elucescunt. Rationes ergo probãtes, quod malum sit ordinatum, procedunt secundum ordinem iustitiæ, & secundum dispositionem, & ostensionem.

AD ILLVD autem, quod obiicitur, quod malum est priuatio ordinis. Dicendum, quod uerũ est particularis naturæ: sed non est

Lib. 4. de Ciuit. dei c. 12. to. 6. est uerum, prout ordo dicit dispositionem uniuersalis prouidentiæ, de quo dicit Boetius, Ordo euncta complectitur, quo fit ut si aliquis ab assignata sibi ordinis ratione discesserit, necesse sit, ut in alteram differentiam relabatur. Exemplum ponit ut in circunferentia circumplect ente centrum. AD ILLVD, quod obiicitur, Esse ordinatum præsupponit esse. Dicẽdum, quod uerum est in eo quod per se, & in se ordinatus, malum autem non ordinatur nec in se, nec per se: & ideo non oportet, ꝙ ipsum sit: sed sufficit, ꝙ aliud sit in quo substantificatur malum: & hoc est bonum (ut dicit Boetius.) AD ILLVD, quod obiicit, quod ordinabile est possibile ordinanti. Dicẽdum, ꝙ esse possibile, sine subesse potentiæ diuinæ, est dupliciter: aut potentiæ producenti, aut prouidenti: & quamuis malum non subsit diuinæ productioni, subest tamen prouisioni. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, qua ordinatione sit ordinabile. Dicendum, ꝙ ordinatione ad finem: sed hoc est solum ex post facto, & ideo nõ sequitur ꝙ malum sit bonum, sed ꝙ ex ipso sequitur bonum. Posset tamen dici, ꝙ quamuis malum non sit pars, tamẽ illud, in quo est pars, & locũ, & ordinem partis tenet.

QVAESTIO VI.

An malum sit de complemento uniuersi?

VTRVM malum sit de complemento uniuersi. Et ꝙ sic, uidetur Eccl. 33. Cõtra malum bonum est, & contra mortem uita, & sic intuere in omnia opera altissimi. Si ergo huiusmodi oppositio spectat ad decorem, & complementum uniuersi: ergo & malum. ITEM. Aug. de Ciuitate dei loquens de malis, quare sinantur a deo: dicit ꝙ deus uniuersum quasi quibusdam antithetis honestauit. Et exemplificauit in sermone, sicut Apostolus utitur. 1. Cor. 5. Per gloriam & ignobilitatem. Et in picturis similiter: sicut enim pictura alba cum colore nigro suo loco posita pulchra est, sic uniuersum cum malis: ergo malum secundum hoc decorat uniuersum: sed omne tale est de complemẽto uniuersi: ergo &c. ITEM. Ratione uidetur, quia sicut malum est priuatio boni, ita silentium est priuatio uocis, & somnus uigiliæ: sed ad perfectionem, & decorem sermonis necesse est interponi silentium: ad perfectionem, & decorem animalis necesse est aliquando uigiliis interponi somnum: ergo ad perfectum decorem uniuersi necesse est bonis interponi mala. ITEM. Vniuersum est conditum a deo manifestationem: sed in operibus dei maximè manifestatur misericordia, & ueritas: sed si malum non fuisset, nec misericordia, nec ueritas, ita perfectè manifestaretur, sicut manifestatur in æterna punitione, & peccatorũ remissione, & redemptione: ergo nõ esset uniuersum cõpletũ.

CONTRA. Gen. 1: Vidit deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona, & nõ fecerat mala: constat ergo ꝙ absque malis erant omnia ualde bona in uniuerso: sed uniuersum non esset ualde bonum, si deesset ei perfectum. Cum ergo deesset ei malum, uidetur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur, ꝙ malum non sit de eius perfectione. ITEM. Augu. in de lib. arb. loquens de perfectione uniuersi dicit. Quicquid tibi uerarationemelius occurrerit, scias opificem omnium fecisse: si ergo non fecit mundum cum malis, sed sine malis, ergo mundus sine malis erat perfectior quàm cum malis: ergo malum non est de perfectione uniuersi. ITEM. Ratione uidetur, quia alius est quod est nigro impermixtius: ergo pulchrius, & melius quod est malo impermixtius: sed si in mundo nullum esset malum, nec uniuersum esset malis permixtius: ergo melius: ergo perfectius: ergo ordinatio mali, non est de complemento uniuersi. ITEM. Bonum, & pulchrum idem est, sicut dicit Diony. ergo quod est priuatio boni, & priuatio pulchri: sed malum est priuatio boni: ergo est priuatio pulchri: ergo malum deturpat, sed quod deturpat, & fœdat, non spectat ad pulchritudinem, siue decorem: ergo nec malum, siue mali ordinatio.

Cap. 3

Ex 3. Topic. c. 4. non longe ab hinc.

Lib. de diui no mi. p. 1. c. 4 paulò ante mediũ.

RESOLVTIO.

Mala de complemento uniuersi sunt non substantiali: sed accidentali.

RESP. Ad hoc notandum, quòd circa hoc diuersi diuersa senserunt. Dixerunt enim aliqui, ꝙ est loqui de malo; ut est in potentia facientis, & ut est in opere, siue in facto. Si loquamur ut est in potentia facientis: sic noluerunt dicere, quòd posse malum facere, erat de perfectione uniuersitatis: quia creatura debebat fieri, quę posset peccare, & posset abstinere, ad hoc quòd uniuersum perfectũ esset, sicut ĩ tertio de li. ar. dẽ. Si loquamur de malo, ut est in facto esse, sic dicunt, ꝙ nullo modo spectat ad complemẽtum uniuersi, nec per se, nec per accidẽs. Sed cum auctoritates dicant cõtrarium, quòd ex ordinatione mali ad bonum quidam decor resultat, sicut dicit Aug. expresse, oportet aliter dicere. IDEO dicunt alii, ꝙ decor uniuersitatis quidam est substantialis, siue quantum ad esse: quidam accidentalis, siue quantum ad bene esse. Quantum ad primum decorem mala non sunt facienda, nec per se, nec per accidens: sed quantum ad aliquem decorem accidentalem, mala bene ordinata faciunt: non quia mala, sed quia bene ordinata: & ita per accidens, sicut per accidens ordinatur: & illo decore circunscripto adhuc esset uniuersum decorũ, & perfectum, quamuis hunc decorem non haberet. Ad hunc decorem faciunt mala, non ratione sui, sed ratione subiecti, quod ordinatur in penam ad diuinæ iustitię manifestationem. Vel ratione oppositi, cuius decor magis elarescit ex præsentia mali: sicut opposita iuxta se posita magis clarescunt, sicut communiter dicitur. Vel ratione boni eliciti: multa enim bona deus fecit, & facta sunt, quæ non essent facta, nisi peccatum præstitisset occasionem: sicut illa quæ gesta sunt in nostra reparatione, tamen sine his omnibus esset uniuersum completũ. Si uero quæritur, utrum tunc esset pulchrius, quàm nunc: sic responderi potest, quòd se habẽt sicut

sicut excedentia, & excessa: sicut duę facies, in quarũ una nulla est macula, in altera est cicatrix aliqua bene sita, quæ uidet faciem uenustare. Et si ultra procedas, qs decor magis excedit: potest dici sine præiudicio, ꝙ decor qui nunc est: & ratio huius est, quia uis diuina eliciens bonum ex malo, præpotens est malo: & ideo bonum quod inde elicit, præualet bono quod malum corrumpit: & ideo plus ualet uniuersum nunc, quam ualuisset tunc, in quod nunc modo comendatur sapientia creatoris. Vnde Grego. in benedictione cerei paschalis. O felix culpa quæ talem meruit habere redemptorem. Et exemplificatur de schypho sano, qui frangitur, & reiungatur filo argenteo, uel aureo, quia melior est post, quàm ante, non ratione fractionis, sed ratione reiligationis. Et si quæras a me, nonne melius esset, si omnes essent beati, quàm ꝙ quidam beati, & quidam miseri? Dicendum (sicut credo) si homo steterisset, non peruenisset plures ad Hierusalem supernã, quàm sic peruenturi sunt. Vnde mali quasi ex abundanti sunt, nec sunt in computatione.

Et sic concedendum ꝙ ordinatio mali facit ad complementum accidentale: sicut probant rationes ad primam partẽ inductæ, sed ad complementũ, siue ad decorem substãtialem, nec per se, nec per accidens: per se uero ad nullum: sicut illæ rationes ostendunt. VERVNTAMEN quod obiicitur ad primã partem per simile in priuationi malum corrumpit: & ideo plus ualet. Dicendum, ꝙ illæ priuationes nõ sunt aliquid adimentes, nec auferentes aliquid de bono, uel pulchro, malum tamen auferunt: ideo patet illud. ADILLVD, ꝙ obiicitur, quòd non manifestaretur misericordia, & iustitia. Dicendum, quòd quamuis non manifestaretur in actu, manifestaretur tamen in sua origine. Qui enim Deum in se cognouit, uidet in illo æterno exemplari quid cum deceat facere, & possit, licet non omnino: & ita misericordiam, & iustitiam pariter: nihilominus tamen misericordia ostenderetur in supererogatione, & iustitia in retributione, licet non ita clare, ut nunc in opere.

DISTINCTIO XLVII.

Quòd uoluntas Dei semper sit efficaciter.

VOluntas quippe Dei semper efficax est, vt fiat omne quòd velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur quocunque se uertat. Nihil.n. (vt ait Aug. in Lib. de lib. arb.) cõstitutũ superat uoluntatẽ dei, & si facit cõtra eius uolũtatẽ, tamẽ cõtra eius uolũtatẽ, quæ ipse est, nihil putandũ est, ita fieri.

tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam uelit fieri, & non fiat, uel nolit fieri, & fiat. Illa enim voluntas (vt ait Augustinus in ench.) semper impletur aut de nobis, aut a nobis. De nobis impletur: sed tamen non implemus eam, quando peccamus. A nobis impletur, quando bonum facimus: ideo enim facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper deus implet suam voluntatem: quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur, quod vult. Non enim vult Deus ut peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, pœnitenti vult parcere, vt viuat: in peccatis vero perseuerantem punire, vt iustitiæ potentiam contumax non euadat. Sicut alios ab æterno præparauit ad pœnam, ita alios præparauit ad gloriam: & hæc sunt magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Et tam sapienter exquisita, vt cum angelica, & humana creatura peccasset, idest, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturę voluntatem qua factum est, quod creator non voluit, impleret ipse quod voluit, bene vtens etiam malis, tanquam summe bonus ad eorum damnationem, quos iuste, prædestinauit ad pœnam, & ad eorũ salutem, quos benigne prædestinauit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit, fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Præterea nanque magna opera domini sunt, exquisita in omnes voluntates eius, vt miro, & ineffabili modo non fiat præter eius volũtatem, quod etiam fit contra eius voluntatem: quia non fieret si non sineret: nec vtique nolens sinit, sed volens: nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo posset facere bene. His uerbis euidenter monstratur quòd uoluntas dei æterna semper impletur de homine, etiam si faciat homo cõtra Dei uoluntatem. Sed attendendum est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei uoluntatem, quod tamen non fit præter eam, & qualiter intelligendum sit illud, quantum ad se, fecerunt quod Deus noluit: quantum uero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere ualuerunt. Videntur enim ista superioribus

Aug. in Ench. c. 100. et 6. seq. ca. 107 in fine.

Ps. 100 Aug. in ench. c. 100. post sinem.

Ps. 100

Rom. 9

obuiare

obuiare, ubi dictum est uoluntati eius nihi resistere Rom. 9

Diuersis modis supra accipi Dei voluntatem.

Verum, ut supra diximus, uoluntas Dei diuersis modis accipitur, quæ diuersitas in prædictis uerbis si diligenter notetur, nihil ibi cõtradictionis reperitur. Vbi enim dicit non fieri præter eius uoluntatem, etiam quod fit contra eius uoluntatem, dissimiliter accepit uoluntatem: & non ipsam uoluntatem, quæ Deus est, & sempiterna est: sed eius signa prædictis uerbis intelligi uoluit, idest, prohibitionem, siue præceptionem, & permissionem. Multa enim fiunt contra Dei præceptum uel prohibitionem, quæ tamẽ non fiunt præter eius permissionem. Ipsius nãque permissione omnia fiunt mala: quæ tamen præter eius uoluntatem sempiternam fiunt. Sicut Augustinus dicit super illum locum Psalm. Ps. 16. Vt non loquatur os meum opera hominum. Opera enim hominum dicit ea, quæ mala sunt, quæ præter Dei uoluntatem fiunt, quæ ipse est: sed non præter eius permissionem, quæ ipse non est. Appellatur tamen ipsa Dei uoluntas, quia Deus uolens sinit mala fieri. Fiunt & contra eius præceptionem uel prohibitionem, sed non contra eius uolũtatem, quę ipse est: nisi dicantur contra eam fieri, quia præter eã fiunt. Contra eam quippe nihil ita fit, ut uelit fieri quod nõ fiat, uel uelit fieri & fiat: quod euidenter ibi Augustinus nota uit, ubi ait, Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit, fecerunt: quantum uero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere uoluerunt. Ac si diceret, fecerunt contra dei præceptum, quod appellatur uoluntas: sed non fecerunt cõtra Dei uoluntatem omnipotentem, quia hoc non ualuerunt, illud ualuerunt: & ita per hoc quod fecerunt contra Dei uoluntatem, id est, præceptum, de ipsis facta est uoluntas eius, idest, impleta est uoluntas eius sempiterna, qua eos damnari uolebat. Vnde Grego. super Gene. Multi uoluntatem peragunt, unde mutare contendunt, & consilio eius resistentes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat, quæ per humanum studium resultati. Hic apertè ostenditur, quia dum mali consilio ac præcepto Dei resistunt (quod uoluntas Dei appellatur) ea faciunt unde uoluntas

In to. 8 enarra tiõe ad psal. 16

eius

eius, quæ ipse est, impletur, quæ dispositio uel beneplacitum uocatur. Nam (vt ait Augst. in Enchi.) Quantælibet sint voluntates angelorum & hominum, bonorum vel malorum, vel illud quod deus, vel aliud volentium quam deus, omnipotentis voluntas semper inuicta est, quæ mala esse nil quam potest, quæ etiam dum mala irrogat, iusta est, & profectò, quæ iusta est, mala non est. Deus ergo oīpotens siue per misericordiam cuius vult miseretur, siue per iudicium quem vult obdurat: nec inique aliquid facit, nec nisi volēs quid quam facit, & omnia quæcunque vult facit.

Summa prædictorum, & additio quorundam aliorum.

Ex prædictis liquet quod voluntas Dei, quæ ipse est, semper inuicta est, nec in aliquo cassatur, sed per omnia impletur. Consilium vero eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implentur, quibus proposita & data sunt. Neque ideo præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, uel cō suduit optima, quod vellet ab omnibus bona, quæ præcepit fieri, vel mala quæ prohibuit vitari. (Si enim vellet, vtiqi & fierent. quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas) sed vt iustitiam suam hominibus ostenderet, & mali essent inexcusabiles. Denique ut boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia pœnam sortirentur, sicut vtrisque ab æterno præparauit. Ea ergo quæ omnibus præcepit vel prohibuit, a quibusdam voluit fieri uel vitari, sed non ab omnibus: & quædam personaliter præcepit & in veteri & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit, fieri noluit, vt Abrahe de immolatione filij, et in euāgelio quibusdam curatis, quibus præcepit ne cui dicerent.

SVPRA remouit Magister dubitationes, ex quibus uidebatur uoluntas Dei aliquando impediri. Hic determinat ueritatem, ostendens uoluntatem dei semper esse efficacem, & nunquam impediri. Et hęc pars habet quatuor partes. In prima autoritate Aug. ostendit uoluntatem dei semper esse efficacē, & nunquam impediri. In secunda uero [ne hoc intelligeretur de uoluntate signi] distinguit uoluntate, ut ostendat hoc esse dictum de uoluntate beneplaciti, ibi. *Verum & supra diximus &c.*] In tertia Magister ostēdit, quo contra quandam uolūtate signi bene potest fieri, i. *Multa enim fiunt contra dei præceptum &c.*] In quarta uero epilogat breuiter prædeterminata, & hoc ibi. *Ex prædictis liquet, quod voluntas Dei, &c.*]

AD eorum damnationem, quos iuste prædestinauit ad pœnam, &c.] Videtur Augu. hic improprie loqui; quia supra 15. Dist. dicitur, quod prædestinatio est de bonis salutaribus. Item. Damasc. Non ad puniendum plasmauit nos deus: ergo male dicit. Iuxta hoc quæritur, cum deus sit summe iustus sicut summe misericors, quare magis dicitur proprium dei misereri, quam damnare siue punire. Respond quod Damas. distinguit uoluntatem dei in antecedentem, & consequentem. Potest ergo præparatio esse quantum ad utranque, & sic est præparatio bonorum. & hoc modo est præparatio simpliciter, & prædestinatio proprie dicta. Alio modo præparatio accipitur large, secundum quamcunque uoluntatem, & sic est malorum, & est prædestinatio large. Magister autem, & Damascen. supra accipiunt proprie; sed Augustin. accipit communiter: & sic patet solutio. Ad illud, quod quæritur de opere misericordię. Dicendum, quòd ideo est proprium dei misereri, quia ad opus misericordiæ non requiritur nisi dei benignitas: sed ad hoc qd seueritatē iustitię faciat, psupponitur nostra iniquitas, & iō illud magis appropriatur ipsi deo, quā hoc. Dub. 1.

Ipsius namque permissione &c.] Innuit Magister quod mala fiunt pręter dei uoluntatem, sed sed non pręter permissionem. Dub. 2.

Contra. Videtur male loqui: qa cum permissio sit signum uoluntatis diuinæ, si fiunt pręter permissionem: ergo etiā pręter uoluntatē. Item. Queritur, quæ differentia est inter fieri pręter uoluntatem, & contra? & uidetur quod nulla: quia Matth. 12. Qui non est mecum, contra me est. Resp. Dicendum, q̄ fieri pręter uoluntatem, hoc est quia uoluntas dei nō est in hoc fieri, nec in eius oppositum, & ita pręter uoluntatem fit, quod non fit secundum uoluntatem, nec contra: & inter hæc medium est: dominus autē in Matth. intelligit de præceptis, q̄ qui negligit, inimicus dei efficitur. Quod ergo obr, qđ permissio est signū uolūtatis beneplaciti. Dicendū, q̄ non est signū, qđ deus uelit illud, qđ permittitur; sed quod velit illud, qđ ex eo elicitur, & sic patet illud.

Sed non pręter eius permissionem, quæ ipse non est, &c.] Secundum hoc uidetur qđ permissio non sit deus. Contra. Deus est sua actio: ergo deus est sua permissio, cū permissio sit actio dei, Si tu dicas hoc esse dictum rōne connotati: tunc obiicitur, quod uoluntas dei similiter aliqd connotat circa uolitum. Resp. Dici potest q̄ Magister loquitur fm opinionem illorum, qui dicunt nomina sex generum non prædicare aliquid de deo, uel in deo; sed a deo. Sed hæc opinio supra improbata est. Et ideo potest dici, quod Magister loquitur de permissione ratione sui cōnotati, quod importat rōne sui nominis. Et si tu obiicias de uolūtate quod cōnotat. Dicendum, q̄ ue Dub. 3.

rum est ex adiuncto: sed non est ita de principali significatione nominis.

Neque ideo præcepit omnibus bona, uel prohibuit mala, &c.] Videtur falsum dicere, quia præceptum dei est signum uoluntatis dei, sicut præceptum nostrũ est signũ uoluntatis nostræ: sed rectus homo nũquam præcipit aliquid alicui, nisi quod uult fieri: ergo multofortius nec ipse deus. Resp. Dicendum, qđ Aug. & Magister sequens Aug. quando de uoluntate beneplaciti loquuntur, semper accipiunt pro uoluntate, qua deus absolute uult aliquid euenire: & de hoc non est dubiũ illud quod dicit: sed ulterius Magister sequens Dam. distinguit uoluntatem antecedentem, & siue quantum in se est, & huius signum est præceptum, & de hac non loquitur Aug. nec Mag.

Dub.4.

Præcepit & in ueteri, et in nona lege, quæ ab eis &c.] Videtur male dicere, quia præceptum est signum diuinæ uoluntatis: ergo si præcipiebat quod nolebat, uidetur, q̃ illos decipiebat, quibus præcipiebat. Item. Videtur falsum dicere, q̃ noluit immolationẽ Isaac, quia Abraam uolebat: ergo uoluntatẽ suam diuinæ nõ conformabat: ergo non merebatur, ut uĩ. Item. Quare Abraam parauit se ad obediendum, non autem Curatus in euãgelio? Respon. Dicendum quod quædam præcepit deus ad faciendum, ut præcepta moralia: quædam ad probandum, id est probata ostẽdendum: quædam ad erudiendum: & horum duorum exempla tanguntur in litera. In præcepto ergo Abræ signatur non q̃ deus uelit immolationem: sed q̃ uult Abraam uelle: & ideo cũ uoluit, se sibi conformauit. In præcepto autem quod fecit Curato, signauit se uelle contemptum laudis, & ideo Abraham laudandus est in uoluntate obedientiæ, & Curatus in hoc quod non tacuit.

Dub.5

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An uoluntas beneplaciti Dei impediri possit.

AD intelligentiam eorũ, quæ dicuntur in hac parte, quatuor quæruntur. Primo quæritur, utrũ uolũtas beneplaciti possit impediri. Secũdo quæritur, utrum aliquis possit facere contra uoluntatem signi. Tertio, utrum deus debeat mala permittere. Quarto & ultimo utrũ deus possit mala præcipere.

QVOD uoluntas beneplaciti non possit impediri, ostenditur primo auctoritate Gene. ultimo. Num dei possumus resistere uolũtati? quasi diceret, nõ. ITEM. Romã. 9. Voluntati eius quis resistit? ITEM. Super illud Timot. ult. Qui uult omnes homines saluos fieri Glos. rogãdus est ut uelit, q̃ si uult, necesse est fieri. ITEM. Sup illud Psal. 144. Iustus dominus in omnibus operibus suis Glo. Apud deum hoc est uelle, quod facere: sed nõ potest impediri ne uelit: quia libere uult q̃ uult: ergo non potest impediri, ne fiat. ITEM. Omnis uoluntas, quæ potest impediri, potest

potest superari: sed diuina uolũtas superari non pót, cum sit suprema: ergo diuina uoluntas nõ potest impediri. ITEM. Ois causa, quæ impeditur a prosecutione sui effectus, aut deficit, aut mutat: sed diuina uoluntas nec deficit, nec mutatur, nec potest deficere, nec mutari: ergo &c. ITEM. Nobilius agens est, & nobilior causa, quæ non potest impediri quàm quæ potest: sed diuina uoluntas est summa, & suprema causa omnium (ut supra monstratum est:) ergo &c.

CONTRA Omnis causa, cuius effectus cõtingenter euenit, potest impediri: nam si non põt, tunc effectus euenit necessario: sed diuina uolũtas est huiusmodi: quia est multorum contingẽtium, alioquin aut nihil esset cõtingens. quod est contra arbi. libertatem, & cõsilium, & casum: aut deus non esset illius causa, quorum utrunque absurdũ est: ergo &c. ITEM. Omnis causa quæ per aliã agentem expletur, põt per illam deficientem impediri, si illa possit deficere. Hæc propositio per se nota est: sed diuina uolũtas est huiusmodi, nã deus uult multa fieri per causas creatas, quæ non facit sine ipsis, sicut generare hominẽ, asinum & similia. Similiter de his, quæ sunt ab opere nostro, & hęc possunt deficere: ergo diuina uolũtas impediri. ITEM. Omnis causa, cuius uirtus se extẽdit ad cõtrarium, uolũtate pót aliud uelle quã uelit: sed diuina essentia est huiusmodi, aliquid. n. uult deus ut ĩstũ damnari, cuius oppositum potest: hoc certum est, alioquin non esset omnipotens: pót ergo facere oppositum eius q̃ uult. Sed omne possibile, est possibile: ponatur ergo qđ deus faciat oppositũ eius, quod uoluit si hoc: ergo uoluntas dei est frustra & impedita: ergo &cæt.

9. Met. saphy. 3.

ITEM. Volũtas uult aliquid, qđ deus uult ipsam uelle, aut ergo potest uelle contrarium, aut nõ potest. Si potest: ergo diuina uoluntas potest impediri. Si non potest: ergo necesse est, libertatem eius arctari.

RESOLVTIO.

Voluntatẽ Dei antecedẽtẽ, siue conditionalẽ possibile est nõ impleri (& si licet dicere) cassari: at consequẽtẽ uel absolutã, nequaquã.

RESP. Ad intelligentiam prædictorũ notandum, quod secundum Ioan. Dam. Voluntas beneplaciti est duplex: antecedẽs, siue conditionalis: qua uult, quã tum in se est omnium salutem: & absoluta siue consequẽs, qua determinate uult aliquid q̃ nouit certitudinaliter euenire. Intelligendũ est ergo q̃ nullã dei uoluntatem possibile est superari, nullam possibile est cassari: aliquam tamen ut antecedentem, possibile est non impleri: aliquã ut consequẽtem, necesse est impleri, & impossibile est impediri. Nulla (inquam) est possibile superari: nam si homo nõ faciat quod deus uult, quãtũ in se est, sine uoluntate antecedẽte, deus facit de ipso q̃ uult uoluntate consequente: & ita semper impletur uel de homine, uel ab homine, & sic nunquam uincitur uel superatur. Non etiam possibile est uolũtatem dei cassari: nã

Damascen. lib. 2 de Ortho. fide cap. 9. D. Tho. q. 23. art. 2. & 1. q. 19. art. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cassum dicitur aliquid, dum priuatur effectu proprio ad quem est: uoluntas aũt nullo priuatur effectu, ad quem est, proprie. Nã quod dicitur, quod deus uult omnes homines saluos fieri quãtum in se est, hæc uoluntas non connotat salutem, nec proprie est ad effectum salutis: sed connotat ordinationẽ naturæ, siue naturam ordinabilem ad salutẽ. Vnde nihil plus est dicere, Deus uult istũ saluum fieri quantũ in se est, quã deo placuit dare isti naturã, per quam posset peruenire ad salutẽ: & quod deus paratus esset iuuare, ita q̃ salus nõ deficit propter defectum a parte dei. Vnde non cassatur: quia habet proprium effectũ: De uoluntate autem absoluta planum est quod non possit cassari: quia omnem effectum suum ponit, nec unquam remanet inexpleta. Cũ itaque uerum sit uoluntatẽ dei nullo modo posse superari nec cassari: tamen uoluntatẽ absolutam necesse est impleri, cõditionalem uero minime. Sed attẽdendum, quod est necessitas cõsequentiæ, & consequentis, sicut supra dictũ est de præscientia: quia ipsa non habet necessitatẽ consequentis, sed consequentię: quia necessario infert, & sequitur, deus præscit hoc: ergo hoc erit: sed tamẽ non necessario præscit: quia in actu præsciendi frequenter notatur effectus cõtingens. Sic in uoluntate intelligẽdum est: quod uoluntas dei absoluta connotat euentum rei, & ideo est ibi necessitas cõsequentiæ: sed nõ cõsequentis: quia nõ mutat euẽtũ rei, imo uult deus quod eueniat cõsequens cõtingẽs. Vnde sicut præsciẽtia: quia necessario infert effectum, non potest falli: sic uolũtas absoluta: quia necessario infert, non pót impediri, imo eam necessarium est impediri, uoluntatem autem antecedentem uel conditionatã non est necesse impleri, nec necessitate cõsequentis, nec necessitate consequentiæ, quia nõ cõnotat effectum rei: sed connotat illud, quod est ordinabile ad euẽtum, ut prædictum est. Vnde bene sequitur, uult istum saluari uoluntate absoluta: ergo iste saluabitur: nunquam enim uellet, nisi pariter præsciret eũ esse saluãdum. De uoluntate uero conditionata (ut uisum est) non sequitur.

SED ERGO obiicitur, q̃ uoluntas dei est necessaria, & necessario infert effectũ: ergo omnimodã ponit circa ipsum necessitatem. Dicendum quod quamuis necesse sit deum uelle, & uoluntatem eius esse in actu, tamẽ cõparatio eius est ad futurum contingens, & ideo effectus euenit cõtingenter. AD ILLVD, quod obiicitur, q̃ potest impediri cũ sit causa contingens. Dicendũ quod (sicut tactum est) q̃ quamuis comparatio diuinæ uoluntatis ad uolitum, & euentus uoliti se necessario cõcomitentur; sicut unum contingens aliud, tamen non potest impediri, tunc enim impeditur causa, quando manente comparatione & ordinatione eius ad effectum, effectus nõ euenit. QVOD ergo ponitur, omnis causa, cuius effectus est contingens, potest impediri, falsa est propositio: & habet instantiam, si effectus necessario cõcomitetur & sequatur ad causam, & hęc est instantia in proposito. AD ILLVD ergo, quod obiicitur q̃ potest impediri propter defectum causæ cooperantis. Dicendum quòd sicut diuina uoluntas, siue diuinum uelle connotat effectum, ita cõnotat existentiam causæ particularis. Cum enim dicitur, Deus uult istum saluari, non est sensus quod uelit in omnem euentum: sed quod uult istum saluari, uult istum uelle. Vnde sicut diuina uoluntas connotat istũ effectũ euenire, & iõ necessario sequitur effectus ad ipsam, ita connotat causam creatam concurrere: & ideo necessario sequitur, si Deus uult istum saluari, quòd iste etiam uelit: & ita nunquam deficit, sicut nec effectus, & ita nunquam impeditur. AD ILLVD, quod obiicitur, quod deus potest oppositum eius quod uult. Dicendum quod diuina uoluntas non arctat potentiam in posse: unde plura potest quam uelit: tamen arctat potentiam in agendo: nunquã enim potentia agit aliquid nisi quod uult, & impossibile est quod actio super excedat uoluntatem. Vnde nihil potest facere nisi quod potest uelle. QVANDO ergo dicitur quod potest contrarium suæ uoluntatis: potest intelligi dupliciter. Aut uoluntate mouente ad contrarium, & sic notatur repugnantia uoluntatis ad potentiam, & hoc est impossibile. Aut uoluntate non mouente, & sic notatur nõ impedimentũ nec repugnantia: sed quòd uoluntas libere potest: quia ita potest hoc, quòd eius oppositum: ita quòd uult hoc quòd potest uelle eius oppositum absque sui mutatione, sicut supra dictum est de præscientia. Et ratio huius est, quia uno, & eodem uult, quæcunque uult. AD VLTIMVM. Dicendum quòd uoluntas dei secundum conuenientiam ad præscientiam uult illa, quæ uult. Vnde sicut præscientia ambit totum uelle, & posse, & agere; & non potest falli, aliquid non subtrahendo contingentiæ rei euenienti: sic etiam in proposito intelligendum.

QVAESTIO II.

An quis contra Dei uoluntatem signi facere possit?

VTRVM aliquis possit facere contra uoluntatem signi. Et quod nõ, uidetur: quia signum & signatũ conformari debent: ergo quod fit contra unum, fit contra reliquum: & si non potest fieri contra signatum, nec contra signum. Alioquin si non fit contra signatum & contra signum, tunc signum est falsum: si enim signum ducit in signatum, significat quòd fit contra ipsum fieri contra signatum. ITEM. Minimum inter omnia signa est permissio, cum sit respectu mali: ad quod minimè ordinatur beneplacitum dei: ergo si minime accedit ad uoluntatem beneplaciti, si non potest fieri cõtra permissionem, multominus contra alia: sed non potest fieri contra permissionẽ, sicut dicit Magister in litera, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. de Ciui. cap. 21. sicut nullus hominum agit recte, nisi adiutus diuino auxilio: sic nullus hominum atque dæmonum agit iniquè, nisi eodem diuino atque iustissimo permittatur iudicio. ITEM. Potentior est uoluntas, cui non potest resisti nec in se, nec in signo, quam cui potest in signo saltem, & si non in re: sed deus est potentissimus: ergo uidetur, quod nec uoluntati eius, nec signo uoluntatis possit resisti, & sic &c.

CONTRA Inter omnia signa uoluntatis præceptio, siue imperium uidetur esse potentissimū: sed fieri potest, & fit tota die cōtra diuinum mandatum: ergo contra omnia alia. ITEM. Videtur quod specialiter contra permissionem, quia permissio non est nisi malum culpæ; sed malū culpæ non est malum, nisi uoluntarie fiat: & si uoluntariè fit, pōt non fieri: ergo permittente deo aliquem male facere pōt non facere; ergo potest facere cōtra permissionem. ITEM. Super illud Psal. 104. Eduxi eos cū argēto, & auro. Glos. dicit quod idē fuit præceptū, & permissum, scilicet asportatio uasorum: ergo cū possit fieri contra præceptum, pari ratione & contra permissionem, & contra alia: per consequens ergo contra omnē uoluntatem signi.

RESOLVTIO.

Potest; at non quocunque modo; sed cum signa futurum respicientia concernit.

RESP. Dicendum, ꝙ contra aliquod signum diuinæ uoluntatis potest fieri: contra aliquod nō. Et ratio huius duplex est, ex duplici modo distinguendi signa. Quædam enim sunt signa respectu præsentis, ut impletio & permissio. Quædam respectu futuri, ut præceptio, & cōsilium, & prohibito. Et quoniam de præsenti, quod fit, impossibile est in præsenti non fieri, quoniam omne quod est quando est necesse est esse: iō respectu signorū de ēsenti nō pōt eē resistētia, qa si fit resistētia, iā nō sunt presentia. Quia uero futura, uel faciēda possunt non fieri: ideo quantum ad signa tria sequentia, resistentia potest esse. Alia ratio sumitur secundum alium modum distinguendi. Quia quædam sunt signa diuinæ uoluntatis absolute: quædam conditionatè. Dico ergo quod quia contra uoluntatē absolutam non potest fieri: non potest etiam fieri cōtra signa uoluntatis absolute, utpote sunt impletio, & permissio. Quia uero contra uoluntatem antecedentem, siue conditionatam potest fieri; quia potest homo diuertere ab ordine, ad quem ex sui cōstitutione conditus est, hinc est quod potest fieri contra uoluntatē signi, quæ illā signat, scilicet contra prohibitionem, & preceptionem, & consilium.

Ex. 1. Peri. herm. 6. alt.

AD ILLVD, quod obiicitur, quòd contra nullum potest fieri, patet solutio quod est falsum. AD ILLVD, quod obiicitur, ꝙ minimum est permissio. Dicendum, quod maior significatio, uel minor nihil facit ad hoc; sed præsentialitas effectus: uel etiā quia signat uoluntatem absolutā, qua aliquid connotat absolute.

te. AD ILLVD, quod obiicitur, quòd potentius est illud, contra cuius signum non potest fieri. Dicendum quòd uerum est, quādo uoluntas uult omnino ꝙ nihil fiat, nisi quòd ostēdit se uelle: sed diuina uoluntas non est talis, immo uult ꝙ unusquisque habeat propriam libertatem, & faciat quod uult. Vnde potentia faciendi contra diuinam uoluntatem est a diuina uoluntate: & ideo non esset potentior propter hoc. Vnde distinguendum, quod posse facere contra signū uoluntatis alicuius aut est contra uoluntatē, & sic attestatur impotentiæ: aut illud posse est a uolūtate, cuius est signum: & sic non attestatur impotētiæ; sed magis potētię. AD ILLVD, ꝙ obiicitur, ꝙ contra omnia: quia fit contra præceptionem, q̄ est maximum signum. Soluendum per interēptionem, ꝙ non est maximum signum: quia impletio maius est. Præterea hoc nihil facit ad propositū; sed præscientialitas in effectu, & absolutio in significato. AD ILLVD, quod obiicit, ꝙ fit cōtra permissionem: quia peccator potest nō peccare. Dicendum ꝙ deus non dicitur permittere peccare nisi eum qui actualiter peccat, dum peccat, & tunc impossibile est eum non peccare. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, ꝙ idem fuit ibi præceptum, & permissum. Dicendū, ꝙ permissio multis modis accipitur in scriptura. Primo modo dicitur permissio nō cohibere: sicut dominus permittit mala: quia non cohibet: & hoc modo est signum uoluntatis diuinæ distinctum contra præceptum. Alio modo non punire temporaliter: & sic dicitur libellus repudii pmitti. Matth. 19. Moyses ad duritiam uestram permisit. Tertio modo nō prohibere. Psal. 4. Irascimini & nolite peccare. Glo. permittit quod necessitatis est, nō prohibet. Quarto modo permittere est minus bonum indulgere, super illud. 1. Cor. 7. Hoc autem dico secundum indulgentiam &c. Gloss. permittit.

QVAESTIO III.

An Deus mala permittere debeat?

VTRVM debeat deus mala permittere: & ꝙ sic uidetur. Ioan. 12. Abundabunt tabernacula prædonum &c. Greg. Omnipotens deus, quod fieri nō prohibet; iustum est, ut fieri sinat. ITEM. Deus debet conseruare ordinem, quem instituit: sed cū deus creauit hominem, dedit ei liberam uoluntatem; sed libera uoluntas dicitur; eo ꝙ libere potest quicquid uult: ergo si uult malum, potest in malum: ergo cum non debeat auferre homini potētiā quam dedit, debet ipsum permittere peccare. ITEM. Malū frequenter est occasio maioris boni; sed non fieret nisi malum præcedisset, ut patet in passione Christi; sed decet eum facere, & permittere id quod est uia ad melius: ergo cum non possit malum facere, solum debet permittere. ITEM. Deus omnia facit propter laudem suam; sed in malis manifestatur laus diuinæ iustitiæ, & misericordiæ: er-

Universidad de Deusto
Biblioteca

go si nō debet facere pp amplia tionē suæ laudis,nó debet impe dire ne mala fiant: ergo &c.

CONTRA. Rom.1.Nō solum qui talia agunt,digni sunt morte:sed qui consentiunt. Glo. Cō sentire est facere,cum possit arguere: ergo cum deus possit cor rigere,& impedire malum,si per mittit & tacet,consentit:sed qui consentiunt digni sunt morte: ergo &c. ITEM. Aug.19.de ciu. Dei. c.16. Ad innocentis officium non solum pertinet nemi ni malum inferre: sed etiā a pec cato cohibere,ergo si Deus non cohibet,cum possit,deus nō est innocens. ITEM. Ratione uide tur.Quia omnes uirtutes nostrę debēt habere exemplar in deo: sed in nobis est uirtus zeli,ergo & in Deo:sed zelus quantū pōt obuiat peccato:ergo si deus ha- Ps.24. bet zelum,quātum pōt obuiat: ergo &c. ITEM. Vniuersæ uię domini misericordia,& ueritas: si ergo permittit iustum pec care, aut est misericordiæ,aut iu stitiæ. Non misericordiæ,cōstat. Nec iustitiæ:quia iustus non me ruit cadere:ergo &c.

RESOLVTIO.

Quinimmo, & propter ordinem uni uersi, & propter ordinem fi nis: in laudem suā, in gloriam autem.

RESP. Dicendum,quòd Deus permittit mala fieri, & hoc ordi natissime. Duplex est enim ordo rerum. Vnus in uniuerso,alter i finem, & uterque exigit ꝙ deus permittat mala fieri. Ordo quip pe in uniuerso exigit:qa ad per fectionem uniuersitatis necesse fuit fieri creaturam arbitrio li- beram,& peccare potentem;sed administratio uniuersitatis est, ut deus sic res conditas admini stret,ut eas agere proprio motu sinat sicut dicit Augu. de Ciui. Dei. Ideo cum debuerit dare po Lib.1. tentiam peccandi,& debuerit re Ca.3. gere saluo ordine suæ conditio nis,si uoluit peccare,debuit per mittere: & si non uoluit pecca re,desinit conseruare : & ita de bet permittere mala. Ordo ad fi nem hoc exigit : quia duplicem finem contingit reperiri in uni uerso:unus est solus electorum, alius diuina laus. Quoniam er go permissio malorum reddit electos glorioſiores per occasio nem, & deus non curat, utrum per causam, uel per occasionem electorum gloria augeatur,ideo deus permittit recte. Vnde Au- Ca.17. & gust.11.de Ciui. Dei dicit;quòd 18. nullum faceret, quem malū præ sciret, nisi pariter nosset,quibus bonorum usibus accommoda ret. Prosunt autem eis exerci tando. Et ideo dicit de lapsu mū di, ꝙ permisit plures esse malos: quia si pauci essent,non auderēt exercere bonos. Diuina etiam laus hoc exigit : quia occasione mali summe manifestatur diuina misericordia in electis:in filii unigeniti donatione, pro inimi cis secundum tempus. Summe etiam manifestatur dei iusti tia in æterna punitione reproborum.Vnde August.11.de Ciui. Dei.Si omnes remanerent in pę na,in nullo appareret misericor dis gratia redimentis. Rursus. Si omnes transferentur ad lu cem, in nullo appareret severi tas ultionis.

AD ILLVD ergo,quod obiicitur, quòd permittere est consentire. Dicendum,quòd permit tere malum,est dupliciter. Aut non cohibendo manum,uel ani mum nec in facto, nec in retri butione,& sic consentire est. Vel non cohibendo manum; sed tamen puniendo transgressorem, & arguendo continue, & sic nō consentit: & hoc modo deus per mittit,& non consentit. AD IL LVD, qd obiicitur,quòd ad in nocētem pertinet cohibere. Di cendum,quòd illud intelligitur de cohibitione quantum ad ar guitionem,& punitionem, non quantum ad uoluntatis coactio nem. AD ILLVD,quod obiici citur, quòd zelus obuiat pecca to. Dicendum,quòd uerum est saluo iure iustitiæ,& iustitia:pro ut ordo uniuersi hoc exit, ut deus permittat hominem secun dum imperium suæ uoluntatis. AD ILLVD,quod ultimo obii citur,patet responsio : quia per mittere aliquem peccare, est opus iustitię:non(inquam)iusti tiæ quæ sit exigentia merito rum; sed condecentia diuinę sa pientiæ,& bonitatis.

QVAESTIO IIII.

An deus possit mala præcipere?

VTRVM Deus possit mala prę cipere. Et quòd sic,uide tur:quia præcepit Oseæ.1.ut du ceret uxorem fornicariam. Et Ber.exponit ad literam. Quod si dicas ad literā non esse intelli gendum. Obiicitur tunc: quia prę cepit non tantū ducere uxo rem; sed etiam facere filios for nicarios: ꝙ si esset uxor legiti ma, non essent filii fornicatio- nis. ITEM. Exo.12. Præcepit fa cere furtū filiis Israel: sed furtū est malū, & cōtra legē naturę:er go &c. Si tu dicas ꝙ nō est ma lū fm se, & ideo potest bene fie ri:obiicitur:quia præcepit Abra hæ occidere filium innocen tem, & quem spiebat innocen tem. Gen.22. & hoc est malum secūdum se; ergo uidetur quod Deus possit præcipere malum. ITEM. Ratione uidetur: quia deus est super omnem legem:er go in omni mandato potest di spensare : ergo potest omnium præceptorum, & prohibitio num cōtraria pręcipere. ITEM. Plus distat non ens ab ente; quam malum a bono; sed deus solo imperio uoluntatis ex non ente facit ens: ergo solo īperio uolūtatis ex malo facit bonū;er go pōt pręcipere mala,ut uidet.

CONTRA. Præceptum est signum diuinæ uoluntatis:ergo aut est falsum signum, cum si gnificet deum non uelle, quod præcepit: aut deus uult illudi. Si deus uult malum, est malus. Si non uult, & præcepit,est fal sus : & utrunque est impossibile apud deum: ergo &c. ITEM. Nullus obediens diuino præ cepto debet puniri; ergo si deus potest malum præcipere, pōt malū impune fieri. Sed malū re manere impunitū,est cōtrā diui nā iustitiā: ergo deus pōt facere cōtra se; ergo sibi aduersari : sed hoc ē īpossibile:ergo &c. ITEM. Deus p̄cepit mala n̄ fieri; si ergo p̄cepit fieri, p̄cepit duo opposita: sed duo opposita fieri est īpossi bile:ergo deus p̄cepit īpossibile; sed ad nullum tale pręceptū obli

gamur: ergo deo possumus non obedire, quod absurdum est.

ET ITERVM. Omnis præcipiens impossibile, est stultus, uel impius: ergo deus esset stultus, uel impius, quorum utrumque est impossibile. Et ideo dicit Hieron. qui dicit deum præcepisse impossibile, anathema sit.

RESOLVTIO.

Mala in se, Deus præcipere potest: mala secundum se, præcipere non potest.

RESP. Dicendum, quod cum quæritur, utrum deus possit præcipere malum, hoc pōt esse dupliciter. Aut malum manens malum, aut ita quòd præcipiendo faciat bonum. Primum simpliciter est impossibile: secundū uero aliquo modo est impossibile, licet non omnino. Est enim aliquid malum in se, aliquid malum secundū se. Malum in se potest fieri bene: malum secundū se nullo mō pōt fieri bene, imo hoc intelligere q̄ fiat bene, ē intelligere quod idem sit malum, & bonum. Potest ergo dici, quod deus potest præcipere malum in se, & non malum secundum se: quia nihil potest præcipere, quin bonum sit, postquam præceptum est: & illud est malum in se, non autem secundum se, & ideo potest illud præcipere, & non aliud. Et hinc habet ortum quòd dicit Bernard. in Libro de dispensatione & præcepto, quòd deus potest dispensare in præceptis secundæ tabulæ, & non primæ. Et ratio huius est, quia in præceptis secundæ tabulæ (quantum est de ratione præcepti) tāgitur, siue præcipit ordinatio ad proximū, & prohibetur deordinatio ad eundem. Deordinatio autem respectu proximi, nisi sit deordinatio respectu Dei, malum est in se. Si autem respectu Dei, malum est secundum se: sicut cognoscere non suam, malum est in se: sed cognoscere alienam ex libidine, siue non suā, malū est ſm se. Sed deus in præceptis secundæ tabulæ, dispēsat, & dispensare potest, & cōtra illa pōt præcipere ratione prædicta. Nec ex hoc sequitur, quod præcipiat contraria, quia mandatum speciale absoluit a communi: sicut priuilegium speciale. In præceptis autem primæ tabulæ non potest deus dispēsare, quia eorum opposita sunt mala secundum se: ipsa enim præcepta dicunt ordinationem ad deum siue in finem de sua ratione, & eorum opposita deordinationem. Et ideo si contrarium præciperet, præciperet contra se: cōtra se autem non potest facere, & si illa præciperet (cum illa sint mala secundum se, ita quòd nullo modo possunt bene fieri) aut Deus uellet malum, quod est inconueniens: aut impune fieret malum: aut idem esset bonum, & malum: quorum utrumque est inconueniens, simpliciter. Et ideo cōcedendę sunt rationes probantes quòd Deus non potest malum præcipere, utputa nullum manēs malum: & hoc est malum secundum se. Tamen ultima ratio de hoc q̄ præcipit malum, non ualet: & iam soluta est.

AD

AD ILLVD ergo, q̄ obicitur, de Osea. Dicendum, quòd illud fuit malum in se, scilicet cognoscere non suam: & diuino præcepto factum est ei bonum: sed secundum quod fornicatio dicit actum libidinosum, & cognoscere aliquam ex libidine, hoc dominus nunquam præcepit. AD ILLVD, qd̄ obiicitur, de auctoritate Exod. quòd præcepit filiis Israel furtum. Dicendum, quòd illud similiter præcepit inquantum fuit malum in se, scilicet accipere rem alienā: sed hoc potuit facere, quia cum sit dominus omnium, dominiū potuit transferre. Sed nunquam præcepit, quòd ex libidine hoc facerent, illud enim est malum secundum se. AD ILLVD, quod obiicitur, de eo, quòd præcepit Abrae de Isaac. Dicendū, q̄ illud non erat malum secundum se, quia Isaac quamuis nō esset reus mortis sibi infligendę ab homine, tamen ratione peccati originalis reus erat mortis talis sibi infligendæ a deo, ad quam habebat necessitatem, & ideo Deus habebat auctoritatem, & ita de iure potuit illam Abrae ex causa committere. Tamen aliqui uolunt dicere quod non præcepit occidere, sed offerre. Sed cōtra hoc est Glo. & Textus, quia dicitur quod portauit ignem, & gladium. AD ILLVD, q̄ obicitur, quod potest super omnem legem datam. Dicendū q̄ uerum est, quod potest, quia potest ponere, sed non pōt destruere iam positum. Quoniam enim ordinationę ad ipsum dicunt aliqua mandata, sicut non potest contra suam iustitiam facere, sic nec contra illa præcipere. AD ILLVD, q̄ obiicit, q̄ de non ente potest facere ens. Dicendum, q̄ uerum est quod potest facere, sed hoc non potest facere quòd aliquid sit ens, & nō ens, & quia non ens non habet necessitatē ad hoc quod sit non ens, ideo potest fieri ens, sed aliqua sunt mala, quæ si sunt, de necessitate sunt mala, sicut mentiri, & odire Deum: & ideo non est simile, quia si faceret ista esse bona, faceret quod idem simul esset bonum, & malum.

DISTINCTIO XLVIII.

Qualiter uoluntas nostra uoluntati diuinæ conformetur.

SCIENDVM *quoque est: quod aliquando mala est voluntas hōis idem volētis quod Deus vult fieri: & aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quàm Deus. Vt enim bona sit hominis voluntas, oportet attendere quid congruat ei velle, & quo fine. Tantum enim interest inter voluntatem Dei, & voluntatem hominis, vt quibusdam aliud congruat Deo velle,*

aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca.101 aliud homini. Vnde Augustinus in Enchir. Aliquando bo-
Tom.3. na voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult, bona multo amplius multoque certius voluntate. Nam illius mala uoluntas esse nunquam potest: tanquam si bonus filius patrem uelit uiuere, quem Deus bona uoluntate uult mori. Et rursus fieri potest, ut hoc uelit homo uoluntate mala, quod Deus uult bona, uelut si malus filius uelit mori patrem, uelit etiam hoc Deus. Nempè ille uult quod non uult deus, iste uero id uult quod uult & Deus: & tamen bonæ Dei uoluntati pietas illius potius consonat, quamuis aliud uolentis, quàm huius idem uolentis impietas. Multum enim interest quid uelle homini, quid uelle Deo congruat, & ad quem finem suam quisque referat uoluntatem, ut approbetur uel improbetur: Potest enim uelle bonum quod non congruat ei uelle: & potest uelle bonum, quod congruit, sed nō refert ad finem rectum: & ideo non est bona uoluntas.

Quod bona uoluntas Dei mala hominum uoluntate impletur.

Illud quoque non est prætermittendum, quod aliquando Dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur, vt in crucifixione Christi factum est, quem Deus bona voluntate mori voluit, Iudæi vero impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant Iudæi mala voluntate quidam quod Deus bona voluntate volebat, scilicet ut Christus pateretur, & moreretur: sed volebāt & aliquid aliud quod Deus nolebat, scilicet occidere Christum, quod fuit mala actio & peccatum. Actum quippe Iudæorum non uoluit Deus, passionem vero Christi voluit, sicut & in ipso
Ps.136 Psalm. Christus ad patrem ait, Tu cognouisti sessionem meam, id est, voluisti & approbasti passionem meam, tibi enim placuit. Voluit itaque tota Trinitas vt Christus pateretur, nec tamen volnit vt Iudæi occiderent: quia voluit pœnam Christi, sed non voluit culpam Iudæorum: nec tamen noluit: si enim nolnisset, nec fuisset.

Oppositio.

Sed ad hoc opponitur sic: Si voluit Deus, vt Christus pate-

pateretur, voluit vtique vt pateretur a Iudeis, vel non. Si voluit ut non pateretur à Iudæis, cum passus sit, factum est itaque quod noluit Deus non fieri. Si autem noluit eū pati a Iudæis: ergo noluit eum occidi a Iudæis: noluit itaque vt Iudæi occiderent eum. Ad quod respondentes dicimus, simpliciter concedendum esse; quòd Deus noluit Christum pati & mori, quia eius passio bonum fuit, & causa nostræ salutis. Cum autem dicitur, nolebat eum pati, uel occidi a Iudæis: hic distinguendum est. Si enim intelligitur sic, nolebat eum sustinere passionem siue crucifixionem a Iudæis illatam, verus est sensus: Si uero intelligitur sic, volebat vt Iudæi occiderent eum, falsum est. Non enim volebat passionem bonam, & hæc voluntas per malas Iudeorū uoluntates impleta est. Vnde Aug. in Enchiridion. Deus quasdam uoluntates suas vtique bonas implet per malorū hominum uoluntates malas: sicut per maleuolos Iudæos bona uoluntate patris Christus pro nobis occisus est, quod tantum bonum fuit, vt Apostolus Petrus quando id fieri nolebat, Satanas ab ipso, qui occisus est, diceretur. Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse quòd Christus occisus est, et hoc bonum, quia Petrus nolebat, ideo redargutus est.

Vtrum uiris bonis placere debuerit quod Christus pateretur, & moreretur.

Ex quo soluitur quæstio, quæ quæri solet, utrum uiris sanctis placere debuerit quòd Christus pateretur, uel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostræ redemptionis: sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo ac uehementer cupierunt Christum mori propter liberationem hominis, & impletionem diuinæ uoluntatis: sed non uoluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo lætabantur, & tristabantur, sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christum mori pro hominis redemptione: & tamē de morte ipsius diuersis de causis corda eorum varie mouebantur.

An uelle, uel nolle debeamus passiones sanctorum.

Si vero quæritur, vtrum eodem modo sentiendum sit de passionibus, & martyriis sanctorum: Dicimus aliquam es-

se

Universidad de Deusto
Biblioteca

se differentiam inter passionem capitis, & membrorum. Christi namque passio causa est nostræ salutis, quod non est passio alicuius sancti. Nullius enim passione redempti sumus, nisi Christi. Profuerunt quidem non modo eis, qui passi sunt, verumetiam alijs fidelibus ipsorum passiones, ueruntamen nostra redemptio non sunt: hoc enim passio illius sola potuit, qui deus est, & homo. Illius ergo passionem credentium piæ mentes voluerunt, & optauerunt fieri sicut futurum credebãt: passiones vero sanctorũ possumus velle et nolle: & vtrunq; bona uolũtate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio, eo fine, quia præmium eius per hoc auctum, & paratum cernebat: bonã uidetur habuisse uoluntatẽ, quæ uoluntati eius cõgruebat, quia cupiebat dissolui, & esse cũ Christo. Quo aũt uoluit, eũ declinare passionẽ, & effugere manus iniquorum compassione pietatis, & ille habuit bonam uoluntatem. Vnde Augu. in Ench. Bonæ apparebant uoluntates piorum fidelium, qui nolebant Apostolum Paulum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Agabus Propheta prædixerat: & tamen hoc illum Deus pati uolebat pro annuncianda fide Christi, exercens martyrem Christi: neque ipse bonam uoluntatem suam impleuit per Christianorum uoluntates bonas: sed per Iudæorum malas: & ad eum potibus pertinebant, qui nolebant quod uolebat, quàm illi per quos uolentes factum est, quod uolebat: quia id ipsum mala uoluntate fecerunt, quod Deus bona uoluntate uoluit. Ita & in passione Christi factum est: quod enim Deus uoluit, hoc idem Iudæi, & diabolus: sed illi mala uoluntate, Deus uero bona uoluntate, scilicet ut Christus moreretur: ueruntamen illi actum uoluerunt, quem Deus non uoluit.

HAEC est tertia pars, in qua agit Magister de conformatione uoluntatis nostræ ad uoluntatem diuinam. Et diuiditur hæc pars in quatuor partes. In prima Magister ostendit, quod ad conformitatem uoluntatis nostræ, & diuinæ non sufficit conformitas in uolito In secunda ostendit, quòd non sufficit conformitas in operatione, siue in opere operato ibi. *Illud quoque non est prætermittendum &c.*] In tertia Magister soluit ex hoc quandam quæstionem a latere. Vtrum, scilicet, sancti debeant passionem Christi uelle, ibi. *Ex quo soluitur, qua quæri soleat &c.*] In quarta uero, & ultima Magister mouet quæstionem iuxta hanc, & determinat, ibid. *Si uero quæritur, utrum eodem modo sentiendum est &c.*] Vbi ostenditur, quòd dissimiliter iudicandum est de passionibus sanctorum, & ipsius Christi.

Vtrum enim interest &c.] Cõtra. Ex hoc uidetur, quod aliquid licite possit homo uelle sciendo, cuius Deus uelit contrarium. Ponatur ergo per impossibile, quòd alicui reueletur sua damnatio: constans est, q̃ Deus uult istum damnari uoluntate absoluta. Aut ergo iste tenetur uelle, aut non; uel (quicquid sit de rentione) quid est perfectius uelle, utrum uelle damnari, uel non. Si uult damnari: ergo uult a Deo separari: hoc uoluntas recta nunquam potest appetere. Si non uult damnari: ergo perfectè se non conformat: ergo perfectior est uoluntas opposita. Respondeo Dicendum, quod illud est impossibile, quòd alicui reueletur sua damnatio: & impossibili posito, non est mirum si sequatur impossibile. Tamen si tu quæras quid est perfectius, Respondeo. Dicendum, quòd ī æterna damnatione sunt duo, scilicet pœnæ iustificio, & æterna a Deo separatio. Separationem æternam a Deo nullo modo credo quòd aliqua anima recte debeat uelle, immo semper uelle contrarium: sed pœnam uelle, si reuelatum est sibi, debet. & hoc patet, quia quilibet iustus desse, & de alio debet uelle, quod omnis peccans finaliter, æternaliter puniatur: ergo si ponitur præexistens cognitio certitudinaliter iuxta se, credo quòd quandiu dutat ei bona uoluntas, quòd hoc nollet. Si autem quæras de eo, qui peccat, utrum uelle debeat gratiam sibi subtrahi: & uidetur, quòd sic, cum Deus uelit, & ipse sciat hoc esse iustum. Respondeo. Dicendum, quod gratiam subtrahi alicui, sub triplici conditione potest respici, aut simpliciter, aut ad tempus. Et ad tempus adhuc dupliciter, uel in se, uel prout habet rationem pœnæ. Hoc modo uult deus subtrahere, & hoc modo debet peccans uelle, ut eum Deus puniat. Vnde reguia generalis, quòd in omnibus, quæ scimus Deum uelle absolute, tenemur uoluntate absoluta uelle: tamen licet nobis uelle contrarium uoluntate conditionata, siue quantum in nobis est, quia hoc decet nos: & propter hoc dicit Augustin. Multum interest, &c.

Vb. 1.

Deus uoluit Christum pati, & mori, &c] Contra. Videtur enim male dicere, quia occidere Christum erat malum facere: ergo Christum occidi fuit malum fieri: si ergo Deus uoluit Christum pati, deus uoluit malum fieri, quod supra negatum est. Respõdeo. Dicendum, quod

Dub. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd occidere Christum fuit malum per comparationem ad subiectum: quando ergo accipitur, aut in comparatione ad patientem, siue ad substinentem pœnam, & sic simpliciter est bonum: aut in comparatione ad inferentem, & sic ex illo respectu iudicatur malum, quia malitia moris potius intentionem respicit, quàm actum. Et primo modo est sensus: Christum pati a Iudæis, est bonum, id est, Christum substinere pœnam quam Iudæi intulerunt, est bonum. Secundo modo est sensus; Christum pati a Iudeis est bonum, id est passionem inferri Christo a Iudæis, est bonũ, & sic falsum: quia illatio passionis non fuit nisi mala, sed suffi cientia non fuit nisi bona, & sic dillinguit Magister.

Non enim uolebat, &c.] Innuit, quòd actio iudæorũ fuit mala. Contra. Videtur falsum dicere, quia actio iudeorum fuit causa passionis: sed si causa immediata mala, & effectus: ergo si actio fuit mala, & passio. Respond. Dicendum, quòd istud est uerum de actione, & passione in eodem genere bonitatis, secundum quòd unum est causa alterius. Dicendum ergo, quòd actio iudæorum fuit causa passionis in genere naturæ, & in illo genere sicut actio fuit mala, ita passio: sed non fuit causa in eodem genere moris: imo Christi bona intentio passionem uoluntariam dirigebat in bonum finem: econtra in actione iudæorum non habente rectum finem: & ideo in genere moris actio fuit mala, & deo displicens, & passio bona, & deo placens: & sic patet totum.

Quod tantum bonum fuit, ut Apostolus Petrus &c.] Contra. Secundum hoc uidetur quòd quicunque dolet, & tristatur circa passionem Christi, esset redarguendus: ergo peccauit beatissima mater dum doluit, sicut dicitur Lucæ. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Peccauerunt similiter Apostoli. Falsum etiam dicit Apostolus 2. Timo. 2. Si sustinebimus, & conregnabimus. Respon. Dicendum, quòd dolere de aliquo est dupliciter. Aut ita quod dolens uoluntate rationis absolute uelit contrariũ eius de quo dolet: & sic nulli licuit dolere de passione Christi. Et Petrus, quia uoluntate rationis contrarium uolebat, est redargutus. Alio modo dolere de aliquo est ferri ad contrarium uoluntate pietatis: tamen nihilominus hoc uelle uoluntate absoluta: sic bonum est condolere Christo, & pie affici circa eum: & sic afficiuntur uiri sancti, qui magnas gratias agunt deo de passione Christi; sed tamen mouentur in consideratione dolorum, sicut & beatissima Virgo Maria in filii sui mota est passione.

Dub. 1.

Dub. 3.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO I.

An possibile sit uoluntatem nostram uoluntati diuinæ conformari?

AD intelligentiam præsentis distinctionis quæritur de conformitate uoluntatis nostræ ad uoluntatem dei. Et circa hoc duo principaliter quæruntur. Primo quæritur de ipsa conformitate quantum ad quid ditatem. Secundo quæritur de ipsa quantum ad tentionem. Circa primum Articulum duo quæruntur. Primo utrum possibile sit uoluntatem nostram conformari uoluntati diuinæ. Secundo, utrum conformitas uoluntatis nostræ ad diuinã faciat uoluntatem nostram iustã.

QVOD non sit possibile nostram uoluntatem conformari diuinæ, ostenditur sic. Esa. 55. Sicut exaltantur cœli a terra, ita exaltatæ sunt uiæ meæ a uiis uestris, & cogitationes meæ a cogitationibus uestris. Sed sicut est in uiis, & cogitationibus: sic & in uoluntatibus: ergo si cœlum, & terra non habent conformitatem, imo deformitatem: uidetur similiter, quòd nec uoluntas nostra, & uoluntas diuina. SI DICAS, quòd auctoritas intelligitur, & loquitur de malis. Contra. Super illud Psalmi. 32. Exultate iusti. Gio. Quantum distat deus ab homine, tantum distat uoluntas dei a uoluntate hominis: ergo &c. ITEM. Infinite distantium nulla est conformitas: sed deus, & homo distant in infinitũ; cum unum sit finitum, & aliud sit infinitũ: ergo nulla est conformitas uoluntatum. ITEM. Si uoluntas nostra cõformatur diuinæ, aut ergo in seipsa, uel in tertio. Si in tertio: ergo diuina uoluntas, & humana, conueniunt in aliquo communi: & si hoc: ergo habent aliquid simplicius se, quod est inconueniens, maxime in diuina uoluntate. Restat ergo, quòd si est conformis, quòd seipsa conformetur: ergo uoluntas est ipsa conformitas: sed conformitas non potest esse difformitas: ergo uoluntas nostra non potest discordare a diuina: quod est manifeste falsum. ITEM. Si uoluntas nostra est conformis diuinæ, aut hoc conuenit essentialiter, aut per participationem. Si essentialiter, redit idem quòd prius. Si per participationem, quæro de illo, per cuius participationem uoluntas est conformis, utrum sit conforme, uel non. Si non: non potest conformare. Si sic: tunc aut essentialiter, aut participatiue: ergo uel erit abire in infinitum, uel stare in aliquo creato, quòd sit conforme deo per essentiam. Vel uoluntas conformatur deo per increatum: sed non est abire in infinitum; nec est ponere quòd Deus sit conformitas uoluntatis humanæ ad deum: ergo aliquod creatum essentialiter est conforme: sed quod essentialiter est conforme alicui, essentialiter conuenit cum illo. Et quod essentialiter conuenit cum illo, est eiusdem essentiæ, ergo &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTRA. 1. Corin. 6. Qui adhæret deo, unus spiritus est: sed nō est unus spiritus per unitatem naturę: ergo est unus per conformitatem uoluntatis.

ITEM. Matth. 12. Omnis qui facit uoluntatem patris mei, qui est in cœlis, ille meus frater, & soror, &c. Sed non est uerum quòd sit frater per propinquitatem sanguinis: ergo est frater per conformitatem uoluntatis, & dilectionis. ITEM. Quascunque uoluntates contingit uelle idem, & uelle opposita; contingit conformari, & difformari, siue contrariari: sed uoluntas diuina, & humana sunt huiusmodi, hoc patet, ergo &c. ITEM. Quascunque uoluntates contingit adinuicem ordinari per perfectam possidentiam, & obediētiam, contingit adinuicem conformari: sed uoluntatem humanam cōtingit diuinæ per omnia subiacere, & obedire: ergo &c.

RESOLVTIO.

Voluntas nostra uoluntati diuinæ conformari potest conformitate proportionis, conformitate obiectiua, obeditiua, & qualitatiua.

RESP. Dicendum, quòd aliquid conformari alicui contingit dupliciter. Aut quantum ad similitudinem, aut quantum ad habitudinem. Quantum ad similitudinem contingit tripliciter. Aut quando aliqua duo participant tertium, in quo assimilantur: ut agnus, & nix in albedine. Aut cum aliqua duo sic se habent, quod unum est similitudo alterius: ut species coloris, siue idolum assimilatur, siue conformatur. Aut quando aliquid participat similitudinem, ut speculum, uel oculus assimilatur, uel conformatur corpori obiecto. Primo modo non est possibile aliquam creaturā deo conformari. Secundo modo aliqua creatura deo conformatur, utputa gratia, quæ dicitur similitudo Dei: uel gloria, quæ est deiformitas. Tertio modo assimilatur, & conformatur anima, quæ habet gratiam: & gloriam: de hac conformitate nihil ad præsens. Alio modo contingit conformari aliquid alicui secundum similem habitudinem, siue comparationem, quæ potest dici proportio, cum est rerum eiusdem generis: & proportionabilitas, cum est rerum diuersorum generum, siue non communicantium, ut fiat uis in uerbo. Large tamen loquendo utraque potest dici proportio: & hæc nihil potuit commune: quia est per comparationem duorum ad duo, & potest esse inter summe distantia: & secundum hanc potest uoluntas nostra conformari diuinæ: uidelicet per similem habitudinem ad actum: ut sicut Deus quod uult, uult liberaliter, & charitatiue: ita & homo per similem comparationem ad obiectum: ut quod uult deus, uelit homo: & eodem fine quo uult deus, uelit homo: hoc totum possibile est esse, & totum possibile est non esse: & ideo possibile est uoluntatem nostram diuinæ conformari, & difformari. Et concedendę sunt rationes ad hoc.

AD ILLVD ergo, quod obiicitur,

citur, quòd distat deus ab homine, & humana uoluntas a diuina in infinitum: iam patet responsio: quia hoc non impedit conformitatem comparationis: licet impediat conformitatem æqualitatis, & uniuocationis. AD ILLVD, quod obiicitur, utrum in seipsa, uel in tertio conformetur. Dicendum, quòd non in seipsa, nisi loquamur de conformitate longinqua, quæ attenditur in imagine. Si autem loquamur de conformitate propinqua, quæ consistit in similitudine, sic non seipsa conformatur; sed mediante gratia, quæ non est tanquam tertium ab utroque participatum: sed est sicut similitudo unius, & proprietas alterius. Vnde gratia est similitudo essentialiter, non tamē oportet, quòd essentialiter conueniat in tertio: quia similitudo seipsa conuenit cum eo, cuius est similitudo: & sic patent obiecta ambo. Similiter si loquamur de conformitate quantum ad habitudinem: dicemus, quòd uoluntas non seipsa conformatur sed per comparationem ad alterum: quod tamen neque est de essentia diuinæ uoluntatis, nec humanæ, nec tanquam tertium participatum ab utroque, & sic patet illud. AD ILLVD, quod ultimo quæritur, utrum conformetur per essentiam, aut per partitipationem. Dicendum, quòd nec sic, nec sic: sed conformatur per proportionem, siue per consimilē habitudinem: & sic patet illud.

QVAESTIO II.

An uoluntas nostra ex conformitate ad diuinam iusta efficiatur?

VTRVM conformitas uoluntatis nostræ ad diuinam faciat eam iustam. Et quòd sic uidetur: quia super illud Psal. 32. Rectos decet collaudatio. Glos. Recti sunt, qui dirigunt cor suū secundum uoluntatem dei, quę recta est. ITEM. 2. Cor. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quasi dicat, nulla. Si ergo diuina uoluntas iustitia est & lux, & humana uolūtas sit iniqua, non potest esse conformis: ergo si est conformis, necesse est esse iustam ITEM. Conformari regulæ iustitiæ, nihil aliud est quàm iustificari: sed uoluntas diuina est regula iustitiæ, quæ non potest obliquari ad aliquod iniquum: ergo conformari uoluntati diuinæ, est iustificari. ITEM. Intellectus noster non potest conformari diuino, quin efficiatur uerus: ergo nec affectus noster potest conformari diuino, quin efficiatur iustus: sicut enim ueritas est rectitudo intellectus, sic iustitia est rectitudo affectus.

CONTRA. Magister dicit, & est uerbum Augustini, quòd uoluntas dei bona, per hominum malas uoluntates impletur: sed unus effectus non procedit ab una causa per aliam, nisi ille causę se ad inuicem conformentur: ergo contingit malam uoluntatem diuinæ conformari. ITEM. Conformitas uoluntatum consistit in uolendo, & nolendo idē:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed impius potest uelle, & nolle quod deus uult, & non uult: ut ponit exemplũ Augu. de prauo filio, qui patrẽ uult mori: quod & deus uult: ergo conformitas non facit uoluntatem iustam. ITEM. Quamuis uoluntas dei sit beata, tamen uoluntas illi cõformis non propter hoc est beata: ergo pari ratione quamuis sit iusta, non propter hoc uoluntas conformis est iusta. ITEM. Si cõformitas facit uoluntatem iustam, cum uelit hominem, qui patitur iniuriam, uindicare: si ille, qui patitur iniuriam, uult se uindicare, iuste uult: ergo iustũ est exigere uindictam. Si tu dicas, quòd deus uult hominem uindicare: sed non uult q̃ homo uindicet se, hoc non soluit: quia saltem tunc liceret homini appetere, quòd deus ipsum uindicaret.

RESOLVTIO.

Vtique, si fuerit conformitas & quo ad actum, & quo ad uolitum.

RESP. Dicendum, quod conformitas uoluntatis nostræ ad diuinam attenditur secundum proportionem, sicut dictum est. Duplex est autem proportio uoluntatis, scilicet ad actum, & ad uolitum. Similis proportio ad actum consistit in hoc, quòd sicut deus quod uult, uult ex charitate, & liberaliter, siue iuste, & recto fine: sic etiam homo uelit. Similis proportio ad uolitũ est, ut quod uult deus, etiam homo uelit. Potest ergo conformitas attendi secundum hanc duplicem similitudinem, & comparationem: & sic est sufficiens, & facit uoluntatem iustam. Potest iterum attendi solum secundũ alteram, ut puta secundum uolitum: & sic est deficiens, cum careat simili habitudine, & hoc non sufficit ad iustitiam. De prima conformitate procedunt primæ rationes, de secũda secũdę.

Q̃ immediatè præcedenti ſ̃ resol.

AD ILLVD, quod tertiò obiicitur, quòd conformitas non facit beatam animam: ergo nec iustam. Dicendum quòd beatitudo dicit iustitiam consummatam. Vnde plus requiritur ad hoc, ut uolũtas sit beata, quàm ut sit iusta: & ideo non sequitur, quòd si non facit beatam, quòd non faciat iustam. Tamen licet conformitas sufficiens, quæ est in uolito, & ratione uolendi facit uoluntatem iustam, sic conformitas superexcellens facit eã beatam; illa autem est superexcellens, quando in omnibus diuinæ conformatur: & ex nulla parte est difformis, nec in aliquo, saltem in modico. AD ILLVD, quod obiicitur ultimo, iã patet responsio, quia appetens uindictam non conformat se deo in modo, siue in ratione uolendi. Deus enim tanquam iustus iudex uult hoc zelo iustitiæ: qui autem appetit ultionẽ sui, siue suæ iniuriæ, ut plurimum uult libidine uindictæ.

Si autem aliquis appetat solum zelo iustitiæ, sicut deus, & ex charitate, tunc dicerem eum habere uoluntatem iustam.

AR-

ARTICVLVS II.

QVAESTIO I.

An teneamur uoluntatem nostram uoluntati diuinæ conformare in ratione uolendi?

CONSEQVENTER quantum ad secundũ Articulum, quæritur de tentione ad conformitatem uoluntatis diuinæ. Et circa hoc duo quærũtur. Primo quæritur, utrum teneamur conformare uoluntatẽ nostram uoluntati diuinæ in ratione uolendi: ut uelimus ex charitate, quod uolumus. Secundo, utrum teneamur conformare in uolito.

QVOD teneamur in ratione uolendi, uidetur: quia tenemur, quod facimus, facere iuste. Vnde Deut. 16. Iustè, quòd iustum est, exequeris: sed non fit iuste, nisi quod homo facit secũdum conformitatem uoluntatis quantum ad rationem uolendi, ut uelit ex charitate, ergo &c. ITEM. Tenemur diligere deum ex toto corde: q̃a hoc præcipitur Deut. 6. & dominus idem iterat Matth. 22. sed hoc non põt fieri nisi ex charitate: ergo tenemur ad conformitatem in ratione, siue in forma uolendi. ITEM. Tenemur deo ueraciter obedire: sed ueraciter nõ obedit deo, nisi qui facit ea uoluntate quã acceptat Deus. hæc autem est uoluntas informata charitate: ergo &c. ITEM. Propter quod unumquodque, & illud magis: sed propter conformitatem uoluntatis, ratione uolendi obligamur ad conformitatem uolũtatis in uolito: quia finis præcepti est charitas, ut dicit Apostolus 1. Thim. 1. ergo multo fortius obligamur ad conformitatem in ratione uolendi, ut quod uolumus, uelimus ex charitate.

CONTRA. Deus uult, & præcepit parentes honorari; esto q̃ oportunitas se offerat, q̃ aliquis honoret patrem ex naturali pietate, non ex charitate, constat q̃ non peccat, & non conformat uoluntatem suam nisi in uolito: ergo non tenetur ad rationẽ uolendi. ITEM. Si tenemur conformare uoluntatem nostram diuinæ in ratione uolendi, sicut in uolito: ergo quotiẽscunque uolumus aliquid non ex charitate, deficit illud, ad quod tenemur: ergo peccamus in omni actu: nullus ergo actus est indifferens. ITEM. Si tenemur conformare in ratione uolendi, cũ ergo peccator habeat uoluntatem a deo continue in hoc deficientem: quia non habet charitatem: ergo continue in omni instanti peccat. ITEM. Nullus potest conformare uoluntatem suam diuinæ in ratione uolendi, nisi habeat charitatem: sed non est in nostra potestate habere charitatem: ergo homo tenetur ad impossibile. SI DICAS q̃ põt facere q̃ in se est, quo facto, habebit charitatẽ: q̃a põt se disponere ad charitatẽ. Obiicit de obstinato, & de eo q̃ actualiter est i peccato, dũ peccat, & est in actu illo, nõ põt se cõformare: ergo nõ tenet. Qd si non tenet, & alii tenentur, reportat cõmodum de malicia: q̃ si hoc nõ est cõueniens, nulli ergo tenentur.

RESOLVTIO.

Profecto; pro loco & tempore: nec quo ad omnem actum aut præceptum; sed tunc solum, cum in actum charitatis exire tenemur.

RESP. Quòd tenemur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuinæ in ratione uolendi, ut scilicet uelimus ex charitate: & hoc patet: quia tenemur eum diligere ex charitate. Attendum autē quod hæc est obligatio per modum præcepti affirmatiui. Differt enim obligatio præcepti affirmatiui, & negatiui. Nam negatiui obligat semper, & ad semper: affirmatiui autem tantum obligat semper, nō ad semper; sed pro loco, & tempore: & sicut non obligat ad semper, ita nec ad omnem actum uoluntatis, nec ad omne præceptum; sed tunc solum quando tenemur exire in actu charitatis. Vnde notandum quòd sic tenemur ad hoc, q̄ nunquam ad contrariū: sicut uelle, quod deus uult ex liberalitate. Ad hoc etiā tenemur pro loco & tempore, si habemus charitatem: si autem non habemus, non ad hoc tenemur, sed ad æquiualens; quia tenemur facere quòd in nobis est, ut habeamus: & ad hoc similiter pro loco, & tempore obligamur. Ex his patet responsio ad obiecta.

QVOD enim obiicitur, quòd aliquis sine peccato honorat parentes, etiam ex naturali pietate. Dicendum quod uerum est, & ex hoc sequitur quòd non in omni actu tenetur conformare: non tamen sequitur quod non teneatur: ET per hoc patet sequens: quòd obiicitur de generalitate actuum. Patet etiā aliud quod obiicitur, de generalitate temporis. AD ILLVD, quod ultimo obiicitur, quod non est in potestate nostra habere charitatem. Dicendum, quòd in potestate habentium charitatem est, & in potestate non habentium, non propinqua, sed dispositiua. Potest enim quilibet facere, quo facto, habeat charitatem: & ideo si non faciat, imputatur sibi, nec excusatur per impossibilitatem: quia non est impossibilitas, ubi succurrit aliūde potestas, & non deficit, nisi propter nostram negligentiam. AD ILLVD, quod obiicitur de obstinato. Dicendum, quòd nullus est adeò obstinatus quod non possit facere quod in se est: & qui non possit redire ad cor, & ideo tenetur sicut & alii, licet non pro quolibet instanti; sed pro loco, & tempore. Si autem tu quæras quid sit locus, & tempus, melius docet unctio quàm ars: tamen quando dominus uisitat eum interiori allocutione, uel exteriori prædicatione uel aliquo, tali in quo est oportunitas redeundi ad cor, si tunc negligat, incidit in contēptum, & omissionis peccatū.

QVÆSTIO II.

An & quò ad nolitum uoluntatem nostram uoluntati diuinæ conformare teneamur?

VTRVM teneamur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuinæ in uolito. Et quod sic, uidetur Matth. 11. Qui non

non est mecum, contra me est: ergo si non consonat deo in uolito, est contra deum: ergo si tenemur deo non esse cōtrarii, tenemur uelle quod deus uult.

ITEM. Super illud Psalm. 100. Non adhæsit mihi cor prauum. Gloss. prauum cor, atque distortum habet, qui non uult hoc q̄d deus uult: Sed tenemur uitare cordis prauitatē: ergo tenemur uelle q̄ deus uult.

Ex libello de Amicitia.

ITEM. Tullius diffiniens amicitiam dicit, quòd amicitia est idem uelle, & idem nolle in rebus honestis: sed tenemur deo seruare amicitiam: ergo & idem uelle: ergo idem uelle in honestis. Sed deus non uult nisi iustum, & honestum: ergo debemus nostram uoluntatem suæ conformare in omnibus.

ITEM. Omnis intellectus, qui discordat a prima uoluntate, siue cognitione in cognito, est falsus: ergo omnis affectus est iniquus, qui non concordat cum diuina uoluntate in uolito: ergo &c.

ITEM. Tenemur uelle, quòd deus præcepit: aut ergo quia præcepit, aut quia

Luc. 17 uult. Non quia præcepit, quia illi qui fuerunt mundati, quibus datum est præceptum a domino de tacendo, non peccauerunt in reuelando; quia diuina inspiratione cognouerunt dominum deum non uelle illud, quod præcipiebat: ergo tenemur uelle, quod deus uult.

ITEM. Tenemur credere non tantum quòd præcipit deus credere; sed etiam omne quòd dicit esse uerum: ergo a simili tenemur uelle non tantum quòd præcipit deus uelle; sed omne, quòd iudicat se uelle tanquam bonum: ergo tenemur uelle omne quòd scimus deum uelle.

CONTRA. August. in Ench. *Ca. 10.* Aliquando homo bona uoluntate uult, quod non uult deus.

ITEM. Viri sancti frequenter uolunt oppositā, sicut Apostolus uolebat alligari in Hierusalem, & discipuli nolebant Act. 21. sed constat quod deus aliquod illorum uolebat: ergo licet contrariū diuinæ uolūtati uelle meritorie: ergo &c.

ITEM. Si tenemur uolito cōformare: ergo cū indifferētibus nō sic nobis uolūtas diuina determinata, q̄cunque uult aliquid indifferens determinate, committit se diferimini: ergo peccat mortaliter, quòd absurdum est. SI DICAS, quòd tenetur, quando scit domini uolūtatem. Contra. Scientia non inducit nouum peccatum, neque tentionem; sed solum aggrauat peccatum: ergo propter scientiam nemo tenetur, sicut nec ignorans.

ITEM. Hieremias dolebat super destructionem Hierusalem in Threnis: Christus flebat super Hierusalem Luc. 19. Beata Virgo, & Apostoli super passionē Christi. Si flebant & dolebant; & dolor est de rebus, quæ nobis nolentibus accidunt: ergo nolebant. Et constat quòd omnes hi mœrebantur, & sciebant deum uelle contrarium: ergo licite, & meritorie possumus uelle contrarium diuinę uoluntati, etiam ubi scitur.

ITEM. Quantuncunque prælatus meus uelit aliquid, nō teneor illud uelle, nisi mihi præcipiat, etiam si sciam

ipsum uelle: ergo pari ratione quantumcunque uelit deus alii quid, non teneor illud uelle; quantuncunque mihi innotescat, nisi deus mihi præcipiat. ITEM. Quod deus consuluit, uult; & nos scimus eum uelle; tamen non tenemur uelle, quamuis multum sibi placeat, etiam pluſquam præceptum: ergo non tenemur uelle omne, quod scimus deum uelle.

RESOLVTIO.

Non in quocunque, sed in omni eo, quod certis quibusdam signis innotescit nobis, absolutè illud uelle.

RASP. Ad hoc dicunt aliqui, quod non tenemur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuinæ in omni, quod uult deus; sed hoc est perfectionis, & supererogationis, & hoc erit in patria: sed ad hoc solum tenemur, quod ipse nos uult uelle. Dicunt autem, q̃ deus solum uult nos uelle qd̃ p̃cipit, & nolle quod̃ prohibet: hæc enim sunt signa, per quæ sufficienter indicat nobis suam uoluntatem, qua uult nos uelle aliquid: in aliis uolitis, siue innotescãt, siue nõ; licet uelle cõtrariũ sine peccato: & per hoc soluunt ad utrãque partẽ. Vnde dicunt, quod licet nobis aliqua uelle propriè; quia non decet uelle opposita, ut patet de destructione gentis nostræ, & de calamitatibus iustorũ, & consimilium: etiam, si deus pluat, uel disponat pluere, oppositum possum petere, & uelle. Sed licet ista uia sit facilior; tamen quia Augu. dicit, quod impiũ est, cui non placet diuina prouidentia, non tantum uidetur quòd homo teneatur uelle dei mandata; sed etiam quod teneatur uelle dei opera. Et iterum. Quomodo non recalcitrat uoluntas nostra uoluntati diuinæ, quando deus uult aliquid, & nos uolumus contrariũ? omnino. n. uidet ei repugnare. Et iterum Glo. prædicta uidetur dicere, quod homo, qui nõ uult q̃ deus uult, habet cor prauum: non dicit, quod deus uult ipsum uelle, uel q̃ deus præcipit. PROPTERRA aliter dicẽdum, q̃ reuera non tenemur uelle omne, q̃ deus uult; sed solum quod uult, & innotescit, nec adhuc illud omne. Ideo notãdum quod aliquid ostendit se deus uelle absolute, & quantum in se est; ut bona quæ facit: & hæc tenemur uelle simpliciter, & absoluta uoluntate, quantum in nobis est. Aliquid ostendit se uelle uoluntate absoluta: sed oppositum uel le quãtum in se est: ut mala, quæ infligit: & hæc tenemur uelle uoluntate absoluta, & deliberatiua; tamen oppositum possumus uelle uoluntate pietatis, ut dicit Hugo. Vnde sicut deus non delectat̃ in nostris pœnis: sed magis dicit, Heu heu cõsolabor super hostibus meis. Esa. 1. sic & nos. Vnde Hugo distinguit in nobis triplicem uoluntatem, scilicet rationis, pietatis, & carnis; & in Christo quadruplicem, extendens nomen uolũtatis. Vnde dicit in Lib. de Volũtatibus Christi, loquens de Christo. Voluntas deitatis per iustitiam sententiam dictabat: uoluntas rationis per obedientiam ueritatem approbabat: uoluntas pietatis per compassionem in malo suspirabat uoluntas carnis per passionem in malo proprio murmurabat. Et ideo uoluntate rationis debemus etiam uelle malum pœnæ, quod scimus deum uelle: sed uolũtate pietatis possumus conditionaliter, siue quantum est in nobis (si deo placet) non uelle: nam & ipse deus (quantum in se est) non uult, sicut prædictum est. Aliquid enim ostendit se deus uelle quantum in se est, circa quod consistit substantialiter ordo salutis, ut sunt ea quę præcipit fieri, & quæ præcipit non fieri, & hæc tenemur uelle. Aliquid ostendit deus se uelle quantum in se est, circa quod consistit expeditio salutis, ut sunt ea quæ consulit, & ad talia non obligat, nec uult obligare: uult enim aliquos saluare sic, aliquos uia latiori ire. Ex his ergo patet quod tenemur generaliter uelle, & conformare uoluntatem nostram, non in omni uolito: sed in omni eo quod innotescit quatuor modis prædictis: alioquin frangeretur amicitia, & de tali uolito currunt rationes, & auctoritates. Ideo. n. præcepto diuino tenemur nos conformare: quia uult nos uelle quod præcipit, & hoc scimus, & plato meo tenetur conformari in hoc qd̃ expresse scio ipsum uelle me uelle; sed i prælato nescio nisi per mandata: sed in deo scio per alia signa: sicut prędictũ est.

ADILLVD, quod obiicitur, qd̃ in nullo põt discordare intellectus quin sit fatuus &c. Dicendũ, q̃ non est simile de bono, & uero, nã uerũ dicitur absolute, bonum uero in relatione ad finem. Et quia duo opposita non sunt simul, ideo non possunt intellectus discordantes esse ueri: sed bonum dicitur in relatione ad finem. Et quoniam opposita uolita possunt ad eũdem finem ordinari, ideo simul possunt esse bona, & affectus respectue eorum esse recti: ideo non necesse est in omni uolito conformari: quia oppositum possumus sancte uelle: quia ordinare i finem; sed oppositum eius, quod deus uult nos uelle, nõ possumus ordinare in finẽ: quia deus nõ acceptat illud. AD ILLVD, qd̃ obiicitur ad contrariũ, quod non tenemur ad omne uolitũ. Dicẽdum, q̃ uerum est: quia nec ad uolitũ: quia uolitũ, nec quia scitũ: sed quia scitũ esse uolitũ a deo, ita q̃ nos uelimus illud. Aliter tamen potest dici: qd̃ tenemur; qa absolute uolitũ: sed excusamur per ignorantiam, maxime ubi adhibetur debita diligentia, sicut aliqs obligatur, ne cognoscat non suam. Vnde de obligatione inducente culpã, falsum est qd̃ dicit, q̃d scientia non inducit nouã obligationem. Sicut enim ignorantia facti excusat a toto, ita scientia per oppositũ, cũ diuina uoluntas facit aliquẽ esse obligatum, ut nullo modo possit in contrariũ sine culpa, & sic in proposito, & sic patet illud. AD ILLVD, quod obiicitur de Christo & Beata Virgine, & aliis compatientibus. Dicendũ (sicut dictũ est) quod uoluntate absoluta uolebant, q̃ deus uolebat. tñ uolũtate cõditionata, siue uolũtate pietatis, debebãt uelle con-

contrarium, & hac uoluntate merebantur: quoniam hoc non est naturæ tantum, sed etiam rationis. Præcipue autem hac uoluntate merebatur in Christi filii passione beatissima mater, & uirgo Maria: cui patienti (quatum sexus muliebris fragilitas sustinere poterat) compatiebatur. Nullo tamen modo est dubitãdum, quin uirilis eius animus, & ratio constantissima, uellet etiam tradere filium suum pro salute generis humani, ut mater per omnia conformis esset patri. Et in hoc miro modo debet audari, & amari: quod placuit ei, quod unigenitus suus pro salute generis humani offerretur. Et tantum etiam compassa est, ut (si fieri potuisset) omnia tormenta quæ filius pertulit, ipsa multo libentius sustinuisset. Vere ergo fuit fortis, & pia; dulcis pariter & seuera; sibi parca, nobis largissima. Hæc ergo præcipue est amanda, & ueneranda post Trinitatem summam, & eius prolem beatissimam dominum nostrum Iesum Christum: a cuius diuinitatis mysterio enarrando cætere linguæ deficiunt: quia consummatio sermonum ipse est.

Et ergo, qui potest omnia facere superabundantius quam petimus, aut intelligimus secundum uirtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Registrum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk
Lll Mmm Nnn Ooo.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS Ad Signum Seminantis. 1573.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca